This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

NYPL RESEARCH LIBRARIES
3 3433 07438829 3

MNEMOSYNE.

BIBLIOTHECA PHILOLOGICA BATAVA

SCRIPSERUNT

C. G. COBET, C. M. FRANCKEN, H. VAN HERWERDEN,
S. A. NABER, W. G. PLUYGERS, ALII.

COLLEGERUNT

C. G. COBET, H. W. VAN DER MEY.

127 5 -- 5

NOVA SERIES.
VOLUMEN TERTIUM.

LUGDUNI-BATAVORUM,
E. J. BRILL.

LIPSIAE,
RICHTER & HARRASSOWITZ.
1875.

INDEX.

Pag.

Ad Libanii Declamationes duas nuper primum editas. Scr. C. G. Cobet. 1.
Galenus . . . . . 17.
Thucydidea. Scr. C. Badham. . . . . 18.
Galenus . . . . . 29.
Loci nonnulli apud Aeschylum correcti. Scr. C. G. Cobet . . . . 30.
Lysiae locus correctus . . . . . 33.
Annotata ad Plauti Rudentem. Scr. C. M. Francken . . . . . 34.
De Xenophontis Cyropaediae epilogo. Scr. C. G. Cobet . . . . . 66.
Galenus. . . . . 72.
Varia. Scr. J. J. Cornelissen . . . . . 73.
Galenus . . . . . 82.
Homerica XXI. ΓΑΡ—ΤΑΡ. Scr. C. G. Cobet . . . . . 83.
De locis quibusdam apud Ciceronem de Finibus. C. G. C. . . . . 92.
Ad Scholia in Odysseam. C. G. C. . . . . 104.
Ad Scholia in Odysseam. Scr. C. G. Cobet . . . . . 113.
Galenus . . . . . 119.
Meletemata Critica ad Oratores Atticos. Scr. H. van Herwerden . 120.
Galenus . . . . . 140.
Ad Libanii *ἀπολογίαν Σωκράτους*. Scr. C. G. Cobet . . . . . 141.
De Platonis Codice Parisino A I. Platonis Critias ex Cod. Paris. A descriptus. Scr. C. G. Cobet . . . . . 157.
Ad Themistium et quosdam alios. Scr. C. Badham . . . . . 209.
Demosthenis locus male intellectus et interpolatus. Scr. C. Badham 210.
Ἀνάλογον. Scr. C. M. Francken . . . . . 211.
Galenus . . . . . 213.
Xenophontea. Scr. C. G. Cobet . . . . . 214.
Galenus . . . . . 221.
Varia. Scr. C. G. C. . . . . 222.
Tib. Hemsterhusii emendatio inedita. Emblemata apud Thucydidem. Feriae trisaeculares. C. G. Cobet. . . . . 225.
Ἀφθέραις — διαφόροις . . . . . 233.
Galenus . . . . . 234.
Vitia in libris veterum. . . . . 234.
Ad Thucydidis lib. VI. C. Badham . . . . . 235.
Prodici *ἀκριβολογία* . . . . . 245.
Ad Libanii orationem *περὶ τῆς ἑαυτοῦ τύχης*, C. G. Cobet . . . . 246.
Galenus . . . . . 254.

Pag.
Meletemata Critica ad Oratores Atticos. H. van Herwerden . . . 255.
Galenus . . . . . 262.
Homerica. C. G. Cobet . . . . . 263.
Cap. XXII. ξυμβλήσεαι . . . . . 263.
» XXIII. συναείρεται . . . . . 266.
» XXIV — εσθαι et — ασθαι . . . . . 268.
» XXV. καταπτανέουσιν . . . . . 270.
» XXVI. Odyss. N. 213 . . . . . 271.
» XXVII. Vocativus pro nominatio . . . . . 273.
Galenus . . . . . 274.
Ἕως—τέως confusa. C. G. Cobet . . . . . 275.
Vitiorum origo in libris antiquis. μεταγραμματισμός . . . . . 279.
Platonica. C. G. Cobet . . . . . 280.
Lex Solonis . . . . . 290.
Galenus . . . . . 290.
De locis quibusdam apud Hesychium. C. G. Cobet . . . . . 291.
Galenus . . . . . 297.
Emendationes selectae in Themistii Orationibus. C. G. Cobet. . . 298.
Hippocratis Codices . . . . . 308.
Adversaria Critica ad Aristophanem. C. G. Cobet. . . . . 309.
τὸ προσγεγραμμένον ἰῶτα. C. G. Cobet . . . . . 323.
Dionysius Halicarnassensis . . . . . 330.
Varia. C. G. Cobet . . . . . 331.
Emendationes selectae in Themistii orationibus. C. G. Cobet . . . 337.
Glossemata in textum invecta . . . . . 348.
Διττογραφίαι quomodo oriantur . . . . . 348.
Meletemata critica ad Oratores Atticos. H. van Herwerden . . . 349.
Galenus . . . . . 358.
Sensus communis res rarissima . . . . . 358.
Homerica. C. G. Cobet . . . . . 359.
Medicorum veterum importunitas . . . . . 373.
Thucydidea. C. Badham. . . . . 374.
Galenus . . . . . 377.
Ad Xenophontis Cyropaediam. C. G. Cobet . . . . . 378.
Hippocratis locus correctus . . . . . 409.
Adversaria Critica ad Demosthenem. C. G. Cobet . . . . . 410.
Cap. I. de Codice Parisino S . . . . . 410.
Cap. II. de locis quibusdam apud Demosthenem emendandis. . 420.

AD LIBANII DECLAMATIONES DUAS NUPER PRIMUM EDITAS.

SCRIPSIT C. G. COBET.

Edidit nuperrime Berolini (Hermes. 1874. IX. I. pag. 29. sqq.) vir doct. R. Förster ex Parisino Codice duas Libanii declamationes adhuc ineditas: *Νόμος καλοῦ βίου γέρας εἶναι καὶ ἀμφισβητοῦσι πρὸς ἀλλήλους Κέφαλος καὶ Ἀριστοφῶν.* Argumentum a Libanio sumtum ex Aeschinis *Ctesiphontea* § 194. Förster multa in eam rem doctrina multaque industria usus in una tantum parte boni editoris officio functus non est. Nempe Libanii orationem ex uno pessimae notae Codice mendosissime scriptam in lucem proferens quum corrigere vellet passim infelicissimis coniecturis interpolavit modo integerrima et sanissima inconsulto vellicans, modo corruptis deteriora substituens. Percurram igitur utramque declamationem et si quid boni reperi paucis exponam.

Pag. 30, 26. *ἐγὼ γὰρ — σφοδρῶς ἂν καὶ αὐτὸς ἠγοίμην ἂν αὐτὸν ἀρετῆς μὲν οὐδεμιᾶς, εὐτυχίας δὲ θαυμαστῆς, εἰ τὰ αὐτὰ πράττων ἐμοὶ — οὐδενὸς τετύχηκε κατηγόρου.* Si haec intelligere vis repone *ἠγάμην* pro *ἠγοίμην*. Adumbrata haec sunt ex Demosthene pag. 19, 20. *ἐγὼ μὲν γὰρ — σφόδρ' ἂν ἠγούμην καὶ αὐτὸς Φοβερὸν τὸν Φίλιππον καὶ θαυμαστόν, εἰ τὰ δίκαια πράττοντα ἑώρων αὐτὸν ηὐξημένον.*

Pag. 31, 11. *ὅταν δ' ἱερῶν πέρι χρηματίζητAI καὶ περὶ τοῦ τὰς ὁδοὺς ἐπισκευάσαι καὶ κονιᾶν τὰς ἐπάλξεις — πρῶτος ὑπακούει τῷ κήρυκι.* Leg. *χρηματίζητϵ.*

Pag. 31, 15. *περὶ πολέμου σκέψις ἐστίν· ὅτι μὲν χρὴ* ΠΟΙεῖν *οὐδεὶς ἤκουσεν αὐτοῦ ῥᾳδίως, ἐπαινέσας δὲ τοὺς προγόνους καὶ τὰ τρόπαια ἀριθμήσας κατέβη* [*πάλιν*]. *πολλὰ δὲ καὶ πρὸς χάριν λέγει.* Perperam pro *ῥᾳδίως* Editor supposuit *παραινοῦντος.* Revoca *ῥᾳδίως* et scribe *ὅτι χρὴ* ΠΟΛϵΜεῖν et e dittographia natum *πάλιν* expunge.

Pag. 31, 20. *ἀΦ' ὧν οὗτος μὲν ἀθάνατος ἕνεκα τῆς παρ' ὑμῖν ἀσΦαλείας, ὁ δῆμος δὲ οὐ δύναμιν, οὐ τιμὴν, οὐ δόξαν ἐκαρπώσατο.* Pro *ἀθάνατος* Editor supposuit *ἄδειαν* et in annotatione *ἀθῷος* coniecit. Admodum infeliciter utrumque. Demosthenes pag. 142, 25. *ὅταν ὁρῶσι μέγαν μὲν ὄντα παρ' ὑμῖν εὐθέως τὸν λέγοντα, ἀθάνατον δ' ἕνεκ' ἀσΦαλείας.*

Post pauca 31, 30. distingue: *κλέπτουσι τὰ κοινά τινες· εἰ μὲν ῥήτωρ — οὐχ ὁρᾷ.*

Pag. 32, 10. *οὐδένα κίνδυνον ἴδιον ὑπολογιζόμενος οὔτ' εἴτις — μνησικακήσAI μοί ποτε καὶ γράψAITO, οὔτ' εἰ δωροδοκῶν κἄτ' ἐλεγχόμενος ἀντεγκαλεῖ, οὔτ' εἰ γράΦων ἐξόδους — λυπήσω.* Loci compositio declarat verum esse *μνησικακήσϵΙ* et *γράψϵΤΑΙ.* Perspicuum est *ἀντεγκαλεῖ* esse futurum.

Pag. 32, 25. *κἂν πάντα τις ποιῇ τούς γ' οὐδένα βουλομένους αὐτῶν ἀμείνω δοκεῖν οὐ διαΦεύξεται.* Demosthenes pag. 412, 12. *ἂν δ' ἄρ' ἅπαντά τις ἐκΦύγῃ τἄλλα τούς γ' οὐδένα βουλομένους εἶναι τοιοῦτον οὐ διαΦεύξεται.*

Pag. 33, 16. *ὃν οὐκ ἴσε τοῦτον ἐμοῦ βελτίω κρινεῖτε* [*οὐχ*] *οὗ τὸν τρόπον — σαΦῶς μεμαθήκατε*; quis non sentit *οὐχ* esse delendum?

Pag. 33, 31. ΠΡΟ*καλεῖσθαι τοὺς κατηγορήσοντας, οὐκ ἀποδιδράσκειν εἰς τὸ ἀΦανές.* Imo vero ΠΡΟ*καλεῖσθαι.*

Pag. 34, 10. ΘϵΩΝ *μὲν οὖν τὰ ἀΦανῆ σοχάζεσθαι, δικασῶν δὲ ἀΦ' ὧν ἴσασι τὴν ψῆΦον τίθεσθαι.* Dubites sitne sententia absurdior an oppositio. Emenda: ΜΑΝΤϵΩΝ *μὲν οὖν* —. Notus Euripidis versiculus:

μάντις δ' ἄριστος ὅστις εἰκάζει καλῶς.

Eodem sensu *μάντις* ponitur pag. 65, 17. *δεῖ γὰρ καὶ μάντιν εἶναι τὸν ῥήτορα,* id est: *καὶ τὰ ἀΦανῆ σοχάζεσθαι.*

Pag. 34, 17. ἂν, ὃ μὴ γένοιτο, πείσHI κρατήσAI. Corrig. πείσAC κρατήσHI.

Pag. 34, 20. οὕτω γὰρ ἴσως ἀνεπίφθονον εἰπεῖν. Verba sunt Demosthenis pag. 107, 24.

Pag. 35, 7. [εἰ] πρεσβεύει μέν τις ἀδωροδοκήτως, τἄλλα δὲ μισθοῦ πολιτεύεται· τὰ κοινά τις χρηστός, ἰδίᾳ δ' οὐχ ὅμοιος. Loci sententia respuit additum εἰ.

Pag. 36, 7. οὐδεὶς αὐτῷ πονηρὸς ἠνέχθη νόμος. Codex ἐλέχθη. Scrib. ἠλέγχθη, ut pag. 37, 23. εἰ πονηρὸς ἠλέγχθη.

Pag. 36, 31. οὗτος καὶ μάντις ἄριστος ὅστις οὐ ψεύδεται, καὶ τοξότης [ἐπίσκοπος] ὅστις οὐχ ἁμαρτάνει τοῦ σκοποῦ, καὶ κυβερνήτης ὁ μηδὲν ἔξω τῆς τέχνης ὁρῶν. In his ἐπίσκοπος expellendum. Pro ὁρῶν Editor substituit ὁρμίζων. Nollem factum. Corr. δρῶν. Cf. *Var. Lectt.* pag. 448.

Pag. 37, 2. πότε οὖν ἦλων ἀπαρνηθείς; Codex ἀπατηθείς. Leg. ἦλων ἀπάτης.

Pag. 38, 7. οὗτοι μὲν (οἱ συκοφάνται) αἰτίας ἈΡκούσας συμφορήσαντες — κατηγόρουν. Codex ἀκούσας. Verum est οὐκ οὔσας, id est ψευδεῖς. Saepe sic Demosthenes, ut pag. 152, 6. αἰτίας οὐκ οὔσας πλασάμενος.

Pag. 38, 15. καθάπερ βέλος ἰσχυροτέρῳ προσπεσὸν εἰς τὸν ἀφέντα πάλιν ἀναΤΡΘΧει καὶ πολλάκις ἔτρωσεν αὐτὸν τὸν βαλόντα. Codex ἀνατρέφει. Emenda ἀναCτρέφει.

Pag. 38, 21. συμβαίνει τοὺς κατηγόρους ἐπαινέτας ἀναφαίνεσθαι καὶ μὴ βουλομένους ὧν κατηγόρησαν· ἐξελέγξαι ΔΕ οὐχ οἷοί τ' ἐγένοντο· αὐτοὶ γὰρ οὓς ἐπέδειξαν ἀγαθούς, οὐκ ἠδυνήθησαν ἑθέλοντες ἐλέγξαι πονηρούς. Primum supple ὧν κατηγόρησαν ΜΘΝ ἐξελέγξαι δέ. Deinde οὕς ab Editore insertum in suam sedem sic reducas: αὐτοὶ γὰρ ἐπέδειξαν ἀγαθοὺς, (οὓς) οὐκ ἠδυνήθησαν κτέ. Simul vides cur exciderit.

Pag. 39, 8. εἰ γνήσιόν ἐστιν αὐτοῦ τῆς ἀρετῆς ὄνομα. Revocanda lectio Codicis: γνήσιός ἐστι τοῦ τῆς ἀρετῆς ὀνόματος.

Pag. 39, 15. τῶν μὲν οὖν μυρρίνης στεφάνων οὐδεὶς ἀδοκίμαστος; οὐδ' ἄνευ ψήφου δικαστηρίου πειραθήσεται, τοὺς δὲ τῆς ἀρετῆς οὕτω προχείρως τῷ μὴ δοκιμασθέντι πρὸ τοῦ κεκριμένου δώσετε; Codex a pr. m. τὸν — στέφανον. Rectissime, namque haec vera scriptura est: ΤΟΝ μὲν οὖν μυρρίνης στέφανΟΝ οὐδεὶς — ΠΘΡΙθήσεται, ΤΟΝ δὲ τῆς ἀρετῆς κτέ. Quid notius est quam στέφα-

νον περιθεῖναι alteri, περιθέσθαι sibi, περικεῖσθαι capiti impositam habere?

Pag. 39, 31. *ἡμᾶς δὲ τοὺς ῥήτορας οὐκ ἐν ἀρχῇ τῇ μεγίστῃ τίθεσθε; οἷς πρῶτα μὲν τοὺς ἰδιώτας ὡς τοῖς ἄρχουσιν ἂν ὀνομάζητε, εἶτ' ἐκεῖνοι μὲν (ἐπί τινα χρόνον) ἐπαίτιοι, διὰ βίου δ' ἡμεῖς.* Emenda: *οἷς πρῶτα μὲν τοὺς ἰδιώτας* — 'ANT*ονομάζεται*. id est *τῷ τῶν ῥητόρων ὀνόματι τὸ τῶν ἰδιωτῶν ἀντιτίθετε.* Opponuntur *oratoribus privati*, ut *privati magistratibus* quoque opponuntur. Deinde eiecto Editoris emblemate *ἐπί τινα χρόνον* quaere quid lateat in *ἐκεῖνοι μὲν* 'ΕΠΑΙΤΙΟΙ, *διὰ βίου δ' ἡμεῖς.* Ipsa oppositio continuo ducit ad *ἐπέτειοι annui.* Magistratus, inquit, *in unum annum* creantur, nos perpetuo reip. praesumus.

Pag. 42, 34. de iudicibus dicit: *εἰ μὲν ἄκοντας ἐξαπατηθῆναί φησιν, ὡς ἀνοήτους, εἰ δὲ βουλομένους χαρίζεσθαι, ἀδίκους, ἐπιόρκους.* Scrib. *βουλομένους χαρίζεσθαι ἀδίκΩC, ἐπιόρκους.*

Pag. 43, 3. *εἶτα παρὰ μὲν τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἀνθρώποις ἄριστα δικάζειν καὶ νομοθετεῖν πάντα πεπίστευσθε, Κέφαλος δὲ παρανοίας αἱρεῖ τὰ δικαστήρια.* Quod sententia loci postulat *ἄριστοι δικάζειν* diserte in Codice scriptum est, ut apud Comicum:

ἄνδρες Ἑλλήνων ἄριστοι καταβαλεῖν παράσασιν.

παρανοίας αἱρεῖ sumsit ab Aeschine *contr. Ctesiph.* § 156. *μηδ' αἱρεῖτε παρανοίας τὸν δῆμον τὸν Ἀθηναίων.*

Pag. 43, 5. *τὰ δικαστήρια, ἐν οἷς οὔτε διώκων ἡττηθεὶς οὔτε φεύγων ἁλοὺς οὐδεὶς ἠτιάσατο τὰ ἐγνωσμένα.* Demosthenes pag. 642, 5. *ἐνταυθὶ μόνον οὐδεὶς πώποτε οὔτε φεύγων ἁλοὺς οὔτε διώκων ἡττηθεὶς ἐξήλεγξεν ὡς ἀδίκως ἐδικάσθη τὰ κριθέντα.*

Pag. 43, 15. *εἰς μὲν γὰρ ἅπαξ καὶ παρ' ἕνα καιρὸν ἰσχυρὸν ἀπάτη καὶ τέχνη, ὁ χρόνος Δ' ΕΦΟΡΑΙ τὴν ἀλήθειαν.* Repone: *ὁ χρόνος ΔΕ ΦΩΡΑΙ τὴν ἀλήθειαν.*

Pag. 43, 24. *πάνυ γ' οὐκ εὐμεταχείριστοι πρὸς ἀπάτην Ἀθηναῖοι.* Recte Codex: *πάνυ γοῦν*, quod in ironia frequens.

Pag. 44, 15. *ἕκαστον ἅπαξ ὑπὸ τὴν ψῆφον λαβόντες.* Recte Codex *ὑπὸ τῇ ψήφῳ*. Dicebant enim *ὑπὸ τὴν ψῆφον ἄγειν* et *ἰέναι*, sed *ὑπὸ τῇ ψήφῳ ἔχειν* et *λαβεῖν*. Lycurgus in *Leocratea* pag. 148, 4. *ἔχοντες ὑπὸ τῇ ψήφῳ τὸν προδότην.*

Pag. 44, 21. acres in iudicando Athenienses commemorat *πολλὰ καὶ τῶν οὐκ εἰρημένων τῇ κατηγορίᾳ* KATA*τιθέντας*, sine sensu. Emenda ΠΡΟC*τιθέντας*. Ex vetustis praepositionum siglis

nata confusio est. Confunduntur propterea inter se *πρός*, *κατά* et *ἀπό*. Saepe etiam siglis non intellectis pereunt, ut pag. 31, 9. *ταῦτα μὲν — οὗτος ἡμῖν ἄφωνος κάθηται*, imo vero: (*πρὸς*) *ταῦτα*. et pag. 44, 6. *Θρασύβουλος ὁ δοὺς τὴν δημοκρατίαν καὶ τὰ δικαστήρια*, non *dedit*, sed *reddidit*, *restituit* remp. et iudicia, igitur scrib. *ὁ ΑΠΟδούς*, ut pag. 54, 16. *Θρασύβουλον τὸν ἀποδόντα τῷ δήμῳ τοὺς νόμους*.

Pag. 45, 12. *ἐμοὶ δ' οὐκ ἔστιν ὅτε τοῦ μέτρου τῆς ζημίας ΕΙΤ' ΕΠεκουφίσατε*. Expunge molestum *εἶτ'* ex sq. 'ΕΠ vitio natum.

Pag. 46, 10. *πυνθανόμενος* (sic Cod. Editor *πειθόμενος*) *εἴτε βασκάνους ὑμᾶς καὶ πικρούς, εἶτ' ἀνοήτους καὶ ῥᾳθύμους ὑπολαμβάνΩΝ*, imo vero *ὑπολαμβάνΩ*. *quaerit ex me adversarius*, inquit, *utrum vos acerbos iudices an stolidos esse* EXISTIMEM.

Pag. 47, 5. *οὐ γὰρ Κύθνος ἢ Σίφνος ταῦτα, ὅπου δι' ὀλιγανθρωπίαν ἀλλήλους ἴσασιν*. Deest aliquid ad sententiae integritatem, nempe *δι' ὀλιγανθρωπίαν* ΠΑΝΤΕС *ἀλλήλους ἴσασιν*. Galenus pertaesus medicorum in urbe Roma improbitatem *ἀπαλλάξομαι*, inquit, (Tom. XIV. pag. 624. Kuhn.) *τῆς μεγάλης ταύτης καὶ πολυανθρώπου πόλεως εἰς τὴν ὀλιγάνθρωπόν τε καὶ μικρὰν ἐν ᾗ πάντες ἴσμεν ἀλλήλους*. Exquisite et Attice dixit: *οὐ γὰρ Κύθνος ἢ Σίφνος ταῦτα*, nisi quod illi eo sensu *τάδε*, non *ταῦτα*, dicebant.

Pag. 47, 19. *σὺ δ' οὐκ ἀποδέδυσαί ποτε τὸν βίον τοῖς δικασταῖς οὐδὲ γυμνὴν τὴν ψυχὴν ἔδειξας*. Nihil est *ἀποδέδυσαι τὸν βίον*. Codex a pr. m. *ἀπέδυσαι*, in quo latet *οὐκ ἀπέδυσAC*. Idem est *ἀποδῦσαι* et *γυμνὸν δεῖξαι*.

Pag. 49, 14. *εἴτις — νομοθετῶν ὅπου καιρός, χρήματα κοινὰ διαχειρίζων, προσκρούων, ὡς εἰκός, ἐν τῇ πολιτείᾳ* ΠΑCΙ, *τισὶ φθονούμενος ἐφ' οἷς ἐπαινεῖται βίον ἀκίνδυνον ἐν ἐπικινδύνῳ προαιρήσει φυλάττει*. Pugnat cum rei natura *προσκρούων* ΠΑCΙ. Corrigendum: — *ὡς εἰκὸς ἐν τῇ πολιτείᾳ*, ΠΑΡΑ *τισι φθονούμενος*.

Pag. 50, 6. *ἔλαβε τὰ τοῦ πολέμου κατὰ τὴν αὐτοῦ ἑκάτερος πρόνοιαν· τέλος, ἐσεφανούμην, οὗτος εἰς δεσμωτήριον εἵλκετο*. Sensu vacua haec sunt. Codex *κατὰ τὴν ἑκατέρου πρόνοιαν*. Iam lux affulget: coniunge: *ἔλαβε τὰ τοῦ πολέμου — τέλος*. *debellatum est*.

Pag. 50, 24. *οὐδὲ οὔτε πρὸς τὸν αὐτόν κτἑ*. Pro *οὐδέ* supposuit Editor *οὐ δείξας*. Ludere hoc est, non emendare, et nihil

sic ad locum intelligendum proficimus. Scrib. *νῦν δὲ οὔτε κτἑ.*

Pag. 51, 1. *μηδ'* — *αὐτῷ δωρεὰν οἰϛέον* (*ἀλλ'*) *ἐχρῆν εἰ καί τις ἐν ἐνείδους μέρει προϹέφερεν αὐτῷ τὰς ἀναριθμήτους κρίσεις ἐγκαλύπτεσθαι.* Editoris est *ἀλλ'* interpositum at tu repone: — *οἰϛέον* ΑΟΝ *ἐχρῆν* et *πρΟέφερε*, id est *ὠνείδιζε*, pro *προσέφερε.*

Pag. 53, 25. *εἰ μὲν ὤφειλον* — *εἰ δ' ἀπηλλάγησαν ἀζήμιοι.* Codex *ὤφελον*, Editor *ὤφειλον.* Verum est *ὤφλον.* Perpetua in libris haec confusio est. Facile est tamen haec inter se discernere: *ὤφελον* est *utinam*, *ὤφειλον debebam*, sed *ὤφλον condemnatus eum.*

Pag. 53, 25. *οὐδὲ τῶν ἰδιωτῶν*, inquit, *οὐδεὶϛ ἀδοκίμαϛοϛ* et post pauca: *μέγα δικαϛήριον ἡ πόλις πᾶϹΑ τῶν καθ' ἡμέραν ἐπιτηδευμάτων.* In simili re *ἡ πόλις* dicitur, non *ἡ πόλις πᾶσα.* Euripides dixerat:

ἡ Φύσις ἐβούλεθ', ᾗ νόμων οὐδὲν μέλει.

hinc salse Anaxandridas:

ἡ ΠΟΛΙϹ *ἐβούλεθ', ᾗ νόμων οὐδὲν μέλει.*

Quid igitur verbo *πᾶσα* faciemus? Suadente rei natura rescribemus: *μέγα δικαϛήριον ἡ πόλις* ΠΑϹΙ. In civitate *omnibus* vitae ac morum rationes reddendae sunt.

Lacuna est pag. 54, 26. *ἐγὼ μὲν εἰ τοῦτό σοι δοκεῖ σεμνὸν εἶναι τὸ κεκρίσθαι λέγω τρόπον οὐχ ὃν οἱ δοκοῦντες ἀδικεῖν — ἀλλ' ὃν οἱ χρηϛοί.* Arenam sine calce vides. Ex imo sententiae fundo emergit lacunae supplementum hoc: *σεμνὸν εἶναι τὸ* (ΚϵΚΡΙϹΘΑΙ *πολλάκις, καὶ αὐτὸϛ πολλάκις*) ΚϵΚΡΙϹΘΑΙ *λέγω.* Lacunae causa quae fuerit vides. Nunc verborum sententia revixit: *καὶ αὐτὸϛ πολλάκις κέκριμαι*, inquit, non apud iudices, quod improborum est, sed in Curia et in Comitiis, quod est boni viri.

Pag. 55, 10 de sycophantis dicit: *ᾧ μηδ' ἀντιβλέψαι τῶν ταύτην* [*τὴν*] *τέχνην ἐχόντων*, ubi certa lex sermonis *τήν* deleri postulat.

Post pauca 55, 17. scribe *τύχῃ μᾶλλον ἢ ῥώμῃ δόξειεν ἂν κρατϵΙΝ* pro inepto *κρατύνειν*. et in vicinia: *τίϛ οὖν ἡ ϛρατιώτην κωλύϵΙ τρόπαιον ϛῆσαι — ἢ τοῖϛ ἀΚΟΝΙτὶ νικῶσιν ἀθληταῖϛ τοῦ ϛεφάνου φθονεῖ*; pro *τίϛ ἂν οὖν — κωλύσαι — ἀπονητί.* In Codice recte *φθονεῖ* scriptum est, unde reliqua facile emendes. Editor auxit malum scribendo *φθονοῖ.*

Pag. 55, 24. *ἀποφράξαϛ τῶν κακοήθων τὰ ϛόματα, τὰϛ κακη-*

γόρους γλώσσας ἀποσρέψας. In Codice est ἀπορράψας τῶν κακοήθων τὰ σόματα. Editor ἀποφράξας de suo supposuit additque „cf. *Dem. de fals. leg.* § 208," ubi est: τοῦτ' ἀποσρέφει τὴν γλῶτταν, ἐμφράττει τὸ σόμα, ἄγχει, unde Libanius sumsit suum τὰς γλώσσας ἀποσρέψας. Sed ἀπορράψας τὰ σόματα Aeschini sublectum est e notissimo loco *de F. L.* p. 31, 5. ἀπορράψειν τὸ τοῦ Φιλίππου σόμα, quod Libanio redde.

Pag. 56, 3. ἡ πόλις — πρὸς αὐτὴν ὀμόσασα τὸ „οὐ μνησικακήσω" — οὐχ ἥττω ἀτυχήματ' ἂν εἶχεν ἐν δημοκρατίᾳ δίκας νομίζουσα τῆς ὀλιγαρχίας. Sic haec ab Editore corrupta sunt. Codex: οὐχ ἧττον ἀτυχήματα συνέχεις, unde Libanii manus emergit haec: οὐχ ἧττον ἀτύχημΑ TAC συνεχεῖς ἐν δημοκρατίᾳ δίκας νομίζουσα τῆς ὀλιγαρχίας.

Pag. 56, 10. κινδυνεύεις ἀποτυχεῖν καὶ κακίων νομισθεὶς ἀπελθεῖν. Codex κινδυνεύεις πρὸς τὸ τυχεῖν, unde elicitur vera lectio: κινδυνεύεις πρὸς τῷ ἀποτυχεῖν καὶ κακίων νομισθεὶς ἀπελθεῖν.

Pag. 57, 21. εἰ μὲν γραψάμενοί μέ τινες εἶασαν καταβαλόντες: sic Codex, Editor μεταβαλόντες substituit nullo sensu. Libanius suum καταβαλόντες sumsit a Demosthene pag. 260, 22: μάλισα μὲν μὴ θεῖναι τὸν νόμον, εἰ δὲ μή, καταβαλόντα ἐᾶν ἐν ὑπωμοσίᾳ. Hinc igitur ille εἶασαν καταβαλόντες dixit, diversa ut solet confundens.

Pag. 58, 2. εἰ μὲν γὰρ οὐχὶ τὴν αὐτὴν ᾠκοῦμεν πόλιν εἶχε ΜΘΝ ἂν πρόφασιν αὐτὸς μὲν — ἐγὼ δέ κτἑ. Voculae μέν nullus hic locus est. Simplicissima emendatione repone εἶχOMΘN ἂν πρόφασιν.

De clementia iudicum Athenis ita dicit pag. 58, 18. πρὸς τὸν κινδυνευόμενον ἀεὶ βέπετε, οἰκτείρετε, πλείω δάκρυα τῶν κρινομένων ἀφίετε. Reus, credo, dicitur κινδυνεύειν, non κινδυνεύεσθαι, quamobrem πρὸς τὸν κινδυνεύONTA verum est.

Post pauca pag. 58, 26. ἃ γὰρ ἔδεισαν οἱ κρινόμενοι μὴ πάθωσιν ὡς παθόντας ἀφίετε σωφρονισὴν ΚΑΙνὸν τὸν φόβον ἡγούμενοι. Falsa sententia est, namque ὁ φόβος semper et ubique omnium est σωφρονισής, sed satis est unam literulam transponere ut fiat σωφρονισὴν Ἱκανόν.

Pag. 58, 30. ἐν Λακεδαίμονι — βραδεῖς μὲν αἰτιάσασθαι περὶ πολίτου, χαλεποὶ δὲ κρίνοντες. Soloeca haec quidem oratio est αἰτιᾶσθαι περὶ πολίτου. Excidit aliquid sic fere supplendum αἰτίας (δέχε)σθαι περὶ πολίτου.

Pag. 59, 4. *τὸ μὲν κριθέντA Cωθῆναι μυρίοις ὑπῆρξεν*, emenda *κριθέντAC*.

Pag. 59, 6. *Οἰδίπουν ἀφήκατε ἀποκτείναντα τὸν πατέρα, Ὀρέσην ϵKONTA τὴν μητέρα*. Clamat oppositio explendum esse *ἀποκτείναντα ϺAKONTA τὸν πατέρα*.

Contra pag. 59, 11. inanis lacunae species fefellit Editorem, qui dedit: *τὸ δὲ μὴ κριθῆναι πολιτευόμενον οὐκ ἄν τις ὅτῳ γέγονε πρὸ ἐμοῦ παράσχοιτο. ***** τίμια οὐχ ὅσα κοινὰ πρὸς πολλούς, ἀλλὰ τοῖς τιμωμένοις αὐτοῖς ἐστιν ἐξαίρετα*. Nihil enim amissum est praeter unam literam. Scrib. *παράσχοιτο. τίμια Δ' οὐχ ὅσα κοινὰ πρὸς πολλοὺς ἀλλ' Ϻ τοῖς τιμωμένοις αὐτοῖς ἐστιν ἐξαίρετα*. Respondet his Aristophon pag. 41, 29. *εἰ δέ γε τῶν ἐξαιρέτων καὶ Ϻ πρὸς ἄλλους οὐκ ἔστι κοινὰ τὰς δωρεὰς εἶναί φησιν κτέ*.

Pag. 59, 20. *τὰ αἴσχιστα ἀκούειν ἐν μέσοις τοῖς δικαστηρίοις*. Mendum est in *αἴσχιστα*. Graeci dicebant *τὰ ἔσχατα λέγειν ἀλλήλους* et *τὰ ἔσχατα ἀκούειν*, quod reponendum.

Post pauca p. 59, 26. *μηδὲ πεῖραν αὐτῶν λάβHτε*. Optantis oratio est, non vetantis: itaque *λάβOIτε* verum est. Id ipsum *λάβοιτε* in Codice est, sed Editorem ratio fugit.

Pag. 59, 26. *τὸν ἐμὸν (δὲ βίον) — ψόγου μὲν ἀνήκοον, ἐπαίνων δὲ πλήρη τίς οὐκ ἂν αὐτῷ τε καὶ* ΠACI *γενέσθαι δέξαιτο*; adde literam *αὐτῷ τε καὶ* ΠAI*σί sibi liberisque*, quae in tali re solemnia verba sunt.

In vicinia pag. 59, 32. *τοὺς δὲ βίους εἶναι βουλόμενοι καλούς*. Nolim Editori docto viro inclementer dicere, sed satis mirari nequeo cur *βίους* de suo ausus sit substituere pro scriptura Codicis sanissima *παῖδας*.

Sine sensu editur pag. 60, 16. *πρὸ τῶν ἐπωνύμων ἴδοις ἂν δεινά „Ἀριστοφῶντα κλοπῆς ἢ προδοσίας" ὀδύρῃ*, pro *ἴδοις „Ὁ δεῖνα Ἀριστοφῶντα κλοπῆς ἢ προδοσίας" ὀδύρῃ*. ex noto Demosthenis loco.

Sequitur: *ὀδύρῃ καὶ πρὸς τοὺς ἁπαντῶντας „ἐμὲ μισοῦσιν ἅπαντες καὶ τί παρέσεσθαι κακοῦ (ἐπιχαίρουσι), Κέφαλος εὐδαίμων καὶ πρὸς τοὺς δικαστὰς βοᾷς*. Scopas solutas, ut aiunt. Editor *ἐπιχαίρουσι* de suo addidit; sed quid quaeso est: *καὶ τί παρέσεσθαι κακοῦ ἐπιχαίρουσι*? Nihil prorsus. Libanius scripserat: *ὀδύρῃ· καὶ πρὸς τοὺς ἁπαντῶντας· „ἐμὲ μισοῦσιν ἅπαντες." καί· „τί* ΠϵPAC *ἔσται κακοῦ;" (καὶ) „Κέφαλος*

εὐδαίμων." καὶ πρὸς τοὺς δικασὰς βοΑΙC (βοᾷς, non βοαῖς). Aristophon quoties videret suum nomen inter reos haerere πρόσθε τῶν ἐπωνύμων (sic Attici dicebant, raro πρὸ τῶν ἐπ.) eiulans inducitur „*omnes me odio habent*" et „*quis finis erit miseriarum?*" et „*o felicem Cephalum!*" ut nihil molestiae sit reliquum. Τί πέρας (οὐδὲν πέρας) κακοῦ vel κακῶν; saepe legitur. Plato in Phaedro pag. 254. B. ὅταν μηδὲν ᾖ πέρας κακοῦ.

Pag. 60, 28. σὺ δέ μοι (del. μοι) μνησικακεῖς ἅπασιν, ἐλαύνεις ὡς ἐχθροὺς καὶ καΚῶς ποιεῖς. Sic Editor. Codex καὶ καΛῶς ποιεῖς rectissime. Sic passim Demosthenes, veluti pag. 141, 19. οἱ γὰρ εὔποροι πάντες ἔρχονται μεθέξοντες τούτου καὶ καλῶς ποιοῦσιν. et saepe Libanius in editis.

Pag. 61, 2. scribe: οὐδὲν ἄλλο. Ἀριστοφῶν μὲν οὖν αἰτεῖ παρ' ἑτέρων τοῦτο. Editor: οὐδὲν ἄλλ' Ἀριστοφῶν — παρ' ἑτέρων Ἢ τοῦτο, sine sensu. Deinde sic lege: ἐγὼ δὲ — [ὃς] εἰμὶ καὶ δοκῶ πᾶσι τοιοῦτος οἷος οὗτος εἶναι δοκεῖν ἀγωνίζεται, expuncto ὃς vel quod in Codice est οἷς.

Tum transpone: ᾧ βούλεται μὲν ὅμοιος δοκεῖν, ἀδυνατεῖ δέ. pro βούλεται ὅμοιος μέν.

Praeterea vs. 13. emenda: οὐκ ἂν τὸν ἄνοσον προῦθετϵ pro προῦθετO.

Pag. 62, 13. πρὸς μὲν οὖν τό „οὐκ ἐγράψω με." ὅτι [δὲ] μηδ' οὗτος ἐμέ, ἴσον πρὸς ἴσον ἂν εἶναι δοκοίη. Expunge δέ et omnia habebunt optime.

Misere corruptus locus est pag. 63, 4. ubi hoc unum dispicio in οἷς ἔθος εἴη ὡσ ἀέρος δεδράχθαι latere: οἷς ἔθος εἴ TIC CaΘρός. Reliqua non expedio.

Pag. 64, 2. Codex: τοὺς τούτου δ' ὑμεῖς ἀπεκρούσασθε κατηγόρους ὥσπερ τινὲς χρησοὶ σύμμαχOI; recte et perspicue. Nescio quid Editori in mentem venerit, qui substituit συμμάχους.

Pag. 64, 17. εἰς δύο τάγματα τῶν πολιτῶν νενεμημένων. Perinfelix est Editoris coniectura τάγματα pro ταῦτα, quod sanissimum est. Demosthenes pag. 132, 12. διεσηκότων εἰς δύο ταῦτα τῶν ἐν ταῖς πόλεσιν. et pag. 144, 27. εἰς δύο ταῦτα διήρητο τὰ τῶν Ἑλλήνων Λακεδαιμονίους καὶ ὑμᾶς.

Pag. 64, 23. ἐγὼ τὴν διὰ μέσου τῆς πολιτείας ὁδὸν τραπόμενος οὔθ' οὕτως ἀΠΟτολμος ὡς ἃ δεῖ μὴ λέγειν (αἰσχρὸν γάρ) οὔθ' οὕτως ἰταμὸς ὡς ἃ μὴ δεῖ λέγειν (σφαλερὸν γὰρ τοῖς ὅλοις). Corrige: οὔτως Ἄτολμος et bis ὥσΘ' pro ὡς.

Paulo ante in Codice est: *τῶν μὲν εὐλάβειAN περιττHN τὸν ἡσύχιον βίον ἠρημένων*, substituit Editor *εὐλαβείᾳ περιττῇ*. Melius est rescribere *τῶν μὲN ΔΙ' εὐλάβειαν περιττήν*. Praecedens N sequens ΔΙ absorpsit.

Pag. 65, 1. *ὁ δὲ τὴν εὐβουλίαν εὐλάβειαν καλεῖ καὶ τὸν λογισμὸν ὡς ὄκνον κακίζει καὶ τὴν μὲν ἀπόνοιαν ὡς ἀνδρείαν ὑποκορίζεται, τὸ δ' ἀσφαλὲς ὡς* (recte Cod. *εἰς*) *δειλίαν μέμφεται*. Expuncto *ὡς* scribendum *τὴν μὲν ἀπόνοιαν ἀνδρείαν ὑποκορίζεται* id est *ὑποκοριζόμενος ὀνομάζει*.

Sequitur vs. 6. *μήτε κυβερνήτης Φιλονεικείτω* (*Φιλονικείτω*) *πρὸς ἐναντία πνεύματα μηδὲν ἔχων ναυμαχείτω τοῖς κύμασιν ἐξὸν τὰς νομίμους ὥρας ἀναμένειν καὶ τὰ δεξιὰ πνεύματα*. In his *μηδὲν ἔχων* nihil est. Editor, qui semper paratam correctionem habet, sed fere infelicem, substituit *μηδὲ ναυλοχῶν* sine sensu. Emenda: *μηδ'* 'ΘN ΧΘΙΜΩΝΙ *ναυμαχείτω τοῖς κύμασι*, quod sqq. luculenter demonstrant. *μὴ Φιλονικείτω πρὸς ἐναντία πνεύματα ἐξὸν ἀναμένειν τὰ δεξιὰ πνεύματα*. Similiter *μηδ' ἐν χειμῶνι ναυμαχείτω τοῖς κύμασιν ἐξὸν ἀναμένειν* TAC NOMIMOTC 'ΩPAC.

Unum tantum addam. pag. 66, 8. *ἓν δὲ εἰπὼν καταβήσομαι· τὴν μὲν τούτου δωρεὰν ἣν ἂν αἰτήσῃ πάντως τις γράψεται. τί οὖν βούλεσθε πράγματα ἔχειν*; Dixerat de more: *ἓν δ'* 'ΘTI *εἰπὼν καταβήσομαι*. et pro *ἣν ἂν αἰτήσῃ* sententia suadente restitue *ἣν κρατήσῃ*.

Sunt praeter haec in utraque declamatione complura alia mendose scripta aut etiam flagitiose corrupta.

Multa minutiora consulto praeterii, plura sunt etiam quibus nullam opem ferre potui, unde diu multumque quaerendo nihil extudi quod aliqua veri specie commendaretur. Videant alii.

In Codice nescio quo pacto duae declamationes inter se locum mutaverunt. Cephalus enim dixit prior, cui respondit Aristophon, qui multa adversarii dicta et argumenta *ipsis verbis* repetita modo serio refutat, modo elevat, modo deridet, ut nulla de ea re superesse possit dubitatio. Inspice mihi modo hos locos: pag. 29, 29. *τούτου μὲν ἠκούσατε Φορτικῶς αὐτὸν ἐγκωμιάζοντος*. pag. 30, 12. *ταῦτα γὰρ ἠκούετε αὐτοῦ σεμνολογου-*

μένου. pag. 30, 30. pag. 31, 1. pag. 33, 22. pag. 34, 31. pag. 37, 19 et 33. pag. 38, 9. pag. 40, 15. pag. 41, 15 et 24 et 30. pag. 42, 32. pag. 44, 8. pag. 46, 10 et pag. 47, 9.

Cephalus de more ea, quae adversarius dicturus esse videbatur, refutare occupat, idque semel pag. 62, 6., quae res Editori fraudi fuit.

Vero ordine et Scholiastae ab Editore laudati et ipse Libanius; *ἀμφισβητοῦσι πρὸς ἀλλήλους Κέφαλος καὶ Ἀριστοφῶν*. Sed quid plura in re perspicua? Quam autem coniecturam Editor in ima pag. 28. protulit, eam, si est ingenio hilarior, ipse ridens, credo, repudiabit.

Sed superest alia res multo maioris momenti, de qua pauca nunc quidem dicere iuvat, in ipso Libanio pertractando copiosius de eadem dicendi copia dabitur. Vehementer enim ab Editore dissentio serio existimante inesse in his Libanii declamationibus aliquid bonae frugis, unde Graeciae historia, aut Oratorum Atticorum vita, indoles, ingenium, mores, consilia reip. administrandae aut consuetudo fori, leges ac ius rectius ac melius quam antehac cognoscantur.

In omnibus omnium Rhetorum ac Sophistarum *μελέταις* et declamationibus *si quid inest veri* (ut ille iocabatur) *non est novum, si quid novi, non est verum*. Libanius, (ne dicam de caeteris) historiae Atheniensium tam ignarus est quam incuriosus. Idem in iure et Antiquitatibus (ut nunc loquimur) Atticis plumbeus nec rerum forensium nec verborum peritus est neque esse curat. Alia omnia sectatur, illa negligit et contemnit. Paucos quosdam scriptores veteres, meros principes (quos omnes habemus superstites), per totam vitam sedulo lectitavit: Homerum, Herodotum, Thucydidem, Xenophontem, Aristophanem et Oratores Atticos, quorum Demosthenem et Aeschinem tenebat memoriter. Attigit Platonem, attigit et alios quosdam obiter, sed totus erat in nobilium Sophistarum scriptis, quorum unum omnium maxime Aristidem habebat in deliciis. Illum potissimum aemulatur, cum illo veluti de palma dicendi summa ope et omnibus viribus contendit. In lectitandis scriptoribus antiquis ita versatus est, ut non rerum gestarum notitiam colligeret non reip., non legum, non iuris rationem et usum animadver-

teret, sed ut oratoriam facultatem et dicendi copiam aleret et argumentis inveniendis disponendisque esset exercitatior sollertiorque, neque iis veris et ex vitae luce ac veritate naturae petitis, sed *πιθανοῖς καὶ κομψοῖς*, qualia vitiosa illorum temporum *ῥητορική* ex praeceptis quibusdam subtilibus magis quam sanis tum amatoribus suis suppeditabat.

Itaque *perdit operam qui apud Libanium aut rerum veterum aut verborum notitias novas et veras quaerit.* Non est enim novum si quid apud eum veri repereris, sed sumtum ab iis testibus, quos ipsi multo melius et acrius interrogare solemus. Contra quae apud eum nova et inaudita memorantur mera sunt commenta et figmenta sine fide, sine auctoritate, sine pretio. Nulla omnino est apud illos sequioris aetatis Sophistas *ἀναζήτησις τῶν παλαιῶν*. Vetera nec ipsi curabant scire et auditoribus vel lectoribus sua declamitabant perinde imperitis et incuriosis. Nemo quidquam ex his verum esse existimabat: quaerebant omnes inanem animi oblectationem et delenimenta aurium. Quid magis esse potest a vitae et naturae veritate alienum quam sunt istarum declamationum argumenta? Aut *στρατηγὸς* est aut *ἀρισεύς* et sine numero *τυραννοκτόνοι* in Graecia inermi et imbelli et arrogantibus dominis serviente. Risum haec moverent nisi multo maiorem misericordiam ante movissent.

Quam sint haec vera in ipso Libanio alias multis ac diligenter ostendam. Nunc ex duabus his novis Declamationibus paucis sed certis argumentis demonstrare conabor. Libanius hanc materiam ex notissimo loco Aeschinis, *quem non recte intellexit*, omnem desumsit. Locus est in *Ctesiphontea.* § 194. *ἐτόλμα δ' ἐν ὑμῖν ποτὲ σεμνύνεσθαι Ἀρισοφῶν ἐκεῖνος ὁ Ἀζηνιεὺς λέγων ὅτι γραφὰς παρανόμων ἀπέφυγεν ἑβδομήκοντα καὶ πέντε· ἀλλ' οὐχὶ ὁ Κέφαλος* Ὁ ΠΑΛΑΙΟΣ ἘΚΕΙΝΟΣ, *ὁ δοκῶν δημοτικώτατος γεγονέναι, οὐχ οὕτως, ἀλλ' ἐπὶ τοῖς ἐναντίοις ἐφιλοτιμεῖτο λέγων ὅτι πλεῖσα πάντων γεγραφὼς ψηφίσματα οὐδεμίαν πώποτε γραφὴν ἔφυγε παρανόμων.* In huius igitur loci interpretatione nescio quo pacto omnes veteres ac recentiores ut Libanius sic Ruhnkenius (in *Histor. Crit. Oratt.* pag. XLI) in eundem errorem veluti in laqueum se induerunt. Ruhnkenii haec verba sunt: *„morum integritatis tantam fiduciam Cephalus habuit ut ausus sit cum Aristophonte Azenicnsi contendere uter*

aetatem egerit honestius." In eodem opinionis errore versantur omnes, qui et ante Ruhnkenium et postea de his rebus scripserunt. Dicam cur ab iis omnibus mihi dissentiendum esse putem. Primum nec sane levissimum hoc est: Aristophon ad remp. accessit post Cephali mortem. Dices: si hoc unum probaveris satis est et reliquas demonstrationes tibi remitto. Audi igitur. Cur dixit Aeschines ὁ παλαιὸς ἐκεῖνος? Itane dici potest de eo, qui Aeschinem et Demosthenem ita aetate antecessit, ut tamen aliquo tempore *una vixerint?* ut hominem ipsi iuniores *viderint?* Confidenter respondeo „*non potest.*" Necesse est ut ὁ παλαιὸς ἐκεῖνος Κέφαλος diu ante in rep. floruerit et olim esset mortuus. Appellatur de more ὁ παλαιὸς ἐκεῖνος ut ab altero oratore cognomine iuniore distinguatur. Nempe *duo* Κέφαλοι *nobiles in rep. et potentes fuerunt.* Alter in bello Peloponnesiaco Hyperbolo, Cleoni, Cleophonti aequalis fuit; alter paulo Demosthene et Aeschine antiquior, ut eum uterque viderit et audiverit. De hoc Demosthenes *de Corona* pag. 301, 18. πόλλοὶ γεγόνασι ῥήτορες ἔνδοξοι πρὸ ἐμοῦ Καλλίστρατος ἐκεῖνος, Ἀριστοφῶν, Κέφαλος, Θρασύβουλος ἕτεροι μυρίοι. Hos omnes tamen viderat et audiverat, ut Callistratum, cum aliis saepe apud iudices aut in comitiis contenderat, ut cum Aristophonte (in *Leptinea* pag. 501. sq.) *Priscus* ille Cephalus ridetur a Comicis antiquis: Aristophane in *Ecclesiaz.* 248.

ἀτὰρ ἦν Κέφαλός σοι λοιδορῆται προσφθαρείς,
πῶς ἀντερεῖς πρὸς αὐτὸν ἐν τῇκκλησίᾳ;
Β. φήσω παραφρονεῖν αὐτόν. Α. ἀλλὰ τοῦτό γε
ἴσασι πάντες. Β. ἀλλὰ καὶ μελαγχολᾶν.
Α. καὶ τοῦτ' ἴσασιν. Β. ἀλλὰ καὶ τὰ τρυβλία
κακῶς κεραμεύειν, τὴν δὲ πόλιν εὖ καὶ καλῶς.

et a Platone Comico (apud Plutarchum *de regenda rep.* pag. 801. Β.) Πλάτων ὁ Κωμικὸς τὸν Δῆμον αὐτὸν λέγοντα ποιεῖ·

λαβοῦ λαβοῦ τῆς χειρὸς ὡς τάχιστά μου·
μέλλω στρατηγὸν χειροτονεῖν Ἀγύρριον.

καὶ πάλιν αἰτοῦντα λεκάνην καὶ πτερὸν ὅπως ἐμέσῃ λέγοντα·

προσίσταί μοι πρὸς τὸ βῆμα μαντίλη.

καὶ·

βόσκει δυσώδη Κέφαλον αἰσχίστην νόσον.

Plato sic dixisse videtur:

λεκάνην ταχέως μοι προσφερέτω τις καὶ πτερόν.
προσέρχεταί μοι πρὸς τὸ βῆμα Μαντίας.

et nescio quem induxerat πρὸς τὸν Δῆμον ita dicentem:

βόσκειC δυσώδη Κέφαλον αἰσχίσην νόσον.

Sed negant haec Comicorum dicta et maledicta cadere in eum, qui tanta fuerit morum integritate quantam praedicant. Hoc Comici curant scilicet. Praeterea ea morum integritas ex Aeschinis loco minime colligitur neque in Aristophonte neque in nostro Cephalo fuisse. Aristophon ἑβδομηκοντάκις καὶ πεντάκις ψήφισμα γράψας ἐγράφη παρανόμων καὶ ἀπέφυγεν. Quis ex ea re colligat eum vita probum et moribus integrum fuisse? Nemo hercle. Eadem est Cephali ratio: numquam in iudicium παρανόμων adductus est. Cautus igitur homo erat, callidus, iuris legumque peritus, disertus denique, sed non vir bonus. Poterat esse vita improbus, luxuriosus, helluo, nequam, et tamen in rogationibus nihil ferre contra leges. Ne hoc quidem Libanius animadvertit, nil nisi τὰς παρανόμων γραφάς commemorari, et saepe iactat γραφὰς παραπρεσβείας, δώρων, ὕβρεως, κλοπῆς, προδοσίας (προδοσίας in Oratore!), unde vix Aristophon paucis sententiis vel una tantum elapsus sit. pag. 56, 23. παρ' ὀλίγας γὰρ ἀφεῖται καὶ ΠΑΡΑ ΜΙΑΝ πολλάκις. Unde hoc sciebat Libanius? Commentus est de suo et manifesta haec omnia figmenta sunt. Cephalus ille quis fuerit, quibus temporibus in rep. floruerit, quae consilia secutus sit, quas res egerit, Libanius iuxta cum ignarissimis nesciebat. Fingit tamen nobis Cephalum oratorem pag. 31, 6. toto coelo a vero diversum. Κέφαλος ἀφοσιούμενος τὴν πολιτείαν ἄχρι τοῦ ῥήτωρ εἶναι ΔΟΚΘΙΝ. εἰ μέν τι μέγα καὶ ἀτέκμαρτον ἔχον τοῦ τέλους τὴν κρίσιν — πρὸς ταῦτα μὲν οὗτος ἡμῖν ἄφωνος κάθηται· ὅταν δ' ἱερῶν πέρι χρηματίζητε καὶ περὶ τοῦ τὰς ὁδοὺς ἐπισκευάσαι καὶ κονιᾶν τὰς ἐπάλξεις (ex Demosthene pag. 36, 16. τὰς ἐπάλξεις ἃς κονιῶμεν καὶ τὰς ὁδοὺς ἃς ἐπισκευάζομεν. cf. pag. 175, 4.) — πρῶτος ὑπακούει τῷ κήρυκι. Post pauca: ὅτι μὲν χρὴ πολεμεῖν οὐδεὶς ἤκουσεν αὐτοῦ ῥᾳδίως, ἐπαινέσας δὲ τοὺς προγόνους καὶ τὰ τρόπαια ἀριθμήσας κατέβη. Non est satis: πολλὰ δὲ καὶ πρὸς χάριν λέγει, θεωρικῶν διανομὰς καὶ τοιαῦτα πολιτεύεται — ἀφ' ὧν αὐτὸς μὲν ἀθάνατος ἕνεκα τῆς παρ' ὑμῖν ἀσφαλείας, ὁ δῆμος δὲ οὐ δύναμιν, οὐ τιμήν, οὐ δόξαν ἐκαρπώσατο. Peiora etiam addit haec: οὐ μόνον δὲ τὸν δῆμον ταύτῃ

ὑπέρχεται ἀλλὰ καὶ τοὺς ῥήτορας αὐτοὺς θεραπεύων διαγίνεται, κἂν δοκῇ τοῖς μὲν ταῦτα, τοῖς δὲ τἀναντία, οὐδετέροις ἀντιλέγει σαφῶς ἐπαμφοτερίζων δὲ — φίλος ἀμφοτέροις μένει. O hominem nequam ac nihili! dixeris. Nondum audivisti omnia: λόγους προκαθίησιν ἐκ πολλοῦ κἂν μὲν ἀντιλέγῃ μηδεὶς ἔγραψεν· ἢν δὲ σμικρὸν ὑποκρούσῃ τις — ῥίψας τὸ ψήφισμα φεύγων οἴχεται. Superest etiam aliud: κλέπτουσι τὰ κοινά τινες· εἰ μὲν ῥήτωρ οἷος ἀντεγκαλεῖν οὐχ ὁρᾷ· ἐπὶ δὲ τοὺς ἰδιώτας καὶ ὑφ' ὧν οὐ δέος μὴ κριθῇ δεινός ἐστιν. Estne opus dicere haec omnia de nihilo ficta esse et nihil horum cadere in illum Κέφαλον τὸν Κολυττέα, τὸν παλαιὸν ἐκεῖνον, qui olim cum Archino solus lapsam remp. sustinuit et restituit. Quod quum Libanius ignoraret ingenio indulsit et argumento serviens suo arbitratu declamitavit. Sed illuc redeo, in quo est summa rei, ut ostendam Cephalum diu ante Aristophontem vixisse. Duos fuisse Cephalos constat: utrum igitur dicit Aeschines? ὁ Κέφαλος ὁ παλαιὸς ἐκεῖνος, inquit. Nulla igitur est dubitatio. Perveterem oratorem dicit bello Peloponnesiaco aequalem, quem rident Plato et Aristophanes, quem Andocides anno 400 optime de rep. meritum appellat (*de Myster.* pag. 19, 30.), quem Dinarchus anno 402 summae reip. praefuisse cum Archino testis est (*adv. Demosth.* pag. 100, 3.) his verbis: τότε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, — ὁ καταλυθεὶς ὑπ' ἐκείνων (τῶν Λακεδαιμονίων) δῆμος — πάλιν ἡγεμὼν ἦν τῶν Ἑλλήνων — συμβούλους ἔχων Ἀρχῖνον καὶ Κέφαλον τὸν Κολυττέα. Disertum testimonium est et conspirant omnia. Suidas v. Κέφαλος. — γέγονεν ἐπὶ τῆς ἀναρχίας. Ab anno 402 ἀρετῆς μεγίσης εἰς τὸ πλῆθος ἔλεγχον δούς (Andocides 1 l.) καὶ δοκῶν δημοτικώτατος γεγονέναι, (Aeschines 1. l.) remp. auctoritate et consiliis rexit πλεῖστα πάντων γεγραφὼς ψηφίσματα (Aeschines). Post annos decem (392) dicto eum tetigit Aristophanes, et circa eadem tempora Plato una cum aequalibus Agyrrhio et Cleophonte. Recte et ordine procedunt omnia. Cur autem Dinarchus 1. l. eum appellat τὸν Κολυττέα? Scilicet ut a iuniore Cephalo distinguatur, quem Dinarchus paulo ante commemoraverat ut sibi propemodum aequalem pag. 95, 8. τὰ μικρὸν πρὸ τῆς ἡμετέρας ἡλικίας γεγενημένα ὑπὸ Κεφάλου τοῦ ῥήτορος. et post pauca: ἔπεισαν ἐξελθεῖν ὑμῶν τοὺς προγόνους Κεφάλου τὸ (Codd. τοῦτο) ψήφισμα γράψαντος, ὃς οὐ καταπλαγεὶς τὴν Λακε-

δαιμονίων δύναμιν — ἔγραψεν ἐξιέναι. Factum hoc est anno 379 an 378, viginti et amplius annis postquam antiquior Cephalus restitutam remp. administrare coeperat, qui, ut ab illo distinguatur, a Dinarcho ὁ Κολυττεύς et ab Aeschine ὁ παλαιὸς ἐκεῖνος dictus est. Sunt haec ipsa per se satis firma: confirmantur etiam multo magis iis quae apud Aeschinem sequuntur. Ubi dixerat: ὁ Κέφαλος ὁ παλαιὸς ἐκεῖνος ἐφιλοτιμεῖτο ὅτι — οὐδεμίαν πώποτε γραφὴν ἔφυγε παρανόμων, ita pergit: καλῶς οἶμαι σεμνυνόμενος. ΕΓΡΑΦΟΝΤΟ γὰρ ἀλλήλους παρανόμων οὐ μόνον οἱ διαπολιτευόμενοι ἀλλὰ καὶ οἱ φίλοι τοὺς φίλους. — ἀλλ' οὐ νῦν ἀλλὰ πᾶν τοὐναντίον γίγνεται. Loquitur de rebus antiquis et olim praeteritis: *nunc* omnia mutata esse queritur. Itaque ut in re mirabili exemplum profert: Ἀρχῖνος γὰρ ὁ ἐκ Κοίλης ἐγράψατο παρανόμων Θρασύβουλον τὸν Στειριᾶ καὶ εἶλε νεωστὶ γεγενημένων αὐτῷ τῶν εὐεργεσιῶν. Ut probet Cephali aetate ita fieri solitum fuisse, narrat quid Archinus fecerit. Rectissime, namque Archinus et Cephalus recuperatae reip. una praefuerunt, ex quo anni 72 praeterierant (402—330) quum haec in iudicio dicerentur.

Itaque luce clarius est quo pacto locus Aeschinis sit accipiendus. Dicto Aristophontis, quem ipse Aeschines viderat et coluerat (Demosth. *de Cor.* p. 281, 15.), opponit aliud multo antiquioris Oratoris olim mortui dictum, quod unice probabat: et sic patet statim error Libanii et Ruhnkenii et omnium, qui *ipsum* Aristophontem *cum aequali suo* Cephalo iuniore ita in comitiis contendisse opinabantur.

Ergo nugas agit Libanius, qui historiae et chronologiae ignarus haec ἀσύγκλωστα συνέκλωσεν. Maiores etiam nugas agunt qui a tali magistro historiam Atticam aut antiquitates disci posse existimant. Nihil horum Libanius aut sciebat aut scire curabat, et apud incuriosos harum rerum auditores suo arbitratu comminiscitur omnia et quidlibet audendi potestate utitur et abutitur. Abutatur sane, σὺ δὲ νᾶφε καὶ μέμνασ' ἀπιστεῖν, ac noli mihi quaerere quis sit nobilissimae legis auctor:

καλοῦ βίου γέρας εἶναι.

ex qua (ut apud Libanium) duo cives mutuis maledictis et conviciis inter se certant de virtutis praemio. Cephalus ut vincat se vitae praeclare actae praemio esse dignum demonstrare satagit

adversarium esse malum civem et hominem improbum, idque *εσχηματισμένως* id est oratione ancipiti verbisque ambiguis, ut eidem simul parcere et maledicere videatur, id quod Sophistarum auditores impense admirabantur. Nullius maleficii hominem aperte arguit sed obscuras suspiciones iacit, qua re nihil magis abhorret a contentione, quae *ἀρετῆς κρίσις* dicatur scilicet. Non igitur facile alia lex excogitari possit absurdior quam haec *καλοῦ βίου γέρας εἶναι*.

Inquirit Editor in legis auctorem, sed frustra. Quid mirum? Non Solon tulit hanc legem, non Clisthenes, sed ex Libanii cerebro, ut Minerva ex Iovis, prosiluit. Caetera sunt eiusdem farinae, de quibus alio tempore dicam: sed non possum Cephali filiam silentio praeterire, quia res est tam ludicra. Suidas memoriae prodidit v. Κέφαλος. — Κέφαλος δὲ οὗτος ἔσχε θυγατέρα τὴν Οἴην. „*hanc filiam* (ut scribit Ruhnkenius) *Charopi in matrimonium collocatam esse ex Philochoro scribit Harpocration* v. Οἰηθεν." Sed multum vereor ut hae sint firmae nuptiae. Audi Harpocrationem: Οἰηθεν: — δῆμος τῆς Πανδιονίδος. — Φιλόχορος δ' ἐν τῇ τρίτῃ τὴν Οἴην Κεφάλου μὲν θυγατέρα, Χάροπος δὲ γυναῖκα ἱστορεῖ. Quia Philochorus in libro tertio τῆς Ἀτθίδος fabulosas τῶν δήμων origines enarravit, facilis est coniectura τὴν Οἴην, unde pago Attico nomen fuit, neque antiquioris oratoris Cephali neque iunioris filiam fuisse, ne pater multis post filiam saeculis demum natus esse videatur. Suidae stupor doctis hominibus tam ioculariter imposuit.

I *nunc*, o Cephale, et de virtutis praemio contende,
ut pueris placeas et DECLAMATIO *fias.*

GALENUS.

(Tom. VIII. pag. 571. Kühn.)

τοῦτο γάρ τοι, φησὶ, τὸ δεινότατόν ἐστιν ὅτι — διαλεκτικῇ φλυαρίᾳ καταντλεῖν ἡμᾶς οὐκ ὀκνεῖτε. Postulat Graecitatis ratio et usus ut scribatur διαλεκτικΗΝ φλυαρίΑΝ καταντλεῖν ἡμΩΝ·

C. G. C.

THUCYDIDEA.

SCRIPSIT C. BADHAM.

(*continuantur ex* Mnem. II. pag. 391.)

Thucyd. VI. 17. ὅ, τι δὲ ἕκαστος — ἑτοιμάζεται. Ordo est: ἑτοιμάζεται ὅ, τι λαβὼν οἴεται ἄλλην γῆν οἰκήσειν. Non fundos nec domos, sed pecuniam et pretiosam supellectilem conquirit. Sed vereor ut recte de sede verborum μὴ κατορθώσας dubitaverim. Non enim uno facinore sed pluribus, dum vel universum populum, vel certe potentiorem factionem ducunt, lucrum sibi quaerere finguntur. Si cui propter adversarium vel aemulum feliciorem res semel male cessit (μὴ κατορθώσας), omnia illa secum asportat.

καὶ μὴν οὐδ' ὁπλῖται — ἠρίθμουν. Concinnius mihi videtur οὔτ' ἐκεῖνοι = οὔθ' οἱ ἄλλοι Ἕλληνες. Pro ὅσοι, quod aperte soloecum, facile esset ὅσους reponere; nam nihil mirum si scriba propter ἕκαστοι in ὅσοι aberravit. Sed non dissimulabo suspecta mihi esse verba σφᾶς αὐτοὺς ἠρίθμουν, quoniam non ex enumeratione civium iactantia illa exstiterat. Non enim fallaciae sed negligentiae arguuntur. Igitur praetulerim οὔθ' οἱ ἄλλοι Ἕλληνες διεφάνησαν τοσοῦτοι ὄντες ὡς ἕκαστοι, ἀλλὰ κτἑ. Quam sententiam nonnihil confirmat ἱκανῶς ὡπλίσθη. Civium numerus, quorum facultates gravi armaturae sufficiebant, verus esse poterat; sed hi specie tantum ὁπλῖται erant, donec gravem armaturam compararent.

18. Unice vera lectio φιλοκρινοῖεν, quam Cod. c. praefert, a

Bekkero voci nihili *Φυλοκρινοῖεν* posthabita est. Mox lege: *περὶ αὐτῆς ἂν ταύτης μᾶλλον κινδυνεύοιεν*. et, *ὅπως μὴ ἔπεισι. — καὶ οὐκ ἐκ τοῦ αὐτοῦ ἐπισκεπτέον ἡμῖν τοῖς ἄλλοις τὸ ἥσυχον*. Verbis *ἐκ τοῦ αὐτοῦ* infra opponuntur illa *ἐς τὸ ὁμοῖον*. De praepositionis vi dubitari potest sitne eadem quae in *ἐξ ἴσου*, an de loco, unde aliquid cernitur, intelligi debeat; quemadmodum Plato in *Legibus* *ἐξ ἀδίκου* et *ἐκ τοῦ δικαίου θεωρεῖσθαι* dixit. Sed huius translationis in recentiorum populorum linguis tritissimae pauca exempla in Graecis scriptoribus reperias; et omnino exquisitior est quam quae concionantem deceat. Platonis verba emendatiora quam vulgo leguntur apponam: *Legg.* II. *καὶ πείσει γε ἀμωσγέπως ἔπεσι καὶ ἐπαίνοις καὶ λόγοις ὡς ἐναντιαγραφημένα τὰ δίκαιά ἐστι καὶ τἄδικα [τὰ μὲν ἄδικα τῷ τοῦ δικαίου] ἐναντίως φαινόμενα ἐκ μὲν ἀδίκου καὶ κακοῦ αὐτοῦ* (sic recte Astius) *θεωρούμενα (τὰ μὲν ἄδικα) ἡδέα, τὰ δὲ δίκαια ἀηδέστατα, ἐκ δὲ δικαίου πάντα τἀναντία παντὶ* (h. e. ἑκάστῳ) *[πρὸς] ἀμφότερα*. Sed si *θεωρεῖν ἐκ τοῦ αὐτοῦ* intellectu facilia sunt, idem de *ἐπισκοπεῖν ἐκ τοῦ αὐτοῦ* dicere non ausim. Sin *ἐκ τοῦ αὐτοῦ* per *pariter* vertas, desideratur *διωκτέον, θεραπευτέον, τιμητέον*, quidvis potius quam *ἐπισκεπτέον*. Quare *ἐπισκεπτέον* mendosum vocare non dubito. Mox pro *προσχωρῇ* omnino recipienda est Reiskii lectio *προχωρῇ*.

20. „contra civitates proficiscimur," inquit, *οὔθ' ὑπηκόους ἀλλήλων οὔτε δεομένας μεταβολῆς οὐδ' ἂν τὴν ἀρχὴν τὴν ἡμετέραν — προσδεξαμένας*. Vidit Bekkerus in his negandi particulis aliquid turbatum esse, recteque *οὔτ' ἂν* pro *οὐδ' ἂν* proposuit. Sed quod alterum *οὔτε* in *οὐδέ* mutari voluit nequaquam ferendum. Non sunt diversae civitates *ὑπήκοοι* ab illis quae *δέονται μεταβολῆς*. Lege: *οὔθ' ὑπηκόους ἀλλήλων οὔσας δεομένας μεταβολῆς —*, quod idem est ac si dixisset, *ὑ. ἀ. καὶ διὰ τοῦτο δ. μ.*

21. *ἄλλως τε καὶ εἰ ξυσῶσιν*. Similia sunt quae in Aristoph. *Equitt.* vs. 698—701 leguntur.

ΚΛ. *οὗτοι μὰ τὴν Δήμητρά γ' εἰ μή σ' ἐκφάγω*
ἐκ τῆσδε τῆς γῆς οὐδέποτε βιώσομαι.
ΑΛ. *εἰ μὴ 'κφάγῃς; ἐγὼ δέ γ' εἰ μή σ' ἐκπίω*
κἄτ' ἐκροφήσας αὐτὸς ἐπιδιαρρηχῶ.

Cum his G. Dindorfius conferri iubet *Nubb.* 1482. *εἶτ' αὐτοὺς γραφὴν διωκάθω*, et in *Pac.* 450.

κεἴ τις στρατηγεῖν βουλόμενος μὴ ξυλλάβῃ.

Loci in *Nubibus* plane alia ratio est. In *Pace* has orationis formas deinceps legimus: ὅσις ξυλλάβοι, ὅσις βούλεται, εἴ τις φθονεῖ, εἴ τις ἐπιθυμεῖ, εἴ τις μὴ ξυλλάβοι. Ex his bonae notae sunt secundum, tertium, quartum eoque ad versus illos pertinent, qui sine dubio Aristophanis sunt. Quod si Aristophanes haec scripsit κεἴτις ἐπιθυμῶν ταξιαρχεῖν σοι φθονεῖ Εἰς φῶς ἀνελθεῖν, ὦ πότνι', ἐν ταῖσιν μάχαις Πάσχοι γε τοιαῦθ' οἷάπερ Κλεώνυμος, certe frigidae iterationis auctor non est: κεἴ τις στρατηγεῖν βουλόμενος μὴ ξυλλάβῃ. Neque ille eandem poenam στρατηγῷ et δούλῳ imprecantem Chorum induxisset. Totus locus sic mihi videtur constituendus, ut Trygaeus solus loquatur, nisi ubi ter a Choro interpellatur πάσχοι γε — ληφθεὶς et ἐπὶ τοῦ τροχοῦ γε. Versus autem 437—40 et 450 ad idem genus facetiarum pertinent quod in *Ranis* 1437 sqq. et alibi offendimus. De his vero, quos ex *Equitibus* citavi, si quis eos semel attente legerit, poteritne ulla superesse dubitatio quin spurii sint? Aufer mihi frigida illa de exedendo et ebibendo dicteria, et illa μὰ τὴν Δήμητρά ΓΕ et κἄτ' ἐκροφήσας tamquam τὸ ἐκροφῆσαι aliud esset ac τὸ ἐκπιεῖν, et hoc illud praecederet. Festivum vero Isiciarium qui semet ipsum διαρραγῆναι vult! Imo, εἰ μὴ διαρραγῶ, inquit, οὐδέποτε βιώσομαι. Sed, dum in his sum, coniecturam de versibus 695—6 periclitabor.

εἰ μή σ' ἀπολέσαιμ' εἴ τι τῶν αὐτῶν ἐμοὶ
ψευδῶν ἐνείη, διαπέσοιμι πανταχῇ.

legendum puto:

εἰ μή σ' ἀπολῶ, μηδ' ἕν τι τῶν αὐτῶν ἐμοὶ
ψευδῶν ἐνείη, διαπέσοι δὲ πανταχῇ.

Restant in eadem fabula vs. 805—6. quos ex ipsa rei natura sic emendari oportet:

εἰ δέ ποτ' εἰς ἀγρὸν οὗτος ἀπελθὼν εἰρηναῖος διατρίψAC
καὶ χῖδρα φαγὼν ἀναθαρρήσΘΙ καὶ στεμφύλῳ ἐς λόγον ἐλθΩΝ.

In nostro credo olim scriptum fuisse κἂν, quod postquam in καὶ abiit, nescio quis εἰ supplevit.

— γνόντας ὅτι πολύ τε — ἀπαρτήσαντες. Si hic de navigatione sermo fuisset, Thucydides non μέλλομεν πλεῖν sed μ. πλεύσεσθαι scripsisset. Verum tamen non de profectione agitur, sed de loco a patria remoto, in quo castra habituri sint. Deleantur

ὅτι μέλλομεν πλεῖν, ut στρατευσόμενοι et ἀπαρτήσοντες (sic enim recte G. pro ἀπαρτήσαντες) a γνόντας pendeant. Iamdudum monui Hermannum male οὐκ expulisse, quod in ΤΟΤΕ mutare debebat. Sed nondum videram ἐν delendum et ἤλθετε ἐπί τινα natum esse ex ἤλθετέ ποι.

23. Supra monui πλήν γε (omisso πρὸς) τὸ μ. ἀ. τὸ ὁπλιτικὸν statim post ἕτοιμα ponenda esse. — Non potuit utrumque dicere βούλομαι ἐκπλεῖν et βούλομαι ἐκπλεῦσαι. Recte quidem infra ἕρως ἐνέπεσε τοῖς πᾶσιν ἐκπλεῦσαι, sed hic de profectione ordienda loquitur; itaque maneat ἐκπλεῖν, dimittatur ἐκπλεῦσαι.

24. Locum graviter corruptum hunc ad modum refingo: καὶ ἕρως ἐνέπεσε τοῖς πᾶσιν ὁμοίως ἐκπλεῦσαι· τοῖς μέν ΓΕ πρεσβυτέροις ὡς ἢ καταστρεψομένοις ἐφ ἃ ἔπλεον, ἢ οὐδὲν ἂν σφαλεῖσι μέγα τὴν δύναμιν· τοῖς δ' ἐν τῇ ἡλικίᾳ γῆς τε ἀπούσης πόθῳ καὶ θεωρίας. Καὶ εὔελπις ἦν ὁ πολὺς ὅμιλος στρατιώτης ἔν τε τῷ παρόντι ἀργύριον οἴσειν κτἑ. Vulgo σφαλεῖσαν μεγάλην δύναμιν. Sed articulus abesse non potest, neque de magnitudine potentiae suae sed iacturae, cui obnoxii futuri erant, cogitabant. ΣΦαλεῖσι propter καταστρεψομένοις praeferendum. Pro τῆς scripsi γῆς et ὄψεως ante θεωρίας omisi. Recte subaudiri potest γῆ in ἡ οἰκεία, ἡ ἀλλοτρία, ἐπὶ ξένης et similibus. Sed τῆς ἀπούσης non de certa terra intelligendum esset, sed de omni terra longinqua. Καὶ εὐέλπιδες ὄντες cum reliqua structura nullum consortium habet. Auctor si sibi licere credidisset a dativis πρεσβυτέροις, καταστρεψομένοις subito ad nescio quem nominativum pendentem, nulla re cogente, declinare, saltem maturius orsus esset, neque τοῖς δὲ ἐν τῇ ἡλικίᾳ scripsisset. Quod si εὐέλπισιν οὖσιν ex aliquo Codice se offerret, equidem δῶρον ἄδωρον recusarem. Nam quod est hoc incitamentum? Cupiunt in Siciliam proficisci, quia se salvos redituros sperant! Ante στρατιώτης libri et Editt. καὶ habent. Sed si ὁ πολὺς ὅμιλος a militibus diversus esset καὶ ὁ στρατιώτης vel καὶ οἱ στρατιῶται scriptum fuisset.

25. Pro ἔλασσον lege ἐλάσσοσιν. — Post εἶναι virgula sublata et expulso δέ, ὁπλίταις cum superioribus construere praestat. Alia est Bekkeri ratio, ideoque improbanda, quod ὁπλιταγωγοὺς a suis ὁπλίταις separat, hos autem cum triremibus connectit. — ἑτοιμασάμενοι ἄξειν non concoquo. Nicias nondum erat factus αὐτοκράτωρ; itaque polliceri non poterat quidquam ἄξειν. Neque

vero quid sit παρασκευὴν ἑτοιμασάμενοι ἄξειν facile dixeris. Unde et quo ἄξουσιν? An ἐκ Κρήτης? Atqui hoc in τοξότας τοὺς αὐτόθεν non cadit. Haec a grammatico suppleta existimo, qui ad sententiam aliquid deesse vidit. Fortasse aliquid huiusmodi excidit: τὴν δὲ ἄλλην π. ὡσ(αὐτως ἅπασαν ποιητέον εἶναι) κατὰ λόγον κτέ.

27. ὅσοι Ἑρμαῖ — ἱεροῖς. Hic non iustam orationem sed disiecta orationis membra habemus; disiecta autem non aliter componi poterunt, nisi ex ipsa rerum quae narrantur natura divinari possit, quomodo antiquus ordo redintegrandus sit. Quid ergo erat ἐπιχώριον? Ut multi essent Hermae, an ut ex quadrato opere constarent? Hoc opinor. De multitudine satis erat dicere εἰσὶ δὲ πολλοί. Si vero εἰσὶ δὲ infra posueris, qua ratione efficies ut verba ἐν τῇ πόλει τῇ Ἀθηναίων κατὰ τὸ ἐπιχώριον inter se concordent? Coniectura omnium facillima, nempe ut ΩN bis scribatur. Hoc enim omissum in causa fuit, cur grammaticus εἰσὶ δὲ a propria sede huc arcessiverit. Lege Ἑρμαῖ, — ὧν κατὰ τὸ ἐπιχώριον τετράγωνος ἡ ἐργασία, εἰσὶ δὲ πολλοί κτέ.

28. Malim μὴ αὐτοὶ τοῦ δήμου β. π.

29. Codex G. πρὶν διαγνῶναι: quae fortasse vera est lectio. Sed fieri potest ut ἂν exciderit. Vide infra ad cap. 38.

31. Displicet τῇ παρούσῃ ῥώμῃ τῇ ὄψει ἀνεθάρσουν. Nullus dubito quin Thucydides scripserit τῆς παρούσης ῥώμης. Neminem, qui Codicum varias lectiones diligenter inspicit, fugere potest quoties in syllabis finalibus titubaverint librarii. Sic in fine cap. 10. plerique omnes ξύμμαχοι habent pro ξυμμάχοις, omnes αὐτῶν pro αὐτοί. In fine 15. omnes διαθέντα pro διαθέντι. In initio 17. pro καὶ ὀργῇ G. habet καί γε ὀργῆς. Scilicet in margine libri, unde ille descriptus est, scriptum erat γρ. ὀργῆς, quam lectionem si quis amplectitur, rescribet ὀργῆς πίσιν παρασχομένHC. E. et F. παρασχομένηι exhibent.

— ἀλλ' ἐπί τε βραχεῖ πλῷ ὡρμήθησαν, καὶ παρασκευῇ φαύλῃ. οὗτος δὲ ὁ στόλος ὡς χρόνιός τε ἐσόμενος καὶ κατ' ἀμφότερα οὗ ἂν δέῃ, καὶ ναυσὶ καὶ πεζῷ ἅμα ἐξαρτυθείς κτέ. Desideratur nomen adiectivum; structura enim haec est: ὁ στόλος ἐξωρμήθη ἐξαρτυθεὶς κτέ. ὡς ἐσόμενος χρόνιός τε καί —. Quod vero excidit verbis παρασκευῇ φαύλῃ contrarium fuerit necesse est. Unde coniicio ΚΑΙΙΚΑΝΚΑΤ' ΑΜΦότερα. Mox vulgo ita interpungunt ut non populus sed trierarchi remigia praebuisse videantur;

quod nullo pacto fieri potuit, si quidem mercedem populus praebebat. Post *κρατίσας* distinguendum, et *τῶν ΔϵΤριηράρχων* legendum. Nisi ita scripsisset noster *διδόντων* statim post *τριηράρχων* posuisset. Tum trierarchi mercedis supplementum *τοῖς θρανίταις τῶν ναυτῶν καὶ ταῖς ὑπηρεσίαις* dedisse narrantur. Si et reliquis nautis dederunt, cur unum nautarum genus praesertim commemorat? Nam cur his solis darent satis intelligent omnes, qui *τὸν θρανίτην λεὼν* cognitum habent. Accedit quod *τοῖς ΤϵΘ θρανίταις* scripsisset si hi pars tantum eorum fuissent, qui auctam mercedem accepturi erant. Quid in *ταῖς ὑπηρεσίαις* lateat nondum assecutus sum.

Mox pro *ὅπως αὐτῷ* TINI *εὐπρεπείᾳ τε — καὶ τῷ ταχυναυτεῖν*, lege THI. Postremo qui sint illi *κατάλογοι χρησοὶ* penitus ignoro. *χρησότατοι* sane fuerunt si ex illis sciri poterat, quis bonus, quis deterior miles futurus esset. Lege *κατ' ὀλίγους τε χρησοὺς ἐκκριθέν.*

33. *οὔθ' ὅτι μεγάλῳ ϛόλῳ ἐπέρχονται ἡμῖν ἀνωφελεῖϛ.* Mirabor si nemodum perspexit legendum esse *ἀνωφελές.*

Mox pro *πταίωσιν* plane necessarium est *πταίσωσιν*, id quod B et G. habent.

— *ὅπερ καὶ Ἀ. αὐτοὶ οὗτοι* supervacaneum videtur *Ἀθηναῖοι.* Quomodo construi possint *ὅπερ — ἐπὶ τῷ ὀνόματι ἠξιώθησαν* non video. Legendum puto: *ᾧπερ* deletis *ἐπὶ — ᾖει.*

34. Pro *ἰσοκινδύνους* sententiam *βιψοκινδύνους* postulare alias indicavi. — *Πείθεσθε οὖν μάλιϛα μὲν ταῦτα τολμήσαντεϛ.* Imo *πίθεσθε* omisso *τολμήσαντεϛ*, quibus simillima sunt quae apud Medeam legenda conieci *οὐκ ἂν πίθοιο τἀπικηρυκεύματα.*

Pro *παραϛῆναι* lege *παραϛήτω* et dele *τοὺς ἐπιόντας.*

35. Locus, quem nemo non corruptum esse videt, hunc ad modum lego: *οὐδ' ἀληθῆ ἔϛιν ἃ λέγεται, εἰ δὲ καὶ ἔλθοιεν κτἑ.* Quae nolunt credere ea non uno Hermocrate auctore nituntur sed iam fama vulgata erant. Palaeographiae peritos testes facio, quam parum nostra a vulgata lectione diversa sit.

37. *ὥϛε, παρὰ τοϲοῦτον γιγνώϲκω, μόλις ἄν μοι δοκοῦϲιν —.* Graecorum formula est, *παρὰ τοϲοῦτον γιγνώϲκω τοῦτο ἂν γενέϲθαι ὥϛε καὶ ἐκεῖνο ἀδύνατον ἡγοῦμαι.* Luce clarius est transponenda esse verba et sic legenda: *τήν τε ἄλλην παρασκευὴν — πορισθῆναι ἂν — παρὰ τοϲοῦτον γιγνώϲκω, ὥϛε κτἑ.*

Mox pro καὶ ἐκ σκηνιδίων καὶ ἀναγκαίας παρασκευῆς οὐκ ἐπὶ πολὺ — ἐξιόντες legendum: καὶ ἐκ σκηνιδίων κατ' ἀναγκαίας παρασκευάς κτἑ.

38. L. πρὶν ΑΝ ἐν τῷ παθεῖν ὦμεν. — ὑμᾶς μὲν τοὺς πολλοὺς πείθων —. His opponuntur, τοὺς δ' αὖ ὀλίγους τὰ μὲν ἐλέγχων κτἑ. Quod quum non attenderent interpretes, alteram ἀντίθεσιν invexerunt, τοὺς δὲ τὰ τοιαῦτα μηχανωμένους κολάζων, unde non modo efficitur ut bis idem dixerit, verum etiam ut a gravioribus minis exorsus, (κολάζων) in mitiores desinat (φυλάσσων, ἐλέγχων, διδάσκων). Deest praeterea id quod populo suadere se iactat. Quis igitur dubitabit mecum reponere: πείθων τοὺς τὰ τοιαῦτα μηχανωμένους κολάζΘΙΝ? — ὁ δὲ νόμος ἐκ τοῦ μὴ δύνασθαι ὑμᾶς μᾶλλον ἢ δυναμένους ἐτέθη ἀτιμάζειν. Hoc fere dicit: „eo consilio latam esse legem, quae iuniores a magistratibus capessendis prohibeat, ut ne petere quidem possint; id melius esse quam ut petere quidem possint, et tamen in petendo *neglecti a populo* repulsam ferrent." Itaque non ἐκ τοῦ μὴ δύνασθαι dicendum erat sed τοῦ μὴ δύνασθαι. Fortasse corrigendum: ὁ δὲ νόμος ἐκεῖνος τοῦ μὴ δ. κτἑ. — καὶ πῶς δίκαιον τοὺς αὐτοὺς μὴ τῶν αὐτῶν ἀξιοῦσθαι; Imo τοὺς ἀσούς.

39. τοὺς δ' ἔχοντας τὰ χρήματα καὶ ἄρχειν ἄριστα βελτίστους. Iuniores rogaverat quid vellent, πότερον ἄρχειν ἤδη; ἀλλὰ δὴ μὴ ἰσονομεῖσθαι; et utrique ordine suo responderat. Nunc aliquem contra disputantem fingit: populum esse οὔτε ξυνετὸν (intellige πρὸς τὸ ἄρχειν) οὔτε ἴσον, quo ad ἰσονομεῖσθαι respicitur; eundem adiicere oportet *utrumque* in Optimatibus inveniri, quod in his quae apposui frustra quaeres. Lege: τοὺς δ' ἔχοντας [τὰ χρήματα] βελτίστους καὶ ἄρχειν ἄριστα. Mox quid sibi velint καὶ ταῦτα ὁμοίως καὶ κατὰ μέρη καὶ ξύμπαντα ἐν δημοκρατίᾳ ἰσομοιρεῖν discipulis interpretetur qui volet; ipse numquam intelliget; sunt enim sensu vacua. Quid? Nonne satis perspicua sunt καὶ ταῦτα ἐν δημοκρατίᾳ ἰσομοιρεῖν? Hoc quidem verum. Sed quid est κατὰ μέρη καὶ ξύμπαντα ἰσομοιρεῖν. Fac enim κατὰ μέρη idem esse quod ἕκαστον. Si ἕκαστον ἰσομοιρεῖ necessario sequitur, vel potius idem est, τὰ ξύμπαντα ἰσομοιρεῖν. Sed non satis habet falso discrimine in re una atque individua auditores ludificari; infert ὁμοίως ne forte hoc utpote negligenter dictum praetereamus. Quid multa? Nihil tale dixit; sed κρῖναι δ' ἂν

ἀκούσαντας ἄριστα τοὺς πολλοὺς καὶ κατὰ μέρη καὶ ξύμπαντα, in quibus iudicia et ius suffragii innuuntur. Haec igitur tria τὸ φυλάξαι τὰ χρήματα, τὸ βουλεῦσαι, τὸ κρῖναι affirmat ἐν δημοκρατίᾳ ἰσομοιρεῖν. idcirco τὴν δημοκρατίαν ἴσην εἶναι. Alteram quaestionem περὶ τοῦ ξυνετοῦ, ῥητορικώτερον persequitur — ἀλλ' ἔτι — τολμᾶτε.

40. Pro τοῦτο — μετασχεῖν lege τούτΟΥ μ. — pro εἰ μή τι lege εἰ μηδ' ἕν τι.

41. οὐδεμία βλάβη τοῦ γε τὸ κοινὸν κοσμηθῆναι — οἷς ὁ πόλεμος ἀγάλλεται. Ad haec Bekkerus: „γε *Abreschius: Codices* τε." Nollem vir prudentissimus Abreschio duce usus esset. Quippe plane inauditum est οὐδεμία βλάβη τοῦ κοσμηθῆναι. Propius ad verum accedunt libri; nam τοῦ τϵ corruptum est e τοῦτΟ. Τοῦτο τὸ κοινὸν Atheniensium τῷ κοινῷ opponi suspicor. Nam quod libri habent ὁ πόλεμος ἀγάλλεται poëtae non praetoris vox esset. Huius est arma et equos tamquam bello *necessaria* laudare; non bellum his χαίρειν dicere, nedum ἀγάλλεσθαι, quod violentiorem προσωποποιΐαν efficit. Quod vulgatam imitatus est Isidorus Pelusiota (v. Hemsterh. ad Thom. Mag. v. ἀγάλλω) non me magis movet, quam quod Scholiasta eam lectionem interpretatur. Legendum puto: οἷς ὁ πολέμΙΟC ἀγάλλεται. Versum (ut obiter moneam) in Eurip. *Med.* 1027. πρὶν λέκτρα καὶ γυναῖκα καὶ γαμηλίους Εὐνὰς ἀγῆλαι diu pro mendoso habui; nam quae est haec collocatio, lectus et uxor atque iterum lectus: An scripsit, πρὶν λέκτρα τῇ γυναικὶ καὶ γαμηλίους Εὐνὰς ἀγῆλαι?

42. L. ὁρμιεῖσθαι καὶ ϛρατοπεδεύσεσθαι. Mox palmaria est Valckenaerii emendatio ἅμα πλέοντες: sed tum demum elucescet, si post ἐπιτηδείων virgula posita legeris: ἔν τε ταῖς καταγωγαῖς πρός τε τἆλλα εὐκοσμότεροι καὶ ῥᾴους ἄρχειν ὦσιν. Origo erroris manifesta est: τἆλλα sic interpretabantur ut essent caetera praeter τὰ ἐπιτήδεια, ergo τε coniunctionem esse, quae haec praecedentibus adnecteret; quare superius τε post ἐν tamquam inutile omiserunt. Sed τἆλλα ad sequentia respicit (quod saepenumero apud Thucydidem animadvertas) et intelligendum „praeterquam quod facilius imperia excepturi erant." Nunc quam sententiam vulgata lectio praebeat videamus. Inter navigandum verebantur μὴ ἀπορῶσιν ὕδατος; hoc quidem perspicuum est, sed si ἐν τχῖς καταγωγαῖς adieceris, tum non in ipso

itinere sed finito cursu timebant ne aqua deficeret, quo nihil fingi possit absurdius. „Sed", inquies, „restringendum est illud ἐν ταῖς καταγωγαῖς ita ut nonnisi cum τῶν ἐπιτηδείων capiatur." Sed cur tum quum in terram egressi sunt horum inopia magis quam in medio cursu premerentur? Sed frustra his immoramur. Palam est in ora Italiae legenda si ex omni classe simul aquatum exirent futurum fuisse ut nimis magnus numerus puteos obsideret; si tempestas τὰς ναῦς ἐλλιμενίζειν cogeret, ut nimis angusti portus essent; si commeatus vel ab amicis acciperent vel ex hostili regione raperent, ne unum oppidum unave regio tantae multitudini minus sufficeret. Contra postquam egressi castra posuissent (ἐν ταῖς καταγωγαῖς) maius incommodum e laxiore disciplina metuendum erat. Itaque ut in maritimo itinere ἀπορίαν, in terrestribus stativis ἀναρχίαν καὶ τὴν ἄλλην ἀπο-σμίαν vitarent, trifariam exercitum diviserunt. — Mox ad ναῦς εἰσομένας et εἴρητο αὐταῖς subsisto quidem; sed ne quid mutem prohibet locus, quem Cobetus minus patienter tulit, IV. 26. αἱ μὲν σῖτον ἐν τῇ γῇ ἠροῦντο.

47. Nicias suadebat ut redirent καὶ τῇ πόλει δαπανῶντας τὰ οἰκεῖα μὴ κινδυνεύειν. Aliud est simpliciter κινδυνεύειν, aliud et longe gravius τῇ πόλει κινδυνεύειν. Hoc enim est *aleae iactu salutem patriae committere*, quod hic ineptum est; etiam ineptius si addas τὰ οἰκεῖα δαπανῶντας, quandoquidem ultra modum rem in maius augentis est dicere, summam rerum in discrimen adductum iri, si pecuniam publicam sociis adiuvandis insumerent. Neque vero satis commode τὰ οἰκεῖα posuit, ubi τὰ τῆς πόλεως intelligi vult, quoniam praecedente τῇ πόλει nemo est qui non οἰκεῖα de *ipsorum* pecuniis acciperet. Lege καὶ ἔτι πλείω δαπανῶντας τὰ οἰκεῖα μὴ κινδυνεύειν: „neque ultra suis (h. e. suae civitatis) sumtibus in belli vicissitudines incurrere."

48. καὶ λιμένα καὶ ἐφόρμησιν τῇ στρατιᾷ ἱκανωτάτην ἔσεσθαι. Huic enunciationi subiicitur αὐτούς sc. τοὺς M. Fac cives pro ipsa civitate μετωνυμικῶς poni; sed ne ipsa quidem civitas portus est. Igitur legendum καὶ τὸν λιμένα ἐφ. ἔσεσθαι. In ἐφόρμησιν non τοῦ ὁρμᾶσθαι sed τοῦ ὁρμεῖν notionem quaerendam esse quivis sanus confiteatur necesse est. Anne igitur noster contra usum Graecorum vocem ἐφόρμησιν ab ἐφορμεῖν finxit? Immo, si scribis fides, etiam ἐφορμεῖσθαι commentus est, quoniam infra ἐπανα-

χωρήσαντας καὶ ἐφορμηθέντας scriptum reperimus. Atque hic quidem remedium exhibet unus Codex G. unde vera lectio ἐφόρμισιν enotata est; ibi omnes in eodem prodigio consentiunt.

49. τὸ γὰρ πρῶτον — μᾶλλον. Malim καὶ ἐν τῇ ὄψει. Mox μάλις' ἂν σφᾶς (Bekk. σφεῖς) περιγενέσθαι καὶ κατὰ πάντ' ἂν αὐτοὺς ἐκφοβῆσαι. Nisi fallor, prius ἐκφοβῆσαι debebant quam περιγενέσθαι. Sed an περιγενέσθαι tantummodo volebant? Nonne etiam νικῆσαι? Vide an haec tantum scripserit: ἕως ἔτι περιδεεῖς μάλιστα σφᾶς προσδέχονται, κατὰ πάντα ἂν αὐτοὺς ἐκφοβῆσαι.

50. πόλει μὲν ἂν οὐ δέξασθαι. Cur non πόλει μὲν οὐκ ἄν? Notum est quoties εσθαι et ασθαι confuderint librarii. Hinc nata sunt huiusmodi monstra apud Thucydidem ubique obvia: ἐλπίζω δέξΛσθαι et ἐλπίζω δέξϵσθαι ἄν. Ex hac ergo familia nescio quis δέξασθαι posuit ubi δέξεσθαι scribere debebat. Secutus est corrector, scriba illo paullo doctior, qui δέξασθαι sine ἄν huc non convenire intelligebat; itaque ἄν non suo loco supplevit. At cur alienum locum praetulit? Quia hiatum vitabat et οὐ in οὐκ mutare verebatur. Caeterum Rheginos verisimilius est hunc ad modum respondisse: πόλει μὲν ὑμᾶς οὐ δεξόμεθα, ἀγορὰν δ' ἔξω παρέξομεν — non οὐκ ἂν δεξαίμεθα. Igitur rescribendum puto πόλει μὲν οὐ δέξεσθαι. Mox vel legendum πλεῦσαί τε ἐς τὸν μέγαν λιμένα, vel retento verborum ordine περιπλεῦσαι. Tum in ἀπιέναι haereo. Praestaret, nisi fallor, simplex ἰέναι.

53. καὶ καταλαμβάνουσι τὴν Σαλαμινίαν [ναῦν] ἐκ τῶν Ἀθηνῶν ἥκουσαν ἐπί τε Ἀλκιβιάδην ὡς ἐς ἀπολογίαν ὧν ἡ πόλις ἐνεκάλει καὶ ἐπ' ἄλλους τινὰς τῶν μετ' αὐτοῦ μεμηνυμένων περὶ τὰ μυστήρια ὡς ἀσεβούντων. Sic legendum, resectis quae magistelli intulerant ὡς κελεύσοντας ἀποπλεῖν (τὴν Σ. ἥκουσαν ὡς κελεύσοντας;!) et τῶν στρατιωτῶν, et correcto, ut sensus flagitat, περὶ τῶν μυστηρίων.

Mox mireris cur οὐ δοκιμάζοντες ἀλλὰ πάντας ὑπόπτως ἀποδεχόμενοι scripserit. Estne τῶν οὐ δοκιμαζόντων omnes cum suspicione accipere? Facessat igitur ὑπόπτως, et, ne bis idem dicat, πάντας in πάντα mutemus. — χρησιμώτερον ἡγούμενοι εἶναι βασανίσαι τὸ πρᾶγμα καὶ εὑρεῖν. Certe χρησιμώτατον fuisset τὸ πρᾶγμα εὑρεῖν, et Athenienses ita putasse non est mirum. Illud permirum est, nescio quem, neque enim Thucydidem, hoc narrare operae pretium duxisse. Importunum etiam

mihi videtur καὶ Ἁρμοδίου; nam cogitatio illa, quae suspicionɜ accendebat, talis erat: „amissam olim libertatem non nostri sed alienis viribus recuperavimus; ergo ne nunc quidem sem amissam facile recuperabimus."

54. Pro ΓΗΡΑΪ vide num praestet ΓΗΡΑΙ rescribere. Hipparchus βίαιον μὲν οὐδὲν ἐβούλετο δρᾶν, ἐν τόπῳ δέ τ ἀφανεῖ ὡς οὐ διὰ τοῦτο δὴ παρεσκευάζετο προπηλακιῶν αὐτ Quis fuerit ille τόπος ἀφανὴς nec noster nec alius quisqua rettulit. Neque sane loco abdito Hipparchus indigebat, in q insidias suas vel meditaretur vel collocaret. Sed illud προπηλ κιῶν unde pendet? Scilicet a παρεσκευάζετο. Atqui tum scribe dum fuisset ὡς προπηλακιῶν. Sed ut παρεσκευάζετο προπηλακι ferri possit, etiamne illud ferri poterit ut in ὡς οὐ διὰ τοῦ δή subaudiamus ταῦτα δρῶν? An ad aliam structuram confugi mus? ὡς οὐ διὰ τοῦτο δὴ προπηλακιῶν αὐτόν. At haec sentent non προπηλακιῶν, sed δόξων προπηλακίσαι requirit. Ludificat nos importuna interpretis diligentia. Noster quum sic scribe potuisset: βίαιον μὲν οὐδὲν ἐβούλετο δρᾶν, ἤμελλε δὲ ἐν ἀφα προπηλακιεῖν αὐτόν brevius scribere maluit ἐν ἀφανεῖ προπηλακι αὐτόν. — οὐδὲ γὰρ τὴν ἄλλην ἀρχὴν ἐπαχθὴς ἦν ἐς τοὺς πολλο ἀλλ' ἀνεπιφθόνως κατεσήσατο. Quid? Hipparchus, cuius ἀρχ non fuisse tot et tam egregiis argumentis ostenditur, non mo τὴν ἄλλην ἀρχὴν quemadmodum gesserit, verum etiam quale κατεσήσατο narratur? Haec de Pisistrato et Hippia dici res ip ostendit: itaque legendum: οὐδὲ γὰρ τὴν ἄλλην ἀρχὴν ἐπαχ ἐς τοὺς πολλοὺς ἀλλ' ἀνεπίφθονον κατεσήσατο. Sed obstat qu τύραννοι οὗτοι in sequente sententia commemorantur. Obsta confiteor. Ne vero diutius veritati obstet, verba propius insp ciamus: καὶ ἐπετήδευσαν ἐπὶ πλεῖσον δὴ τύραννοι οὗτοι ἀρετ καὶ ξύνεσιν. Egregii vero tyranni qui non modo caeteris tyrann meliores et disertiores fuerunt sed omnibus mortalibus! Eg vero, qui Solonem et alios sapientes Pisistratidis praeponend puto, modestiore horum laudatione contentus rescribo: ἐ πλεῖσον δὴ τυράννΩΝ οὗτοι.

55. Recte Bekkerus: ἡ σκήλη ἡ περὶ τῆς τ. τ. ἀδικίας. — κ οὐχ ὡς νεώτερος ἀδελφὸς ὢν ἠπόρησεν, ἐν ᾧ οὐ πρότερον ξυνεχ ὡμιλήκει τῇ ἀρχῇ. Quis οὐκ ἠπόρησεν? Hippias. Ergo ide Hippias οὐ πρότερον ὡμιλήκει τῇ ἀρχῇ. Sed hoc aperte falsun

Nota est Graecorum in comparationibus brevitas. e. c. *καὶ οὐχ ὡς νεώτερος ἀδελφὸς ὢν ἠπόρησεν ἄν* subaudito altero *ἠπόρησεν*. Ad *ἐν ᾧ* intelligi non potest *χρόνῳ*, nam ineptum esset *ἐν ᾧ χρόνῳ οὐ πρότερον*. Deest et res, cuius alter *ἠπόρησεν ἄν*. *Ἠπόρησεν ἄν*, ni fallor, *τῶν ὑπακουσομένων καὶ ἀϛῶν καὶ ἐπικούρων*. Lege: *ἠπόρησεν ἂν ὧν οὐ πρότερον ξυνεχῶς ὡμιλήκει τῇ ἀρχῇ*.

Scribebam
SIDNIAE.

GALENUS AD THRASYB.

(Tom. V. pag. 878. Kühn.)

Athletas insectans ita scribit: *οὐκ ἐν τοῖϛ ΑΠΟπάτοις εἰκὸϛ, ἐν οἷϛ διημέρευον, ἀγχίνοιαν φύεσθαι*. et post pauca: *ὅλον γὰρ ἑωρῶμεν αὐτῶν τὸν βίον ἐν ταύτῃ τῇ περιόδῳ συϛρεφόμενον ἢ ἐσθιόντων ἢ πινόντων ἢ κοιμωμένων ἢ ΑΠΟπατούντων ἢ κυλινδομένων ἐν κόνει τε καὶ πηλῷ*. Bonus interpres vertit *in latrinis* et *ventrem exonerantium*, quasi vero quis *in latrinis διημερεύειν* possit. Emenda ΠΕΡΙπάτοις et ΠΕΡΙπατούντων.

C. G. C.

Galenus Tom. IV. pag. 815. Kühn.

Τοιοῦτον δ' ἐϛὶ καὶ τὸ παρὰ τῷ Κωμικῷ·

καὶ σπάνιόν ἐϛ' ἄνθρωπος ὅτ' ἄνθρωπος.

τὸν γὰρ ἄγριον καὶ τὸν θηριώδη καὶ τὸν ἀνόητον καὶ τὸν σκαιὸν οὐ κατὰ τὴν ἀνθρώπου φύσιν ὑπάρχειν νομίζοντες ἐπὶ τοὺϛ κατορθοῦντας ἐν τῇ φύσει τὸ ὄνομα φέρομεν. Quam male habitus est suavissimus Menandri versiculus:

ὡϛ χάριέν ἐϛ' ἄνθρωπος ὅταν ἄνθρωπος ᾖ.

Cf. Meinek. ad Menandri Monost. vs. 562.

C. G. C.

LOCI NONNULLI APUD AESCHYLUM CORRECTI.

Aeschylus *Suppl.* vs. 950.

Postquam Rex Argivorum importunum Fecialem Aegyptium facessere iussit:

σαφῆ δ' ἀκούεις ἐξ ἐλευθερςδόμου
γλώσσης, κομίζου δ' ὡς τάχις' ἐξ ὀμμάτων.

Aegyptius minaciter respondet:

ἴσθι μὲν τάδ' ἤδη πόλεμον ἐρεισθενέον.
εἴη δὲ νίκη καὶ κράτος τοῖς ἄρσεσιν.

haec est unici Codicis scriptura omni sensu vacua. De Porsoni coniectura nunc editur:

ἢ ϝςαι τάδ', ἢ δεῖ πόλεμον αἱρεσθαι νέον.

quam redarguere opus non est, nam quis non videt in ruderibus antiquae lectionis aliud quid latere? Quid multa? Videor mihi in ICΘIMEN Poëtae manum reperisse, qua semel reperta continuo reliqua veterem formam sponte recuperabunt. Dixerat Aeschylus ϝΕΟΙΓΜΕΝ, quod omisso Γ in COIMEN et (ut Graeca vocabula essent) addito I in ICΘIMEN corruptum est. Nunc emicat vera lectio haec:

ἔοιγμεν ἤδη πόλεμον ἀρεῖσθαι νέον.
εἴη δὲ νίκη καὶ κράτος τοῖς ἄρσεσιν.

ϝοικα cum futuro iunctum saepissime apud Aeschylum legitur. *Prometh.* 984.

ἐρεῖν ἔοικας οὐδὲν ὧν χρήζει πατήρ.

et vs. 1007.

λέγων ἔοικα πολλὰ καὶ μάτην ἐρεῖν.

Sept. 545.

ἀλθὼν δ' ἔοικεν οὐ καπηλεύσειν μάχην.

Agam. 1083.

χρήσειν ἔοικεν ἀμφὶ τῶν αὐτῆς κακῶν.

et vs. 1161.

ἔοικα θεσπιῳδήσειν τάχα.

et vs. 1180.

λαμπρὸς δ' ἔοικεν — πνέων ἐσφέξειν.

Choëph. 882.

ἔοικε νῦν αὐτῆς ἐπὶ ξυροῦ πέλας
αὐχὴν πεσεῖσθαι.

et vs. 921.

κτενεῖν ἔοικας, ὦ τέκνον, τὴν μητέρα.

Eumen. 900.

θέλξειν μ' ἔοικας.

Suppl. 905.

ἕλξειν ἔοιχ' ὑμᾶς ἀποσπάσας κόμης.

et in fragm. 22[b].

ὁ ταῦρος δ' ἔοικεν κυρίξειν τιν' ἀρχάν.

et sic saepe apud reliquos Poëtas. Perperam Bergkius in Aristophanis *Avibus* 1340 retinuit scripturam librorum:

ἔοικεν οὐ ψευδαγγελὴσ εἶν' ἄγγελος.

quum vera lectio οὐ ψευδαγγελήσειν olim esset a Bentleio reperta.

Pro ἐοίκαμεν Tragicos dicere ἔοιγμεν quis nescit? Quatuor huius formae exempla aetatem tulerunt. Sophocl. *Aiace* 1239.

πικροὺς ἔοιγμεν τῶν Ἀχιλλείων ὅπλων
ἀγῶνας Ἀργείοισι κηρῦξαι τότε.

Euripides *Heraclid.* 427.

ὦ τέκν', ἔοιγμεν ναυτίλοισιν.

et vs. 675.

ταὐτὰ γὰρ Φροντίζομεν
Φίλοις παρόντες ὡς ἔοιγμεν ὠφελεῖν.

et in *Cyclope* 99.

τί χρῆμα; Βρομίου πόλιν ἔοιγμεν ἐμβαλεῖν.

quibus nunc quintum ex Aeschylo accessit.

In scriptura Codicis:

πόλεμον ἐρεισθενέον.

manifesto inest *αἰρεῖσθαι νέον*, idque de more ex *ἀρεῖσθαι* corruptum est. Futurum *ἀρῶ*, *ἐπαρῶ*, *ἀροῦμαι* *α* productum habens numquam ex scribarum manibus illaesum evasit. Collegimus eius rei exempla in *Var. Lectt.* pag. 606. unde unum expromam. In Euripidis *Helena* 1598 in libris est:

οὐκ εἶ' ὁ μέν τις λοῖσθον αἰρεῖται δόρυ,
ὁ δὲ ζύγ' ἄξας, ὁ δ' ἀφελὼν σκαλμοῦ πλάτην
καθαιματώσει κρᾶτα πολεμίων ξένων;

omnium consensu Elmsleius futurum *ἀρεῖται* reposuit. Non minus est evidens in syllabis *πόλεμον ἐρεισθενέον* idem futurum *ἀρεῖσθαι* latere, quod ut assolet in *αἰρεῖσθαι*, *ἐρεῖσθαι*, *ἐρεῖσθε* abiit. Habemus igitur Poëtae manum certis indiciis in lucem retractam hanc:

ἔοιγμεν ἤδη πόλεμον ἀρεῖσθαι νέον.

Aeschylus *Choëph.* 534.

ἡ δ' ἐξ ὕπνου κέκλαγγεν ἐπτοημένη.
πολλοὶ δ' ἀνῆλθον ἐκτυφλωθέντες σκότῳ
λαμπτῆρες ἐν δόμοισι δεσποίνης χάριν.

significant haec, si quid hominibus doctis credimus: „*multae autem lampades, quae tenebris extinctae fuerant, iterum accendebantur.*" Praeiverant veteres magistri, *ἀνῆλθον*: *ἀνέλαμψαν*. et *ἐκτυφλωθέντες*: *οἱ σβεσθέντες ἤδη λαμπτῆρες*. *νὺξ γὰρ ἦν*. Acutissime Valckenarius ad Herod. IV. 145. (ubi legitur: *εἰρώτεον τί θέλοντες ἥκοιέν τε ἐς τὴν χώρην καὶ πῦρ αἴθοιεν*, et praecedit: *ἰζόμενοι ἐν τῷ Τηϋγέτῳ πῦρ ἀνέκαιον.*) et e scholio *ἀνέλαμψαν* et ex Sophoclis *Aiace* 285.

ἡνίχ' ἕσπεροι Λαμπτῆρες οὐκ ἔτ' ᾖθον.

reperit antiquam et veram lectionem *πολλοὶ δ'* 'ΑΝΗΙΘΟΝ pro *ἀνῆλθον*. Probata est ab omnibus correctio et recepta, sed sic loci emendatio praeclare inchoata magis est quam perfecta. *Δεσποίνης χάριν* enim quo pacto cum reliquis verbis congruere dicamus? Estne forte Clytaemnestra *ἡ τῶν λαμπτήρων δέσποινα*? Quid multis verbis opus est? Una tantum literula mendosa est, qua semel correcta locus clara luce splendebit. Erat in vetusto libro:

ΠΟΛΛΟΙΔΑΝΗΙΘΟΝ — ΛΑΜΠΤΗΡΑΣ

et postquam pro *ἀνῆθον* irrepsit *ἀνῆλθον* error errorem peperit,

ut fieri assolet, et λαμπτῆρAC in λαμπτῆρες conversum est. Nunc expedita omnia sunt: πολλοὶ (τῶν δμώων) δεσποίνης χάριν λαμπτῆρας ἐν δόμοις ἀνῆθον, id est ἀνῆπτον. *Multi* (famuli) *occaecati tenebris dominae gratia lumina in aedibus accendebant.* Αἴθειν cum compositis καταίθειν, ἀναίθειν, transitivum est, ut κάειν et δαίειν. Licebat Sophocli τραγικῶς αἴθειν pro *ardere* ponere, sed πῦρ αἴθειν dixit Herodotus et Aeschylus *Choëph.* 606.

καταίθουσα — δαλόν.

et *Agam.* 305.

ἀνδαίοντες — φλογὸς μέγαν πώγωνα.

et sic nostro loco:

πολλοὶ δ' ἀνῆθον — λαμπτῆρας.

Addam unum locum ex *Choëphoris* 1017.

οὔτις μερόπων ἀσινῆ βίοτον
διὰ πάντ' ΑΤΙΜΟC ἀμείψει.

ruit sententia iugulato metro. Sententia quae fuerit satis perspicuum est. Idem Euripides sic dixerat:

οὔπω γὰρ ἔφυ τις ἄλυπος.

et Posidippus apud Clementem Alex. et Stobaeum in *Floril.* XCIX. 14.

ἄνθρωπος ὢν
οὐδεὶς ἄλυπος τὸν βίον διήγαγεν.

sic et Aeschylus cecinit:

οὔτις μερόπων ἀσινῆ βίοτον
διὰ παντOC ἄΛΤΠος ἀμείψει.

LYSIAE LOCUS CORRECTUS

apud Scholiastam ad Platonis *Gorgiam* pag. 469. D.

Postquam explicuit quid esset ὑπὸ μάλης ita pergit: πληθυντικῶς δὲ οὐ μάλας λέγουσιν ἀλλὰ μασχάλας. Λυσίας ἐν τῇ πρὸς Μετάνειραν ἐπιστολῇ· „καὶ τὴν μὲν κόμην ψιλὴν ἔχεις, τὰς δὲ μασχάλας δασείας." Manifestum est Lysiam scripsisse κεφαλήν pro κόμην Scribebatur κε᾽.

C. G. C.

ANNOTATA AD PLAUTI RUDENTEM.

Ex qua Diphili fabula conversa sit Rudens Plautina frustra, opinor, quaeritur. In inscriptionibus, quae aetatem tulerunt, nec Σειρά est nec Κάλως; Σχεδία et Πλινθοφόρος, quae memorantur, non conveniunt satis cum argumento; nam navicula, qua Palaestra et Ampelisca salvae in terram evadunt, σχεδία dici non potest; et Sceparnio actu primo non lateres (πλίνθους) affert sed tegulas componit. Nomen Ἀνασωζόμενοι aptum est, sed quod ex ea fabula nunc fragmentum exstat Athen. XI. 499 c, IV. 379 Mein.: λάγυνον ἔχω κενόν, ὦ γραῦ, θύλακον δὲ μεστόν, ad bibulam anum dictum, parum in Plauti fabulam quadrat, nisi existimes in Diphili dramate non Ampeliscam puellam sacerdotis monitu (v. 431), sed ipsam sacerdotem ut Sceparnio sibi daret bibere poposcisse. Cuius mutationis, si modo illam fabulam imitatus est Plautus, causam afferrem, si res esset tam utilis quam plana. Tantum addo non improbabile esse, nomen fabulae Latinum a Plauto esse inventum aut spectatoribus placuisse, mirifice delectatis ea scena, in qua Trachalio Gripum quasi fune trahit (IV. 3); nam dum Gripus vidulum a se inventum mittere non vult, a Trachalione, qui funem, quo thesaurus ille constrictus est, firmiter tenet; quasi ursus a ductore in omnes scenae partes rapitur. Hoc igitur plebeculae Romanae admodum placuisse credibile est. Nec facile perspicimus, cur ipse poëta a re tam fortuita, quae ad fabulae solutionem non

necessaria est, nomen sumserit; vidulo sane invento Palaestra suos parentes cognoscit, sed quod vidulus ille fune adstrictus erat, nihil ad exitum fabulae, multum ad hilaritatem scenae confert.

Rudentem vulgo funem nauticum interpretantur; haud scio an minus recte. Cepit vidulum Gripus reti, ipsum cum reti in humeris portat; Trachalio tenet restim, qua rete clausum est; unde fit ut Gripus thesaurum suum non tam facile possit extricare. Rudentis autem vocabulum subinde etiam extra rem nauticam usurpatur. Ceterum cf. 914, ubi Gripus: „nec piscium ullam unciam hodie pondo cepi nisi hoc, quod *fero hic in rete*".

A iudicio Teuffelii (Rudens vorzüglicher durch die heitere und witzige Ausführung vieler einzelnen Scenen als durch die Anlage des Ganzen) partim recedendum esse mihi videtur. Complicatione enim comoedia haec aliis Plautinis non est postponenda. Casu quodam puella defertur ad aedes dudum amissi patris; cistella inventa, in qua sunt monimenta, parentes suos agnoscit; ipsa in libertatem asseritur, nubitque amatori suo. Sunt haec quasi elementa vulgaris comoediae. Et rem sic instituit poëta, ut nihil adsit molesti aut studio quaesiti; nulla ex parte probabilitas poetica laeditur. At in nonnullis sane brevior esse potuisset; scena illa, in qua de possessione thesauri inventi altercantur Trachalio et Gripus, nimis protracta est; colloquium Sceparnionis et Ampeliscae (414—484) plane poterat abesse. Tum melius fortasse exspectationi spectatorum consuluisset poëta, si vidulo primum invento apparuisset Palaestram esse Athenis natam (741). At dicacitate et facetiis excellit Rudens. Nec facile ulla est inter fabulas Latinas, quae magis σκηνογραφίᾳ excellat. Non platea quaedam Atheniensis sed vicinitas Cyrenarum oculis exposita est, non quies urbis, sed littus procellosum; quae sit tempestas non verba histrionum sed ipsa res declarat, tegulis de domo deturbatis. Nec spectatorum gratia multis verbis naufragium enarratur; sed ex ipso tecto, unde latus prospectus est in mare, procul quid fiat servus non tam cum reliquis, qui humi adstant, commemorat, quam secum ipse loquitur, metuens modo, modo confidens, feminas salvas e periculo evasuras esse. Veneris, praecipua religione a Cyrenaeis

cultae (intpp. ad Pind. Pyth. v. 24), templum in scena conspicitur et domus Daemonis et saxa, quibus aliquamdiu Palaestra ab amica separatur, donec manu eius adiuta in eundem adscendit locum (v. 243). Scite etiam cum spectatoribus et sine ulla molestia communicat poëta, Daemonem filiam amisisse; huius rei enarratio initio fabulae inepta fuisset, dum procella vix sedata est et naufragi servantur; itaque unum illud verbum *pater* (102) fortuito usurpatum hanc elicit querellam (105): „ego filiolam olim unam habui, eam unam perdidi".

De tempore actae Rudentis aliquanto probabilior est coniectura Teuffelii in Mus. Rhen. VIII. 37, quam prima specie videatur. Pseudolus, inquit fere, acta est a° 563; eo tempore lex Plaetoria recens lata erat, ut apparet e convitio *quinavicenaria* (I. 3. 69); iam in Rudente quoque ad eam alluditur (1380), itaque videntur illae fabulae non multum tempore distare inter se. Incertam esse hanc sententiam non est quod demonstrem; tantum animadverto ex ratione, qua illam legem commemoret Plautus, apparere illam tum in omnium ore fuisse eiusque mentionem ad risum spectatorum captandum esse interpositam; nam ex habitu lenonis sane apparebat eum amplius 25 annos natum esse.

I. 1. 4, v. 86 Fleck. Non véntus fuit, verum Alcumena Eurípidi
Ita omnés de tecto déturbavit tégulas.

Ex vulgari narratione Iupiter Alcmenen compressit absentis Amphitryonis forma assumta, quam famam etiam Plautus sequitur in Amphitruone. Ita nihil erat opus procella aut aurea nive, quoniam viro in domum suam reditus patebat. Pindarus facit Iovem latitantem sub specie Amphitryonis ad suos quasi lares venire, dum auro ningit, et tamen per fores domum intrare. Isthm. VI (VII) 5: (Θήβα) *χρυσῷ μεσονύκτιον νίφοντα δεξαμένα τὸν· Φέρτατον θεῶν, ὁπότ' Ἀμφιτρύωνος ἐν θυρέτροις σταθεὶς ἄλοχον μετῆλθεν.* Nem. X. 16: *τῷ* (Ἀμφιτρύωνι) *δ' ὄψιν ἐειδόμενος ἀθανάτων βασιλεὺς αὐλὰν ἐςῆλθεν.* Sed apud Euripidem in Alcmena per tectum deus intrasse videtur de coelo, ut Danaës congressum cum Iove, tegulas perpluente, transtulerit ad Alcmenen. Non ventus fuit, inquit, sed procella, qualem Euripides, in nuntii, opinor, narratione, descripsit, qua

domus detecta est et tegulae deiectae. Sed cum his non apte iunguntur proxima:

Inlústriores fécit fenstrasque índidit,

nam quae tegulae deturbantur non illustres fiunt, nec quicquam prodest quod alibi tegulae pro tecto dicuntur, ut Mil. Gl. 156, 179. *Inlustrioris* (sic libri) *fecit* exstitisse puto ex *inlustri ora fecit:*

Inlústria ora fécit fenstrasque índidit,

nempe tecto. Notum est illud Vergilianum Aen. II. 482: „ingentem lato dedit ore fenestram".

Vs. 50 (137 Fleck.) sqq. haec leguntur:

Pl. Ut vérba praebibes, mé perisse praédicas.
Dae. Meá quidem hercle caúsa salvos sís licet.
Sc. Heus tú, qui fana véntris causa círcumis,
iubére meliust prándium ornarí domi.
Fortásse tu huc vocátus es ad prándium,
ille quí vocavit, núllus venit? Pl. ádmodum.
Sc. Nullúmst periclum te hínc ire inpransúm domum.
Cererém te meliust quám Venerem sectárier:
amóri haec curat, trítico curát Ceres.

Nihildum servus Sceparnio noverat de prandio; huius igitur mentio vs. 141 loco aliena est; et praepostere sequitur coniectura v. 142 *(fortasse)* de prandio; Sceparnionisque personae hospitalitatis significatio parum apta est vs. 144, cf. 107, sqq.; atque ea pugnat cum versu 145, quo nimirum abigitur peregrinus a templo Veneris, quod in vicinia est, et procul amandatur. Quare hos versus (140, sqq.) sic ordinandos et personis distribuendos censeo, ut 142 continuetur Daemoni:

142 Fortásse tu huc vocátus es ad prándium,
ille quí vocavit, núllus venit? Pl. Admodum.
Sc. Nullúmst periclum te hínc ire inpransúm domum.
140 Heus tú, qui fana véntris causa círcumis,
141 iubére meliust prándium ornarí domi:
Cererém te meliust quám Venerem sectárier.

Illa *nullumst-domum* vs. 144 secum mussitat Sceparnio liberalitate domini offensus; tum se convertens ad Plesidippum reliqua clara voce loquitur.

Cantici, quod legitur scena 3 act. I vs. 185 initium lacunosum est:

Nimio hominum fortunae minus miserae memorantur,
*** experiundo iis datur acerbum.

Ita Palatini; nullum praesidium emendandi ex Ambrosiano sperandum est (cf. Geppert. in ed. p. V). Haec ad trochaeos reduxit Fleckeisen:

Nímio[pol] hominúm fortunae mínus multo miseraé memo-
*** éxperiundo is dátur acerbum *** [rantur

improbante Studemundio de Cantt. p. 87, qui ipse scribit:

Nimio hominum fórtunae minús miserae memorántur [1])
(quam reapse) éxperiundó — is datur acérbum,

prior versus ut constet ex dimetro iambico et penthemimere, alter ex dim. bacch. et penth. iamb. At bacchiaci metri certa indicia non sunt ante vs. 7 (190). Superiora ad unum metrum revocanda videntur. Versus, quantum novimus, in Palatinis sic scribuntur et distribuuntur:

Nimio hominum fortunae minus miserae memorantur
** experiundo iis datur acerbum
** hoc deo complacitum est me hoc ornatu ornatam
in incertas regiones timidam eiectam
hanccine ego ad rem natam miseram me memorabo
hanccine ego partem capio ob pietatem praecipuam,

quae hunc in modum fere refingenda esse videntur:

Nimío hominum fortúnae minu' miseraé memorantur,
quam nósse si experiúndo datur, *accídit* acerbum.
Nempe hóc deo conplácitumst, me hoc ornátu ornatam
in íncertas regiónes *esse* tímidam eiectam?
Hancíne ego ad rem natám miseram me*mét* memorabo?
Hancíne ego partem ob píetatem capío praecipuam?

Versu altero *is* (s. *iis*) in *si* mutatum propter accentum post *nosse* collocandum videbatur. Sententia manifesta: fortunae (casus) hominum multo minus miserae videntur cum memorantur, quam apparet eas esse, si experiare. *Esse* post *regiones*, *met*

1) Dedi accentus prout ipse Studemund notavit p. 87; scilicet cum aliis notare accentu solet alterum cuiusque dipodiae pedem; prima dipodia ei constat ex proceleusmatico „nimio homi" et spondeo „num for—".

post *me* et ante *memorabo* facile excidere potuerunt. Versus sunt ex dimetris iambicis et semiquinariis compositi, aut, si placet hoc nomine potius uti, trimetri sunt hypercatalectici, modo teneatur singulos in duas partes esse divisos, quas nisi in pronuntiando probe distinguas, metri proprietas perit. Versu ultimo transpositio vocabulorum propter caesuram necessaria videbatur, non item v. 4; talis enim caesurae neglectus, ut ultima brevis syllaba traiiciatur ad alteram versus partem improbandus non est.

In sequentibus hic illic propius accedere nunc (cf. Studemund p. 39) licet ad traditam distributionem quam olim a Fleckeiseno factum est; sic 193 (10) sq.

tum hoc mihi indecore inique inmodeste

omisit F. *inique* et in fine versus addidit ex proximi initio *datis di;* tum *mi hoc* scripsit; metro sane optimo (bacchiaco); sed non video cur *inique* omittatur:

tum mi hóc indecóre, iníque inmodéste

bacchiacus tetrameter, admisso post alterum bacchium hiatu. Sequuntur duo senarii iambici, ut videtur (194, sq.):

datís di nam quid habébunt supplici ínpii
posthác, si ad hunc modúmst innoxiís honor?

Supplici a Bergkio substitutum pro corrupta lectione *sibi igni;* in quo fortasse aliud latet (*insigne* Fleckeisen) sed metro certe *supplici* satisfacit. Deinde duos versus similes inter se (dim. bacch. cum penth. iamb.) constituerim:

apút vos; nam mé si | sciám fecisse aut
paréntes sceléste, | minús me miserer.

Iam quemadmodum iambici supra v. 194 praepositi erant bacchiacis, sic deinceps versus trochaicus creticis:

Séd herile scelus mé sollicitat; éius me inpietás male
hábet; is navem átque omnia | pérdidit in mari.
haéc bonorum éius sunt réliquiae, | étiam quae semul
vécta mecum ín scaphast, éxcidit, | égo nunc sola sum,

in quibus penthemimeres trochaicum postponitur dipodiae vel tripodiae creticae, ut supra penth. iamb. bacchiis; nulla in his mutatione opus est, siquidem hiatus et syllaba anceps ante trochaeos admittenda sunt; at in proximis duobus versibus

lenis transpositio requiritur:

quaé mihi sí foret sálva saltém, labor
lénior ésset hic | eíus opera mihi.

Libri: *si mihi* et *mihi eius opera*. Prior versus creticus alter cretico-trochaicus. In *lenior* ultima de more producitur; cf. C. Müller Prosod. p. 44.

Minorem dubitandí ansam habet sententia verborum in hoc carmine quam metrum; tamen v. 208 (26):

néc cibo néc loco técta quo sím scio

vix recte quis dicitur cibo et loco tegi. Fortasse:

néc cibum néc loco técta quo sínt scio,

i. e. nec cibum nec tecta novi quo loco sint.

Vs. 229 cretici sic constituendi videntur:

PA. Quóianam vox prope hic mí sonat? pertimui.
AM. Quís loquitur hic prope? PA. Spés bona, obsecro,
Súbventa mihi.
AM. Múlier est, muliebris vóx ad aures mihi
vénit; exanimis hoc | mísera sum metu.

Exitus alterius versus et tertius („subventa mihi") trochaici sunt. In libris Palatinis legitur v. 1 „quianam vox mihi prope hic sonat", v. 2 „hic loquitur", v. 4 „mihi ad aures", versu ultimo: „eximes ex hoc miseram metu", quod editores variis modis suppleverunt, sive addendo *an* („an eximes"), sive *tune -me* („tune eximes m. me ex h. m."). Manifesto locus corruptus est; subiectum verbi *eximes* non potest abesse. Pro *eximes*, omisso *ex*, dedi *exanimis*, pro *miseram: misera sum*. Exitus versus trochaicus est. Vix credere audet Ampelisca vocem muliebrem se audire; itaque se mentis vix compotem esse queritur.

275. Quae ín locis nesciis néscia spe sumus

i. e. quae in locis ignotis spe ignota sumus. Quod quid sibi velit non assequor. „Spes ignorata", nemo sane dici posse contendet pro: „spe amissa", nec magis pro: „omnibus ignoratis quae spem afferant". *Spe* corruptum ex *ipse* i. e. *ipsae*. Sententia iam plana est: in locis ignotis ipsae ignotae oberramus. *Nescius* passive dicitur ut saepius *ignarus*. Capt. 262: „si quid nescibo, nescium tradam tibi".

Metrum est creticum. Nonium p. 145. 8 (*nescias pessumus* libri) et Gellium IX. 12 vulgatam agnoscere probat vitium esse antiquum. Paucis versibus post intolerabiliter durum est quod ex cod. Vindob. et Olchinensis editione substitutum est:

míseriarumque te ambárum uti misereat

pro vulgata *miserarum*, quoniam sic genetivus alter (*amb.*) ab altero (*miseriarum*) suspensus est. Metrum est creticum, sed sequentes versus habent bacchiacum; eodem numero hunc scribo:

miserárumque te ambarum utí misereatur

Nonius p. 477. 15: „miseretur pro miseret. Turpilius Epiclero: quam matris tunc patris me miseretur magis". Plaut. Trin. 430: „et me eius miseritumst".

282. Set haéc pauperes sunt, inopés res, puellae.

Ita Fleck. pro: „sed hic p. res sunt inopesque puellae". Sed in priore Camerarii (sive vetere) fuit olim *heic*. Molesta praeterea est omissio coniunctionis. Fortasse:

Set heíc pauperes res et ínopes, puellae.

Metrum bacchiacum est. In sequentibus distributio versuum vulgata tenenda videtur; scribo:

Egomét vix vitam colo; Veneri vesperi meo
Servío. Am. Veneris fanum, obsecro, hóc est? Sa. Fateor ego.
Huius fáni sacerdos cluéo, verum quicquidst
comíter a me fiet, quoád nostra copia
valébit; ite hac mecum. Pa. Amíce benigneque
honórem mater nostrum habés. Sa. *sane* oportet.

Versu primo legitur in libris „veneri cibo meo"; *cibo* interpretamentum esse videtur vocabuli *vesperi*; cf. Mil. Glor. 995 et supra 181. V. 4 libri „comiter fiet a me"; *quoad* pro *quo* (vetus Cam. *quo nunc*) Fleckeis.; v. 5 non displicebit, opinor, illud *sane*, quod post Sa excidisse videtur.

304. In pulcra hac scena offendunt me extremi versus, fortasse mea culpa, si quid leporis insit quod aciem meam fugiat:

Nisi quíd concharum cápsimus, cenáti sumus profécto.
Nunc Vénerem hanc veneremúr bonam, ut nos lépide adiuerit hódie.

Exeunt piscatum; itaque perfectum *cenati sumus* non intellego,

nec cur lectionem librorum *incenati* mutaverint recentiores. Speciem huic mutationi conciliat Geppertus vertens: „so sind wir abgespeiset", sed hoc non in latinis inest verbis. Postremo versu *adiutet* certe Latinum esset. Donec igitur melius edoctus ero, scribam *incenati imus*. Nempe repetunt fere quae paulo ante dixerant: „domum redimus clanculum, dormimus incenati". Ad *i* in *capsimus* breve cf. Mil. Gl. 160: videritis: „quémque a milite hóc videritis hóminem in nostris tégulis". Nec caesura neglecta, in vocabulo quidem composito, ullam praebet difficultatem.

312—14. Plura molitur Fleckeisen. quam necesse. Libri quantum novimus:

Ut piscatorem aequum est, fame, siti, speque. Tr. Ecquem
[nam adolescentem huc
dum hic astatis, strenua facie, rubicundum fortem qui tres
duceret chlamydatos cum machaeriis vidistis venire?

Cum nulla sint defectus in codd. indicia potius credo irrepsisse aliena pauca, quam omissa esse tria diversis locis vocabula, quibus additis quatuor versus ex his tribus fecit Fleckeisenus. Carere possumus vocabulis: *adulescentem* 1° et *venire* 3° versu:

Ut píscatorem aequómst, fame, sití, speque. Tr. Ecquem
[vós hic
dum *sic* astatis strénua facié, rubicundum, fórtem,
qui trés chlamydatos dúceret cum machaériis, vidístis?

Sciens reliqui *cum machae*, quae pro iambo esse possunt.

329. Eadem hanc sacerdotem Veneriam, si quid amplius scit,
si videro exquisivero.

Ex silentio Taubmanni sic in Palatt. exstare probabile videatur, sed teste Grutero in iis legitur *hanc sacerdos veneria; haec sacerdos veneria* Vindob. et Lips. apud Schneid. „Eadem [ópera], Veneria haéc sacerdos sí", rell. dedit Fleckeisenus; at duplex illa condicio dura est, ne quid iam dicam de *opera* inserto. Probabilius est excidisse post *scit*: *scibo*:

eadem haéc sacerdos Véneria si quid ámplius scit *scibo*.

418. Ampelisca pultat fores Daemonis, prodit Sceparnio:

AM. Ad vos venio. SC. Accipiam hospitio, si mox venis
item ut affectam; nam nunc nihil est, qui te inanem.

Incredibile est quam multa ad hunc locum ab interpretibus congesta sint, et tamen nihil bonae frugis videtur nisi quod pro *mox* Palmerius coniecit *nox*, i. e. noctu, ut est in fragm. duod. tab. ap. Macr. Sat. I. 4: „si nox furtum factum sit", Lucil. lib. III, ap. Serv. ad Aen. X. 245: „hinc media remis Palinurum pervenio nox". Post *venis* (*venus* scriptum) secundum Gruterum in Pal. altero erat lacuna, quam Lambinus ex suis, si credis, libris implevit addito *vesperi*. Id probans Fleckeis. sub finem alterius versus scripsit: „qui te mane *mulierem*", tum unum versum excidisse significat, quo nihil aut parum lucramur. Uterque Palat.: *manem*. Iocus aliquis obscoenus in his latere videtur. Ad priorem versum supplendum *etiam* sufficit, in altero lacuna in fine statuenda, sed versum excidisse non puto. Scribo:

AM. ád vos venio. SC. Accípiam hospitio, étiam si nox véneris,
íta te adfectam; íam nunc nihil est quín te amem ⏑ ⏓ ⏑ –

„Item ut affectam" nemo intellegit, et mirum est videre quam se torserint in *inanem* explicando olim interpretes. „Ita te adfectam" Sceparnio dicit Ampeliscam paene nudam conspiciens. Noctu, inquit, te excipiam, iam nunc nihil repugno quominus te osculer. Ad versum supplendum plura apta sunt, veluti: *mea bellula*, vel *pulcellula*.

489. In hac scena admodum ridicule duo senes, Labrax et Charmides alternis versibus conqueruntur de infortunio, in qua altercatione exprobrationi non parcunt. Labrax:

Edepól Libertas lépida's, quae numquám pedem
voluísti in navem mécum hercle una inpónere.

In altero versu *me* ex antiquis codd. se adscivisse narrat Meursius. Significat, opinor, editiones (principem, Olchin., Carp.); nam in libris MSS. *me* omittitur; quorum lectionem: *cum hercle* (sic, non *hercule*) interpretari quomodocunque conantur. At nusquam, quod sciam, Hercules narratur cum Libertate navem adscendisse, nec tale quicquam in mythis exstitisse potest; nusquam enim Hercules dicitur homo nequam, qui sua

consuetudine alios in vitae periculum afferat. Quare quin recte legatur *mecum* et *hercle* sit exclamatio dubium non videtur. Labrax amicam quandam vel uxorem astutam ob oculos habet, quae cavisset sibi ab isto infortunio. Haec autem Libertas esse non potest; putidum enim fuerit dicere lenonem ipsam Libertatem in discrimen dare. Quod autem nomen pro *Libertas* sit substituendum certo definiri non potest. Quid vero, si Labracis uxor cum viro iocose cognominis dicatur? Quemadmodum a Κίλιξ Κίλισσα, a Θρᾷξ Θρᾷττα, sic a *Labrax Labrassa* duci potest.

Edepól Labrassa's lépida quae numquám pedem, rell.

525. In eadem scena haec leguntur, quae non emendatione sed interpretatione egent:

Ch. Equidém me ad velitátionem exérceo;
nam omnía corusca praé tremore fábulor.

Telorum et verborum volubilitatem comparat inter se. Metaphora sumitur a pugna tumultuaria, in qua discurritur et trepidatur et arma micant. Ea notione ad sermonem translata, velitatio dicitur certamen verborum, in quo adversarius verbis lacessitur, ipse promptus ad convitia repellenda; et quemadmodum tela celeriter mota coruscant, sic verba celeriter prolata et repulsa *coruscare* dicuntur. Tremulus motus est telorum in pugna velitum et Charmidis verba, quae vix prae tremore profert, micare videntur. Ad vocabulum *coruscus* et *coruscare* cf. Cicero apud Quinct. VIII. 8. 21: „caput opponis cum eo coruscans" ut recte legitur, cf. Lucret. II. 320: „blandeque coruscant", de haedis petulcis et lascivientibus. *Corusca* igitur verba sunt quasi micantia et amentata (ut Ciceronis verbo utar). Quae sequuntur v. 535, sq.:

Ch. Quid si áliquo ad ludos mé pro manducó locem?
La. Quaprópter? Ch. Quia pol cláre crepito déntibus.

in memoriam reducunt elegantem Iuvenalis locum III. 175: „cum personae pallentis hiatum in gremio matris formidat rusticus infans" et Horatii Ep. ad Pis. 340: „neu pransae Lamiae puerum extrahat alvo". Ad ludum quendam rusticum sive ad nundinas paganas omnium inops locare se vult alicui (*aliquoi*

leg.), ut dentibus frendens, tanquam Manducus parvulos devoraturus, pueris horrorem faciat.

579 — — — Ch. Eho, an te poénitet
in mari quom *hac nóctu* elavi, ne hic in terra iterum éluam?

Non mutatum oportuit *ni* in *ne*. Dixerat Sceparnio se Charmidis vestimenta arefacturum, ut nimirum per fictam hanc benevolentiam ea sibi sumeret; mutuo offert unum tegillum. Alter, astutiam hominis perspiciens, num tu, inquit, mihi subripere studes quae Neptunus mihi reliquit? parum contentus es, nisi hic quoque expiler? *Poenitet* non tantum malorum quae commisimus, sed etiam bonorum quae sine culpa nostra non satis ex voto successerunt, ut cum poenitere aliquem virium suarum Livius dicit VIII. 23. Apprime cum nostro loco convenit Ter. Eun. v. 7. 12: „an poenitebat flagiti, te auctore quod fecisset adulescens, ni miserum insuper etiam patri indicares?" ubi Donatus: „parum videbatur?". Teste Lorenzio in Philol. XXIII p. 182 vetus Camerarii (B) habet „in mari quia", Vaticanus Ursinianus (D) „in mari quod", unde recte supplet ipse:

in mari quia *sémel* elavi, ni hic in terra iterum éluam.

Vile vestimentum esse tegillum apparet e Festo p. 366: „cucullionculum ex scirpo factum" et Varrone apud Nonium p. 179. 1: „iugere (Scal. pro: *vigere*; Riese: *iuget*, i. e. clamat, si fides est Paulo p. 104; fortasse: *in gyrum* coll. proximo *tortam*) volitans miluus aquam e nubibus tortam indicat fore, ut tegillum pastor sibi sumat".

Elavere sive *eluere* est profundere, consumere, ut „aliquid in balineis" Trin. 406: (illud quod accepi) comessum, expotum, exunctum, elutum in balineis". *Eluere* ut *abstergere* ab initio dictum est de re ingrata aut molesta removenda, (ut: maculam, ignominiam) verum eo differt quod etiam constructione mutata, de iactura boni dicitur; ea vi positum omisso obiecto cum ablativo usurpatur, ut non *elavere se bonis* sed *elavere bonis* aut simpliciter *elavere* dicatur. In Palatino priore sive vetere Camerarii *meluam* scriptum est, sed punctis infra et supra *m* scriptis mutatum in *eluam*, quae puncta male intellecta a Pareo, *in eluam* legente, dicit Taubmannus. *Me eluam* nec metrum nec

lingua fert. Quod non *eluere bona* sed *bonis* dicitur, appar verbum vi reflexiva esse positum, ut hac quidem re diversu sit a decoquendi verbo, quod obiecto (bona, rem familiarer omisso absolute dicitur. Cic. Phil. II. 18, 44: „tenesne m moria praetextatum te decoxisse?" Stich. V. 2. 21: „volo el amus hodie peregrina omnia" (= abstergeamus) primariu usum monstrat. Asin. 134 (I. 2. 9): „nam mare haut est m re: vos mare acerrumum; nam in mari repperi, hic elavi b nis". Rud. 1307: „hac proxima nocte in mari elavi". A usum activae formae pro reflexivo conferri possunt *lavare* p lavari, *lenire*, Mil. Glor. 583: „dum haec consilescunt turb atque irae leniunt"; *mutare* et *demutare* ib. 1120: „num qu videtur demutare?", cf. infra 865; *vertere* et *avertere*, quoru hoc etiam ex Vergilio notum („tum prora avertit"); „verten anno" et apud alios est et apud Plautum Pers. 628; *converte* pro: converti, infr. 999; *purgitare* Aulul. IV. 10. 27: „non mi homines placent qui quando male fecerunt, purgitant"; *recipe* Bacch. II. 3. 60: „rursum in portum recipimus". Merc. 49(„actutum face cum praeda recipias"; *facessere* = se auferr infra 1062, Ter. Phorm. 635, Cic. Flacc. 38 sub f. Liv. VI. 1 extr.; *immergere* duriuscule sic hodie legitur supra 397: „cre(aliquem inmersisse atque eum (i. e. vidulum) excepisse" u Schneider „se inmerse", sed numeris melioribus legetur: „cre(áliquem se inmersísse atque eum excepísse". Huc referen(quoque composita quaedam verbi *rego: surgere* et *pergere*.

Ludendi opportunitate in verbo *eluere* de iis, qui mari mer sunt simulque bona amiserunt, avide usus est Plautus. Pau intricatior locus est 150: „proptér viam illi súnt vocati „prándium. Dae. Qui? Sc. Quía post cenam, crédo, laverú „heri: Confrácta navis ín marist illis". Prandium, ad quod il vocati sunt, inquit Sceparnio, propter viam sine dubio sum tur, i. e. propter instantem profectionem paratur. Nam po hesternam cenam et lautitias bona amiserunt mari iactati, propter aes alienum patria relinquenda, ut alibi victum inver ant. Lavari post cenam est hominum delicatorum, ut notu ex Iuvenale. Ad *propter viam* cf. Laberius ap. Non. p. 53. 2(„bidentes propter viam facere". Festus, p. 229: „propter via fit sacrificium quod est proficiscendi gratia". „Propter via

facere" Cato ap. Macr. Sat II. 2. Supra 537:

[set] óptumo me iúre elavisse árbitror.

LA. Qui? CH. Quíne auderem técum in navem ascéndere? *clavere* nihil est nisi mergi. Sententia plana est; cf. nota illa ex Aeschylo de Amphiarao: *ἦ γὰρ ξυνεισβὰς πλοῖον εὐσεβὴς ἀνὴρ Ναύτῃσι θερμοῖς καὶ πανουργίᾳ τινί Ὤλωλεν ἀνδρῶν σὺν θεοπτύστῳ γένει* (Sept. 602). Sed in priore versu omisso *set* libri: „iure optimo me", unde reposuerim: „iure óptimo me núnc elavisse árbitror", nam illud *set* non aptum; superiora enim nec subito abrumpuntur nec his opponuntur. Altero versu libri: „quia auderem". Ambr. teste Ritschl. Opuscc. II p. 223 *qui auderem* (*qui quiauderem*), sed post *quia* coniunctivus ferri non potest; recte *quine* restitutum. Est hoc genus interrogationis comicis familiare; cum reprehensione quadam continuatur interrogatio, ut appareat absurdum esse illud quod propositum sit. Genus loquendi hoc, quod ad vigorem et alacritatem loquendi multum confert, subinde a librariis oblitteratum est. Post *quine* tolerabilis est coniunctivus, quamquam omnino etiam in hac interrogatione rarus. Nam quae exempla afferuntur dubia partim sunt. Supra 272:

SA. Ergo aequius vos erat
Cándidatas venire hóstiatasque .....
PA. Quaéne eiectae é mari símus ambae, ópsecro?

Libri: „quae nunc (Vind. et Lips. Schneid. *quae*) .. sumus; requiro indicativum in certa asseveratione ad praesens tempus relata. Schneid.: „ambaé sumus te obsecro". Non provocant ad illud quod sacerdos iam noverat, sed id nunc primum cum ea communicant. Mil. Glor. 62:

PYRG. Itane aibant tandem? ART. Quaéne ambae obsecrá-
Ut te hódie quasi pompamílla praeterdúcerem? [verint

Ita Scioppius pro: *quae me*, quod retinuit Ritschl.; „quin me — obsecraverunt", correpta penultima cum Guyeto Lorenz. Sed a Ritschelio recedendum non est. In Mil. Glor. 973 „quaén cupiat" dedit Ritschl., libri „quae cupit"; recte opinor alii:

PYRG. Cúpio hercle equidem, si ílla volt.
PAL. Quaén cupit?

Truc. II. 6. 53 Spengelius dedit:

PHR. Poénitetne té, quot ancillás alam,
Qui étiam alienas súperadducas, quaé mihi comedínt cibum?

Libri: „quin etiam men superadducas". Legi potest: „quín etiam mi insúper adducas, quasé mihi comedínt cibum?" Repeti cum indignatione interrogationem, post *alam* abruptam signifi cans nullum ius esse alteri poenitendi. In Ter. Ad. II, 3. 9 (261 olim legebatur: „illius opera, Syre, nunc vivo; festivom caput Quine omnia sibi post putarit esse prae meo commodo." (Dona tur: *quin omnía*). Sed Bembinus a prima manu: *qui ignominia sibi* i. e „qui ignominiam sibi" unde nullus locus est *τῷ quine*. Indicativus necessarius est propter sequens *transtulit*. Horatium Sat. I. 10. 20:

„At magnum fecit quod verbis Graeca Latinis
Miscuit." O seri studiorum! quine putetis
Difficile et mirum, Rhodio quod Pitholeonti
Contigit?

non licet antestari; nam sine dubio corruptus est; cum causa superiorum verborum afferatur, nec interrogatio continuetur, a ferri non potest; vere Peerlkampius *putarit* requiri dicit. Unus est locus (Truc. II. 6. 53) ubi coniunctivus tutus est. At mo dus ille ferri posse videtur, quoniam saepe in istiusmodi in terrogatione quasi provocamus ad alienam opinionem. Sententia nostro loco haec est: rogasne, cum scias me ausum esse. Ad contractam hanc interrogationem explicandam multos locos affer Lorenz. ad Most. 724 et Mil. Glor. 965, ex quibus nunc unum affero Epid. V. 2. 53:

Ep. Séd ut acerbumst pró benefactis cúm mali messém metas.
Ap. Quémne hodie per úrbem uterque súmu' defessi quaérere?

i. e. tune plores, qui tantum deeras officio, ut frustra te quae reremus.

580. Eluas tu an éxungare, cíccum non intérduim.

Blanditur prima specie Guilielmii coniectura *emungare*. Nam illud verbum *exungere* semel praeterea legitur sententia diversa Trin. 406. Sed *eluere* et *exungi* opponuntur; alterum est: unguentis delibui, in lauta re versari. Nota sunt *uncta* patrimonia ex Catullo et „caput unctius referre". Ea oppositio in Guilielmii lectione perit, cuius haec significatio foret: bona profundas an callide spolieris nihil mea interest. Nulla est igitur causa quare vulgatam deseramus.

630. Trachalio hoc dicit: si tibi speras magnum bonum, te oro ut mihi auscultes. Obtestatur igitur per divitias et quicquid Daemoni gratum est, ut aurem sibi praebeat. Ac Daemones:

At ego te per crúra et talos tergumque optestór tuum,
sí tibi ulmeam úberem esse spéres virgidémiam,
ét tibi eventúram hoc anno úberem messém mali,
út mi istuc dicás negoti quíd sit quor tumúltues.

In quibus quamvis presse sequatur verba servi, non potest tamen tenere illud *si*, versu altero; nemo enim obtestatur per rem ingratam. Pro *si tibi* MSS. *ut tibi* a Gronovio defensum. Sed legendum *ni tibi*. Sententia: nisi velis vapulare, quantocius dicas. Nam absurdum est alaparum spe proposita aliquem ad dicendum incitare velle; impunitas, puto, non poena proponitur, si quis quem dicto audientem esse cupit.

De simili loco v. 712 accuratius olim a Rostio, Comm. Plaut. p. 75 actum est:

Méas mihi ancillás invito me éripis. Tr. *Ergó dato*
dé senatu Cyrenensi quémvis opulentum *árbitrum*
sí tuas esse opórtet nive eas ésse oportet líberas,

in quibus non tam voculae *si* et *nive* difficultatem praebent, quam brevitas loquendi. Hoc enim vult Trachalio: dato arbitrum ut coram eo sponsionem offeras si, rell. Nam ita sponsione certaturus erat Labrax: si feminae, quibus de agitur, ex iure Quiritium meae sunt nive eas (= et si eas non) oportet esse liberas, sestertios XXV nummos dare spondes? (Talis enim formula fuit teste Gaio; cf. Keller, Sem. ad M. Tull. Cic. p 11.) In contractiore illa formula condicio per *si* aut *ni* adiecta non pertinet ad verbum certandi, iudicem arbitrumve dandi, sed ad suppressam apodosin: *spondesne*. Totius sponsionis certis verbis conceptae et nemini ignotae ut in formula pervulgata, altera pars reticetur. Ea loquendi consuetudo etiam agnosci potest, ubi pignore certatur. Cas. Prol. 71: „at ego aio hoc fieri in Graecia et Carthagini .... Id ni fit mecum pignus, si quis volt, dato." Contendit prologus id *fieri;* alter, quem invitat ad pignus dandum, *non fieri;* hic, si fieri appareret, pignus amissurus erat; exspectes igitur: „id *si* fit pignus dato" aut „id ni fit ego pignus dabo". Similiter Poen. v. 4. 72: „da pignus, ni nunc periures, in savium, uter utri det." *Si* alter

peieraret, pignus ei amittendum erat. At illam condicionem, parum ad formam verbi *dare* attendens, ex sua persona addit, quasi dictum esset: certa pignore; unde etiam illud „in savium uter utri det" explicandum. Epid. v. 2. 35: aio (illam tuam filiam esse); vel da pignus, ni ea sit filia". Ait qui loquitur Epidicus, *esse* filiam; is, *ni* esset filia, erat pignoris damnandus; alter *si* esset filia; sed rursus *ni* ponitur ex persona loquentis, nulla ratione habita subiecti verbi *dare*. Et sic in proximis idem Epidicus: „ni ergo matris filia est, in meum nummum in tuum talentum pignus da" i. e. ni matris filia est, ego pignore tecum certabo, ut victus ego nummum, tu talentum solvas. Itaque non dubium est, quin in loco unde digressus sum, verba cursivis litteris expressa, quae in codd. desiderantur, recte supleta sint. Infra v. 1379 servus Gripus, „iuratust, inquit, dare mihi talentum magnum argenti" nempe Labrax. Is autem:

Cédo quicum habeam iúdicem,
ní dolo malo ínstipulatus sís nive etiamdum *hau* siem
Quínque et viginti ánnos natus.

Iure negationem addidit Acidalius, quem recentiores sequuntur. Sententia est: „substitue tibi liberum aliquem hominem, quicum iudicem eligam et spondeam me pecuniam daturum, ni dolo malo a me promissum exegeris, et ni ego nondum sim quinque et viginti annos natus". Fingit se nondum quinque et viginti annos natum, ut possit Plaetoriae legis beneficio uti. C. F. W. Müller, Plautinische Pros. p. 739, not. auctoritate Prisciani legit „sive etiamdum siem", sed ita *etiam* non recte se habet.

658. Invocantur lorarii Turbalio et Sparax, ut auxilio veniant mulierculis et lenonem caedant:

Túrbalio, Sparáx, ubi estis? Tr. I ópsecro intro, súbveni íllis. Dar. Iterum autem ímperabo? séquimini hac...

In hac concitatiore oratione, quam Daemones morae impatiens profert, particulae *autem* locus non est. Palatinus prior *hau*, alter *aut*. Legendum *haut* i. e. non bis idem imperabo; si tergiversamini, vos puniam, non repetam iussum.

680. Palaestra et Ampelisca Labracis impetum fugientes tumbatae de templo effugiunt. Consolatur eas Trachalio, qui tam

causam perturbationis quam auxilium iam a domino paratum novit:

TR. Tace ac bóno animo 's:
mé vide. PA. Sí modo id líceat, vis ne ópprimat.
TR. Quae vís? PA. Vim mi adigit ádferam ipsa. Tr. Ah désine:
[nimis inépta's.

Tam ineptum est Trachalionem, qui modo contra vim illam domini opem imploraverat, hic quaerere quae vis sit, quam Palaestram non dicere, quis se exagitet, sed tectis verbis uti, quasi quis eius pudicitiae insidiatus esset; de quo hic sermo esse non potest, quoniam Labrax nihil nisi suas sibi vindicare ancillas studet. Libri haec Palaestrae continuant:

PA. Si modo id liceat, vis ne ópprimat,
quae vis vim mihi adferam ipsa adigit.

Transposuit Fleckeisenus, distributionem personarum a Meursio propositam secutus. At omisso altero *vis* res salva est:

Quae vím mihi adferam ípsa adigit. TR. Ah désine; nimis
[inépta's.

709. Tún legirupiónem hic nobiscúm dis facere póstulas?

Fac vocabulum Latinum esse *legirupio* (legum contemtor), tamen sententia loco non apta est, quoniam de sacrificio diis offerendo („dis facere") nullus sermo est, multo minus de Labrace (legirupione) ad communia sacra admittendo. Sed monstrum illud vocabuli *legirupionem* procurandum est. Ex quo repetitis aliquot litteris effingendum videtur: „legirup*a rapt*ionem." Verba *cum dis* unde pedem intulerint nescio; illud video, omissis istis, nihil ad integritatem versus et sententiae desiderari:

Tún legirup*a ráptio*nem hic nóbis facere póstulas?

De verbo *postulare* et de *legirupa* omnia nota. Cf. nunc unum locum Asin. 189: „maledictis te eam ductare postulas?"

724. Labrax de ancillis suis abducendis cum Daemone altercatur:

LA. Míhi non liceat méas ancillas Véneris de ara abdúcere?
DAE. *Nón licet*, *itast* léx aput nos. LA. Míhi cum vostris légibus *nihil est* conmerci: equidem istas iam ambas educam foras;
tú senex si istás amas huc árido argentóst opus.

Ita libri: altero versu *non licet ita*, tertio *nihil est* in codd. desiderantur; nam etsi Lambinus iurat se *non licet ita* in suis libris veteribus invenisse (num in uno libro manu Camerarii?), eo minus id credo, quod de *pluribus* libris loquitur, quos omnes hodie latere non probabile est [1]). Saepe in hac fabula initium aut finis versuum se excipientium excidit, velut: 648 sqq.

Véneris signum súnt amplexae; núnc *homo audacíssimus*
éas deripere vólt; eas ambas ésse oportet *líberas.*
Quís istic est, qui déos tam parvi péndit? *paucis éxpedi.*
Fraúdis, sceleris, párricidi, périuri plén*issumus*

et vs. 186, sqq. de quo loco vid. supra. Apparet librum, unde nostri codices fluxerunt, madore aut sordibus passim corruptum fuisse. Notabili exemplo simile quid in Lucretio invenitur factum; libro I. v. 1068 seqq. interciderunt in archetypo postrema vocabula aliquot versuum continuorum, quae in omnibus nunc libris desiderantur. Archetypi paginas singulas habuisse 26 versus Lachmannus certissimis argumentis probavit. Iam 26 versibus post illum (1068) lacunam offendimus in oblongo octo versuum (post 1093). Apparet igitur archetypum *librum* fuisse, non volumen, folia tam recta quam versa inscripta erant; versuum 1068 sqq. in folio recto scriptorum posterior pars interiit, versuum 1094, sqq. nihil superest; hi erant in verso folio, post hos (aut iuxta potius) erat spatium vacuum, ab altera parte continens (in folio recto) versus 1068 sqq. dimidiatos. In dramaticis poetis difficilius est archetypi divisionem indagare propter scenarum inscriptiones versusque pro chartae modulo nimis longos bifariam divisos; quod ubi et quoties in singulis paginis factum sit non potest accurate constitui. Cf. Ritschl. ad Trin. p. XV, Opuscc. II. p. 224. In Rudente certe res non ex omni parte succedit, ut tabula infra scripta docebit, quae utique hoc demonstrabit saepe continuos versus labem contraxisse et documento est nostros libros omnes fluxisse ex uno archetypo non optime comparato:

---

1) De Lambino olim satis honorofice sentiebat Ritschl.; nunc illam sententiam revocavit Opuscc. II. 121, not.

v. 648—651	666—671	666—648 = 18	
finis versuum desideratur.	initium des.	inscriptio scenae 3. 2	
		nova pag. post 20	versus.
666—671	698—700	698—666 = 32	
init. des.	init. des.	novum fol. post 32	v.
		nov. pag. » 16	
698—700	712, 713	712—698 = 14	
init. des.	finis. des.	inscr. scenae 2	
		16	
712, 713	723, 724	723—712 = 11	
fin. des.	init. des.		

Notabile est ubique fere, ubi initia versuum absumpta sint, paucis versibus post finem abesse.

In tribus paginis h. l. invenimus 16 versus (in singulis), in una 20, in postrema non amplius 11 versus. At fons corruptelae satis apparet; quare non dubito quin omnes libri nostri v. 724 mutili sint, nec tam Lambino fidem habeo quam Camerario. Quot litterae in tertio versu desiderentur incertum est.

Non sine causa haesit Acidalius in verbis *educam foras;* non enim sunt in aede Palaestra et Ampelisca; hanc reliquerunt appropinquante Daemone v. 664, et nunc in ara Veneris assederunt v. 688. *Aridum* argentum proximo versu explicat Nonius p. 245. 9 „purum lucidum", sed rem non probat aliis exemplis nec interpretes, quos vidi, quicquam proferunt quod satisfaciat. Acidalius ut his mederetur invenit: „— equidem istas iam ambas abducam; uvidas Tu senex si istas amas, huic arido argento est opus". Recte, opinor, quatenus in superiori versu uvidi mentionem desideravit, quo explicationem haberet illud *arido*. Sed *foras* non omittendum videtur; potest enim significare: peregre, ex hac regione, in Siciliam. Sic „vendere foras" Stich. 219 et „foras locitare" Ter. Ad. V. 8. 16. Conieceram nondum cognita Acidalii sententia:

Nil commerci. Equidem ístas iam ambas *úvidas* ducám foras;
tú senex si istás amas huic árido argentóst opus.

Istas iam (non *iam istas*) codd.; *educere* ferri non potest; pro *amas* Pal. alter *amabas*. Pro *uvidas* possit etiam *elautas* suppleri; cf. 699: „elautae ambae sumus opera Neptuni noctu". Nec pertinaciter pugno pro illo vocabulo, sed donec me aliquis docuerit exemplis allatis quid sit aridum argentum, tale quid excidisse putabo. Ad numeros praestat *uvidas*.

767. Locus admodum controversus est:

LA. Ignem magnum hic fácia . DAE. Quine ut húmanum [exurás tibi?

LA. Immo has ambas hic in ara ut vívas comburam. DAE. [Id volo.

In *quin ut humanum* consentiunt omnes libri, etiam Ambr., in quo *humanum* teste Gepperto clare scriptum exstat. At huius auctoritas non mihi sufficit; in manifestis enim vitiis conspirat saepe cum recentioribus MSS. Supra v. 544: „iam postulabas te, inpurata belua Totam Siciliam devoraturum insulam" praebere dicitur, *devoraturam*, quod Geppertus multo nervosius esse iudicat, sed merito explosit Ritschl. p. 225, sq.; v. 574 Ambr. (Ritschl. p. 209): „aliquid vestimenti aridi", reliqui recte: „vestimenti aliquid aridi", neque, ut Ambrosiano sua auctoritas constet, opus est Ritschelii coniectura: „récipe med in téctum, da aliquid míhi vestimenti áridi"; proximis duobus 575, 576 A. cum reliquis consentit, nisi quod vitiose *illum* habet ECILLUMMIKIUNUMARET; utrique male, nisi in *tegillum* contra analogiam primam producas; praestabit, opinor, ordine verborum *mihi unum* (sic MSS.) mutato:

tégillum eccillut únum mihi aret; íd si vis dabó * *

desunt duae syllabae, quae ex superiore versu arcessendae; nam ibi recentiores libri offerunt

dúm mea arescúnt: in aliquo réferam gratiám tibi,

at Ambrosianus illud *tibi* non agnoscit, eique substituit veram lectionem *loco*. Quid igitur illo *tibi* fiet? Nimirum pertinet ad sequentem versum sed a loco suo aberravit. Utique Ambrosiani auctoritas nobis non tanquam Medusae caput opponi debet in locis dubiis, qualis hic est. Nam quod ad *humanum* explicandum provocant ad Festum p. 103: „humanum sacrificium dicebant, quod mortui causa fiebat" et ad Macrob. III. 5. 1, qui refert *animales* hostias dictas esse, quarum anima tantum offeratur diis, quemadmodum Vergilius bovem pro Darete caesum referat (Aen. V. 483) [1]), satis probat quam aqua haeserit interpretibus nec refutatione dignum est. In editionibus principe,

1) Prudenter Prellerus Röm. Mythol. p. 237 ubi de *humano* sacrificio agit omittit Plauti locum.

Lucae Olchinensis, Carpentarii non *ut humanum* sed *ut manum* legitur; fuerit illa coniectura, tamen veram puto. Spreta est quoniam non intellegebant cur manus tantum mentio esset, non totius corporis; at lenones periuri sunt: itaque ea parte corporis, sive manu, sive lingua qua in iurando usi sunt, eos puniri convenit. Porro *quine ut* fateor me non intellegere; aut *ut* aut *qui*, *quine* requiro. Scribo:

LA. Ignem magnum hic fáciam. DAE. Quine tú manum
[exurás tibi?

i. e. ut eo tuam ipse manum exuras? —

Obiter animadverto v. 764 („nullum habemus ignem") Lorario esse adscribendum; porro v. 765: „ego dabo ignem, siquidem in capite tuo conflandi copiast" non optime convenire cum v. 125, ubi non capillo ruber sed incanus describitur Labrax; cf. 317. Idem, qui per totam fabulam senex dicitur, v. 1381 contendere vult apud iudicem se nondum viginti quinque annos natum esse.

886. Credo álium in aliam béluam hominem vórtier:
illic ín columbum, crédo, leno vórtitur,
nam in cólumbari collum *eius* hau multo póst erit.
In nérvom ille hodie nídamenta cóngeret.

locus prima specie non satis perspicuus. Sed significatur per *columbare* patibulum ex duobus asseribus sic compositum, ut foramen rotundum relinquatur, in quod collum includitur, duobus asseribus firmiter inter se admotis. Iam illud foramen quoniam aliquam habet similitudinem cum eo, per quod columbae ex caveis volant, *columbare* dicitur, quemadmodum alia quoque eius formae foramina appellantur. Sic apud Vitruvium aperturae, per quas tigna supra columnas transmittuntur, quas ille triglyphis tegi dicit IV. 2. 4; et teste Isid. Orig. XIX. 2. 3 loca concava, per quae eminent remi in summis lateribus navium. De patibuli forma cf. Becker, Alterth. V. 1. 193 et intpp. ad Mil. Glor. II. 4. 7. Iam pro re nata ut ad *collum* alluderet finxit Plautus *collumbar*, cuius licentiae infra alia exempla afferam. Non igitur *eius* addendum est sed legendum:

nam in cóllumbari cóllum hau multo póst erit.

906 sqq. ita in libris scripti sunt:

Neptuno has ago meo patrono gratias,
qui salsis locis incolit pisculentis,
cum me ex suis locis pulcre ornatum expedivit
templis reducem, pluruma praeda onustum,
salute horiae, quae in mari fluctuoso
piscatu novo me uberi compotivit.
Miroque modo atque incredibili hic piscatus mihi
lepide evenit: neque piscium ullam unciam hodie
pondo cepi, nisi hoc quod fero hic in rete.
Nam ut de nocte multa impigreque exurrexi
lucrum praeposui sopori et quieti
tempestate saeva experiri expetivi
paupertatem heri qui et meam sententiam
tolerarem opera haud fui parcus mea.

Haec sic constituenda videntur metro potissimum Bacchiaco:

Neptúno has agó gratiás meo patróno,
Qui sálsis locís incolít pisculéntis,
Cum méd ex suís pulcre ornátum expedívit
Templís redducém plurumá praeda onústum
Salúte horiaé, quae in marí fluctuóso
Piscátu novó me uberí conpotívit.
Miró mihi modo átque incredíbili hic piscátus
Lepide évenit, néc piscium úllam unciam hódie
Pondó cepi, nísi quod fero híc in rete.
Nam ut dé nocte múlta inpigréque exurréxi,
Lucrúm praeposívi sopóri et quiéti:
Tempéstate saéva expériri expetívi
Paupértatem herí qui et meam sémpitérnam
Tolerárem opera hau parcús mea.

Pleraque quae primis versibus mutavi iam inveniuntur apud Schneiderum, a quo recessit Fleckeisenus v. 3, retinens *locis* quo coactus est tertio post *templis* inserere *que;* praestat *locis*, male repetitum ex superiore versu, aut ex interpretatione proximi *templis* natum, omittere; vs. 7 contra in omittendo *que*, quod male haec superioribus annectit, et *mihi* transponendo Fleckeisenum secutus sum; v. 8 disyllabam anacrusin, ut saepe, versus habet; v. 9 *hoc* metro incommodum eieci; *hic* in fine habet solus B; versus compositus est ex dimetro bacchiaco et

penthemimere iambico, quod et saepius fit et hic in fine sententiae aptissimum; v. 13 ex Camerarii coniectura pro *sententiam*, quod est manifesto corruptum, *servitutem* editores substituunt; sed, si quid video, minus apte dicitur cibo aliquis servîtutem tolerare; *sempiternum* est quod in vitam durat, nec tantum de memoria, gratiis simm. dicitur. Cf. Most. I. 3. 67: „fore victum tibi sempiternum". Pers. I. 2. 35: „sempiternam servitutem serviat"; v. 14 iambicus est.

927. Gripus vidulo invento libertatem se a domino impetraturum dicit:

... ád erum veniam dócte astute
pauxillatim pollicitabor pro capite argentum, ut sim liber.

Nempe sensim paulatimque erat amplius oblaturus, ne statim magnam summam offerens suspitionem moveret. Fortasse scripsit Plautus: „pauxillatim (s. pausillatim Ritschl. l. l. p. 250) *pol licitabor*".

936. Mágnas res hic ágito in mentem instrúere, nunc hunc
[vídulum condam.

Elegantius Fleck.: „nunc hanc [praedam] condam" pro vulg. „nunc hunc vidulum c."; verius fortasse:

Mágnas res hic ágito in mente instrúere; vidulum hùnc
[nunc condam.

960. Quíd inde aequomst dari míhi? dimidium vólo dicas.
[Gr. Immo ámplius etiam.

Trachalio vult Gripum ipsum decernere, inventi dimidiam partem sibi deberi, si ipse (Trachalio) furtum celet; itaque non praescribere debet Gripo quae responsurus est. Verba transponenda:

Quíd inde aequomst darí mihi volo dicás; dimidium? Gr.
[Immo ámplius etiam.

977. In lepidissima illa plane Romana disputatione, qua quaeritur quando aliquid in publico inventum commune esse desinat, haec contendit Trachalio:

In mari inventúst; commune est. Gr. Nae ínpudenter
[ínpudens.

Ita libri, nisi quod *inventumst* est in Vindobonensi Schneideri. Mutavit haec Fleck. sic:

In mari inventúst. Gr. Ne [tu homo's] ínpudenter ínpudens.

Cuius mutationis nullam causam video. Scrib. „inventus conmunist". In mari, inquit, quod commune esse ipse fateris, inventus est vidulus; itaque commune est bonum. Cum quibus bene concinunt sequentia: at ita piscatores perierint, quoniam pisces etiam capti et in macello expositi communes omnibus erunt. In altera versus parte desidero pronomen: „ne inpudenter tu inpudens". Subiectum enim post *ne* non omittitur.

993. Quíd tu numquam audívisti antehac vídulum esse pis-
[cém. Tr. Scelus,
núllus est.

Vidulus non est piscis, neque hoc contendit Gripus, sed exstare vidulum piscem. Cf. 987: „Sét tu enumquam píscatorem vídisti, venéfice, Vídulum piscém cépisse". *Vídulum* est attributum non praedicatum. Illa ambiguitas non est in codicum lectione ceteroquin falsa: „audivisti esse antehac vidulum piscem". Cum „audire piscem" pro „audire de pisce" dici non possit, *esse* omitti non debet; itaque transposito hoc, aut *tu* aut *scelus* eiiciendum est, hoc modo:

quíd? numquam esse audívisti antehac vídulum piscém scelus?

aut (quod praeferendum):

quíd? tu numquam audívisti antehac ésse vidulúm piscem?

1055. Non optime de spectatoribus sensit Plautus, qui hoc loco iis in memoriam revocanda esse putaret, quae paulo ante v. 775 dicta essent. Ibi Daemones ipse Trachalionem mittit ut herum arcessat; nunc interrogat: „tún es, qui hau multó prius Abiisti hinc erum árcessitum"? At magis mirum, ut vix a Plauto profectum putem, quod eandem rem post duos versus iterat v. 1054 et 1057.

Túun hic servost? Dae. Méus est. Tr. Hem istuc óptime,
[quandó tuust.
Tr. Nempe hic tuus est? Dae. Méus est. Tr. Istuc óptime,
[quandó tuust.

Sequitur hic versus:

DAE. Quid negotist? TR. Vir scelestus illic est. DAE. Quid [fecit tibi?

Fortasse olim fuit unus versus pro his duobus (1057, 1058) veluti talis:

TR. Nempe tuus est vir scelestus illic? DAE. Quid fecit tibi?

Animadvertas iam ante, v. 1052, idem sciscitatum esse Trachalionem: „tuun hic servus est?" ut intra sex versuum spatium eadem interrogatio ter ponatur.

1101. Tua maledicta, inquit Gripus, facile patior, dummodo herus, Daemones, mihi faveat. Ad quae Trachalio:

Atqui nunc aps te stat: verum hinc tibi testimonium.

Falsum, opinor, est quod contendit Acidalius, *stare abs te* significare *stare contra te;* et tamen talem sententiam postulat *atqui*. Dixit Gripus: dummodo hic mihi suppetias ferat („dum hic hinc, a me sentiat"); ibi per *atqui* a Trachalione nihil responderi potest quam non favere illum Gripo. In fine versus ingeniose idem Acidalius invenit: *hinc cibit* ex *hinc tibi;* at re diligentius perspecta, insolentiorem illam formulam *cire testimonium* hic nihilo aptiorem esse apparebit quam *ibit* a Dousa propositum. Legendum videtur:

Atqui non aps té stat verum; hinc íbit testimónium.

At vero, inquit, veritas tecum non facit; hinc, ex vidulo, prodibit testimonium. *Non* et *nunc* quam facile possint confundi nihil attinet dicere.

1109. *Caudeam* cistellam Paulus a similitudine *caudae* equinae satis inepte interpretatur p. 46: „caudecae (l. *caudeae*) cistellae ex iunco, a similitudine equinae caudae factae". Nempe tenuissimos iunci ramusculos aliquam similutidinem habere cum setis caudae equinae, et inde iunceus *caudeus* dictum esse opinatus est quisquis Paulo vel Festo praeiit, quod ille male intellexit. Glossa a Muellero ad l. l. allata: „caudia vinceum, quod vinciam caudae emargat", in quibus haec agnosco: „caudeum iunceum, quod iunci *tanquam* caudae exurgunt". Similia habuisse videtur Placidus Maii admodum corruptus. Sed non operae est haec ulterius prosequi, quoniam non sunt assis. *Caudeus* cum *caudex* (*codex*) ad eandem radicem pertinet, et significat

h. l. illud, quod ex cortice aut ramentis ligni factum s. contextum est. Est igitur fere idem atque *caudiceus*, *codicarius*. Ex asseribus compactae naviculae *codicariae* sunt. Cf. Varro ap. Non. p. 535, 20. Non multum hic a vero, opinor, aberrabimus, si nostrum *spanen doos* contulerimus. Litterae *ex* non magis ad radicem pertinent quam in *vortex* et *imbrex*.

1139. Quíd, si ista aut supérstitiosa aut áriolast atque ómnia quidquid insit vera dicet.

Fortasse: „quidquid inerit". Cf. 1134: „ibi ego dicam quidquid inerit nominatim". Coniunctivus apud comicos post *quisquis* non usurpatur nisi paucis locis in oratione obliqua. Terent. Phorm. II. 1. 16 legitur: („secum cogitat) Quidquid praeter spem eveniat, omne id deputare esse in lucro", at Bembinus *eveniet*. Hec. I. 1. 8: „et moneo et hortor, ne cuiusquam misereas Quin spolies, mutiles, laceres, quemquem nacta sis" (ut contra Bemb. ex Cledonio et Pompeio pro *quemque* legendum). Fortasse *nacta eris*. Omnino in modo post pronomen relativum generale convenit inter comicos et reliquos scriptores, nisi quod illi saepius, quam postea factum invenitur, futurum exactum iungunt et plusquamperfectum *indicativi*. Capt. 794: „dentilegos omnis mortalis faciam, quemque *offendero*". Mil. II. 2. 5 (160) „quemque a milite hoc videritis hominem in nostris tegulis — huc deturbatote in viam". Poen. II. 37: „quemquem visco offenderant, Tam crebri ad terram accidebant quam pira". Men. 714: „omnia mala ingerebat quemquem aspexerat" Asin. 404: „quisque óbviam huic accesserit iráto, vapulábit", quo loco *quisque* pro *quisquis* metro tutum est. In oratione obliqua coniunctivus invenitur Trin. II. 1. 17: „meretricem sentis similem esse addecet, quemquem hominem attigerit, profecto ei aut malum aut damnum dare" (vulgo: dari). Mil. Glor. IV. 9. 14 (1391): „qui omnes se amare credit, quemque (i. e. quamcunque mulierem) aspexerit" aut cum Cam. vet. „quaeque aspexerit". Coniunctivi post *quidquid* in recta oratione nullum mihi exemplum in promtu est, nam v. 1142 „ut quid sit verum quamprimum sciam" recte *quidquid* in *quid* mutatum esse, metrum indicio est. Paucis igitur et dubiis partim locis nititur coniunctivus.

1141. Nón feret; nisi véra dicet, néquiquam hariolábitur.

Sic distinguendum: bono sis animo, si hariola est, non accipiet; nisi vera dicet sine hariolando, (si sine vaticinandi arte nescit quid insit in cistella), frustra divinando assequetur. „Non refert" videtur in Palat. pr. sive Camerarii vetere exstare; sed non recte hoc cum interrogatione convenit; et ex reliquis poterat hoc Gripus efficere, si vera forte fortuna hariolaretur, acceptura esse cistellam, ut magni referret, utrum hariola esset nec ne.

1143. Gripus aperto vidulo, qui quominus aperiretur, quantum in ipso erat, prohibuerat:

hóc habet: est solútum. ah perii: vídeo cistellam. DAE. [Haécinest?

Taubmannus, „Gripus, inquit, tralatitio more exultantium exclamat *hoc habet* statim a solutione", tum more solito reprehendit Pareum „bene hoc habet" scribentem. At ipsa Taubmanni interpretatio satis ostendit, non plane errasse Pareum; qui enim Gripus, qui dudum refragatur et aegre concedit, ut vidulus aperiatur, exsultare possit, non intellegitur. Verba „hoc habet" Trachalioni adscribantur, qui gaudet infortunio Gripi, cf. v. 1151. Tum „est solutus" omisso *ah*.

1229. „Si sápias, sapias, hábeas quod di dánt boni". Miror Gronovium in eo versu lusisse: „si sápias, habeas quód dei danúnt boni". Sententia: si sana mente es, sume quod tibi a fortuna oblatum est. Alterum *sapere* est oblatis commodis frui, ut apud Horatium: „sapias, vina liques et spatio brevi Spem longam reseces" (I. 11. 6). Ceterum conferri possunt loci quales Aesch. Ag. 1050 *πίθοι' ἂν εἰ πίθοι', ἀπειθοίης δ' ἴσως* („si velis obtemperare, obtemperes, est quod obtemperes, modo velis"), ib. 1394. *χαίροιτ' ἂν εἰ χαίροιτ', ἐγὼ δ' ἐπεύχομαι*, quae, ceteroquin diversa, eo conveniunt quod consulto in repetitione eiusdem vocabuli luditur.

1245. Non celabo, inquit Daemones, quae aliena ad me allata sunt,

Sempér cavere hoc sápientis aequíssumumst,
Ne cónscii sint ípsi malefící suis,

hoc est: „ne ipsi noverint malefacta suorum", perversa sententia, tamen in hac lectione non evitabili, quoniam *ipsi* singulari numero positum non haberet quo referretur, et manifesto ad sapientes pertinet; nec video quam sententiam Fleckeisenus, cuius ceteroquin admiror sanum et circumspectum iudicium, inesse in his voluerit, nisi forte hanc: ne apud suos servos tanquam maleficii convicti sint, ne servi sciant si quid mali commiserint. At vix credo. Bene se habet lectio librorum: „ne conscii sint ipsi malificiis suis", ne ipsi sibi peccati alicuius conscii sint. In superioribus de occultando facinore sermo erat, nunc dicit, sapienti non sufficere si alii nesciant ipsius scelus, sed si ipse nihil se commisisse scit. *Conscium esse* ut *συνειδέναι* habet subinde dativum rei, quam quis novit (facinori, fraudi, rell.) Ita Lucretius III. 1018 „mens sibi conscia factis praemetuens adhibet stimulos". Quod si apud vetustiores auctores exempla desunt, tamen damnandum non videtur. Metri perversitas in *ipsi maleficiis*, (ubi anapaestus sequitur dactylum) tollitur extrita in pronuntiando secunda vocali in *malef.* Eadem sententia Ritschl. sed paulo maiore mutatione: „ipsi malefici sibi" (Opuscc. II. 721).

1258. Hoc vult Daemones: propterea saepe malos habemus servos, quod ipsi eorum culpae affines sumus, et eorum silentium emere cogimur connivendo in eorum peccatis; itaque non imperamus sed obtemperamus iis. Haec sententia plane convertitur recepta lectione: „nam illic cum servo siquo congressus foret" i. e. nam si ille pro me alium servum compellasset. Sequitur: „et ipsum sese et illum furti astringeret", alterum illum in sceleris communionem traheret, ut duos haberemus malos servos pro uno. At haec non conveniunt cum proximis: „dum praedam habere se censeret, interim praeda ipsus esset", quae ostendunt sententiam quam supra exposui: si dominus colludat cum servo, lucrum inde sperans, ipse contra isti emolumento est. Requiro: nam *illoc* cum servo si quis congressus foret", aut maiore cum probabilitate *si quoi* = nam si quis cum illo servo de furto pactus esset. „Illuc est, quod" v. 1208 = hinc fit quod, hoc illud est quod (ut Terentius et alii saepius). Cas. II. 8. 26: „illuc quod hic hunc fecit vilicum".

1273. Adsum equidem, ne cénsionem sémper facias. Tr. Cénseo.

Per multas ambages in hoc loco explicando plane nil perficitur, nec libet iterare quae attulerunt interpretes, quos vidi, tam obscura quam incerta. Alii legendum putarunt *at sume quidem;* alii *absume quidem*, alii *at summa quidem;* porro *adsum equidem* intelleguntque haec de censore, de cuius ratione censendi nova ex hoc ipso loco fingunt, et nubem nube tegunt provocantes ad Men. III. 1. 9. Sed equidem censeo censorem non in censum vocandum esse; nempe Plautus hic ut alibi vocabulum novavit et censio nihil esse voluit quam: *„censeo dicere"*. „Ego mora mŏror multum, Quae cum hoc insano fabuler", Mil. Gl. 370 pro *mŏrari* finxit novum vocabulam ad μωρός alludens. „Dolum dolare" ib. 936. „Domi domĭtus sum usque cum caris meis", pro inclusus Men. 105; supra 631 habuimus *virgidemia*, quasi *messis virgarum* ad similitudinem vindemiae procusum, et quod propius accedit *collumbar* v. 888. *Licentia* supra 1225 est: „dicere *licet*". Istiusmodi ludibria fingit comici ingenii protervia et exuberantia non minus quam tragica granditas ut hac quoque in re, quod aiunt, extrema prope se tangant. Notum est illud Ennianum: „Priamo vi vitam *evitari*" ex Cic. Tusc. III. 19. 44. Similia possint ex Aristophane afferri. Itaque *ne censionem semper facias* est „ne semper dicas *censeo*". Iam initio versus Palatini habent *at sume quidem*, recentiores libri *assume*. Videntur tres litterae omittendae: *sum:*

Tr. Egone? Censeo.

Pl. At equidem ne cénsionem sémper facias. Tr. Cénseo.

Nimirum supplendum est: at censeo equidem ne semper censionem facias. Quod cum non intellegerent librarii et invenirent *ad equidem*, male addiderunt *sum*, unde reliqua nata. Versu 1272, „dic ergo quanti censes" corrupta sunt; Plesidippus convincere studet Trachalionem, ostendens eum ne ipsum quidem scire quid censeat, sed domino tantummodo assentari 1271: „Quid matri eius (gratulabor)? Tr. Censeo. Pl. Quid ergo censes?" Iam apparebit, ut opinatur Plesidippus, ex responsione, nescire Trachalionem, quae ipse censuerit, at ille plagam evitans: quod rogas, censeo". Sequi iam debebat: „dic ergo *quid me* censes?" nim. rogare. Nunc legitur: d. e. quanti censes". Post 1276 Trachalio, ut aliquid certe mutet, pro *censeo* inter-

ponit *non censeo*, at id praepostere satis, nam interrogante Plesidippo „eampse illam complectar (Palaestram)", alter: „non censeo". Tum Plesidippus:

Perii, dilectúm dimisit: núnc non censet, quóm volo.

Palatini *delectum*, ut videtur, sed pro *dilectum* (formâ tantum, non re diverso) facit assonantia; facultatem eligendi perdidit, nescit quae velim, nunc cum assensum eius lubenter audirem. Luditur in verbo militari, unde etiam *dimittere*, pro *amittere* positum, defendendum est. Ceterum in toto hoc loco iocus ex repetitione natus nimis diu continuatur sive a Plauto ipso, sive ab eo, qui post eius mortem eius fabulas docuit, sed utique, ut mihi quidem videtur, in commodum histrionis cuiusdam, qui arte talia salse agendi excelleret. Plane idem in scena 6 actus IV, v. 1214 sqq. ubi tam saepe *licet* repetit Trachalio, ut sua „licentia" ista tandem inficiat Daemonem, qui nunc etiam nihil in ore habet nisi *licet*. Bene actae istiusmodi scenae risum et plausum plebeculae potissimum excitare solent. In scena, de qua nunc ago, paene crediderim additamenta inesse Plauto recentiora, partim quod nexus solutior est (1273), partim quod repetuntur quaestiones de patre, matre, filia; postquam rogavit num patri et matri gratulaturus sit, v. 1270, denuo num patrem et matrem salutaturus sit, 1275, denique num patrem et matrem complexurus sit, 1277, quae omnia tam copiose tractantur, ut illud *censeo* et *non censeo* possint interponi.

Versum non malum 1302 tamen merito seclusit Fleckeisenus. Occupatus est Gripus in veru extergendo v. 1300:

nam hoc quídem pol e robígine, non ést e ferro fáctum
ita quánto magis extérgeo, rutilum átque tenuiús fit;
nam quidem hoc venatust verum: ita in manibus consenescit.

Sic Palatini; egregie emendatum est: *venenatumst*. Operae pretium est videre quam se torserint in Camerarii lectione *vere natum* explicanda Turnebus et Lambinus, qui ferrum tenue vere natum dictum esse putant, quod „flores verni sint fugaces et in diem". Iam mihi dubitandum non videtur quin versus hic sit Plauti; non facile falsarius illud *consenescit* hic ausus fuisset usurpare; eo vocabulo squalor senectutis opponitur nitori adule-

scentiae. Cf. Plin. H. N. XXXV. 10 (36). 91: „consenuit haec tabula carie". Praeterea laudant Catull. 4. 26. de nave: „nunc recondita senet quiete", Sil. It. III. 20 „credunt deum senium depellere templis". At versus iiitium non quadrat cum superioribus; *nam* ferri non potest post versum 1300. At pro *nam quidem* substituatur *numquid:*

Numquíd hoc venenatúmst verum? ita in mánibus consenéscit.

Hiatum post *verum* ferri posse puto. Corripitur in primo pede *hoc;* conferantur similia apud C. F. W. Müller, Plaut. Pros. p. 324. De *tenuius* in superiore versu dubito; nam stulta querella est, si doleas ferrum teri tergendo (tenuius fieri); id in quovis metallo, etiam optimo, fit; num latet aliquod vocabulum hodie ignotum? *tenebrius? U* et *b* saepe confunduntur.

Desino in versu 1316, qui Fleckeiseno spurius visus est:

Dii homines respiciunt: bene ego hinc praedatus ibo.

Sic Palatini; sed Fleck. versum uncis includens:

Di homines respiciunt: bene ergo hinc praedatus ibo.

Versus sunt huius scenae iambici catalectici. C. Müller l. l. p. 741 de hiatu dubitans:

Di *me* ómnes respiciúnt bene ergo *ego* hínc praedatus íbo, aut: — ergo hodie hinc p. i." Negat, ut notum est, Ritschl. correptionem monosyllabi puri *in thesi* cum hiatu admitti posse, affirmat Fleckeisen; hic non tantum ad longa monosyllaba sed ad brevia etiam hiatus licentiam extendit. Etsi magis in partem Ritschelii inclino, tamen in hac alacri exclamatione, in qua *di* logicum habet accentum, ferendum hiatum puto, ut Men. 308:

habitás? MA. Di homines, qui íllic habitant pérduint

(libri: „di illos homines"; Ritschl.: *qui* di illos [homines]). Excidit *boni* ante *bene*

Di hómines respiciúnt boni: bene ego hínc praedatus íbo.

Groningae,
d. 2 m. Julii 1874.

C. M. FRANCKEN.

XENOPHONTEA.

I.

DE XENOPHONTIS CYROPAEDIAE EPILOGO.

SCRIPSIT C. G. COBET.

XENOPHONTIS INSTITUTIO CYRI
ed. L. Dindorf. Oxonii 1857.

Ultima pars *Cyropaediae* hodie unanimi hominum eruditorum consensu *„ab aliena manu Xenophonti supposita esse"* iudicatur. Sequuntur in ea re omnes Valckenarii auctoritatem, qui paucis verbis in annotatione ad *Memorabilia* hanc esse suam sententiam pronunciavit, sed *„causas et argumenta suspicionis non edidit vir egregius"* ut Schneiderus caute et modeste annotavit, obscure (ut opinor) significans eam sibi suspicionem non probari. Dindorfius contra Valckenario plane assentitur in Praefat. pag. XIII. *Nec quisquam inficiabitur* (inquit) *ut credi possit Xenophontem huiusmodi appendice librum suum auxisse antiquioribus opus esse testibus quam Athenaeo, etiam si non praeter omne genus scribendi vocabulorum quorundam usus, de quibus dictum ad locos singulos, a Xenophonte eiusque aetate quantum constat alienus diversum proderet scriptorem, qui ipso libelli fine eiusmodi sibi fuisse declarat consilium, a quo alienissimus fuit auctor Cyropaediae, quem nihil minus curasse quam veritatem historicam satis perspexerunt Aristides"* et alii. Non assentior, sed anteaquam quid ipse sentirem expromerem faciendum putavi ut Schedas Valckenarii MSS.,

quarum ingens copia in Bibliotheca Leidensi servatur, quam diligentissime omnes perscrutarer, si quid forte ex iis praesidii peti posset ad tuendam Valckenarii sententiam quam improbassem. Nihil prorsus repperi. Collectanea insunt omne genus de libris spuriis et suppositis, multae insunt annotationes ad Hellenica, ad Anabasin, ad Agesilaum, non magni illae quidem momenti, ad *Cyropaediam* ne verbum quidem.

Itaque quoniam ea me spes fefellit cur a Valckenario et Dindorfio dissentiam paucis exponam, et primum quidem quare nihil me Dindorfii argumenta moveant dicam, „*praeter omne genus scribendi* (inquit) *vocabulorum quorundam usus a Xenophonte alienus diversum prodit scriptorem.*" Equidem saepissime his triginta annis hanc *Cyropaediae* partem legi atque relegi, sed nihil video in oratione ac stilo et in omni scribendi genere, quod a Xenophontis consuetudine aut ingenio diversum abeat. Contra inest nonnihil, in quo Xenophontem continuo agnoscas. Sed „*vocabula quaedam insunt*, inquit, *ab usu Xenophontis aliena.*" Videamus quid rei sit. Duo tantum ab Editore animadversa video. VIII. 8. 14. τῶν φυομένων ἐκ τῆς γῆς τὰς δυνάμεις οἱ παῖδες ἐμάνθανον, ubi dubitat an δυνάμεις recte dicatur. Sed quo tandem alio vocabulo *virtutes herbarum* melius appellari poterant quam δυνάμεις? Estne vocabulum antiquius aut ἀττικώτερον, quo Xenophon ipse usurus fuisse videatur? Non est. Itaque hoc crimen relinquamus censeo, praesertim quum δυνάμεις eo sensu locupletem testem habeat aliquanto Xenophonte antiquiorem Hippocratem initio libri *de aëre aquis et locis* ita scribentem: δεῖ δὲ καὶ τῶν ὑδάτων ἐνθυμέεσθαι τὰς δυνάμιας.

Alterum est VIII. 8. 15. θρυπτικώτεροι νῦν ἢ ἐπὶ Κύρου εἰσίν. et σαφηνίσαι βούλομαι τὴν θρύψιν αὐτῶν. Dindorf. „τρυφερός et τρυφή *dicunt Attici, non* θρυπτικός *et* θρύψις." Sed Attici qui τὰ κατημαξευμένα vitant et exquisitiora sectantur, ut Thucydides, Plato, Xenophon, saepenumero formis consuetis nomina in -ις substituunt ex communi analogia formata, ut τιμώρησις pro τιμωρία Plato et Xenophon dixerunt: multaque his similia colligas, quibus θρύψις optime accedit. Pauca de multis expromam: ὠφέλησις pro ὠφέλεια, μηχάνησις pro μηχανή, ἰάτρευσις pro ἰατρεία, φλέγμανσις pro φλεγμονή, quibus similia plena manu dabit Lobeck. ad Phrynichum pag. 351. Xenophon igitur,

qui verbo *θρύπτεσθαι* lubens utitur, ex eo *θρύψις* optimo iure formavit. Nomina autem in *-ικός* nova procudere Atticis ludus iocusque est, ut in Aristophanis *Equitibus* vs. 1378.

συνερτικὸς γάρ ἐςι καὶ περαντικός
καὶ γνωμοτυπικὸς καὶ σαφὴς καὶ κρουςικός
καταληπτικός τ' ἄριςα τοῦ θορυβητικοῦ.

cui alter:

οὐκοῦν καταδακτυλικὸς σὺ τοῦ λαλητικοῦ.

et sic unusquisque pro re nata novas formas in *-ικός* sibi ex analogia fingit. Praeterea *θρυπτικός* bonum testem habet, quem nemo reiiciet, Xenophontem ipsum in Memorab. I. 2. 5. *οὐ μὴν θρυπτικός γε οὐδὲ ἀλαζονικὸς ἦν.* Itaque haec crimina aut nulla sunt aut levia admodum. Non huiusmodi argumentis talis causa obtineri potest. Praeterea nihil aliud insimulatur, nec hercle quidquam inesse video, quod vel levissimam suspicionem movere possit aut non statim confutari. At ego contra proferam unde Xenophontis stilum agnoscas. Debebat *matulas* nominare (*ἀμίδας*), sed homo verecundus et *σεμνολόγος*, qui verbum obscoenum et spurcum tamquam scopulum vitabat, *σεμνῶς πάνυ ὠνόμασεν* VIII. 8. 10 *ἦν δ' αὐτοῖς νόμιμον μηδὲ προχοΐδας εἰσφέρεσθαι εἰς τὰ συμπόσια, δῆλον ὅτι νομίζοντες τὸ μὴ ὑπερπίνειν ἧττον ἂν καὶ σώματα καὶ γνώμας σφάλλειν.* Προχοΐδες quid esset nonnullos fefellit et vidimus in *Nov. Lectt.* pag. 397. Athenaei errorem *κύλικας* esse existimantis. Eadem verecundia ne *οὐρεῖν* et *ἀποπατεῖν* diceret scripsit VIII. 8. 11. *μήτε ἐσθίειν μήτε πίνειν μήτε τῶν διὰ ταῦτα ἀναγκαίων μηδὲν ποιοῦντας φανεροὺς εἶναι.* Est idem Xenophon, quem saepius id facere videmus: qui ne *ἀποπαρδεῖν* diceret I. 2. 16. repperit *τὸ φύσης μεςοὺς φαίνεσθαι*, ut Herodotus in re eadem: *ἐπάρας τὸ σκέλος ἀπεματάϊσε*, ut Nubes, *virgines imbriferae*, apud Aristophanem quum *τἀφροδίσια* deberent dicere ita dixerunt:

οἴνου τ' ἀπέχει κἀδηφαγίας καὶ τῶν ἄλλων ἀνοήτων.

Iuvat *ὁδοῦ πάρεργον* opem ferre perantiquo medico, qui quum esset et ipse *σεμνὸς καὶ εὐσχήμων* a scribis spurco vocabulo inquinatus est. Pseudo-Hippocrates in *Prognostico* Tom. I. pag. 138. Ermer. sic creditur scripsisse: *Φῦσαν δὲ ἄνευ ψόφου μὲν [καὶ περδήσιος] διεξιέναι ἄριςον· κρέσσον δὲ καὶ ξὺν ψόφῳ διελθεῖν ἢ αὐτοῦ ἀνειλέεσθαι.* Quantocyus dele manifestum em-

blema et scito πέρδησις non esse Graecum. Hunc ipsum locum spectat Erotiani glossa (ex certa Heringae observatione, qua novum Editorem Kleinium usum non esse miror.) Φῦσαν νῦν μὲν — τὴν δι' ἕδρας δυσώδη πνοὴν λέγει. Is quoque πορδήν non audet dicere, sed esse idem manifestum est.

Pergit Dindorfius ita disputare: *„ipso libelli fine eiusmodi sibi fuisse declarat consilium, a quo alienissimus fuit auctor Cyropaediae."* Grave crimen, dixeris, et aegre refutandum. Non est tam grave ac videtur. Xenophon in exitu operis demonstraturum se dixit ὅτι ἐπεὶ Κῦρος ἐτελεύτησε πάντα ἐπὶ τὸ χεῖρον ἐτρέπετο. ὡς δ' ἀληθῆ λέγω ἄρξομαι διδάσκων ἐκ τῶν θείων. Deinde multis ostendit omnia in Persis in peius ruisse et in omni re Persas ab optimis artibus maiorum degenerasse. Postquam igitur satis exagitavit eorum mollitiem, inertiam, ignaviam in bello et reliqua vitia et flagitia *Persarum sibi aequalium*, summo iure orationem his verbis concludit: ἐγὼ μὲν δὴ οἶμαι ἅπερ ὑπεθέμην ἀπειργάσθαι μοι. Perspicuum esse arbitror non de *totius operis* consilio haec dici, sed de *ultima parte*, in qua se demonstraturum dixerat omnia in Perside *Cyro mortuo* ruisse in peius. Itaque nihil est in his verbis, quod ullam fraudis suspicionem iustam movere possit.

Quid causae est, dixerit aliquis, cur Xenophon huiuscemodi epilogum *Cyropaediae* addiderit? Iustissimam equidem et tantum non necessariam iudico fuisse. In Cyro spectata erat εἰκὼν βασιλέως ἀγαθοῦ καὶ εὐδαίμονος et Persae illi veteres dignus tali rege populus fuisse narrantur. Omnes virtutes, omnesque artes optimas animi ingeniique Cyro perinde et Cyri aequalibus Persis Xenophon attribuerat. In tota *Cyropaedia* summa in illis cernitur prudentia, fortitudo, continentia, iustitia denique eximia et singularis, candor animi, probitas, fides, verbo πάντα τὰ καλὰ κἀγαθά in illis propemodum perfecta apparebant, namque

Regis ad exemplum totus componitur orbis,

vel, ut Xenophon ipse loquitur in Epilogo VIII. 8. 5. ὁποῖοί τινες ἂν οἱ προστάται ὦσι, τοιοῦτοι καὶ οἱ ὑπ' αὐτοὺς ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ γίγνονται. Itaque Cyrus, perfectae virtutis exemplum, cives militesque omni virtutum genere conspicuos habebat. Sed quo tempore Xenophontis liber in lucem editus est et avide (ut credi par est) ab omnibus lectitari coeptus, Persae tota

Graecia magna ardebant invidia et pessime audiebant, nec hercle iniuria.

Nemo potest ne nunc quidem Xenophontis *Anabasin* legere quin Persas contemnat et oderit. Tanta est eorum ignavia in proelio, tanta perfidia, tanta consiliorum perversitas ac stoliditas ut maior esse non possit. Sed quid tandem Graecis animi haec legentibus putemus fuisse? Satis constabat inter omnes nihil Persis esse ignavius, nihil contemtius, cum Persis pugnare perinde esse ac si cum mulierculis bellum geras [1]), et Persarum imperium, Persicas opes paratam Graecae virtuti esse praedam. Audi Polybium III. 6. *belli ab Alexandro Persis illati*, inquit, *prima causa fuit ἡ τῶν μετὰ Ξενοφῶντος Ἑλλήνων ἐκ τῶν ἄνω σατραπειῶν ἐπάνοδος, ἐν ᾗ πᾶσαν τὴν Ἀσίαν διαπορευομένων αὐτῶν πολεμίαν ὑπάρχουσαν οὐδεὶς ἐτόλμα μένειν κατὰ πρόσωπον τῶν βαρβάρων, — ἐξ ὧν Φίλιππος κατανοήσας τὴν Περσῶν* ΑΝΑΝΔΡΙΑΝ *καὶ* ΡΑΙΘΥΜΙΑΝ — *ὁρμὴν ἔσχε πολεμεῖν*. Hanc iustissimam infamiae notam inussit Persis Xenophontea *Anabasis*. Vere scribit Eunapius initio libri *de Vitis Sophistarum „Xenophon scriptis suis faciebat imperatores. ὁ γοῦν μέγας Ἀλέξανδρος οὐκ ἂν ἐγένετο μέγας εἰ μὴ Ξενοφῶν (αὐτὸν ἐδίδαξε τῶν Περσῶν καταφρονεῖν.)* sic ferme vetus lacuna supplenda videtur. Est operae pretium eadem ab Isocrate dicta audire in *Panegyrico* p. 70. B. *καὶ μὴν οὐδὲ τὴν Περσῶν ἀνδρείαν ἄξιον φοβηθῆναι· καὶ γὰρ ἐκεῖνοι φανερῶς ἐπεδείχθησαν ὑπὸ τῶν Κύρῳ συναναβάντων οὐδὲν βελτίους ὄντες τῶν ἐπὶ θαλάττῃ*, quae deinde multis confirmat. Idem ostendit in *Philipp.* pag. 100. B. quam facilis et certa Graecis de Perside victoria foret Clearchi (et Xenophontis) exemplo edoctis. Quod Alexander perfecit idem Philippus, idem Agesilaus fecisset, nisi illum mors, hunc Graecorum discordiae prohibuissent. Quis hoc melius sciebat quam Xenophon? Itaque postquam de antiquis Persarum virtutibus magnifice exposuisset respiciens suam aetatem veluti exclamat:

sed haec prius fuere, nunc

omnia in peius ruunt, nunc Persae degeneres, luxuria fracti,

---

1) Isocrates *Philipp.* pag. 100. B. *λέγω δ' ἐκ τῶν μετὰ Κύρου καὶ Κλεάρχου συστρατευσαμένων. ἐκείνους γὰρ ὁμολογεῖται νικῆσαι μὲν μαχομένους ἅπασαν τὴν βασιλέως δύναμιν ὥσπερ ἂν εἰ ταῖς γυναιξὶν αὐτῶν συνέβαλον.*

vitiis flagitiisque coöperti Graecorum impetum non sustinebunt. Primum omnium (quis mirabitur?) sceleratam Tissaphernis perfidiam memorat et Graecorum duces per speciem amicitiae dolo captos et Regis iussu securi percussos. οἶδα γὰρ (VIII. 8. 2.) ὅτι πρότερον μὲν βασιλεὺς καὶ οἱ ὑπ' αὐτῷ (propter Tissaphernem haec addidit) καὶ τοῖς τὰ ἔσχατα πεποιηκόσιν εἴτε ὅρκους ὁμόσειαν ἠμπέδουν εἴτε δεξιὰς δοῖεν ἐβεβαίουν. εἰ δὲ μὴ τοιοῦτοι ἦσαν καὶ τοιαύτην δόξαν εἶχον, ὥσπερ οὐδὲ νῦν πιστεύει οὐδὲ εἷς ἔτι ἐπεὶ ἔγνωσαι ἡ ἀσέβεια αὐτῶν, οὕτως οὐδὲ τότε ἐπίστευσαν ἂν οἱ τῶν σὺν Κύρῳ ἀναβάντων στρατηγοί, ubi verba ἐπεὶ ἔγνωσαι ἡ ἀσέβεια αὐτῶν manifesto spectant iusiurandum ac fidem Clearcho datam et illo nefario scelere violatam. Deinde commemorat Mithridatis et Rheomitris apud regem Persarum gratiam scelere partam, quarum rerum notitia Xenophonti et aequalibus probe cognita nunc in tenebris latet. De ignavia Persarum in bello paullo calidius dixit VIII. 8. 7. ὅστις ἂν πολεμῇ αὐτοῖς πᾶσιν ἔξεστιν ἐν τῇ χώρᾳ αὐτῶν ἀναστρέφεσθαι ἄνευ μάχης ὅπως ἂν βούλωνται, et VIII. 8. 22. de equitatu Persarum νῦν δὲ οὔτε ἀκροβολίζονται ἔτι οὔτ' εἰς χεῖρας συνιόντες μάχονται, et de copiis pedestribus: καὶ οἱ πεζοὶ ἔχουσι μὲν γέρρα καὶ κοπίδας — εἰς χεῖρας δὲ ἰέναι οὐδ' οὗτοι ἐθέλουσιν. Nonne haec Xenophonti dicere licebat saepe experto et in reditu ex media Perside et cum Agesilao militanti? Et erat ea constans fama tota Graecia de Persis imbellibus et enervatis, ut apud Isocratem *Philipp.* pag. 107. c. παρὰ τοῖς βαρβάροις, οὓς ὑπειλήφαμεν μαλακοὺς εἶναι καὶ πολέμων ἀπείρους καὶ διεφθαρμένους ὑπὸ τῆς τρυφῆς. Poterat igitur Xenophon hoc quoque fidenter asseverare VIII. 8. 27. εἰ δέ τις τἀναντία ἐμοὶ γιγνώσκοι τὰ ἔργα αὐτῶν ἐπισκοπῶν εὑρήσει (αὐτά del.) μαρτυροῦντα τοῖς ἐμοῖς λόγοις. Perinde est ac si dixisset: o Graeci, nolite veterem Persarum gloriam ac virtutem reformidare, qui olim Cyro regnante erant metuendi hostes, nunc ignavi et imbelles et facilem victoriam et opimam praedam, si quis eos bello petere aggredietur, praebituri sunt.

Nonne sic aliquanto melius *Cyropaedia* absolvetur quam verbis VIII. 7. 28. ταῦτ' εἰπὼν καὶ πάντας δεξιωσάμενος ἐνεκαλύψατο καὶ οὕτως ἐτελεύτησεν?

Addam unius loci correctionem, quia in eo facile est ocula-

tum testem agnoscere VIII. 8. 5. *οἱ δὲ νῦν (ἡνίοχοι τῶν δρεπανηφόρων ἁρμάτων) ὁρμῶσι μὲν πρὶν δ' ἐν τοῖς πολεμίοις εἶναι οἱ μὲν ἄκοντες ἐκπίπτουσιν, οἱ δ' ἐξάλλονται ὥςε ἄνευ ἡνιόχων γιγνόμενα τὰ ζεύγη πολλάκις πλέω κακὰ τοὺς ΦΙΛΟΥC ἢ τοὺς πολεμίους ποιεῖ.* De eadem re idem in *Anabasi* scribit I. 8. 20. *τὰ δὲ ἅρματα ἐφέρετο τὰ μὲν δι' αὐτῶν τῶν πολεμίων, τὰ δὲ καὶ διὰ τῶν Ἑλλήνων κενὰ ἡνιόχων. οἱ δ' ἐπεὶ προΐδοιεν διίςαντο.* Quia autem falcati currus dicuntur plus damni attulisse *suis* quam *hostibus*, scribe *τοὺς ΦΙΛΙΟΥC* pro *τοὺς φίλους*.

Nuperrime vidi esse qui opinarentur Epilogum hunc *Cyropaediae* adiectum *ante Persarum imperium ab Alexandro eversum*. Itaque paucis annis post Xenophontis mortem. Quid si *paullo ante* ab ipso Xenophonte addita haec esse concederent? Esset enim sic inter nos fidelis concordia.

Caeterum ne cui iuniorum credibile fiat scripta veterum iam tum coepta esse interpolari (*διασκευασθῆναι*), idoneum testem producam qui meliora doceat. Galenus est, cuius de libris spuriis et suppositis testimonium protulimus Mnemos. 1874. pag. 400. Idem de libris interpolatis ita scribit Tom. XV. pag. 109. *ἐν τῷ κατὰ τοὺς Ἀτταλικούς τε καὶ Πτολεμαϊκοὺς βασιλέας χρόνῳ πρὸς ἀλλήλους ἀντιφιλοτιμουμένους περὶ κτήσεως βιβλίων ἢ περὶ τὰς ἐπιγραφάς τε καὶ ΔΙΑCΚΕΥΑC αὐτῶν ἤρξατο γίγνεσθαι ῥᾳδιουργία τοῖς ἕνεκα τοῦ λαβεῖν ἀργύριον ἀναφέρουσιν ὡς τοὺς βασιλεῖς ἀνδρῶν ἐνδόξων συγγράμματα*, et iterum iisdem paene verbis Tom. XVI. pag. 5. *ἐν τῷ κατὰ τοὺς Περγάμου τε καὶ Ἀλεξανδρείας βασιλέας χρόνῳ πρὸς ἀλλήλους ἀντιφιλοτιμουμένους περὶ κτήσεως (τῶν del.) βιβλίων ἢ περὶ τὰς ἐπιγραφὰς καὶ ΔΙΑCΚΕΥΑC αὐτῶν ἤρξατο γίγνεσθαι ῥᾳδιουργία τοῖς ἕνεκα τοῦ λαβεῖν ἀναφέρουσιν ὡς τοὺς βασιλεῖς ἀνδρῶν ἐνδόξων συγγράμματα.*

GALENUS.

περὶ τῶν πεπονθότων τόπων

(Tom. VIII. pag. 414 Kühn.)

ἐγὼ δὲ θεασάμενος πολλὰς γυναῖκας — ἑνίας μηδὲν βεβλαμμένας τοῦ λογισμοῦ Λιποδρανούσας τε καὶ μόγις ἀναπνεούσας. leg. *ΟΛΙΓΟδρανούσας*.

C. G. C.

VARIA.

Sallustii Iug. I, 4: *Ubi per socordiam vires, tempus, ingenium defluxere, naturae infirmitas accusatur: suam quisque culpam auctores ad negotia transferunt.*

Vocabulum *tempus* sive opportunitatem valere, sive vitae tempus contendas, absone cum *vires* et *ingenium* copulatum esse fatearis necesse est. Sententia nimirum verbum cognatae significationis requirit. Nihil melius in mentem venit, quam *impetus* i. e. effervescens animi vis et calor. Cf. Cic. Fam. VIII, 2, 2: *Marcelli impetus resederunt non inertia, sed consilio;* Vell. II, 55: *Adolescens impetus ad bella maximi.*

Ibid. IV, 4: *Qui si reputaverint et quibus ego temporibus magistratus adeptus sim et quales viri idem assequi nequiverint et postea quae genera hominum in senatum pervenerint, profecto existimabunt me magis merito quam ignavia iudicium animi mei mutavisse.*

Damnandum est *merito*. Non enim illud, opinor, scriptor lectores suos existimare vult, meritone an immerito a republica abstinuerit, sed hoc potius quonam animi motus affectu id fecerit. Qui qualis fuerit declarat deinceps (4, 9) scribendo *me civitatis morum piget taedetque*. Quamobrem h. l. scribendum esse suspicor *magis maerere quam ignavia*. Causa corruptionis haec fuit, quod, quum pro *maerore* aliquando neglegenter scriptum esset *mero*, librarius, sanam lectionem restituere volens, perperam *merito* scripsit. Huiusmodi errorum exempla satis multa affert Madvigius, Adv. Crit. I, p. 70 sqq.

Ibid. XI, 8: *Itaque ex eo tempore ira et metu anxius* [Iugurtha] *moliri, parare atque ea modo cum animo habere, quibus Hiempsal per dolum caperetur.*

Cum animo habere, quod plurimi iique optimi libri habent, vitiosam lectionem esse fere nullo mihi ipse persuasi negotio. Corrige sodes *cum animo trahere* coll. Iug. XCIII, 1: *Marius ..... anxius trahere cum animo, omitteretne inceptum.*

Ibid. XLV, 1: *Sed in ea difficultate Metellum non minus quam in rebus hostilibus magnum et sapientem virum fuisse comperior, tanta temperantia inter ambitionem saevitiamque moderatum.*

V. *ambitionem* ii tantum tueri conantur, qui a Codd. lectione ne transversum quidem unguem discedere audent. Sententia verbum flagitat e regione oppositum saevitiae i. e. studio delicta nimis severe puniendi. Quare nescio an in *rambitionem remissionem* lateat, quo vocabulo id ipsum, quod requiritur accurate significatur. Deinde vero pro *tanta* rectius nimirum et elegantius *cauta* scripseris. Habebis igitur *cauta temperantia inter remissionem saevitiamque moderatum.*

Ibid. LXII, 9. *Denique multis diebus per dubitationem consumptis, quum modo taedio rerum advorsarum omnia bello potiora duceret, interdum secum ipse reputaret, quam gravis casus in servitium ex regno foret .... de integro bellum sumit.*

Insulsam et inficetam dictionem *casus ex regno in servitium* non Sallustio deberi credo, sed mediae aetatis nesapio cuidam homunculo. Sententiae sua elegantia restituenda est delendo molestum illud *in*. *Casus* simpliciter dictum puta pro *calamitas* ut Cat. XXXV, 4; XL, 2; Iug. XIV, 22; XXIII, 2. *Ex* plane idem valet quod *post*, ut Iug. XXXVI, 3: *ex tanta properantia tam facile tractum bellum;* Cat. IV, 1: *animus ex multis miseriis requievit.* Cf. Caesar B. C. I, 70, 3: *ex magnis rupibus nactus planiciem.* Confirmatur his exemplis, per praepositionem *ex* transitum significari ex conditione ad conditionem priori oppositam.

Ibid. LXXVIII, 2: *Nam duo sunt sinus prope in extrema Africa, impares magnitudine, pari natura; quorum proxuma terrae praealta sunt, cetera uti fors tulit alta, alia in tempestate vadosa.*

Concedere nequeo Kritzio, qui vv. *uti fors tulit* et *alia in tempestate* sibi respondere affirmare nobis conatur, idemque fere

valere quod *modo-modo*. Mihi illa *in tempestate* inepto nescio cui sciolo deberi videntur, turpiter hercle ignoranti minime ex tempestate pendere, utrum vadosum sit mare an altum. Re vera olim scriptum fuisse suspicor *cetera uti fors tulit: alta alia, alia vadosa*. Alterum illud *alia* facillime intercidere potuisse nemini opinor non perspicuum est. Amat autem Sallustius verba paria in oppositionibus copulare; Cf. Iug. LXXX, 6: *denas alii, alii pluris habent;* Iug. LX, 4: *laetos modo, modo pavidos animadvorteres;* Iug. LXXXIV, 1: *singulos modo, modo universos laedere.*

Iustinus V, 4, 16: *Ipsos illi* [i. e. Alcibiadi] *deos gratulantes tulere obviam* [Athenienses], *quorum execrationibus erat devotus et cui paulo ante omnem humanam opem interdixerant, eum, si queant, in caelo posuisse cupiunt. Explent contumelias honoribus, detrimenta muneribus, execrationes precibus.*

Nimis diu editores pro *explent* substituere neglexerunt id, quod unice huic loco accomodatum est, *expiant*. Cf. XXVI, 2, 2: *deorum minas expiari caede suorum posse;* XXX, 2, 8: *supplicio meretricum velut expiata regni infamia.* Expiandi verbum saepius olim cum explendi permutatum esse Ciceronis locus docet in Oratione de Provinciis Consularibus, I, 2, ubi nunc recte et emendate legitur: *quonam me animo in eos esse oportet, cuius illi salutem pro pignore tradiderunt ad explendas suas cupiditates.* Codices autem paene omnes habent aut *expiendas* aut *expiandas*.

Ibid. VIII, 2, 11 [Athenienses fuerunt] *immemores prorsus quod in dubiis rebus suis illo deo* [i. e. Apolline] *etiam consiliorum auctore usi fuerant; quod illo duce tot bella victores inierant, tot urbes auspicato condiderant, tantum imperium terra marique quaesierant.*

Athenienses non magis hercle, quam quisquam alius populus, ullum umquam bellum victores inierunt, at finierunt permulta. Quare pro *inierant* corrige sis *finierant*.

Ibid. XIV, 4. Postquam narratum est, Eumenem milites suos orasse, ne se Antigono tradere vellent, sed ut manus ipse sibi consciscere liceret, ut inter suos moreretur, haec deinceps sequuntur: *cum non obtineret preces in iram vertit.* Manifestum est restituendum esse *preces in diras vertit;* in hunc enim mo-

dum Eumenes pergit: *At vos, devota capita, respiciant dii periuriorum vindices talesque vobis exitus dent, quales vos ducibus vestris dedistis. e. q. s.*

Ibid. XXIV, 8, 3: *In hoc partium certamine repente universorum templorum antistites simul et ipse vates sparsis crinibus cum insignibus atque infulis pavidi vecordesque in primam pugnantium aciem procurrunt.*

Ferri nequit inepta lectio *pavidi vecordesque.* Haud, puto, qui vecors in primam pugnantium aciem procurrit, pavore perculsus est. Vera lectio in aprico est. Scripsit enim Iustinus *rabidi vecordesque.*

Lucanus, Pharsal. II, 74 sqq:

Consul et eversa felix moriturus in urbe
Poenas ante dabat scelerum. Mors ipsa refugit
Saepe virum, frustraque hosti concessa potestas
Sanguinis invisi: primo qui caedis in ictu
Diriguit, ferrumque manu torpente remisit.

Significatur his versibus res omnibus notissima, Cimbrum, ad Marium intromissum necandi causa, oculorum eius territum lumine aufugisse. Poeta, ut solet, rem exornans et in maius extollens, aptissime omnino et elegantissime dicit mortem ipsam Marium refugisse. At quid faciemus quaeso illo *saepe*? Etenim si recte memini, semel tantum Marius tunc e mortis imminentis periculo evasit. Nisi vero omnia me fallunt, non poeta erravit, sed librarius, cuius neglegentia vera scriptura periit. Equidem restituere non dubito:

mors ipsa refugit
Saeva virum

Cf. vs. 100: *quantoque gradu mors saeva cucurrit.*

Ibid. II, 306, poeta Catonem haec facit dicentem:

O utinam coelique deis erebique liberet
Hoc caput in cunctas damnatum exponere poenas!

Cato orans, ut suo sanguine populum Romanum redimere sibi liceat, omnium rectissime dixisset, se ipsum caput suum *exponere poenis*, quae cunctos manerent; deos vero eum hoc rogasse crediderim, ut caput suum *exposcerent ad* s. *in poenas.* Quare scribas velim *exposcere.*

Quintilianus Inst. Or. XI, 1, 32: [In iuvenibus] *siccum et*

sollicitum et contractum dicendi propositum plerumque adfectatione ipsa severitatis invisum est, quando etiam morum senilis auctoritas immatura in adulescentibus creditur.

Morum auctoritas quae h. l. sit non facile quisquam intelliget. Corrigendum est *austeritas.*

Ibid. XI, 1, 86: *sed interim fides patrocinii cogit quaedam de universo genere aliquorum hominum dicere, libertinorum vel militum vel publicanorum vel similiter aliorum. In quibus omnibus commune remedium est, ut ea, quae laedunt, non libenter tractare videaris, nec in omnia impetum facias, sed in id, quod expugnandum est, et reprendens alia laude compenses: si cupidos milites dicas, sed non mirum, quod periculorum ac sanguinis maiora sibi deberi praemia putent: eosdem petulantes, sed hoc fieri, quod bellis magis quam paci consuerint.*

Quicumque totum hunc locum paulo accuratius legerit, facile sibi persuadebit, veram lectionem esse *sic cupidos milites dicas.*

Ibid. XI, 2, 5. *Magis admirari naturam subit, tot res vetustas tanto ex intervallo repetitas reddere se et offerre, nec tantum requirentibus, sed etiam sponte interim, nec vigilantibus, sed etiam quiete compositis.*

Imo potius *consopitis.*

Ibid. XI, 3, 30. *Non alia est autem ratio pronuntiationis, quam ipsius orationis. Nam ut illa emendata, dilucida, ornata, opta esse debet, ita haec quoque emendata erit, id est vitio carebit, si fuerit os facile, explanatum, iucundum, urbanum, id est, in quo nulla neque rusticitas neque peregrinitas resonet.*

Pro *iucundum* malim *rotundum;* rhetores enim rotundum dixisse notum est, quicquid ita enuntiatum esset, ut in eo concinnitas appareret, elegantia et artificium. Cf. Hor. A. P. 323; Cic. Brut. 78, 272.

Ibid. XI, 3, 78. *Sanguis .... cum infirmam verecundia cutem accipit, effunditur in ruborem, cum metu refugit.*

Emendandum est: *cum infirmam cutem accipit, verecundia effunditur in ruborem.*

Ibid. XI, 3, 121: *His accedunt vitia non naturae sed trepidationis.....: si memoria fefellerit aut cogitatio non suffragetur, quasi faucibus aliquid obstiterit, insonare.*

Voc. *insonare* depravatum esse coniicio ex *exscreare,* quod

de iis dicitur, qui ingenti sonitu fauces purgare conantur.

Ibid. XI, 3, 125: *In dextrum incumbere interim datur, sed aequo pectore, qui tamen comicus magis quam oratorius gestus est.*

Emendandum est *qui tamen scenicus magis quam oratorius gestus est.*

Ibid. XII, 9, 5: *Veteribus quidem etiam dissimulare eloquentiam fuit moris, idque M. Antonius praecipit, quo plus dicentibus fidei minusque suspectae advocatorum insidiae forent. Sed illa dissimulari, quae tum erat, potuit: nondum enim tantum dicendi lumen accesserat, ut etiam per obstantia erumperet.*

Nisi fallor *lumen* h. l. improbandum est. Qui enim quaeso *lumen* per obstantia *erumpere* possit? Erumpendi enim verbum de iis rebus tantum recte usurpatur, quae ingenti vi et impetu exeunt et prorumpunt. Quare scribendum putavi: *nondum enim in tantum dicendi flumen accreverat; ut etiam per obstantia erumperet.* Verborum ac dicendi vim saepissime cum flumine atque torrenti comparari neminem nescire arbitror. Cf. Cicero Acad. IV, 38; Orat. II, 45; Nat. D. II, 7; de Fin. II, 1. Verbum *accrescere* de flumine dictum invenies apud Ciceronem de Inventione II, 31.

Ibid. XII. 10, 37. *Ingenia Graecorum etiam minora suos portus habent, nos plerumque maioribus velis movemur: validior spiritus nostros sinus tendat, non tamen alto semper feremur: nam et litora interim sequenda sunt.*

Pro *sequenda* corrigendum est *legenda.* Quicunque enim non altum petit sed praeter litus navigat, non litus sequi, sed litus legere dicebatur. Cf. Doederlein, Synom. III, p. 209.

Gellius, N. A. Praef. 18: *Quae vero putaverint reprehendenda, his, si audebunt, subcenseant, unde ea nos accepimus; sed enim, quae aliter apud alium scripta legerint, ne iam statim tempore obstrepant, sed et rationes rerum et auctoritates hominum pensitent, quos illi quosque nos secuti sumus.*

Pro *tempore* scribendum est *temere.* Rationes rerum enim auctoritatesque hominum pensitantibus recte opponuntur, qui temere et inconsulto obstrepunt.

Ibid. I, 10, 4: *Id, quod a C. Caesare, excellentis ingenii ac prudentiae viro, in primo de analogia libro scriptum est, „habe*

semper in memoria atque in pectore, ut, tamquam scopulum, sic fugias inauditum atque insolens verbum".

Librariorum incuria in hac Caesaris sententia verbum intercidit, quo carere vix possumus. Fere enim non dubito, quin Caesar scripserit *tamquam navis scopulum; navis* vero propter literarum iuxta scriptarum similitudinem perierit. Nam si *tamquamscopulum* continua serie scripseris, facile videbis, fere nullum discrimen esse inter *uams* et *navis*.

Ibid. I, 22, 11: *Qui dicit ergo „superesse se" ei, quem defendit, nihil istorum vult dicere, sed nescio quid aliud indictum inscitumque dicit, ac ne Vergilii quidem poterit auctoritate uti.*

Inscitum, ut h. l. passive usurpatum, sine exemplo est. Emendandum censeo *indictum insuetumque*.

Ibid. II, 6, 24: *Quicquid igitur nimis inculcatum opsitumque aliqua re erat, ut inculeret visentibus facie nova horrorem, id „squalere" dicebatur.*

Non quod *inculcatum* i. e. calcando impressum erat, squalidum dicebatur, sed quod *infuscatum* i. e. inquinatum erat, quare corrigas, *infuscatum opsitumque*.

Ibid. IV, 5, 3. *Statua Romae in Comitio posita Horati Coclitis ... de Coelo tacta est .... Aruspices .... illam statuam suaserunt in inferiorem locum perperam transponi, quem sol oppositu circum undique aliarum aedium numquam illustraret.*

Improbandum est *aliarum*, quum de *aliis* aedibus sermo esse nequeat, nisi aedes in praecedentibus commemoratae sint. Ocius emendes velim *altarum*.

Ibid. V. 9, 2: [Croesi filius] *cum in patrem eius ... hostis gladio deducto, regem esse ignorans, invaderet, diduxit .....os, clamore nitens, eoque nisu atque impetu spiritus vitium nodumque linguae rupit planeque et articulate elocutus est.*

Corrigendum est *vinclum nodumque linguae*. Cf. § 6: *oris vinclo solutus*.

Ibid. V, 10, 16: *Sic ab adulescente discipulo magister eloquentiae inclutus suo sibi argumento confutatus est et captionis versutae et excogitatae frustratus fuit.*

Legendum est *versute excogitatae*.

Ibid. V, 12, 23: *Vergilium quoque aiunt, multae antiquitatis hominem sine ostentationis odio peritum.*

Imo vero *sine ostentationis studio*. Cf. V, 14, 3: *studioque ostentationis*; V, 21, 1: *studio fervens ostentandi*.

Ibid. V, 14, 9: *Is unus leo corporis impetu et vastitudine terrificoque fremitu et sonoro, toris comisque cervicum fluctuantibus animos oculosque omnium in se converterat.*

V. *Impetus*, quod omnium rectissime ad animum refertur, sensu caret, quum de corpore dicatur. Genuina lectio nimirum *ambitu* est.

Ibid. X, 18, 3. *Mausolus .... fato perfunctus inter lamenta et manus uxoris funere magnifico sepultus est.*

Absurde editur *et manus*, quid enim sit inter alicuius manus sepeliri, prorsus obscurum est. Gellium scripsisse coniicio *inter lamenta et eiulatus (etmanus-eiulatus)*. Cf. I, 26, 7: *Querimonias aut gemitus eiulatusque facere*; Cic. Tusc. II, 23: *Ingemiscere nonnumquam viro concessum est, idque raro: eiulatus vero ne mulieri quidem.*

Ibid. XV, 22, 6. *Ea cerva quodam die, cum incursio esset hostium nuntiata, festinatione ac tumultu consternata in fugam se prorupit atque in palude proxima delituit et postea requisita perisse credita est*

Verborum sententia ut pro *postea frustra* scribatur requirit.

Ibid. XIX, 12, 7: *Homo Thracus .... videt forte vicinum rubos .... excidentem, fraxinos .... deputantem, suboles vitium .... revellentem, stolones ... amputantem, acceditque prope et cur tantam ligni atque frondium caedem faceret, percontatus est. Et vicinus ita respondit: „Ut ager, inquit, mundus purusque fiat, eius arbor atque vitis fecundior.*

Potius existimarim Gellium scripsisse: *et ut arbor atque vitis fecundior*.

Ovidius, Metam. VI, 218:

Planus erat lateque patens prope moenia campus,
Assiduis pulsatus equis, ubi turba rotarum
Duraque mollierat subiectas ungula glebas.

Pro *turba* reponendum est *turbo*, quo vocabulo significatur cuiusque rei revolutio s. circumactio. Cf. Seneca, Hercules Oetaeus 945: *Merui manus praebere turbinibus tuis, Quaecumque regem Thessalum torques, rota*; Ibid. 1069: *Haesit non stabilis rota Victo languida turbine.*; Hippolytus 1236: *Haec incitatis*

membra turbinibus ferat Nusquam resistens orbe revoluto rota.

Ibid. VIII. 674:

Hic nux, hic mixta est rugosis carica palmis,
Prunaque, et in patulis redolentia mala canistris,
Et de purpureis collectae vitibus uvae.

Corrigendum est *pampineis;* cf. Ovid. Pont. VIII, 13: *Non hic pampineis amicitur vitibus ulmus.* Purpureas vites nemo vidit, nec, opinor, videbit umquam.

Columella R. R. I, 3: *Nec nihil esse etiam parvo vehi, si conductis iumentis iter facias, quod magis expedit, quam tueri propria.*

Pro inepto *tueri* restituendum est *teri.* Haec enim verborum sententia est: Res magni momenti est parvo pretio vehi, si conductis iumentis iter facias, quod magis expedit, quam propriis iumentis nimis saepe uti.

In Columellae libro XII fragmenta non pauca leguntur Ciceronis libri, quo Oeconomicus Xenophonteus latine redditus, vel, ut ipsius Columellae verbis utar, „Latinae consuetudini traditus est". Eius libri apud Columellam XII, 2, 2, hic locus legitur: *„Quod excelsissimum est conclave, pretiosissima vasa et vestem desiderat: quod denique horreum siccum atque aridum, frumentis habetur idoneum: quod frigidum, commodissime vinum custodit".* Satis apte et eleganter redditur his verbis locus ex Xenophontis Oeconomico IX, 3: Ὁ μὲν γὰρ θάλαμος ἐν ὀχυρῷ ὤν, τὰ πλείστου ἄξια καὶ στρώματα καὶ σκεύη παρεκάλει· τὰ δὲ ξηρὰ τῶν στεγῶν τὸν σῖτον· τὰ δὲ ψυχεινὰ τὸν οἶνον. Sed facile apparet *excelsissimum* ferri non posse, quia Xenophon expresse dicit, conclave illud ἐν ὀχυρῷ esse debere Ciceronem re vera *occlusissimum* scripsisse coniicio. Eadem superlativi forma Plautus usus est Curc. I, 1, 15: *Huic proxumum illud ostium occlusissimum. Salve: valuistin' usque, ostium occlusissimum?* V. *occlusus* legitur apud Ciceronem de Orat. II, 248: *Furax servus, cui nihil domi est nec obsignatum, nec occlusum.*

Seneca, Suasoriarum I, 1: *Cuicumque rei magnitudinem natura dederat dedit et modum ..... Satis sit hactenus Alexandro vicisse qua mundo lucere satis est.*

Scribendum est *qua mundo lucere soli satis est.* Voc. *soli* ob similitudinem sequentis *satis* facillime excidere potuit.

Id. Controversiarum I, 2, 10: *Convenit omnis libidinosorum turba et concurrit ad meretricem novam. Illud certe fateberis, pudicitia tua precaria est: tot intraverunt cellam tuam gladiatores, tot iuvenes, tot ebrii: et omnes ante militem inermes? Ego illam dico prostitisse: illa se dicit etiam mendicasse.*

Extrema verba sensu plane destituta sunt. Quid sententia poscat nemini obscurum erit, qui controversiae noverit argumentum. Quaedam virgo a piratis capta veniit; empta a lenone et prostituta est. Venientes ad se exorabat stipem. Militem qui ad se venerat, cum exorare non posset, colluctantem et vim inferentem occidit. Quae quum ita sint, Senecam scripsisse apparet: *Ego illam dico prostitisse: illa se* [pu]*dicitiam vindicasse.*

J. J. CORNELISSEN.

GALENUS.

(Tom. VIII. pag. 947. Kühn.)

οὐ γὰρ ἐχρῆν περιπλέκειν μακρὰ καὶ λαβεῖν ἀπέραντα. Leg. καὶ λαλεῖν ἀπέραντα. Paullo ante dixerat pag. 943. ἐν τοῖς συγγράμμασιν ἐχρῆν αἰδεῖσθαι παθεῖν ὅπερ ὁ Κωμικὸς ἔφη, λαλεῖν ἄριστος, ἀδυνατώτατος λέγειν.

C. G. C.

GALENUS

Iudaeos et Christianos communi reprehensione stoliditatis ac pertinaciae coniungere solet, veluti Tom. VIII. pag. 579. ἵνα μή τις εὐθὺς κατ' ἀρχὰς ὡς εἰς Μωϋσοῦ καὶ Χριστοῦ διατριβὴν ἀφιγμένος νόμων ἀναποδείκτων ἀκούῃ. et pag. 657. θᾶττον γὰρ ἄν τις τοὺς ἀπὸ Μωϋσοῦ καὶ Χριστοῦ μεταδιδάξειεν ἢ τοὺς ταῖς αἱρέσεσι προστετηκότας ἰατρούς τε καὶ φιλοσόφους.

C. G. C.

HOMERICA.

Cap. XXI.

ΓΑΡ — ΤΑΡ.

SCRIPSIT C. G. COBET.

Una est et consentiens vox veterum Criticorum: ἔθος Ὁμηρικὸν ἀπὸ τοῦ ΓΑΡ ἄρχεσθαι, vel, ut Aristarchus scribit ad H. 328. ἀπὸ τοῦ ΓΑΡ εἰσέβαλεν ἀρχαϊκῶς. in qua re quum sint aliquot commissi errores et ex diligenti huius Homericae consuetudinis observatione unius et alterius loci scriptura melius constitui possit, primum omnes utriusque carminis versus, qui huc sive iure sive iniuria pertinere putantur, cum cura collectos ordine expromam.

Iliad. A. 123. Ἀτρεΐδη, —
πῶς ΓΑΡ τοι δώσουσι γέρας μεγάθυμοι Ἀχαιοί;

B. 284. Ἀτρεΐδη, νῦν ΓΑΡ σε, ϝάναξ, ἐθέλουσιν Ἀχαιοί
πᾶσιν ἐλέγχιστον θέμεναι μερόπεσσι βροτοῖσιν.

B. 803. πολλοὶ ΓΑΡ κατὰ ϝάστυ μέγα Πριάμου ἐπίκουροι,
— τοῖσι τέκαστος ἀνὴρ σημαινέτω οἵσί περ ἄρχει.

H. 327. Ἀτρεΐδη, —
πολλοὶ ΓΑΡ τεθνᾶσι κάρη κομόωντες Ἀχαιοί.

K. 61. τὸν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα βοὴν ἀγαθὸς Μενέλαος·
πῶς ΓΑΡ μοι μύθῳ ἐπιτέλλεαι;

K. 424. τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη πολύμητις Ὀδυσσεύς·
πῶς ΓΑΡ νῦν Τρώεσσι μεμιγμένοι ἱπποδάμοισι
εὕδουσ' ἢ ἀπάνευθε;

N. 736. πάντῃ ΓΑΡ σε περὶ ϛέφανος πολέμοιο δέδηεν
ἀλλ' ἀναχασσάμενος κάλει ἐνθάδε πάντας ἀρίϛους.
P. 475. Ἀλκίμεδον, τίϛ ΓΑΡ τοι Ἀχαιῶν ἄλλος ὁμοῖος
ἵππων ἀθανάτων ἐχέμεν δμῆϛίν τε μένος τε;
Σ. 182. Ϝῖρι θεά, τίϛ ΓΑΡ σε θεῶν ἐμοὶ ἄγγελον ἧκεν;
Ψ. 156. Ἀτρεΐδη, ϛοὶ ΓΑΡ τε μάλιϛά γε λαὸϛ Ἀχαιῶν
πείϛονται μύθοιϛι.
627. [ναὶ δὴ ταῦτά γε πάντα, τέκοϛ, κατὰ μοῖραν ἔτειπεϛ]
οὐ ΓΑΡ ἔτ' ἔμπεδα γυῖα, Φίλοϛ, πόδεϛ οὐδ' ἔτι χεῖρεϛ
ὤμων ἀμΦοτέρωθεν ἐπαΐϛϛονται ἐλαΦραί.
890. Ἀτρεΐδη, ϝίδμεν ΓΑΡ ὅϛον προβέβηκαϛ ἁπάντων
ἠδ' ὅϛϛον δυνάμι τε καὶ ἥμαϛιν ἔπλευ ἄριϛοϛ.
Ω. 334. Ἑρμεία, ϛοὶ ΓΑΡ τε μάλιϛά γε Φίλτατόν ἐϛιν
ἀνδρὶ ἑταιρίϛϛαι.
662. Ϝοῖϛθα ΓΑΡ ὡϛ κατὰ ϝάϛυ ϝεϝέλμεθα.
ἐννῆμαρ μέν κ' αὐτὸν ἐνὶ μεγάροιϛ γοόῳμεν.
Odyss. α. 337. Φήμιε, πολλὰ ΓΑΡ ἄλλα βροτῶν θελκτήρια ϝήδηϛ.
δ. 722. κλῦτε, Φίλαι. περὶ ΓΑΡ μοι Ὀλύμπιοϛ ἄλγε' ἔδωκεν.
ε. 29. Ἑρμεία, ϛὺ ΓΑΡ αὖτε τά τ' ἄλλα περ ἄγγελοϛ ἐϛϛί.
κ. 174. ὦ Φίλοϛ, οὐ ΓΑΡ πω καταδυϛόμεθ' ἀχνύμενοί περ
εἰϛ Ἀΐδαο δόμουϛ.
190. [κέκλυτέ μευ μύθων, κακά περ πάϛχοντεϛ ἑταῖροι.]
ὦ Φίλοι, οὐ ΓΑΡ ϝίδμεν ὅπῃ ζόΦοϛ οὐδ' ὅπῃ ἠώϛ.
226. ὦ Φίλοι, ἔνδον ΓΑΡ τιϛ ἐποιχομένη μέγαν ἱϛὸν
καλὸν ἀοιδιάει.
337. ὦ Κίρκη, πῶϛ ΓΑΡ με κέλεαι ϛοὶ ἧπιον εἶναι;
383. ὦ Κίρκη, πῶϛ ΓΑΡ κεν ἀνὴρ ὃϛ ἐναίϛιμοϛ εἴῃ
πρὶν τλαίῃ πάϛϛαϛθαι ἐδητύοϛ ἠδὲ ποτῆτοϛ,
πρὶν λύϛαϛθ' ἑτάρουϛ;
501. ὦ Κίρκη, τίϛ ΓΑΡ ταύτην ὁδὸν ἡγεμονεύϛει;
μ. 154. ὦ Φίλοι, οὐ ΓΑΡ χρὴ ἕνα ϝίδμεναι οὐδὲ δύ' οἵουϛ
θέϛΦαθ' ἅ μοι Κίρκη μυθήϛατο.
208. ὦ Φίλοι, οὐ ΓΑΡ πώ τι κακῶν ἀδαήμονέϛ εἰμεν.
320. ὦ Φίλοι, ἐν ΓΑΡ νηὶ θοῇ βρῶϛίϛ τε πόϛιϛ τε
ἔϛιν, τῶν δὲ βοῶν ἀπεχώμεθα.
ξ. 115. ὦ Φίλε, τίϛ ΓΑΡ ϛε πρίατο κτεάτεϛϛιν ἑοῖϛιν;
495. [κλῦτε, Φίλοι· θεῖόϛ μοι ἐνύπνιον ἦλθεν ὄνειροϛ.]
λίην ΓΑΡ νηῶν ϝεκὰϛ ἥλθομεν.

ο. 509. πῇ ΓΑΡ ἐγώ, φίλε τέκνον, ἴω; τεῦ δώματ' ἵκωμαι;
ρ. 78. Πείραι', οὐ ΓΑΡ ϝίδμεν ὅπως ἔσαι τάδε ϝέργα.
σ. 259. ὦ γύναι, οὐ ΓΑΡ δῖω ἐϋκνήμιδας Ἀχαιούς
ἐκ Τροίης ἐὺ πάντας ἀπήμονας ἀπονέεσθαι.
τ. 350. ξεῖνε φίλ', οὐ ΓΑΡ πώ τις ἀνὴρ πεπνυμένος ὧδε
ξείνων τηλεδαπῶν φιλίων ἐμὸν ἵκετο δῶμα.
φ. 258. νῦν μὲν ΓΑΡ κατὰ δῆμον ἑορτὴ τοῖο θεοῖο
ἁγνή· τίς δέ κε τόξα τιταίνοιτ'; ἀλλὰ ϝέκηλοι
κάτθετε.
χ. 70. ὦ φίλοι, οὐ ΓΑΡ σχήσει ἀνὴρ ὅδε χεῖρας ἀάπτους.
ψ. 248. ὦ γύναι, οὐ ΓΑΡ πω πάντων ἐπὶ πειρατ' ἀέθλων
ἤλθομεν, ἀλλ' ἔτ' ὄπισθεν ἀμέτρητος πόνος ἔσαι.

Horum locorum maior pars emendata est et integerrima: caeteri alius aliam labem aliquam conceperunt. Tres loci sunt inserto versu spurio interpolati. Duos *σίχους παρεμβεβλημένους* veteres Critici expungendos censuerunt. Tertia interpolatio post Aristarchum nata nobis confutanda et expellenda superest. Odyss. κ. 190.

[κέκλυτέ μευ μύθων, κακά περ πάσχοντες ἑταῖροι.]
ὦ φίλοι, οὐ γὰρ ϝίδμεν ὅπῃ ζόφος οὐδ' ὅπῃ ἠώς.

Scholion: Καλλίστρατός φησιν ὡς ὑπό τινος ὁ σίχος προτέτακται ἀγνοοῦντος τὸ Ὁμηρικὸν ἔθος ὡς θέλει ἄρχεσθαι ἀπὸ τοῦ ΓΑΡ.

Quis non statim assensum dabit? Non est eadem omnium *τῶν ἀθετουμένων σίχων* ratio et conditio. Sunt in quibus diu et multum incertus haereas, sed dantur alii tam evidenti fraude interpolati, ut magis mireris quo pacto irrepserint quam argumenta cur expellendi sint ab alio requiras; tam manifesto fraus patet. Nae ille erat in carminibus Homericis hospes, qui nesciebat Poëtam *ἀρχαϊκῶς ἀπὸ τοῦ* ΓΑΡ *εἰσβάλλειν* in tali re solere. Tam inficeta additamenta apud Homerum fere sic nascuntur, ut versus ex alia parte carminis desumti in alienam sedem transferrentur. Meminerat aliquis se audire Odyss. μ. 271.

κέκλυτέ μευ μύθων, κακά περ πάσχοντες ἑταῖροι,
ὄφρ' ὑμῖν ϝείπω μαντήϊα Τειρεσίαο.

et μ. 340.

κέκλυτέ μευ μύθων, κακά περ πάσχοντες ἑταῖροι,
πάντες μὲν συγεροὶ θάνατοι δειλοῖσι βροτοῖσι,
λιμῷ δ' οἰκτίσσον θανέειν.

horum igitur importune memor illuc transtulit ubi nullus plan esset iis locus. Ab Aristarcho igitur in tali re *παρατίθετ πρὸς τῷ ὀβελῷ ἀσεπίσκος. δηλοῖ δὲ τοῦτο*, ut in praefatione oper scribit Aristonicus, *ὅτι Ὁμήρου μέν ἐσι, φαύλως δ' ἐνταῦθ κεῖται.*

Recurrit plane idem mendi genus in Odyss. ξ. 495.

[*κλῦτε, φίλοι· θεῖός μοι ἐνύπνιον ἦλθεν ὄνειρος.*]
λίην ΓΑΡ νηῶν τεκὰς ἦλθομεν.

annotatur: ΤΙΝΕϹ *φασὶν ἐνίους ἡγνοηκότας τὸ ἔθος τοῦ ποιητ ὅτι ἔθος ἐσὶν αὐτῷ ἀπὸ τοῦ ΓΑΡ ἄρχεσθαι διὰ τοῦτο πεπλακέν τὸν σίχον.* Qui sunt illi *τινές*? Callistratus fortasse, sed non d suo ita iudicat sed Aristarchi iudicium sequitur. Fallitur etia quod scribit: *ἐνίους πεπλακέναι τὸν σίχον.* Quanto meli Aristonicus ex Aristarcho: *ἀθετεῖται ὡς ἐκ τῆς Ἰλιάδος* (B. 56 *μετενηνεγμένος. γελοῖον δὲ εἰπεῖν καὶ* (leg. *δὲ καὶ εἰπεῖν*) *τ ἐν λόχῳ καθυπνωκέναι.* Agnoscisne Aristarchi acumen? Ne umb dubitationis supersit audi Aristonicum ad Iliad. B. 56.

κλῦτε, φίλοι· θεῖός μοι ἐνύπνιον ἦλθεν ὄνειρος.

ὁ ἀσεπίσκος ὅτι ἐν τῇ Ξ τῆς Ὀδυσσείας κακῶς φέρεται. Ia credo, quid rei sit facile intelligitur. Aristarchus et hu versum et alterum Odyss. *μ.* 271. *ὠβέλισεν.* Non poterat fraus Aristarchum latere quam unus quisque nostrum *τῶν Φιλ μήρων* facili negotio deprehendere potuisset. Callistratus aute Aristarchi iudicium secutus coniecit cur versus alienus fue interpositus: nempe ex ignoratione consuetudinis Homeric *ἀπὸ τοῦ ΓΑΡ ἄρχεσθαι.* Miror autem Bekkerum spreta Aristarc sententia retinuisse versiculum quasi omnia sic optime habere et nihil omnino esset difficultatis.

Tertium in simili re interpolationis exemplum reperitur Iliad. Ψ. 620. ubi Achilles ad Nestorem in ludis funebrib Patrocli ita dicit:

δίδωμι δέ τοι τόδ' ἄεθλον
αὔτως· οὐ γὰρ πύξ γε μαχήσεαι οὐδὲ παλαίσεις,
οὐδέ τ' ἀκοντισὺν ἐσδύσεαι, οὐδὲ πόδεσσι
θεύσεαι· ἤδη γὰρ χαλεπὸν κατὰ γῆρας ἐπείγει.
Ὣς εἰπὼν ἐν χερσὶ τίθει· ὃ δὲ δέξατο χαίρων.
καί μιν Φωνήσας ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·
[*Ναὶ δὴ ταῦτά γε πάντα, τέκος, κατὰ μοῖραν ἔειπες.*

οὐ ΓΑΡ ἔτ' ἔμπεδα γυῖα, φίλος, πόδες οὐδ' ἔτι χεῖρες
ὤμων ἀμφοτέρωθεν ἐπαΐσσονται ἐλαφραί.

Audi nunc Aristarchi annotationem ad vs. 627. ἡ διπλῆ ὅτι ἀπὸ τοῦ ΓΑΡ ἄρχεται τὸ αἰτιατικὸν προτάξας. Sed Nestor, ut tu vides, οὐκ ἀπὸ τοῦ ΓΑΡ ἤρξατο, sed a verbis:

Ναὶ δὴ ταῦτά γε πάντα, τέκος, κατὰ μοῖραν ἔειπες.

Quid autem potest esse in tali re evidentius quam Nestorem exorsum esse his verbis:

οὐ ΓΑΡ ἔτ' ἔμπεδα γυῖα, φίλος.

et praecedentem versiculum ναὶ δὴ — ἔειπες spurium esse et παρεμβεβλημένον. Hoc quoque manifestum est in antiquis Homeri libris, quibus Aristarchus uteretur, versiculum hunc scriptum non fuisse eamque fraudem in recentioribus demum Codicibus esse natam. Facile senties quanto melius nunc Nestoris quadret oratio: simul removetur duplex πρόσρησις, primum τέκος, deinde φίλος, praeter Homericam consuetudinem ac praeter rei naturam, qua quem semel salutare satis est et consuetum. Eodem incommodo premebatur locus ab Aristarcho emendatus:

κέκλυτέ μευ μύθων, κακά περ πάσχοντες ἑταῖροι,
Ὦ ΦΙΛΟΙ, οὐ γὰρ τίδμεν.

vel solum illud ὦ φίλοι arguit ea quae praecedunt moleste abundare et supervacanea esse.

Versiculus, quem nescio quis male sedulus importuno loco inseruit, in utroque carmine κυκλικός ἐστιν. Saepissime legitur:

Ναὶ δὴ ταῦτά γε πάντα, γέρον.

vel pro γέρον τέκος, θεά, γύναι, φίλος,

κατὰ μοῖραν ἔειπες.

vel alia forma γ. 331.

ὦ γέρον, ἦτοι ταῦτα κατὰ μοῖραν κατέλεξας.

vel γ. 327.

εὖ δὴ ταῦτά γ' ἔφησθα, γέρον φίλε.

vel χ. 486.

ναὶ δὴ ταῦτά γε, τέκνον ἐμόν, κατὰ μοῖραν ἔειπες.

vel Σ. 128.

ναὶ δὴ ΤΑΤΤΑ γε, τέκνον, ἐτήτυμον.

ubi tamen ταῦτα mendosum est. Habebant enim scribae ex tot Homeri locis ἔναυλον τό·

ναὶ δὴ ταῦτά γε πάντα.

sed nunc quidem:

ναὶ δὴ TOYTO *γε, τέκνον, ἐτήτυμον.*

scriptum oportuit.

In loco Iliad. B. 284. Bekker et la Roche ediderunt:

Ἀτρεΐδη, νῦν ΔΗ *σε, ϝάναξ, ἐθέλουσιν Ἀχαιοί*
πᾶσιν ἐλέγχιστον θέμεναι.

non dubio errore. Audi enim disertum Aristarchi testimoniu
ἡ διπλῆ ὅτι αὕτη ἡ γραφὴ ἡ διὰ τοῦ ΓΑΡ *μετὰ τῆς προσηγορ.*
Ἀτρεΐδη, νῦν ΓΑΡ *σε.*
καὶ λόγον ἔχει. ἔθος δὲ αὐτῷ ἀπὸ τοῦ ΓΑΡ *ἄρχεσθαι.*
ὦ πόποι, ἦ ΓΑΡ *δἴω κάρη κομόωντας Ἀχαιούς.*

Fefellit eos fortasse Scholion in Cod. B. *ὁ* ΔΗ *ἀντὶ τοῦ* Γ *ἔθος δὲ τῷ ποιητῇ ἀπὸ τοῦ* ΓΑΡ *ἄρχεσθαι ὡς τό·*
πολλοὶ ΓΑΡ *τεθνᾶσι.*
καί·
νῦν μὲν ΓΑΡ *πόνος ἐσίν.*

sed clamat ipsa scholii sententia verbis transpositis scribi o tere: *ὁ* ΓΑΡ *ἀντὶ τοῦ* ΔΗ. Eadem opera notabis quam n dose scripti sint Codices Veneti, etiam optimus A. Nempe
ὦ πόποι, ἦ γὰρ δἴω vera lectio est:
ὦ ΓΥΝΑΙ, ΟΥ *γὰρ δἴω* ex Odyss. *σ.* 259.
πολλοὶ γὰρ τεθνᾶσι legitur H. 328. Sed *νῦν μὲν γὰρ πόνος* in Homeri carminibus non reperies. Laudaverat homo, opii ex Odyssea *φ.* 258.
νῦν μὲν γὰρ κατὰ δῆμον ἑορτὴ τοῖο θεοῖο,
sed ex evanida ac fugiente scriptura librarius quum nihil tunderet dedit quod in buccam venit.

Subiiciam his annotationes quasdam Veterum, quibus antiq scripturae stabiliantur, et sic aperiam lectionis labem in c pluribus locis male latentem.

Ad Iliad. B. 805. annotatur: *τοῖσιν ἕκαστος ἀνὴρ σημαινέ τοῦτο πρῶτον εἶτα „πολλοὶ γὰρ" τὴν αἰτίαν προθέντος ποιητοῦ ὡς τό·*
ἕνδον γάρ τις ἐποιχομένη.
(Odyss. *κ.* 226.)

Ad Iliad. H. 328. Aristonicus: *πολλοὶ γὰρ τεθνᾶσ ἡ διπλῆ ὅτι ἀπὸ τοῦ* ΓΑΡ *αἰτιώδους εἰσέβαλεν ἀρχαϊκῶς.*

Et in Cod. B. *εἴωθεν ἀεὶ ἀπὸ τοῦ* ΓΑΡ *ἄρχεσθαι τὴν αἰτίαν προτάσσων τοῦ πράγματος.*

Ad Iliad. N. 736.

πάντῃ γάρ σε περὶ ϛέφανος πολέμοιο δέδηεν,

adscribitur in B. *εἴωθεν ἀπὸ τοῦ* ΓΑΡ *ἄρχεσθαι* (*οὐκ* del.) *αἰτιολογικῶς.*

Aristonicus ad Iliad. Ψ. 627. *ἡ διπλῆ ὅτι ἀπὸ τοῦ* ΓΑΡ *ἤρκται τὸ αἰτιατικὸν προτάσσων.*

Ad Odyss. *α.* 337. *ἔθος Ὁμηρικὸν ἀπὸ τοῦ* ΓΑΡ *ἄρχεσθαι.*

Aristonicus ad *δ.* 722. *περὶ γάρ μοι: ἡ διπλῆ ὅτι ἐν ἀρχῇ λόγου ὁ* ΓΑΡ. *ὡς καὶ ἐν Ἰλιάδι* (H. 327.)

πολλοὶ γὰρ τεθνᾶσιν.

Iterum ad *κ.* 174. *ἡ διπλῆ ὅτι ἀπὸ τοῦ* ΓΑΡ *ἤρξατο.*

et ad *κ.* 501. brevius: *ἀπὸ τοῦ* ΓΑΡ *ἤρξατο*, et ad *μ.* 320. *τὸ* ΓΑΡ *ἀντὶ τοῦ ἐπειδή.*

In aliis est vetus quaedam scripturae discrepantia, ut in Illiad. Ψ. 156.

Ἀτρεΐδη, σοὶ ΓΑΡ *τε μάλιϛά γε λαὸς Ἀχαιῶν*
πείσονται μύθοισιν.

ubi est Didymi annotatio: *ἐν ἄλλῳ „σοὶ* ΜΕΝ *τε.“* Sed multo potior est altera lectio, quoniam sensus est: *Ἀτρεΐδη, ἐπειδὴ σοὶ μάλιϛα οἱ Ἀχαιοὶ πείσονται, νῦν ἀπὸ πυρκαϊῆς σκέδασον καὶ δεῖπνον ἄνωχθι ὅπλεσθαι.*

Restat ut ex compluribus locis supra propositis pervetustum vitium eximatur. Praeivit Aristarchus, quem tuto sequemur. In Iliad. E. 182.

Ϝῖρι θεά, τίϛ ΓΑΡ *σε θεῶν ἐμοὶ ἄγγελον ἧκεν;*

dubitare coepit Aristarchus quid tandem in tam brevi sententia, ubi nihil praecedit, nihil sequitur, sibi vellet ΓΑΡ interpositum. Itaque emendavit *τίϛ* ΤΑΡ *σε θεῶν* lenissima sane correctione. Audi Didymum: *ἡ ἑτέρα τῶν Ἀριϛάρχου διὰ τοῦ* Τ *„τίϛ* ΤΑΡ *σε.“* *Μήποτε δὲ ἀμείνων ἡ προτέρα παρόσον σύνηθες Ὁμήρῳ ἀπὸ τοῦ* ΓΑΡ *ἄρχεσθαι.* Vide mihi intempestivam eruditionem! Non poterat enim Poëta *ἀπὸ τοῦ* ΓΑΡ *ἄρχεσθαι*, ubi sententia loci illam particulam non admitteret. Quid diceres si quis in Iliados principio ita scriberet:

τίϛ ΓΑΡ *σΦωε θεῶν ἔριδι ξυνέηκε μάχεσθαι;*

errare hominem, opinor, et nihil dicere. Sed perinde pravum est:

Fῖρι θεά, τίς ΓΑΡ σε θεῶν ἐμοὶ ἄγγελον ἧκεν;

Videndum igitur nunc est utrum in locis Homericis, quos supra proposuimus, ΓΑΡ an ΤΑΡ potior scriptura sit, idque ex singulorum locorum sententia ac natura erit diiudicandum. Nihil enim in talibus praesidii in libris est, et si Aristarchus ac Veteres omnes inter ΤΑΡ et ΓΑΡ ambigui haerebant, quid nos confidamus nostris libris omni genere vitiorum et veterum et novorum passim depravatis? Sine mendo legitur Σ. 188.

πῶς ΤΑΡ ἴω μετὰ μῶλον;

et Odyss. γ. 22.

Μέντορ, πῶς ΤΑΡ ἴω; πῶς ΤΑΡ προσπτύξομαι αὐτόν;

et ο. 509.

πῇ ΤΑΡ ἐγώ, φίλε τέκνον, ἴω;

et π. 222.

ποίῃ ΤΑΡ νῦν δεῦρο, πάτερ φίλε, νηΐ σε ναῦται
ἤγαγον εἰς Ἰθάκην;

et ν. 417.

τίπτε ΤΑΡ οὔ τοι ἔτειπες;

et multis aliis locis. Alibi libros videbis dissidentes et alios ΓΑΡ alios ΤΑΡ exhibentes.

Qui rem diligenter consideraverit non diu ambiguus haerebit utrum γάρ an ταρ sit verior scriptura in his locis: Iliad. Κ. 61.

πῶς ΓΑΡ μοι μύθῳ ἐπιτέλλεαι ἠδὲ κελεύεις;

et Κ. 424.

πῶς ΓΑΡ νῦν Τρώεσσι μεμιγμένοι ἱπποδάμοισιν
εὕδουσ' ἢ ἀπάνευθε;

et Odyss. κ. 501.

ὦ Κίρκη, τίς ΓΑΡ ταύτην ὁδὸν ἡγεμονεύσει;

et ξ. 115.

ὦ φίλε, τίς ΓΑΡ σε πρίατο κτεάτεσσιν ἑοῖσιν;

Perspicuum est enim in his omnibus ΤΑΡ pro ΓΑΡ reponi oportere.

In Odyss. ψ. 174. denique ubi editur:

δαιμόνι', οὔτ' ἄρ τι μεγαλίζομαι οὔτ' ἀθερίζω.

ubi Porphyrius ad Iliad. Κ. 68. legebat: οὐ ΓΑΡ τι μεγαλίζομαι οὐΔ' ἀθερίζω, veram lectionem hanc esse colligemus:

δαιμόνι', οὔ ΤΑΡ τι μεγαλίζομαι οὐΔ' ἀθερίζω.

De vocula enclitica ταρ et compositione εἴ ταρ — ἠδέ et

οὔ ταρ — οὐδέ consule Lehrsium in *Quaestt. Epicis* pag. 131. Addam his Aristophanis Byzantini annotationem ad Euripidis *Phoenissas* 886.

ἐκεῖνο μὲν ΓΑΡ πρῶτον ἦν τῶν Οἰδίπου
μηδένα πολίτην μηδ' ἄνακτ' εἶναι χθονός.

adscripsit Aristophanes: ἔθος ποιητικὸν τὸ ἀπὸ τοῦ ΓΑΡ ἄρχεσθαι· Ὅμηρος·

ὦ φίλοι, οὐ γάρ τ' ἴδμεν ὅπῃ ζόφος.

καὶ

ὦ φίλοι, ἔνδον γάρ τις ἐποιχομένη μέγαν ἰσόν.

καὶ Μένανδρος·

ἐν γειτόνων οἰκῶ γάρ, ὦ τοιχωρύχε.

Manifestum est ex his Aristophanem in Odyss. κ. 190 non habuisse in suis libris importunum versum

[κέκλυτέ μευ μύθων, κακά περ πάσχοντες ἑταῖροι.]
ὦ φίλοι, οὐ γὰρ ἴδμεν ὅπῃ ζόφος οὐδ' ὅπῃ ἠώς.

GALENUS.

(Tom. VIII. pag. 584.)

ἡμεῖς μὲν οὖν συνῃρήμεθα τὴν κοινὴν καλουμένην διάλεκτον. scrib. ᾑρήμεθα. praepositionem peperit praecedens οὖν.

Pag. 586. κεχήνασι μέγιστον καὶ τὴν γλῶτταν προCσείουσιν. Leg. πρΟσείουσιν.

C. G. C.

GALENUS

περὶ διαφορᾶς σφυγμῶν.

(Tom. VIII. pag. 494 Kühn.)

τοὺς μὲν οὖν παλαιοὺς ἁπλῶς ἔσιν εὑρεῖν χρωμένους τοῖς ὀνόμασιν, — οἱ δὲ νεώτεροι μόνον καθ' ἑκάστην συλλαβὴν σοφίζονται. Supplendum: μόνον ΟΤ καθ' ἑκάστην συλλαβήν.

C. G. C.

DE LOCIS QUIBUSDAM APUD CICERONEM

de Finibus.

Cicero *de Finibus* I. §. 1. *Postremo aliquos futuros suspicor qui me ad alias literas vocent: genus hoc scribendi, etsi sit elegans, personae tamen et dignitatis esse negent.* Periit unum vocabulum, quod ut sententia absoluta sit et integra in hunc modum est revocandum: *personae tamen* MEAE — *esse negent.* De eadem re scribit §. 11. *quis alienum putet eius esse dignitatis,* QUAM MIHI QUISQUE TRIBUIT, *quid in omni munere vitae optimum et verissimum sit exquirere?* Eodem ferme redit: *dignitatis* MEAE, et *dignitatis quam mihi quisque tribuit*, sed neque hoc neque illud salva sententia potuit abesse.

Cicero *de Finibus* I. §. 6.

Nam si dicent ab illis has res esse tractatas: ne ipsos quidem Graecos est cur tam multos legant. Haec quoque sententia non est absoluta, sed deest aliquid ut plane intelligatur. Leg. *si dicent ab illis has res* SATIS *esse tractatas.* Sic demum apparet cur nonnulli dicerent minime opus esse ut eadem de novo ab aliis tractarentur. Eodem modo SATIS ex libris excidit in vicinia §. 10. *mirari* (SATIS) *non queo.*

Cicero *de Finibus* I. §. 19. *attulit rem commenticiam: declinare* [dixit] *atomum perpaullum.* Interpolatum esse *dixit* olim me Bakius meus admonuit. Hoc ipsum *declinare atomum perpaullum* dicit esse *πλάσμα rem commenticiam*, idque per appositionem enunciatur.

Cicero *de Fin.* I. §. 24. T. *Torquatus — quum illam severitatem in filio adhibuit — ut cum Macedonum legatis accusantibus quod pecunias praetorem in provincia cepisse arguerent, causam* APUD SE *dicere iuberet —, numquid videtur tibi de voluptatibus suis cogitavisse?*

Monstri aliquid in his verbis alitur et misere corruptus locus est. Ecquid enim interest inter *accusare* et *arguere* pecunias cepisse? Potestne igitur ullo modo dici *accusantibus quod — arguerent?* Non magis quam *arguentibus quod accusarent.* Sana et vera scriptura non ex literarum apicibus sed ex ipsa loci sententia reique natura elicienda est. Legati Macedonum Torquatum *praetorem pecunias cepisse arguebant*, ubi, apud quos? Non apud Praetorem, non apud consilium, sed in Curia, ut res ipsa docet. Itaque optime habebit haec sententiae forma: — *ut* CUM *eum Macedonum legati* APUD SENATUM *pecunias praetorem in provincia cepisse arguerent, causam apud se dicere iuberet.* Opponuntur inter se *apud Senatum* et *apud se.* Non in Curia sed in atrio suae domus filii causam voluit disceptari reque ex utraque parte audita filium damnavit.

Cicero *de Finibus* II. §. 15.

Vide ne sit aliqua culpa eius, qui ita loquatur, ut non intelligatur. Quod duobus modis sine reprehensione fit, si aut de industria facias ut Heraclitus [cognomento qui σκοτεινὸς perhibetur, quia de natura nimis obscure memoravit], *aut quum rerum obscuritas, non verborum, facit ut non intelligatur oratio.*

Veteris poëtae verba docti homines sibi audire videntur et purum putum hexametrum auribus occurrere aiunt in verbis:

quia de natura nimis obscure memoravit.

quia in unam syllabam contracto.

Mihi vero et sententia loci perinsulsa videtur: *Heraclitus appellatur σκοτεινός quia nimis obscure memoravit de rerum natura*, et versus (si modo est versus) inficetus admodum et puerilis. Haeccine Ciceronem doctos homines et philosophos docere, quis sit Heraclitus ille, qui de industria ita loquebatur ut non intelligeretur?

Cras credam, nam hodie nihil.

Quam difficile sit emblemata etiam inepta et absurda e scriptis veterum exstirpare argumento est locus Ciceronis *de Finibus* II. §. 20. quem ut a Lambino emendatus est apponam: (Epicurus) *in alio libro, in quo breviter comprehensis gravissimis sententiis quasi oracula edidisse sapientiae dicitur, scribit his verbis, quae nota tibi profecto, Torquate, sunt; quis enim vestrum non edidicit Epicuri κυρίας δόξας? Animadverte igitur, rectene hanc sententiam interpreter.* In Codd. omnibus post *κυρίας δόξας* scriptum est: *id est maxime ratas* (in optimo: QUASI *maxime ratas), quia gravissimae sint ad beate vivendum breviter enuntiatae sententiae.* Haec igitur *„futilis et inepta ταυτολογία"* ut summo iure a Davisio appellatur, olim unanimi doctorum consensu explosa, nacta est patronum virum acutissimum et in hoc studiorum genere omnium, qui nunc sunt, principem, qui ne hoc quidem sensit quam inepte haec ad Torquatum dicerentur, qui certe quae essent Epicuri *κύριαι δόξαι* non debebat a Cicerone doceri. Itaque, ut in mala causa fieri solet, *λεπτολογεῖ* et sic (ut scitissime dixit poëta Comicus in Gallia)

le raisonnement a banni la raison.

Cicero *de Finibus* II. §. 30. *Quam nemo umquam voluptatem appellav*IT *Appellat.* Scrib. tribus literulis repetitis: *appellavit* ITA *appellat.*

Simile mendum latere videtur in vicinia §. 31. *Summum bonum et malum vagiens puer utra voluptate diiudicabit? stante, an movente? quoniam,* SI CL*iis placet, ab Epicuro loqui discimus.* Iteradum mihi tres literas et corrige: *quoniam* SIC, *si Diis placet, ab Epicuro loqui discimus.*

Cicero *de Finibus* II. §. 37. *Aequam igitur pronuntiabit sententiam* RATIO *adhibita primum — sapientia, deinde adiunctis virtutibus, — quarum* ADEO *omnium sententia pronuntiabit —.* Scita est metaphora a iudicibus privatarum litium sumta. Sedet *iudex* ratio, *adhibita* primum *in consilium* sapientia, deinde adiunctis virtutibus causaque cognita DE *consilii sententia* pronuntiat. Haec omnia legitima et solemnia in ea re verba sunt. Itaque emendandum censeo: *quarum omnium* DE *sententia*

pronuntiabit. Numquam in talibus praepositio *de* omittitur.

Cicero *de Finibus* II. §. 39. postquam Rationem induxit sententiam de summo bono pronuntiantem, ita pergit: *Huius ego nunc auctoritatem sequens idem* FACIAM. — *omnes simplices sententias eorum, in quibus nulla est virtutis adiunctio, omnino a philosophia semovendas* PUTABO. Mendosum est *putabo:* neque enim *putare* est *facere* aliquid, et futurum *putabo* (quasi non iam nunc ita putet) absurdum est. Repone *semovendas* PRONUNTIABO. Natus error est ex scribendi compendio.

Eadem de causa duae literae interciderunt II. §. 44. *accedam ad omnia via, Torquate; nisi* ME*moria forte defecerit.* imo vero: *nisi* ME *memoria forte defecerit.*

Cicero *de Finibus* II. §. 57. *Sed finge non solum callidum eum, qui aliquid improbe faciat, verum etiam praepotentem, ut M. Crassus fuit (qui* TAMEN *solebat uti suo bono), ut hodie est noster Pompeius, cui recte facienti gratia est habenda; esse enim quam vellet iniquus poterat impune.* Quantum caliginis et erroris una literula corrupta attulit! Nihil opus est huius loci, *qui* TAMEN *solebat uti suo bono,* difficultates indicare. Hoc unum satis esto dixisse insignitam Crasso mortuo contumeliam ab eo imponi, quo nemo magis ab ista protervitate abhorreret. Sed Cicero non minus benigne et comiter de Crasso mortuo quam de vivo Pompeio dixit. Quid dixit igitur? *qui tamen Nolebat uti suo bono.* Hoc est, credo, Cicerone dignum et sic demum *tamen* recte positum est. Suetonius in Tito cap. 3. *e pluribus comperi* (Titum) *imitari chirographa quaecunque vidisset ac saepe profiteri se maximum falsarium esse potuisse.* Sed Titus quoque *nolebat uti suo bono.*

Cicero *de Finibus* II. §. 58. *Si te amicus tuus moriens rogaverit ut hereditatem reddas suae filiae nec usquam id scripserit* [ut scripsit Fadius] *nec cuiquam dixerit, quid facies?* Molestissima verba *ut scripsit Fadius* a sciolo ex §. 55. in margine adscripta una litura delenda censeo. Neque enim exemplo erat opus in re perspicua et pervagata, et multo minus exemplo contrario

illius qui quamquam sedulo scripserat tamen frustra fuit.

Post pauca §. 61. *num etiam P. Decius cum se devoveret et equo admisso in mediam aciem Latinorum irruebat aliquid de voluptatibus suis cogitabat?* Non tulit hanc orationis scabritiem Madvigius et pro *devove*RET substituit *devover*AT, sed nemini hanc coniecturam probavit. Alii vitiosa subtilitate et λεπτολογίαις usi vulgatam tuentur. Imponit nobis magistelli additamentum. Cicero ut in re notissima satis habuit dicere: *quum equo admisso in mediam aciem Latinorum irruebat.* De *devotione* nil erat opus dicere. Hoc unum urget tres deinceps Decios avum, patrem, nepotem pro patria fortiter occubuisse. Adscripsit aliquis eruditulus *quum se devoveret*, quo emblemate recepto omnis loci compositio plane est corrupta.

Cicero *de Finibus* II. §. 73. *Sed ad illum redeo. Si voluptatis causa cum Gallo apud Anienem depugnavit* [provocatus et ex eius spoliis sibi et torquem et cognomen inDUit] *ullam aliam ob causam nisi quod ei talia facta digna viro videbantur, fortem non puto.* Spuria et insiticia verba esse arbitror „*provocatus — induit.*" quae quamquam non sunt Ciceronis tamen sic emendari debere existimo ut rescribatur *in*VENit pro *in*DUit. Zeugma est perversum et praeposterum *et torquem et cognomen induit.* Irrepserunt ista ex I. §. 23. *eum Torquatum, qui hoc primus cognomen invenit, torquem illum hosti detraxisse* cet. Iam quo indicio haec interpolatio redarguatur dicam. Quo refertur *talia facta* in verbis: *quod ei talia facta digna viro videbantur?* Nempe ad: *cum Gallo apud Anienem depugnavit*, namque *occiso hosti torquem detrahere* non est *fortiter facere*, multoque minus etiam *cognomen sibi invenire.* Praeterea vitiose coniunguntur *ex eius spoliis* ET *torquem* ET *cognomen invenire.* In *spoliis* erat torques et ubi Manlius Galli spoliis indutus ad suos rediit ex ea re (non ex spoliis) *cognomen* Torquati adeptus est. Est scioli annotatiuncula, quales multae iam deprensae sunt, aliae deprensis simillimae posthac faciliore negotio redarguentur.

Satis erat, credo, Ciceroni detractum hosti torquem et cognomen ex ea re partum in eodem libro *semel* commemorare.

Expuncto semel emblemate facilius apparet alterum mendum quo locus idem laborat. *Si voluptatis causa cum Gallo apud Anicem depugnavit ullam* (Codd. *Nullam*) *aliam ob causam nisi quod ei talia facta digna viro videbantur.* Omnes pro *nullam* reponunt *ullam*, sed quae est ista verborum compositio *voluptatis causa ullam aliam ob causam?* Periit necessaria coniunctio: *voluptatis causa* VEL *ullam aliam ob causam.*

Cicero *de Finibus* II. §. 73. *quod adulterium, quod stuprum, quae libido non se* [proripiet ac] *proiiciet aut occultatione proposita aut impunitate et licentia?* Veterem διττογραφίαν vides. Scriba dubitans essetne scriptum *proripiet* an *proiiciet* dedit utrumque copulatum. Sed *proiicere se* id est *prorumpere* sententiae solum est conveniens. Itaque scribam cum suo errore proripere se hinc iubebimus.

Cicero *de Finibus* II. §. 78. sq. *Manebit ergo amicitia tamdiu, quamdiu sequetur utilitas, et, si utilitas amicitiam constituet, tollet eadem. Sed quid ages tandem, si utilitas ab amicitia, ut fit saepe, defecerit? Relinquesne? quae ista amicitia est? Retinebis? qui convenit? quid enim de amicitia statueris* [utilitatis causa expetenda] *vides.* Multi damnarunt verba *utilitatis causa expetenda*, in his Lambinus, qui unus est instar omnium, „*nulla satis iusta caussa.*" iudice Madvigio. Sed ut nunc legitur idem et non dicitur: *quid enim de amicitia statueris vides*, et tamen dicitur: *de amicitia utilitatis causa expetenda.* Rectissime dicitur *de amicitia quid statueris vides*, non item: *de amicitia utilitatis causa expetenda* QUID *statueris vides*, quoniam id ipsum *amicitiam utilitatis causa expetendam esse* iam disertissime statuerat. Itaque qui ea verba retinere volet in margine reponat.

Cicero *de Finibus* II. §. 80. *De ingenio eius in his disputationibus, non de moribus quaeritur. Sit ista in Graecorum levitate perversitas, qui maledictis insectantur eos, a quibus* [de veritate] *dissentiunt.* Expungenda censeo perinepte addita verba *de veritate.* De philosophorum inter se dissentientium disputationibus sermo est, quae sine exceptione omnes in quaerenda veritate versabantur. Itaque qui dissentiunt omnes semper *de veritate* dissentiunt,

sed putidum est id addere. Habet hoc hodie quaedam Theologorum natio, ut maledictis insectentur eos, a quibus dissentiant, sed quis tandem adiecerit: *eos a quibus* de veritate *dissentiant?*

Cicero *de Finibus* II. §. 92. *Dolor igitur — metuetur semper, etiam si non aderit:* IAM *enim adesse poterit.* Non est satis *iam ἤδη*: requiritur aliquid acrius *αὐτίκα μάλα*: IAM IAMQUE *enim adesse poterit. Puncto temporis*, ait, poterit adesse dolor. Idem mendum exime e libro IV. §. 64. *quoniam catuli qui* IAM *dispecturi sunt caeci aeque et ii qui modo nati.* Imo vero *iam iamque*, ut III. §. 48. *ut iam iamque possint emergere.*

Cicero *de Finibus* III. §. 4. *ut omittam artes elegantes — ne opifices quidem tueri sua artificia possent, nisi vocabulis uterentur nobis incognitis, usitatis sibi. — Quo magis hoc philosopho faciendum est. Ars est enim philosophia* [vitae]: *de qua disserens arripere verba de foro non potest.* Interstrepit sciolus. Cicero dixerat: ARS *est enim philosophia*, ac propterea ut caeterae artes omnes utitur vocabulis apud reliquos inusitatis. Cuius rei ars sit, nil ad rem: *artem* esse satis est. Magistellus ex I. §. 42. *sapientia quae ars* VIVENDI *putanda est*, et V. §. 16. *ut medicina valetudinis sic vivendi ars est prudentia*, inseruit *vitae*, idque perincommodo loco, quo indicio qui habent aurem istiusmodi fraudes facilius deprehendunt. Quis enim sanus si vellet dicere *namque ars vitae est philosophia* dixerit: *ars est enim philosophia vitae?*

Recte Cicero V. §. 18. *prudentia, quam artem vitae esse diximus.* Sumtum hoc quoque a Graecis est, qui *τὴν περὶ τὸν βίον τέχνην* philosophiam esse dicebant.

Cicero *de Finibus* III. §. 5. *Zeno — non tam rerum inventor fuit quam verborum* [novorum]. Supervacuum et aliena sede collocatum *novorum* expunxerim. Dixisset saltem: *non tam rerum* NOVARUM — *quam verborum.* Sed neutro opus est: necesse est enim verba a Zenone *inventa* NOVA et inaudita fuisse.

Cicero *de Finibus* III. §. 52. *nemo dicit in regia regem ipsum quasi productum esse ad dignitatem — sed eos, qui in aliquo*

honore sint, quorum ordo proxime accedit (ut secundus sit) *ad regium principatum.* Spuria sunt et expungenda verba *ut secundus sit.* Namque et inepte abundant, quia necesse est *secundum esse* quidquid ad aliquid proxime accedat, et verba arcte coniungenda *proxime accedit ad regium principatum* moleste disiungunt.

Emblemate vitiatus est locus Ciceronis *de Finibus* IV. §. 5. quem primum emendatum proponam: *Quam multa illi* (Peripatetici et Academici) *de rep. scripserunt! quam multa de legibus! quam multa non solum* PRAECEPTA, *sed etiam* EXEMPLA *bene dicendi reliquerunt!* Multis post Ciceronem saeculis ad PRAECEPTA adscripsit nescio quis *in artibus*, ad EXEMPLA *in orationibus.* Primum res ipsa loquitur *praecepta bene dicendi ἐν ταῖς τέχναις* reperiri, sed quae tandem sunt Academicorum et Peripateticorum *orationes?* nam quae de Republica aut de Legibus Plato, Aristoteles, Theophrastus, Dicaearchus scripserunt non sunt *orationes.* Medeberis omni incommodo ubi sciolum sua sibi habere iusseris. Iam tu mihi inspice in vulgata absurdam verborum compositionem: *non solum praecepta* in artibus, *sed etiam exempla* in orationibus *bene dicendi reliquerunt.* Quis mediocris scriptor, nedum Cicero, verba tam ineptum in modum traiecisset, et arctissime coniuncta *exempla bene dicendi* inepte interponendo *in orationibus* disiunxisset? In quo genere librorum *exempla bene dicendi* illi reliquerint apparet ex vicinia: *Quae sunt eorum consolationes, quae cohortationes! quae etiam monita et consilia scripta ad summos viros!*

Cic. *de Fin.* IV. §. 7. *Totum genus hoc et Zeno et qui ab eo sunt aut non potuerunt aut noluerunt, certe reliquerunt.* „*Zeugmatis singularis species*" Madvigio esse videtur, cuius tamen „*exemplum prorsus simile*" negat se reperisse. Non zeugma sed mendum vel lacunam in his esse arbitror et scripsisse Ciceronem: *aut non potuerunt* TUERI *aut noluerunt.* Cf. IV. §. 41. *quaesita enim virtus est non quae* RELINQUERET *naturam, sed quae* TUERETUR. *At illa, ut vobis placet, partem quandam* TUETUR, *reliquam* DESERIT. Et sic saepius *tueri* ponitur pro *tenere, retinere, servare.*

Cic. *de Fin.* IV. §. 22. *neque virtus in ullo nisi in sapiente, nec felicitas vere dici potest.* Periit verbum ad sententiam prorsus necessarium, nam nihil est *virtus in sapiente dicitur.* Supplendum: *nec felicitas vere dici potest* INESSE.

Ibid. continuo sequitur: *Quae est igitur ista philosophia, quae communi more in foro loquitur, in libellis suo? praesertim quum quod illi suis verbis significent in eo nihil novetur, eaedem res maneant alio* MODO. Quid quaeso est quod dicuntur *res eaedem manere alio* MODO? Imo vero *alio* NOMINE. Nam statim addit: *Quid enim interest divitias, opes, valetudinem* BONA *dicas anne* PRAEPOSITA? Res enim mutato nomine manet eadem.

Cicero *de Fin.* IV. §. 23. *Panaetius quum ad Q. Tuberonem de dolore patiendo scriberet — nusquam posuit non esse malum dolorem: sed quid esset et quale — deinde quae ratio*

ESSET PERFERENDI CUIUS QUIDEM quoniam stoicus fuit.
SENTENTIA CONDEMNATA MIHI VIDE-
TUR ESSE INANITAS ISTA VERBORUM.

Sic haec olim in vetusto libro scripta fuisse existimo. Adscripserat nescio quis in margine *quoniam stoicus fuit*, unde nata est vulgata lectio: *cuius quidem quoniam Stoicus fuit sententia.* Quis autem praesertim admonitus in animum inducere poterit Ciceronem Catoni de Stoicorum principe dicere potuisse *quoniam Stoicus fuit?* Quis aequo animo perfectum feret *quoniam Stoicus* FUIT? Quis denique, si haec quammaxime genuina essent, non sentit alieno loco esse interposita: *cuius quidem* quoniam Stoicus fuit *sententia?* Expellamus igitur aliquando ineptum emblema, quod nos satis diu ludificatum est.

Cicero *de Fin.* IV. §. 24. Catoni dicenti: *quae adhuc protulisti popularia sunt: ego autem a te elegantiora desidero.* respondet Cicero: *a mene tu? sed tamen enitar, et si minus mihi* [multa] *occurrent, non fugiam ista popularia.* In *multa*, ut scribit Madvigius „*nonnulli haeserunt adiectivum (adiectiuom* volui dicere: semper hic erro.) *eiusmodi requirentes quod alteri* (popularia) *contrarium esset.*" Davisium dicit qui coniecerat: *si minus mihi* culta *occurrent.* Sed *culta* eo sensu, quem locus postulat, non

est Latinum, neque dici potest hanc Davisii coniecturam *minus cullam* esse. Summo iure tamen Davisius in *multa* haerebat, sed in eo fallitur quod emendare conatur quum expungere deberet. Dixit Cicero: *enitar* (elegantiora dicere) *et si minus mihi occurrent* (quae sint elegantiora) *non fugiam ista popularia.* Non postulatur a Cicerone ut *multa* scita et exquisita dicat, modo ne popularia et protrita loquatur. *Si minus* est Graecorum *εἰ δὲ μή*, ut *quo minus* est *ὅπως μή*. *Προθυμήσομαι δ' ὅμως*, inquit, nempe *κομψότερα λέγειν. εἰ δέ μοι μὴ παραστήσεται (τὰ κομψότερα) πρὸς τὰ δημοτικὰ ταῦτα καὶ συνήθη καταφεύξομαι.* Sciolus nescio quis *si minus* non intellexit et de suo *multa* addidit.

Cicero *de Fin.* IV. §. 28. *Uno* autem *modo in virtute sola summum bonum recte poneretur, si quod esset animal quod totum ex mente constaret.* Non est sententiae aptum *autem.* Cicero quod in caeteris recte fieri negat, in hac una re concedit. Itaque dixerit: *uno* TANTUM *modo — recte poneretur.*

Suavissimam allegoriam apud Ciceronem *de Fin.* IV. §. 31. vocabulum a sciolo additum inquinavit et corrupit in his: *nec si sapiens ad tortoris eculeum a tyranno ire cogatur, similem habeat vultum et si ampullam perdidisset, sed ut magnum et difficile certamen iniens cum sibi cum capitali adversario* [dolore] *depugnandum videret, excitaret omnes rationes fortitudinis ac patientiae, quarum praesidio iniret difficile illud, ut dixi, magnumque proelium.*

Sentisne additum *dolore* tamquam macula leporem ac gratiam loci corrumpere? Eratne fortasse metuendum ne quem fugeret quis esset *capitalis* ille *adversarius*, quocum sapienti ad eculeum eunti foret certamen? Itaque insulsum et puerile additamentum quam primum censeo expellendum.

Cicero *de Fin.* IV. §. 40. *sin ea non negligemus neque tamen ad finem summi boni referemus, non multum ab Herilli levitate* ABERRABIMUS. Manifesto mendosum est *aberrabimus.* Ex ipsa rei natura *aberrare* quis dicitur ab eo, quod rectum, quod verum, quod honestum est, quod quis consequi, quo potiri cupit: non

a pravis et vitiosis. Itaque *a levitate aberrare* absurdum est. Expunctis tribus literulis vera lectio redibit: *non multum ab Herilli levitate* ABERIMUS.

Cicero *de Finibus* IV. §. 62. — *illius qui aeque vir bonus* multis modis *esset, ut Ennii Alcmaeo*

circumventus morbo, exsilio atque inopia.

Recte viderunt viri docti *multis modis* Ennii esse, non Ciceronis, sed vetus vocabulum Ennianum repositum oportuit *multimodis*. Dixerat enim poëta:

multimodis *sum circumventus morbo, exsilio atque inopia.*

Cf. Cic. *de Orat.* III. §. 168.

Cicero *de Fin.* IV. §. 72. *videsne igitur Zenonem tuum cum Aristone verbis* CONSISTERE, *re dissidere: cum Aristotele et illis re consentire, verbis discrepare? Consistere* eo sensu, quem sententia aperte requirit, nec dixit quisquam nec dicere potuit. Cicero bis idem dixit verbis diversis. Eadem plane significatio est et oppositio inter *consistere — dissidere* et *consentire — discrepare*. Itaque pro *consistere* res ipsa clamat CONCINERE (*συνᾴδειν*) reponi oportere. ut §. 60. *quid attinuit cum iis, quibuscum re* CONCINEBAT, *verbis discrepare?*

Cicero *de Fin.* IV. §. 73. *Facete M. Piso — hoc modo Stoicos irridebat. Quid enim? aiebat;* bonum *negas esse divitias,* praepositum *esse dicis. — quod si verbum sequimur primum longius verbum* praepositum *quam* bonum. — *Nihil ad rem! — Ne sit sane: at certe gravius. Nam* bonum *ex quo appellatum sit nescio,* praepositum *ex eo, credo, quod praeponatur aliis. Id mihi magnum videtur.* Excidit propter *ὁμοιοτέλευτον* pars verborum. Lacunam sic expleverim: praepositum *ex eo, credo, quod praeponatur aliis:* QUOD AUTEM PRAEPONITUR ALIIS *id mihi magnum videtur.* Piso sic iocatur: Aristoteles, inquit, *bonum esse divitias fatetur, sed neque* MAGNUM *bonum et prae rectis honestisque contemnendum;* vos Stoici *praepositum* esse dicitis. Necesse est autem *praepositum* quod sit *magnum* esse. Itaque vos divitias pluris quam Aristoteles aestimatis. Vel *τὸ ἀσύνδετον* in verbis: *Id mihi magnum videtur* argumento est aliquid excidisse.

Cicero *de Finibus* V. §. 87. *Cur ipse Pythagoras — tantas regiones barbarorum pedibus obiit, tot maria transmisit? Cur haec eadem Democritus? qui (vere falsone* NON *quaeremus) dicitur se oculis privasse.* In libris plerisque est: *vere falsone quaereremus* sine sensu. Davisius igitur plaudente Madvigio NON inseruit de suo et ita scripsit: *vere falsone* NON *quae*RE*mus.* Sed qui ita dicit satis ostendit eam rem sibi fictam et commenticiam esse videri. Quis autem sumit argumentum ex ea re quam ipse falsam esse confitetur? Equidem non unum vocabulum sed duo periisse suspicor et supplendum: *vere falsone* NUNC NON *quaeremus.* Sic enim fieri potest ut ea res, quam *nunc* quaerere non vacat, vera esse reperiatur ubi quaesieris. Sic etiam futurum recte habet: *non nunc* (sed postea) *quaeremus.*

Cicero *de Finibus* V. §. 87. de Democrito dicit — *quid quaereus aliud nisi vitam beatam? Quam si etiam in rerum cognitione ponebat, tamen ex illa investigatione naturae consequi volebat bono ut esset animo. Id enim ille* [summum bonum] *εὐθυμίαν et saepe ἀθαμβίαν appellat* [id est animum terrore liberum]. Hic locus duplici additamento oneratus et impeditus est. Vera lectio esse videtur: *Id enim* (bono animo esse) *ille εὐθυμίαν et saepe ἀθαμβίαν appellat.* deletis verbis *summum bonum.* Praeterea sciolus adscripsit: *id est animum terrore liberum.* Putidum est enim vocabula omnibus nota et perspicua *εὐθυμίαν* et *ἀθαμβίαν* doctis philosophis a Cicerone explicari. Postremo ea ipsa interpretatio falsa est et Cicerone indigna. Democritea enim *εὐθυμία* et *ἀθαμβία* non est *ἀφοβία* sed *ἀθαυμασία, ἀκαταπληξία, nil admirari,* nulla re vehementius animo commoveri aut percelli et in omni re aequam et tranquillam mentem servare: quod nisi in sapientem non cadit et iure *summum bonum* esse indicatur.

C. G. C.

AD SCHOLIA IN ODYSSEAM.

Odyss. A. 10. τὸ δὲ ἀμόν παρὰ τοῖς Ἴωσι τὸν ἕνα δηλοῖ οὐδαμόν τὸν οὐδαμινόν: nihil est in his veri, et passim ea re videbis et magistros errare et scribas. In iuniorum ę tiam paucis rem expediam. Εἴς γέ τις habet adverbium ἀμωσ πως, id est ἐξ ἑνός γέ του τρόπου, ἑνί γέ τῳ τρόπῳ, ἕνα τινα τρόπον, namque omnia haec in frequenti usu sunt. Eoc modo nata sunt adverbia ἀμῃγέπῃ, ἀμουγέπου, ἀμοθενγέπ et ἀμοσεγέποι, quibus respondent οὐδαμῶς, οὐδαμῇ, οὐδαμ οὐδαμόθεν et οὐδαμόσε. Plato in *Charmide* pag. 175. C. ἀδύ τον ἄ τις μὴ οἶδε μηδαμῶς ταῦτα εἰδέναι ἀμωσγέπ Manifestum est omnia haec ex prisco ΑΜΟC esse progn ut πῶς, πῇ, ποῦ, πόθεν, ποῖ ex vetere forma ΠΟC form esse apparet, sed neque ΠΟC usquam locorum reperitur ne ΑΜΟC. Quod addidit magister καὶ οὐδαμόν τὸν οὐδαμιν hoc quoque falsum est et commenticium: formam οὐδα neque vidit quisquam neque videbit. Herodotus quoties οὐ in *plurali* numero ponendum erat, non (ut Attici) οὐδένες d bat, sed οὐδαμοί, similiterque μηδείς habet sibi responden *pluralem* formam Ionicam μηδαμοί, non μηδένες. Quae vid esse huius rei in perfrequenti usu *unica* exceptio apud Her tum IX. 58. emendatione loci removenda est. Editur: διέδε ἐπεί σφεας ἔδεε πρὸς τοὺς ἀψευδέως ἀρίστους ἀνθρώπων μ διακριθῆναι ὅτι οὐδΕΝΕC ἄρα ἐόντες ἐν οὐδαμοῖσι ἐοῦσι Ἕλλ ἐναπεδεικνύατο, sed resecta una syllaba scribendum ὅτι οὐδ ἄρα ἐόντες, ut in Platonis *Rep.* pag. 562. D. τοὺς τῶν ἀρχόν

κτητικούς προπηλακίζει ὡς ἐθελοδούλους τε καὶ οὐδϵΝ ὄντας, et alibi saepe.

Sunt etiam perantiqua adverbia non dissimilia hisce ὁμῶς, ὁμοῦ, ὁμόθεν et ὁμόσε, sed ΌΜΟC, unde prognata sunt, tulit aetatem in carminibus Homericis ὁμὸς θρόος, ὁμὴ τιμή, ὁμὴ σορός, ὁμὸν γένος, sed ΆΜΟC et ΠΟC ipsa funditus perierunt et sola progenies superest.

Ex hisce igitur et Grammaticorum errores et vitia scribarum facili negotio deprehendes et tolles. Scholiastes ad Platonis *Sophistam* pag. 259. D. (descriptus a Suida v. Ἀμηγέπη) ἀμηγέπη: ὁπωσδήποτε, καθ' ὁτιοῦν. λέγεται δὲ καὶ ἀμωσγέπως καὶ ἀμόθεν καὶ ἀμουγέπου καὶ ἀμοιγέποι καὶ ἀμοσέποι. Scribendum: ἀμηγέπη — ἀμωσγέπως καὶ ἀμοθενγέποθεν καὶ ἀμουγέπου καὶ ἀμοσεγέποι. Similes errores et apud Hesychium inveterarunt et apud alios.

Odyss. A. 62. τί νύ οἱ: ΜΙΑ μόνη ὀξεῖα. τὰ γὰρ παράλληλα ἐγκλιτικὰ καὶ μάλιστα ὅτε εἰς φωνῆεν λήγει προφάσει τῶν δύο βαρειῶν οὐκ ἐγείρει τὸν τόνον. Ergo Herodianus scribebat: τί νυ οἱ. Saepius sic Scholia scribarum errore et Editorum incuria sibi ipsa contradicunt. A. 215. μήτηρ μέν τέ Μϵ φησι: ἡ μὲν ΜϵΝ ἀπόλυτος pro ἡ μὲν Μϵ. B. 31. ἡμῖν: ἀπολύτως ἡ ἀντωνυμία. pro ἧμιν: ἀπόλυτΟC κτέ. (sic et B. 33.) Δ. 28. ἀλλ' εἶπ' εἰ σΦῶϊν: ἐγκλιτέον τὸ σΦῶϊν. pro εἴ σΦωϊν. Δ. 294. τράπεθ' ἡμέας: ἀπόλυτος ἡ ἡμέας· διὸ ΤΡΙΤΗ ἀπὸ τέλους ἡ ὀξεῖα. pro ἧμεας. cf. Δ. 652. Δ. 619. κεῖσέ με: ὀρθοτονητέον τὸ μέ. pro κεῖσ' ἐμέ: ὀρθοτονητέον τὴν ἐμέ. Λ. 502. τέων: ὁ Ἀρίσαρχος καὶ ἐγκλίνει τὸ τέων. pro τεῳ et τὸ τεῳ.

Eiusdem generis error est B. 2. ὄρνυτο ὡς τὸ „ὤχθησαν δ' ἀνὰ δῶμα." σπανίως γὰρ ὁ ποιητὴς αὔξει τὴν ἄρχουσαν εἰ μή που διὰ τὸ μέτρον. Estne perspicuum Ὄρνυτο et Ὄχθησαν reponi oportere?

Odyss. A. 69. οὐκ ἦν μονόφθαλμος ὁ Κύκλωψ καθ' Ὅμηρον. φησὶ γοῦν·

πάντα δέ οἱ βλέφαρ' ἀμφὶ καὶ ὀφρύας (εὖσεν ἀϋτμή).

— ΜΟΝόφθαλμος οὖν ἦν καθ' Ὅμηρον τοῦ ἑνὸς αὐτοῦ ὀφθαλμοῦ προτυφλωθέντος. Aristarchea haec observatio est: sed ne

sibi ipse Criticorum princeps contradicat emenda ἘΤΕΡόΦθαλμος οὖν ἦν. Repetitur eadem animadversio ad Odyss. I. 383. ὁ Κύκλωψ κατὰ μὲν Ὅμηρον οὐκ ἦν μονόφθαλμος φύσει ἀλλὰ κατά τινα συντυχίαν τὸν ἕτερον τῶν ὀφθαλμῶν ἀποβεβλήκει. δύο γὰρ ὀφρύας εἶχε· φησὶ γάρ·

πάντα δέ οἱ βλέφαρ' ἀμφὶ καὶ ὀφρύας εὖσεν ἀϋτμή,

In hoc ipso argumento ἑτερόφθαλμος scriptum est ad Odyss. I. 106. quoniam εἰκὸς ἦν τὸν Πολύφημον κατά τινα ἄλλην αἰτίαν τὸν ἕτερον τῶν ὀφθαλμῶν ἀπολωλεκέναι. Grammatici sedulo τὸν μονόφθαλμον et τὸν ἑτερόφθαλμον inter se distinguunt. Audi Ammonium: Ἑτερόφθαλμος καὶ Μονόφθαλμος διαφέρουσιν. Ἑτερόφθαλμος μὲν γὰρ ὁ κατὰ περίπτωσιν πηρωθεὶς τὸν ἕτερον τῶν ὀφθαλμῶν· μονόφθαλμος δὲ ὁ ἕνα μόνον ὀφθαλμὸν ἔχων ὡς ὁ Κύκλωψ. Neque ille quisquis est neque Pollux II. 62. e Valckenario laudatus Aristarcheae observationis aut gnari fuerunt aut memores. Non potuit summi Critici animadversio quamquam verissima constantem omnium opinionem per multa saecula inveteratam exstirpare. Primus omnium Hesiodus Homeri verba perverse acceperat *Theogon.* 144. (Schol. ad Odyss. I. 106.)

Κύκλωπες δ' ὄνομ' ἦσαν ἐπώνυμοι οὕνεκ' ἄρα σφέων
κυκλοτερὴς ὀφθαλμὸς ἓεις ἐνέκειτο μετώπῳ.

Secuti sunt Tragici in Satyricis fabulis, Comici, ut Cratinus ἐν Ὀδυσσεῦσιν, artifices, pictores, fictores, Theocritus denique XI. 31.

οὕνεκά μοι λασία μὲν ὀφρὺς ἐπὶ παντὶ μετώπῳ.

et sic penitus insitus error evelli non potuit. Sed quidquid eius rei est Aristarchus ipse quum de ea re sententiam suam exponeret non aliter poterat dicere quam: ἘΤΕΡόΦθαλμος οὖν ἦν καθ' Ὅμηρον (οὐ ΜΟΝόΦθαλμος).

Superest de eadem re vetus scholium ex Etymologico Sorbonico editum a Gaisfordo ad Etym. Magn. pag. 544, 7. in cuius fine ita scribitur: ἔδει γὰρ Ὅμηρον εἰπόντα

ἡμῖν δὲ κατεθλάσθη φίλον ἦτορ
δεισάντων φθόγγον τε βαρὺν αὐτόν τε πελωρόν.

προσεπιζεῦξαι τοιόνδε τι·

μοῦνόν τ' ὀφθαλμὸν μέσῳ ἓν ἐόντα μετώπῳ.

ubi scribe μέσσῳ ἐνεόντα μετώπῳ.

Odyss. B. 3. *σημαίνει ὅτι τὸ παλαιὸν ὅμοις τὰ ξίφη περιεβάλλοντο.* Pro *σημαίνει* olim scriptum erat Cη id est *σημείωσαι*, sed antiqua Scholii forma haec est: (*ἡ διπλῆ*) *ὅτι τὸ παλαιόν κτέ.* ex Aristonici *σημείοις*. Eodem modo ad vs. 11. annotatur: *τοῦτό τινες σημειοῦνται πρὸς τὸν ἄγροικον τῶν παλαιῶν βίον.* pro: (*ἡ διπλῆ*) *πρὸς τὸν ἄγροικον κτέ.* et sic passim *ἐν τοῖς τοῦ Ἀριστονίκου σημείοις.*

Odyss. B. 41.

ὦ γέρον, οὐχ ἑκὰς οὗτος ἀνήρ (τάχα εἴσεαι αὐτός)
ὃς λαὸν ἤγειρα.

versum *κακόμετρον* mendosum esse suspicor et sic restituendum ut scribatur: *ὃς* TON *λαὸν Ἄγειρα.*

Ἄγειρα sine augmento est Odyss. Ξ. 285. *πολλὰ δ' ἄγειρα*, et Γ. 140. *τοῦ εἵνεκα λαὸν ἄγειραν*, et alibi. Additur articulus ut in Odyss. B. 134. *ἐκ γὰρ τοῦ πατρὸς κακὰ πείσομαι*, et sic passim.

In vs. 45. *ὅ μοι κακὸν ἔμπεσεν οἴκῳ*, haud spernendam lectionem veterem Marcianus servavit hanc:

ὅ μοι κακὸν ἔμπεσε ΚΗΔΟC.

ut in Iliad. Σ. 8.

μὴ δή μοι τελέσωσι θεοὶ κακὰ κήδεα θυμῷ.

Odyss. B. 123.

τόφρα γὰρ οὖν βιοτόν τε τεὸν καὶ κτήματ' ἔδονται.

annotatur: *Ἀριστοφάνης τε τὲ ἤοι μνηστῆρες ἔδονται.* Aristophanis scriptura haec erat:

τόφρα μὲν οὖν βιοτὸν τεὸν οἱ μνηστῆρες ἔδονται.

Odyss. B. 146.

ὣς Φάτο Τηλέμαχος, τῷ δ' αἰετὼ εὐρύοπα Ζεύς
ὑψόθεν ἐκ κορυφῆς ὄρεος προέηκε πέτεσθαι.

Scholion: *τὼ δ' αἰετώ: τινὲς τὸ* TΩ *περισπῶσιν ἐπὶ τοῦ Τηλεμάχου ἀκούοντες.* Nulla est dubitatio quin vera scriptura sit: TΩI *τῷ δ' αἰετὼ — Ζεὺς — προέηκε πέτεσθαι*, sed multis indiciis collegi in libris vetustissimis perinde atque in recentioribus *τὸ παραγεγραμμένον Ἰῶτα* non fuisse adscriptum. Erat igitur: TΩΔAIϵTΩ sed utrum esset legendum *τὼ δ' αἰετώ*

an τῶι δ' αἰετώ Critici et Grammatici definiebant. Hinc se centies et ab aliis et ab Aristarcho admonemur aut σὺν τ ἰῶτα, aut ἄνευ sive χωρὶς τοῦ ἰῶτα esse scribendum. Hinc multis vocabulis olim I necessarium periit, ut in θῳή et δμι et Τρῳή ostendimus ad B. 192., et in aliis compluribus ali ostendemus. Nunc unum tantum locum addam ἐκ τῶν ΠορΦ ρίου ζητημάτων Ὁμηρικῶν cap. 8. ubi Ἀλέξανδρος ὁ Κοτυαεὶ Aristidis Smyrnaei magister, in loco Herodoti I. 92 legeba ἐν ΒραγχίΔΗCΙ ΤΗCΙ Μιλησίων et annotavit: γέγραπται κα πάντα ἁπλῶς τὰ ἀντίγραφα τὸ ΤΗC ἄρθρον σὺν τῷ ἰῶτα (ΤΗC ἰσοδυναμοῦν τῷ ταῖς. et post pauca: τοῦτο δὲ θεραπεύων — τ συγγραΦέα (leg. γραΦέα) Φησὶ διαμαρτεῖν παρεμβαλόντα ἰῶτα. Emendabat enim τΗC Μιλησίων pro ΤΗCΙ. Manifestu est ex his τοῦ παραγεγραμμένου ἰῶτα in illis libris nec vola nec vestigium fuisse, ut neque in Homericis.

Odyss. B. 424. μεσόδμης: ἰσοδόκης. — τῆς λίνου λέγει, ἣν ἐμβάλλεται ὁ ἰστός. Lenissime emendandum: τῆς ΛΗνοῦ λέγ Appellatur enim post Homerum ἡ ἰσοδόκη a similitudine form ἡ ληνός. Pollux I. 91. partes navium enumerans τὸ μὲν ὑποδ χόμενον τὸν ἰσόν, inquit, ΛΗΝΟC, τὸ δὲ ἐναρμοζόμενον αὐ ΠΤΕΡΝΑ, ut apud Athenaeum pag. 474. F. τοῦ γὰρ ἰσοῦ κατωτάτω πτέρνα καλεῖται, ἣ ἐμπίπτει εἰς τὴν ληνόν. Cer est igitur emendatio: ἰσοδόκης — τῆς ΛΗΝΟΥ λέγει.

Odyss. Γ. 178. ἐννύχιαι: ἀρειανοὶ γρ. ἐννύχιοι. sic Hi leianus. Porson. αἱ Ῥιανοῦ γράΦουσιν, quod Dindorf. recep Sed *una* tantum Rhiani erat ἔκδοσις. Corrigendum igitu ἐννύχιαι: Ῥιανὸς γράΦει ἐννύχιοι. Rhianus fere *semper* scribis ἀρεικνός appellatur. *Ariani* quinam essent homines nih probe sciebant: *Rhianum* poëtam ne natum quidem esse sciebar ut opinor.

Quod de philosophis alicubi Cicero dixit: *„nihil est adeo surdum quod non ab aliquo philosopho dicatur"* idem summo iu in Grammaticos dixeris, neque illepide Athenaeus: οὐδὲν ἂν τῶν γραμματικῶν μωρότερον εἰ μὴ ἰατροὶ ἦσαν. Audi quid venerit in mentem ad Odyss. Γ. 267.

τὰρ δ' ἄρ' ἔην καὶ 'ΑΟΙΔΟC ἀνήρ.

Putaverit aliquis ἀοιδός quid esset satis inter omnes constare. Grammaticis aliter visum. audi: τινὲς 'ΑΟΙΔΟΝ τὸν εὐνοῦχον νοοῦσιν ἐκ τοῦ Α ϛερητικοῦ μορίου καὶ τοῦ αἰδοίου τὸν ἐϛερημένον τῶν αἰδοίων. Hinc Hesychius: Ἀοιδός: ᾠδός. κιθαρῳδός. καὶ ὁ τιμητής καὶ ὁ θρηνῳδός. ὁ εὐνοῦχος, Πεδῶν, leg. σπάδων. *Haud vidi magis*, dixerit aliquis. Ἀοιδός pro ἀναιδοῖος, idque pro εὐνοῦχος. Deliramenta haec sunt. Sed dabo quod etiam absurdius est. Hesychius: Δοῖδος: σπάδων. Stolidum est Ἀοιδός: σπάδων, sed quid eo homuncione facias qui Δοῖδος substituerit? ΝᾶΦε καὶ μέμνασ' ἀπιϛεῖν.

Odyss. Γ. 267. οἱ μὲν ἀοιδοὺς λέγουσι τοὺς τραγῳδούς. Mirificos quosdam τραγωδούς narrant nobis Clytaemnestrae aequales. Paullo minus inepte ῥαψῳδούς, credo, dederat.

Odyss. Γ. 313. καὶ σὺ Φίλος: οὗτος ὁ τόπος ἀνέπεισε Ζηνόδοτον ἐν τοῖς περὶ τῆς ἀποδημίας Τηλεμάχου διόλου τὴν Κρήτην Ϝϵναντι τῆς Σπάρτης ποιεῖν. legendum 'ΑΝτὶ τῆς Σπάρτης. Tum in Zenodotea scriptura corrige:

κεῖθεν δὲ Κρήτηνδε παρ' Ἰδομενῆα ἄνακτα.

qui si (ut probabile est) in *omnibus* libris repertam lectionem:

κεῖθεν δὲ Σπάρτηνδε παρὰ ξανθὸν Μενέλαον.

sic mutavit *de suo*, non admodum timidus Criticus videtur fuisse; sed male haec annotatio refertur ad vs. 313, apponenda est ad vs. 317.

ἀλλ' ἐϛ ΜϵΝ Μενέλαον ἐγὼ κέλομαι καὶ ἄνωγα
ἐλθεῖν.

et sic ex Eustathio supplenda: οὗτος ὁ τόπος (διὰ τὸν ΜϵΝ σύνδεσμον) ἀνέπεισε Ζηνόδοτον κτέ.

In farragine Scholiorum ἀδεσπότων, quibus hodie utimur, optima pessimis permixta leguntur. Alii exquisite et pereleganter loquuntur, alii sordida et plebeia oratione utuntur, veluti ad Γ. 378. ubi legitur: προκατηχημένος ὑπὸ τοῦ Νέϛορος ὅτι Φιλεῖ τὸν Ὀδυσσέα ἡ Ἀθηνᾶ, namque προκατηχημένος idem est atque προδεδιδαγμένος, προμεμαθηκώς, προπεπυσμένος. Apud Christianos enim bono sensu κατηχεῖσθαι dicitur, quod apud

Stoicos olim dicebatur de illis, qui pravis vulgi opinionibus, quas quotidie et ab omnibus audiebant, paullatim a naturae veritate abducebantur. Diogenes Laërt. in Zenone VII. 89. *διαστρέφεσθαι δὲ τὸ λογικὸν ζῷον ποτὲ μὲν διὰ τὰς τῶν ἔξωθεν πραγματειῶν πιθανότητας, ποτὲ δὲ διὰ τὴν* KATHXHCIN *τῶν συνόντων.* et sic *κατηχεῖσθαι* dicitur ut *κατακτυπεῖσθαι, καταυλεῖσθαι* ut sim. Deinde apud sequiores ut *λαλεῖν* pro *λέγειν* dicebatur, sic *κατηχεῖν* pro *διδάσκειν* et *κατηχεῖσθαι* pro *μανθάνειν* et pro *πυνθάνεσθαι.*

Odyss. Δ. 54. *παρὰ δὲ ξεστὴν ἐτάνυσσε τράπεζαν: παρέκειντο γὰρ τοῖς θρόνοις αἱ τράπεζαι. εἰκότως δὲ* NYN *τὰ περὶ τῆς τραπέζης παράκειται. οὐ* ΓΑΡ *ἐν τῷ ξενίζεσθαι παρὰ Τηλεμάχῳ τὴν Ἀθηνᾶν. ἐπεισεληλύθασι γὰρ οὗτοι τοῖς περὶ τὸν Μενέλαον, ἐξ ἀρχῆς δὲ παρὰ τῷ Τηλεμάχῳ πάρεσιν ὁ Μέντης.* Hoc scholion declarat in libro A. vss. 139 sq. a Criticis *ἠθετῆσθαι.* Sed multarum *ἀθετήσεων* in Scholiorum quibus nunc utimur reliquiis suo loco nulla mentio apparet, quarum memoriam aliunde ex tenui nonnumquam indicio elicere et colligere oportet. Dabo duo exempla. Ad Odyss. B. 316, 317. nihil est annotatum, sed ad B. 325. haec leguntur: *βεβαιωτικὰ ταῦτα τὰ ἔπη τοῦ μὴ εἰρῆσθαι ὑπὸ Τηλεμάχου τοὺς προηθετημένους στίχους·*

πειρήσω ὥς κ' ὔμμι κακὰς ἐπὶ κῆρας ἰήλω
ἠὲ Πύλονδ' ἐλθὼν ἢ αὐτοῦ τῷδ' ἐνὶ δήμῳ.

ἀποροῦντες γὰρ λέγουσιν „ἤ μάλα Τηλέμαχος" οὐκ ἂν ἀπορήσαντες οἱ προακηκοότες. Similiter ad Iliad. Γ. 409.

εἰσόκε σ' ἢ ἄλοχον ποιήσεται ἢ ὅγε δούλην.

ex Didymo nil annotatur, sed ad Odyss. Δ. 12. legimus: *τινὲς δὲ τὸ Δούλης κύριόν φασι διὰ τὸ μηδέποτε οὕτω λέγειν τὸν ποιητὴν τὴν θεράπαιναν. διὸ καὶ τὸ·*

εἰσόκε σ' ἢ ἄλοχον ποιήσεται ἢ ὅγε δούλην.

ἀθετοῦσιν.

Odyss. Δ. 231. *ἰητρὸς δὲ ἕκαστος:* — *Ἀρίσταρχος δὲ γράφει οὕτως·*

ἰατρὸς δὲ ἕκαστος ἐπεὶ σφίσι δῶκεν Ἀπόλλων
ἰᾶσθαι· καὶ γὰρ παιήονός εἰσι γενέθλης.

ΚΑΚΩC. *διαφέρει* (*γὰρ* add.) *ὁ Παιήονων Ἀπόλλωνος, ὡς καὶ Ἡσίοδος μαρτυρεῖ·*

εἰ μὴ Ἀπόλλων Φοῖβος ὑπὲκ θανάτοιο σαώσαι,
ἢ καὶ Παιήων, ὃς ἀπάντων φάρμακα οἶδεν.

Quis tandem ille est, qui Aristarchi lectionem tam confidenter uno verbo (*κακῶς*) reiecerit? Sed fieri non potest ut haec sit lectio Aristarchi, qui diligenter *Ἀπόλλωνα* et *Παιήονα* distinguebat. vid. Scholia Venet. ad Iliad. A. 473. et E. 898. Quid igitur? Scriba nobis imposuit, sed fraude deprensa emendabimus: ΑριϛΟΦΑΝΗϹ *δὲ γράφει οὕτως*. Ipse Aristarchus, homo minime blandus, uno verbo pronuntiat *κακῶς*, ut passim alibi, et *εὐήθως*, *ἀκαίρως*, *γελοίως*, *ἀπιθάνως*, *ἀγνοῶν*, *οὐ συνιείς*, et similia his alia complura. Scholiorum reliquiae, quibus hodie utimur, omnes *ἔκ τε τῶν Ἀριϛάρχου καὶ τῶν Ἀριϛαρχείων ὑπομνημάτων καὶ συγγραμμάτων* sumtae sunt, in quibus plurimi Zenodoti et complures Aristophanis errores in constituenda Poëtae oratione commissi notabantur, non ipsius Aristarchi. Praeterea quis nescit quam saepe *Aristarchi* nomen *μυριόλεκτον* et compendiose scriptum alias atque alias formas induerit? Pro *ἀρίϛαρχος* passim apparet *ἀχίλοχος*, *ἀριϛοφάνης*, *ἀρίων*, *ἀριϛίδης*, aut contra. In Scholiis Ven. ad N. 82. scribendum: *τὴν γὰρ χαράν, ὥϛ φησιν ἈρίϛΑΡΧΟϹ, οὐδετέρως ἀεὶ λέγει χάρμα*, pro *Ἀριϛίδης*. ad Odyss. Σ. 229. pro *ἠθέτει καὶ Ἀρίϛαρχος*, manifestum est *καὶ Ἀριϛοφάνης* esse verum. Sed imprimis ioculare mendum est in Scholiis Ven. ad Iliad. T. 365 — 368. *Ἀθετοῦνται ϛίχοι τέϲϲαρες· γελοῖον γὰρ τὸ βρυχᾶϲθαι τὸν Ἀχιλλέα, ᾗ τε ϲυνέπεια οὐδὲν ζητεῖ διαγραφέντων αὐτῶν. ὁ δὲ Σιδώνιος ἠθετηκέναι μὲν τὸ πρῶτον αὐτῶν τοὺς ἀριθμούς, ὕϛερον δὲ περιελεῖν τοὺς ὀβελοὺς ποιητικὸν νομίϲαντας τὸ τοιοῦτον.* Emenda: *ἠθετηκέναι μὲν τὸ πρῶτον αὐτΟΤϹ ΤΟΝ ἀρίϹΤΑΡΧΟΝ, ὕϛερον δὲ — ποιητικὸν νομίϲαντΑ.*

Apud ipsum poëtam vs. 231. pro:

ἦ γὰρ Παιήονός εἰϲι γενέθλης.

corrigendum arbitror: *ἘΚ γὰρ Παιήονός εἰϲι γενέθλης*, ut in Odyss. N. 130.

Φαίηκες, τοίπερ τοι ἐμῆς ἔξ εἰϲι γενέθλης.

Odyss. Δ. 279. *πόθεν γὰρ ὅλας* (pro *πάϲας*) *ἤδει, ἵνα καὶ τὰς φωνὰς αὐτῶν μιμήϲΗΤΑΙ*; Postulat certa et constans omnium Graece loquentium consuetudo, ut scribatur *ἵνα — ἐμιμησΑΤΟ*. Ubicumque enim *ἵνα* (et *ὅπως*) ponitur de ea re quae *futura*

fuisse dicitur si id evenisset quod factum non sit, indicativus est plane necessarius: veluti ubi praecedit ἔδει, ἐχρῆν, ἐβουλόμην ἄν (*vellem*), εἴθε, εἴθ' ὄφελον et sim. Exemplorum magna copia est apud omnes. Utar uno ex Platonis *Critone* ut mendum eximam. Editur pag. 44. D. εἰ γὰρ ὄφελον οἷοί τε εἶναι οἱ πολλοὶ τὰ μέγιστα κακὰ ἐξεργάζεσθαι ἵν' οἷοί τε ἦσαν αὖ καὶ ἀγαθὰ (leg. τἀγαθὰ) τὰ μέγιστα [καὶ καλῶς ἂν εἶχε]. νῦν δὲ οὐδέτερα οἷοί τε. Sciolus de suo inseruit καὶ καλῶς ἂν εἶχεν, importunissime post εἰ γὰρ ὄφελον.

Eadem opera locum in Paulina ad Corinthios Epistola I. 4. 8. vetere mendo liberabimus. In libris est: καὶ ὄφελόν γε ἐβασιλεύσατε ἵνα καὶ ἡμεῖς ὑμῖν συμβασιλεύσωμεν. Non erat qui haec scripsit Graecae compositionis tam imperitus ut non sentiret sententiam postulare: ἵνα — συΝϵβασιλεύσΑμεν, id est: οὕτω γὰρ ἂν (εἰ ὑμεῖς ἐβασιλεύσατε) καὶ ἡμεῖς ὑμῖν συνεβασιλεύσαμεν. Ad hunc enim modum loci omnes, ubi ἵνα indicativum habet, resolvi possunt, ut in *Critone*: οὕτω γὰρ ἂν (εἰ οἷοί τε ἦσαν τὰ μέγιστα κακὰ ἐργάζεσθαι) καὶ τἀγαθὰ τὰ μέγιστα οἷοί τε ἦσαν. Graeculi sequiores, olim amissa hac componendi forma, in talibus turbabant. Ex Euripide affertur in Stobaei *Floril.* 82, 1.

φεῦ, φεῦ, τὸ μὴ τὰ πράγματ' ἀνθρώποις ἔχειν
φωνήν, ἵν' ΨΩCΙ μηδὲν οἱ δεινοὶ λόγοι.

emendavit ex Plutarcho II. pag. 802. Λ.

ἵν' ΨHCAN μηδὲν οἱ δεινοὶ λέγειν.

Valckenarius in *Diatribe* pag. 148. sq. ubi plura de genere hoc collegit.

Odyss. Δ. 285. — ἀλλ' οὐδὲν τὸ κωλῦον οὐ βασιλέα ὄντα τοῦτον ἀλλὰ γενναῖον εἰς τὴν ἐνέδραν ταχθῆναι οὐ τῶν ἡγεμόνων μόνον ἀλλὰ καὶ [τῶν del.] ἄλλων ἐπιλέκτων ἐπὶ τὴν πρᾶξιν ἠρημένων. ΨΑριϛΟΝ νῦν οὐ τῷ ἀξιώματι ἀλλὰ τῇ ἀνδρείᾳ φησίν. Emenda: ἀρίϛΟΤC οὖν νῦν κτέ.

C. G. C.

AD SCHOLIA IN ODYSSEAM.

SCRIPSIT C. G. COBET.

In Scholio ad Odyss. Δ. 52, quod Porphyrii esse facile agnoscimus, vitium est in verbis: *τινῶν γὰρ τὰς ἀρχὰς μηνύσας — συγχωρεῖ ἡμῖν ἐπινοεῖν καὶ τὰ μεταξύ.* In tali re enim *ὑπονοεῖν* necessarium et tritum est. Lepide Aristophanes *Lysistr.* 37:

περὶ τῶν Ἀθηνῶν δ' οὐκ ἐπιγλωττήσομαι
τοιοῦτον οὐδέν, ἀλλ' ὑπονόησον σύ μοι.

Neque aliter Scholiastae, ut ad Odyss. P. 1. *ἡμῖν σιωπῇ κατέλιπεν ὑπονοεῖν*, et saepius alibi: ut ad Iliad. O. 413. *ὑπονοεῖν ἡμῖν αὐτὰ δίδωσιν.* et Ω. 163. *ὑπονοεῖν ἡμῖν καταλιμπάνει.* Hinc allegoriae apud Veteres *ὑπόνοιαι* appellabantur. cf. Ruhnken. ad Timaeum pag. 200.

Odyss. Δ. 400.

ἦμος δ' ἠέλιος μέσον οὐρανὸν ἀμφιβεβήκει
τῆμος ἄρ' ἐξ ἁλὸς εἶσι γέρων ἅλιος νημερτής.

Scholion: *δίχα Ἀρίσαρχος ἀμφιβεβήκει.* Vera scriptura est: *διχῶς Ἀρίσαρχος ἀμφιβεβήκῃ καὶ ἀμφιβεβήκει*, quorum illa potior videtur.

Vitiose scribitur ad Δ. 402: *Φρίκην λέγουσι τὴν ἐπιγενομένην μελανίαν τῷ ὕδατι ἐν τῇ ἐπιπολαίῳ κινήσει τοῦ ὕδατος κατὰ τὰς ἀρχὰς τῶν ἀνέμων τοῦ πνεῖν.* Est aliquid inter *Φρῖκα* et *Φρίκην*. Idem mendum est in Scholio Veneto A. ad Iliad. H. 64: *μελαίνει δὲ πόντον ὁ Ζέφυρος ὑπὸ τῇ Φρίκῃ*, imo vero *τῇ Φρικί*. Iterum sic peccatur in Scholiis Venetis ad Φ. 126: *ὁ δὲ ποιητὴς οὐδέποτε Φρίκην τὸ ψῦχος εἴρηκεν, ἀλλὰ τὸ ἐκ γαλήνης πρῶτον ἐξορθούμενον κῦμα*, verum est *οὐδέποτε ΦρῖκΑ τὸ ψῦχος εἴρηκεν*.

Odyss, E. 47. *Ἀθηνᾷ μὲν ἔγχος, Ποσειδῶνι δὲ τρίαιναν Ἑρμῇ δὲ ῥάβδον παρατίθησι. λόγΟC γὰρ ὢν τοὺς μὲν λυσσῶντας καταπραΰνει κτέ.* Emenda: *λόγΙΟC γὰρ ὤν*. Eodem modo corrigendum Odyss. K. 277. *Ἑρμείας*: — *ὁ λόγΙΟC θεός* pro *λόγος*. et in Scholiis Venet. ad Iliad. Φ. 501. *ἄτυφος ὁ λόγιΟC θεὸς μηδϵΝ ἀδοξίας φροντίσας*, pro *λογικός* et *μηδέ*.

Lacuna in Scholio ad Odyss. E. 53. sic explenda videtur *ἤτοι γὰρ ἀγρώσσων (πυκινὰ τουτέστι) πυκινῶς ἢ (πυκινὰ πτερά τῶν γὰρ ἐναλίων ὀρνίθων, ὥς φησι Πῖος) πυκνοτέρα ἡ ΠΤϵΡωσις* (pro *πύκνωσις*) *τυγχάνει*. Servavit haec Eustathius ad h. l. : Dindorfio indicatus.

Odyss. E. 105—111. *περιττοὶ οἱ στίχοι καὶ πρὸς τὴν ἱστορίαν μαχόμενοι*. Pertinet *ἡ ἀθέτησις* ad vs. 107—111, nam vss. 105 sq.

φησί τοι ἄνδρα παρεῖναι δίζυρώτερον ἄλλων,
τῶν ἀνδρῶν, οἳ ἅμ᾽ πέρι Πριάμοιο μάχοντο.

prorsus ad loci sententiam necessarii sunt. Eodem pertinet Scholion nunc ad vs. 110 male appositum: *δαιμονίως τὰ τοῦ ἔρωτος ἐσιώπησεν· οὐ γὰρ ὅτι τοῦτον τὸν μάταιον ἄκοντα φησὶν ἀγαπᾷ, ἀλλ᾽ ἁπλῶς τέθεικε τὴν παρουσίαν αὐτοῦ*. quae spectant verba vs. 105. *φησί τοι ἄνδρα* ΠΑΡϵΙΝΑΙ.

Odyss. E. 135. — *ἀποδεικνῦσα ὅτι δίκαιον τὸν εὐπαθοῦντα συνεῖναι αὐτῇ*. Est aliquid inter *εὐπαθεῖν* et *εὖ πάσχειν*. Itaque corrigendum: *τὸν εὖ παθΟΝτα*.

Odyss. E. 213. — *τὸ γὰρ καταβαίνειν εἰς ἔριν εὐμορφίας οὐ*

εὐχερῶς τὴν θεάν. Pro absurdo εὐχερῶς reponendum: οὐκ ἘΧΡΗΝ τὴν θεάν.

Odyss. E. 401. ἕτερα ὑπερκαύματα καὶ Φιλοτιμίας ἀρχὴν κΕνῆς ἐξεῦρεν ὁ ποιητής. Imo vero κΑΙνῆς. In poëtas enim omnes potissimum valet dictum Comici:

ἢ λέγων Φαίνου τί μοι
καινὸν παρὰ τοὺς ἔμπροσθεν ἢ μὴ κόπτε με.

Ad Odyss. E. 405. pro ἐπεὶ λογγοειδεῖς τινες οὖσαι rectissime Struvius reposuit ΣΠΗΛΤγγοειδεῖς, sed male ἐπεί retinuit, natum ex ΣΠΗλυγγοειδεῖς.

Buttmannus acute cernere solitus ultro corrupit locum Scholiastae ad Z. 148.

αὐτίκα μειλίχιον καὶ κερδαλέον Φάτο μῦθον.

Scholion: — ἐπισΦαλεῖς αἱ τοιαῦται προρρήσεις, ἀλλ' ὅμως Ὁμήρῳ τετόλμηται. προστίθησι δὲ τῷ ἀκροατῇ κανόνα τῶν εἰρησομένων λόγων.

Pro προρρήσεις Buttmannus coniecit et Dindorfius recepit προερήσεις. Factum nollem. Sententia est: ἐπισΦαλὲς τὸ τὰ τοιαῦτα προλέγειν, quale est μειλίχιον καὶ κερδαλέον Φάτο μῦθον. Tum eleganter addidit: προτίθησι (non προστίθησι) δὲ τῷ ἀκροατῇ κανόνα τῶν εἰρησομένων λόγων.

Odyss. Z. 165.

τὴν ὁδόν, ἣ δὴ ἔμελλεν ἐμοὶ κακὰ κήδε' ἔσεσθαι.

Scholion: (ἡ διπλῆ) ὅτι οὐκ οἶδεν ὁ ποιητὴς τὸ μέλλειν. Ἀττικῶν γάρ ἐστι τῶν μεταγενεστέρων. Emenda: οὐκ οἶδεν ὁ ποιητὴς τὸ Ἤμελλεν. Iliad. M. 34.

ὣς ἄρ' ἔμελλον ὄπισθε Ποσειδάων καὶ Ἀπόλλων
θησέμεναι.

ubi Aristonicus: ἡ (περιεστιγμένη) διπλῆ ὅτι Ζηνόδοτος γράΦει „ὣς Ἤμελλον ὄπισθε." ἔστι δὲ βάρβαρον.

Odyss. Z. 256. πατρὸς ἐμοῦ: ὅτι ἐν πᾶσι Φέρεται ἘΜΟΥ ἀλλ' οὐκ ἘΜΕΥ. ὅμως ἐπί τινων ὁ Ζηνόδοτος ἐπὶ τὸ χεῖρον μετατίθησιν, ut in Iliad. Ω. 486. μνῆσαι πατρὸς σεῖο, pro σοῖο.

et Odyss. Z. 290. *παρὰ πατρὸς ἐμεῖο*, pro *ἐμοῖο*. et Ilia Ξ. 118.

Saepissime vidi *οἱ πολλοί* et *οἱ παλαιοί* inter se confusa, s nusquam absurdius quam ad H. 311. *οὐ γὰρ εἰς τὸν πλοῦτ ἀφεώρων οἱ πολλοὶ, ἀλλ' εἰς τὴν ἀρετὴν τῆς ὄψεως.* Rec scribitur ad vs. 313 *οἱ παλαιοὶ, ἀλλ' εἰς τὴν ἀρετὴν τ ἀπὸ τῆς ὄψεως.*

Odyss. Θ. 7. *τὸ μετῴχετο κεῖται διηνεκῶς ὅταν ΘΙC τι πορεύηταί τις*, sensu vacuum est, sed corrig. *ΘΠΙ τινα*, id (ad aliquem *adducendum*, vel *arcessendum*, ut in vs. 47. *μετῴχε θεῖον ἀοιδόν: ἡ μετὰ ἀντὶ τῆς ἐπί.* Ire *petitum* aliquid ap Homerum est *μετά τι ἰέναι, βῆ δὲ μεθ' ὕδωρ, μετὰ πῦρ,* Τεμέσην *μετὰ χαλκόν*, et sic dicebatur: *μετιέναι (μέθοδο μετοίχεσθαι, μεθήκειν, μεταπορεύεσθαι, μεταπέμπεσθαι.* Atl nienses *ἐπί τι* et *ἐπί τινα* dicebant: *ἐπὶ χρήματα πέμπειν, ἐ στρατιάν, ἐπὶ κλίμακας, πλεῖν ἐπὶ τὸν Ἀλκιβιάδην* et sim. Hæ est Scholii sententia.

Sine sensu legitur ad Θ. 77 *χρησμὸν δεδόσθαι τῷ Ἀγαμέμν κατὰ τὴν τῶν ἀρισέων διαφορὰν αἱρήσειν τὸ Ἴλιον.* Corrige *με* pro *κατά.*

Difficile est in Codicibus *α* et *ευ* distinguere. Hinc sexcent inter se confunduntur. Ad Θ. 260 *λείηναν δὲ χορόν* adscribitu *οὐ ταῖς ἑαυτῶν χερσὶν ἀλλὰ προέτευξαν τοῖς ἄλλοις*, absurde] *προσέταξαν.* Turpius etiam ad Θ. 212 *οὐδ' ἀθερίζω* apponi quasi scriptura discrepans *γρ. οὐδ' εὐθερίζω*, quod eiusdem pr est atque *ἠνδαλίμοισι* et *ηὐδῆναι.*

Odyss. I. 42.

δασσάμεθ', ὡς μή τίς μοι ἀτεμβόμενος κίοι ἴσης.

Scholion: *ὡς μή τις καταλάβῃ σερισκόμενος τῆς ἰσομοιρί.* Ad Iliad. Λ. 705. ubi versus idem legitur, annotatur: *ἐκ τ περὶ τῆς κοινωνίας λεγομένων ἐν Ὀδυσσείᾳ μετάκειται ὁ σίχ ἔνθα καὶ εὔλογον αὐτοὺς τὰ λάφυρα ἐξ ἴσου μερίζεσθαι*, ubi] absurdo *κοινωνίας* perspicuum est *περὶ τῆς* KIKO*νίας* emend

oportere. Ad Odysseae locum periit annotatio: *ὁ ἀριστάρχος ὅτι ἐντεῦθεν εἰς τὸ Λ τῆς Ἰλιάδος οὐ δεόντως μετάκειται.*

Odyss. I 60. *ἄτοπον — ἀνῃρῆσθαι ἀφ' ἑκάστης νηὸς ἴσους; ὡς ἀπὸ* [*τοῦ*] *ἐπιτάγματος.* Reseca molestum articulum: Graeci dicebant *ὡς ἐξ* vel *ὡς ἀπ' ἐπιτάγματος.* Ad Iliad. M. 350. annotatur: *οὐ γὰρ πιθανὸν ὥσπερ ἐξ ἐπιτάγματος παρεῖναι τὸν Τεῦκρον.* Demosthenes *de F. L.* pag. 399, 12. *πάντ' ἐξ ἐπιτάγματος ὀξέως γίγνεται.* Sic dicitur et *ἐκ διατάγματος*, ut apud Plutarchum in *Caesare* cap. 59. quum Caesar fastos emendasset Cicero *φήσαντός τινος αὔριον ἐπιτέλλειν Λύραν „ναὶ (εἰπεῖν) ἐκ διατάγματος." ex edicto*, inquit.

Λ. 416.

ἤδη μὲν πολέων φόνῳ ἀνδρῶν ἀντεβόλησας
ἀλλά κε κεῖνα μάλιστα ἰδὼν ὁλοφύρατο θυμῷ.

Scholion: *οὕτως Ἀρίσταρχος· πρὸς γὰρ τὸν Ὀδυσσέα ὡς καὶ τὸ ἑξῆς „ὁλοφύρατο θυμῷ."* Ad *οὕτως Ἀρίσταρχος* Dindorfius *„Videntur igitur alii aliter legisse."* Facile est ad coniiciendum quid alii legerint, nempe *ἀντεβόλησα*, ut ex verbis *πρὸς γὰρ τὸν Ὀδυσσέα* (*λέγει*) liquido colligitur. Simillimus huic locus est Ω. 87.

ἤδη μὲν πολέων τάφῳ ἀνδρῶν ἀντεβόλησας
ἀλλά κε κεῖνα μάλιστα ἰδὼν θηήσαο θυμῷ.

Aristarchi observatio *οὐκ ἄρα ἐπτέρωνται ἐπεὶ καὶ* (leg. *κἂν*) *προσετίθεντο τοῖς παραπλέουσι*, male a Dindorfio ad vs. 47 retracta apponenda erat ad M. vs. 45 *ἥμεναι ἐν λειμῶνι.*

Ad. M. 74.

νεφέλη δέ μιν ἀμφιβέβηκεν
κυανέη· τὸ μὲν οὔ ποτ' ἐρωεῖ οὐδέ ποτ' αἴθρη
κείνου ἔχει κορυφὴν οὔτ' ἐν θέρει οὔτ' ἐν ὀπώρῃ.

acuta et vera adscripta est Aristarchi observatio: *Ἀρίσταρχος οὐ λέγει πρὸς τὸ νέφος τὴν ἀπόστασιν εἶναι ἀλλὰ φησιν ὅτι τοῦτο οὐδέποτε λήγει τὸ κεκαλύφθαι τὸν σκόπελον τῷ νέφει.* Sic in Euripidis *Hecuba* 13.

νεώτατος δ' ἦ Πριαμιδῶν· ὃ καί με γῆς
ὑπεξέπεμψεν.

ubi Porsonum vide. Hinc Isocratis loco parata emendatio est qui *de Pace* p. 159. D ita dicit: *πεποιήκατε τοὺς ῥήτορας μελετᾶν — ὅπως ἀρέσκοντας ὑμῖν λόγους ἐροῦσιν, ἐφ' οὓς καὶ νῦν τὸ πλῆθος αὐτῶν ἐρρύηκεν.* Imo vero *ἐφ' ὃ*.

M. 77.

οὐδέ κεν ἀμβαίη βροτὸς ἀνὴρ οὐ καταβαίη
οὐδ' εἴ οἱ χεῖρές τε ἐείκοσι καὶ πόδες εἶεν.

Scholion: *Ἀρίσαρχος γράφει οὐδ' ἐπιβαίη τὸ ἔβατον αὐτῆς ὅλως παριεῖς.* Rectissime ac dudum receptum oportuit. In altero versu intolerabilem hiatum habemus quem ita tollendum arbitror ut reponatur: *οὐδ' εἴ τοι καὶ χεῖρες ἐείκοσι κτέ.*

Iterum Aristarchea observatio praepostere commixta est verbis *λυτικοῦ τινος* inepte et insulse Aristarchum refellentis. Aristarchea sunt *ἐκ τῶν Ἀριστονίκου σημείων* haec: *Ἀθετοῦνται εἴκοι τρεῖς* (86—88) *πῶς γὰρ ἡ δεινὸν λελακυῖα δύναται νεογνοῦ σκύλακος φωνὴν ἔχειν;* Obloquitur nescio quis: *δύναται δὲ τὸ ὅση ἀντὶ τοῦ οἵα κεῖσθαι*, et caetera quae nullius momenti sunt.

Est Aristarchi observatio his verbis concepta: *Ἀθετοῦνται τρεῖς ὅτι διὰ τούτων σημαίνει μὴ εἶναι τὴν Σκύλλαν σύμφυτον τῇ πέτρᾳ.* Dindorfius haec ad vs. 124—126 retulit manifesto errore. Pertinent ad vs. 121—123

ἦν γὰρ δηθύνῃσθα κορησσόμενος παρὰ πέτρῃ,
δείδω μή σ' ἐξαῦτις ἐφορμηθεῖσα κίχῃσι
τόσσῃσιν κεφαλῇσι, τόσους δ' ἐκ φῶτας ἕληται.

in quibus verba *ἐξαῦτις ἐφορμηθεῖσα* arguunt *μὴ εἶναι τὴν Σκύλλαν σύμφυτον τῇ πέτρᾳ.* Hinc facile est emendare Scholion ad M. 445. *οὐκ ἂν ἠδικήθη ὑπὸ τῆς Σκύλλης ὡς ΟΤΝ ἠμμένης τῷ σπηλαίῳ.* Buttmannus *ἀνημμένης*, quod Dindorf. recepit. At tu corrige CTN*ημμένης*.

Quaeritur ad M. 149. *Διὰ τί ἐν μὲν τοῖς ἀκινδύνοις μέρεσι τοῦ πλοῦ* (sic recte Dindorf. pro *πλοίου*) *παρέχει αὐτῷ πνοὴν οὔριον παραπλέοντι Σειρῆνας, καὶ Σκύλλαν οὐκέτι; τάχα οὖν καὶ τοὺς ἀνέμους ἔθελγεν.* Male haec composita sunt. Lege — *οὔριον, παραπλέοντι ΔΕ Σειρῆνας κτέ.* Tum in fine repone

ἔθελγον nempe αἱ Σειρῆνες. Fidem faciet Scholion ad vs. 168 αὐτίκ' ἔπειτ' ἄνεμος μὲν ἐπαύσατο: ἐντεῦθεν Ἡσίοδος καὶ τοὺς ἀνέμους θέλγειν αὐτὰς ἔφη, et ad vs. 169: τινὲς δὲ ὅτι καὶ τοὺς ἀνέμους ἴσασαν (αἱ Σειρῆνες) γοητεύουσαι τῇ φωνῇ.

Corruptus est versus Odyss. N. 213.

Ζεὺς σφείας τίσαιθ' ἱκετήσιος ὅς τε καὶ ἄλλους
ἀνθρώπους ἐφορᾷ καὶ τίνυται ὅς τις ἁμάρτῃ.

Scholion: ἀπόλυτος ἡ σφεας. Dindorfius ad h. l. „*vera versus scriptura est* Ζεὺς σφέας τίσαιτο ἱκετήσιος." Non assentior. Omnia habebunt optime si ex fuga solemnem voculam retraxeris:

Ζεὺς δέ σφεας τίσαιθ' ἱκετήσιος.

Ad N. 222 ἀνδρὶ δέμας εἰκυῖα annotatur (ἡ διπλῆ) ὅτι ἄρρενας μὲν θεοὺς, θηλείας δὲ ἄρρεσιν οὐδέποτε εἰκάζει. Sensu cassa haec sunt. Ipsa oppositio monstrat esse scribendum: ἄρρενας μὲν θηλείαις, θηλείας δὲ ἄρρεσιν, et res ipsa docet transponendum esse: θηλείας μὲν ἄρρεσιν, ἄρρενας δὲ θηλείαις οὐδέποτε εἰκάζει.

Odyss. Π. 270.

ἀλλὰ σὺ μὲν νῦν ἔρχευ ἅμ' ἠοῖ φαινομένηφιν.

Scholion: τὸ νῦν ἀντὶ τοῦ δή, ὁμοίως τῷ·

ἐξ αὖ νῦν ἔφυγες θάνατον, κύον. (Iliad. Λ. 362).

Recte monenti obtemperandum fuerat, sed quid diceret homines docti non satis animadverterunt. Nempe monet NTN encliticum esse pro δή. Itaque in textu et in Scholiis scribendum σὺ μέν νυν ἔρχευ et ἐξ αὖ νυν ἔφυγες, non νῦν.

GALENUS

περὶ τῶν τῆς ψυχῆς ἠθῶν.

(Tom. IV. pag. 777. Kühn.)

Ζήνων ἔλεγεν ὅτι καθάπερ οἱ πικροὶ θέρμοι βρεχόμενοι τῷ ὕδατι γίνονται γλυκεῖς οὕτω καὶ αὐτΟΝ ὑπ' οἴνου διατίθεσθαι. Leg. καὶ αὐτΟC.

C. G. C.

MELETEMATA CRITICA

AD ORATORES ATTICOS.

SCRIPSIT H. VAN HERWERDEN.

I. AD DEMOSTHENEM.

Oratores Attici ex recensione IMMANUELIS BEKKERI Berolini a. 1824.
Demosthenes ex recensione G. DINDORFII, Oxonii 1846.
Les harangues de Demosthène, texte Grec. H. WEIL. Paris 1873.

Olynth. I § 9 [1]) Νυνὶ δὴ καιρὸς ἥκει τις οὗτος ὁ τῶν Ὀλυνθίων αὐτόματος τῇ πόλει, ὃς οὐδενός ἐστιν ἐλάττων τῶν πρότερον ἐκείνων. Dindorfius adnotat: „parum probabilis Valckenarii coniectura est Dobraeo memorata verba ὁ τῶν Ὀλυνθίων delentis." Puerile tamen et otiosum videtur additamentum magistellis aliquanto dignius, me iudice, quam summo oratore, quem in ipsis praegressis § 8 vide scribentem: οὐ δεῖ δὴ τοιοῦτον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, παραπεπτωκότα καιρὸν ἀφεῖναι, οὐδὲ παθεῖν ταὐτὸν ὅπερ ἤδη πολλάκις πρότερον πεπόνθατε. Adde post καιρόν vocabula τὸν τῶν Ὀλυνθίων, neque amplius agnosces Demosthenem. Aliud interpretamentum detexisse mihi videor § 10 in verbis hisce: καίπερ οὐκ ἐχόντων ὡς δεῖ πολλῶν, ὅμως μεγάλην ἂν ἔχειν αὐτοῖς χάριν, εἰκότως· τὸ μὲν γὰρ πόλλ' ἀπολωλεκέναι κατὰ τὸν πόλεμον τῆς ἡμετέρας ἀμελείας ἄν τις θείη δικαίως,

1) §§ notabo secundum Bekkerum.

τὸ δὲ μήτε πάλαι τοῦτο πεπονθέναι πεφηνέναι τέ τιν' ἡμῖν συμμαχίαν τούτων ἀντίρροπον, ἂν βουλώμεθα χρῆσθαι, τῆς παρ' ἐκείνων εὐνοίας [εὐεργέτημ'] ἂν ἔγωγε θείην. Emblema arguitur ipsa huius loci parisosi, qua eleganter et oratorie Demosthenes usus est, ubi dicere potuerat ἐκείνων εὐεργέτημ' ἂν ἔγωγε νομίζοιμι, quam rem quum intellexisset vetus aliquis magister, discipulorum gratia in sui exemplaris margine adscripsit istud εὐεργέτημα, quod mox, ut fit, migravit in textum, idque *fortasse* iam ante HERMOGENEM, qui in libro de ideis pag. 293 citavit locum sine varietate, fortasse, inquam, quia fieri potest, ut textus rhetoris ex oratore sit depravatus; sed, utut est, ipsum Demosthenem ita non scripsisse quovis pignore contenderim. Et reputes velim oratorem inter et Hermogenis aetatem intercedere spatium annorum paene quingentorum. Quot iam vitiis inquinatum, ut hoc utar, Dionysius Halicarnasensis legit Thucydidem! In ipsis sequentibus § 11 iam Tournierum intellexisse male repetita esse vocabula τὴν χάριν post μεμνῆσθαι docet me Weilius. § 12 Ποτιδαίαν. Ex inscriptionibus Graecis apparet huius urbis nomen scribendum esse per diphthongum ει. Vide mea *Studia Thucydidea*, pag. 121. § 13 βαίσας. Atticae dialectus analogia suadere videtur, ut verbum ΠΑΙΖΕΙΝ in editionibus nostris exaremus per iota adscriptum, haud secus ac λῄζεσθαι pro ληίζεσθαι scriptum oportere tandem intellectum est. Παΐζειν aeque pravum est quam foret βαΐδιον, βάϊον, βαϊδυμεῖν aut si quid horum est simile.

§ 19. Εἰ μὲν οὖν ταῦτα τοῖς στρατευομένοις ἀποδώσετε, οὐδενὸς ὑμῖν προσδεῖ πόρου, εἰ δὲ μή, προσδεῖ, μᾶλλον δ' ἅπαντος ἐνδεῖ [τοῦ πόρου]. Alta voce haec recita, et senties, opinor, non Demosthenis, sed interpretis esse duo ultima vocabula.

§ 20. ἐγὼ μὲν γὰρ ἡγοῦμαι στρατιώτας δεῖν κατασκευασθῆναι [καὶ ταῦτα εἶναι στρατιωτικὰ] καὶ μίαν σύνταξιν εἶναι [τὴν αὐτὴν] τοῦ τε λαμβάνειν καὶ τοῦ ποιεῖν τὰ δέοντα. Saepe iuncta reperiuntur εἷς καὶ ὁ αὐτός (rarius inverso ordine ὁ αὐτὸς καὶ εἷς), ut apud Latinos *unus et idem*, *unus atque idem*, *unus idemque*, apud recentiores: *un et le même*, *uno e l'istesso*, *one and the same*, *ein und derselbe*, *een en dezelfde*, cett., sed iubente ipsa rei natura constanter in hac formula apparet copula. Hanc tamen voculam hoc loco excidisse minus probabile duco quam

vocabula *τὴν αὐτήν* adscripta esse ab interprete ad *μίαν*, quod emphatice sic usurpari nemo est qui ignoret. Cf. *περὶ συμμορ.* § 23: *καὶ μία σύνταξις καὶ πασῶν τῶν νεῶν καὶ μέρους ἕξει.* Reliqua quae uncinis inclusi e Dobrei coniectura delevit Dindorfius aliquanto, ut puto, rectius quam fecit Weilius, qui cum Bekkero unum pronomen *ταῦτα* expunxit.

§ 22 *εἰ δὲ τούτων ἀποστερηθήσεται τῶν χρημάτων, εἰς ξενὸν κομιδῇ τὰ τῆς τροφῆς τοῖς ξένοις αὐτῷ καταστήσεται.* Ita editiones omnes cum libris plerisque, perversissime paucis *ἀποστερηθῇ*, longe melius *ἀποστερήσεται* unus liber Parisiensis 2035 (T Bekkeri), quae lectio male spreta est ab editoribus. Non alia de causa spreverunt quam ob exiguam huius codicis auctoritatem, si quidem iidem non dubitarunt infra § 28 pro *ζημιωθήσεσθαι* recipere *ζημιώσεσθαι* ex optimo Parisiensi Σ. Quasi vero non satis constet vel optimum illum codicem omnibus corruptelae genere inquinatum esse, aut dubium sit antiquiores Graecos usurpasse in verbo *φερίσκειν* formam Futuri medii pro Passivo.

Olynth. II § 30: *Εἰ δὲ τοῖς μὲν ὥσπερ ἐκ τυραννίδος ὑμῶν ἐπιτάττειν ἀποδώσετε, τοῖς δ' ἀναγκάζεσθαι τριηραρχεῖν, εἰσφέρειν, στρατεύεσθαι, τοῖς δὲ ψηφίζεσθαι κατὰ τούτων μόνον, ἄλλο δὲ μηδ' ὁτιοῦν συμπονεῖν, οὐχὶ γενήσεται τῶν δεόντων ὑμῖν οὐδὲν ἐν καιρῷ· τὸ γὰρ ἠδικημένον ἀεὶ μέρος ἐλλείψει, εἶθ' ὑμῖν τούτους κολάζειν ἀντὶ τῶν ἐχθρῶν ἔξεσται.* Silent interpretes de vocabulis *κατὰ τούτων*, quae tamen satis obscura sunt. Quid enim? illine qui tertio loco memorantur, cives tenuiores, qui suffragia ferunt pro arbitrio oratoris et praetoris et trecentorum istorum ditissimorum civium, quos supra § 29 vocavit *τοὺς βοησομένους*, num satis recte dicuntur *tantummodo ferre suffragia contra* eos qui coguntur *τριηραρχεῖν, εἰσφέρειν, στρατεύεσθαι*? Nonne potius hoc dicere expectamus Demosthenem, his nullum aliud imponi munus publicum nisi ut suffragiis suis decernant quodcumque huic vel illi factioni placuerit. Ne multa: verum esse suspicor: *τοῖς δὲ ψηφίζεσθαι, καὶ τοῦτο μόνον, ἄλλο δὲ μηδ' ὁτιοῦν συμπονεῖν.* Reputes quoque velim, absurde *συμπονεῖν τισι* dici, qui *ψηφίζεται κατὰ τούτων*. Quamvis hoc quidem per *ὀξύμωρον* explicari posse erunt quibus videatur.

Olynth. III § 7 legendum *ἐπράξαμεν ἡμεῖς (πρὸς ἐκείνους)*

κἀκεῖνοι πρὸς ἡμᾶς εἰρήνην. Nam duo vocabula quae inserui omitti potuisse nego. Elapsa sunt propter sequentium similitudinem. § 13 πρὶν δὲ ταῦτ' εὐτρεπίσαι, μηδαμῶς, ὦ ἄνδρες, μηδένα ἀξιοῦτε τηλικοῦτον εἶναι παρ' ὑμῖν ὥςε τοὺς νόμους τούτους παραβάντα μὴ δοῦναι δίκην. „Vertitur *velitis*. Imo *credatis*, V. Anecd. Bekkeri p. 412, 26" SCHAEFER. Male huic obloquitur Weilius, quem valde miror non intellexisse illam interpretationem falsam esse evinci vocula negativa μή.

Philipp. I § 1 extr. εἰ γὰρ [ἐκ] τοῦ παρεληλυθότος χρόνου τὰ δέονθ' οὗτοι συνεβούλευσαν, οὐδὲν ἂν ὑμᾶς νῦν ἔδει βουλεύσασθαι. INDE A *praeterito tempore* quid sibi velit in hac sententia, non exputo. Indicandum erat tempus non *ex quo*, sed *quo*, itaque exulare debet importuna praepositio. Verte: si enim *antehac* quae opus essent isti suasissent, non deliberandum foret vobis *hodie*. Error natus videtur e sequenti §, ubi recte et ordine scriptum est: ὃ γάρ ἐςι χείριςον αὐτῶν ἐκ τοῦ παρεληλυθότος χρόνου, τοῦτο πρὸς τὰ μέλλοντα βέλτιςον ὑπάρχει. § 19 Μή μοι μυρίους μηδὲ δισμυρίους ξένους, μηδὲ τὰς ἐπιςολιμαίους ταύτας δυνάμεις, ἀλλ' ἢ τῆς πόλεως ἴςαι, κἂν ὑμεῖς ἕνα κἂν πλείους κἂν τὸν δεῖνα κἂν ὁντινοῦν χειροτονήσητε ςρατηγόν, τούτῳ πείσεται καὶ ἀκολουθήσει. Quis ferat asyndeton ἔςαι — πείσεται καὶ ἀκ.? Euphonia scribi vetat ἔςαι καὶ, κἂν κτἑ., neque igitur video quid melius reponatur quam οὖσα pro ἔςαι vel ἔςω, ut est in plerisque codicibus. Sententia: *sed quae*, QUIA *reipublicae erit*, cett. Nisi forte mavis, quod iam placuit Dobraeo: ἀλλ' ἥτις τῆς πόλεως ἴςαι, ὥςε, κἂν ὑμεῖς κτἑ. § 28 τοῦτο καὶ δὴ περαίνω. male receptum ex uno Σ pro περανῶ, quod recte servant reliqui omnes, ut mox § 29 extr. τοῦτ' ἤδη λέξω. Nulla in huiuscemodi minutiis est librorum auctoritas. § 36 Ὅτι ἐκεῖνα μὲν ἅπαντα νόμῳ τέτακται, καὶ πρόοιδεν ἕκαςος ὑμῶν ἐκ πολλοῦ τίς χορηγὸς ἢ γυμνασίαρχος τῆς Φυλῆς, πότε καὶ παρὰ τοῦ καὶ τίνα λαβόντα τί δεῖ ποιεῖν, οὐδὲν ἀνεξέταςον οὐδ' ἀόριςον ἐν τούτοις [ἠμέληται]· ἐν δὲ τοῖς περὶ τοῦ πολέμου καὶ τῇ τούτου παρασκευῇ ἄτακτ', ἀδιόρθωτ', ἀόριςθ' ἅπαντα. Ipsa compositionis ratio non sinit nos dubitare, quin ἠμέληται sit interpretis. Sequuntur haec: Τοιγαροῦν ἅμ' ἀκηκόαμέν τι καὶ τριηράρχους καθίςαμεν καὶ τούτοις ἀντιδόσεις ποιούμεθα καὶ περὶ χρημάτων πόρου σκο-

ποῦμεν, καὶ μετὰ ταῦτ' ἐμβαίνειν τοὺς μετοίκους ἔδοξε καὶ τοὺ χωρὶς οἰκοῦντας, εἶτ' αὐτοὺς πάλιν εἶτ' ἀντεμβιβάζειν εἶτ' ἐν ὅσῳ ταῦτα μέλλεται προαπόλωλε τὸ ἐφ' ὃ ἂν ἐκπλέωμε Haec est unius codicis Σ lectio, quam nuperrime recep Weilius. Bekkerus recte intellegens voculam εἶτ' post πάλ errore describentis repetitam esse eam voculam cum reliqu libris omnibus delevit, sed a reliqua emendatione sive prude sive imprudens abstinuit. „Manifestum est" verba sunt Di dorfii „sensum requirere aut ἀντεμβαίνειν aut quod in annot tione critica ex editione Herwagiana annotavi εἶϑ' αὐτοὺς ἀντε βιβάζειν. Sed quum in Σ scriptum sit εἶτ' ἀντεμβιβάζειν pr babilius esse iudico ea verba delenda esse intellecto ad εἶ αὐτοὺς πάλιν verbo ἐμβαίνειν cett." Quae corrigendi ratio mil idcirco parum probabilis videtur, quia magistellus non ἀντε βιβάζειν additurus, sed procul dubio ipsum illud ἐμβαίνειν, t fert istorum hominum consuetudo, repetiturus fuisset. Mil igitur Demosthenes aut εἶϑ' αὐτοὺς, ut est in Herwagian aut, quod longe malim, εἶτ' ἀστοὺς ἀντεμβιβάζειν scripsis videtur. Cur ferri nequeat codicis Σ lectio, ut a Weilio cu aliis intellegitur, bene demonstrat Dindorfius in eadem adn tatione.

De pace § 14 ὁρᾶν ὅπως μὴ προαξόμεϑα — τοὺς συνεληλυϑότα — εἰς ἀνάγκην καὶ πρόφασιν κοινοῦ πολέμου πρὸς ἡμᾶς. Mali ἢ πρόφασιν. Sequuntur haec: ἐγὼ γάρ, εἰ γένοιϑ' — ἔγκλημ ἴδιον, οὗ μὴ μετέχουσι Θετταλοὶ μηδ' Ἀργεῖοι μηδὲ Θηβαῖ οὐκ ἂν ἡμῖν οἶομαι τούτων οὐδένα πολεμῆσαι. Imo οὐδένα § 16 καὶ γὰρ ἡμῖν κἀκείνοις τοὺς βοηϑοῦντας ἂν οἶμαι, εἰς τὴ οἰκείαν εἴ τις ἐμβάλοι, βοηϑεῖν, οὐ συνεπιστρατεύσει οὐδετέροις. Malim συνεπιστρατεύειν, iungendum cum ἄ haud secus ac βοηϑεῖν. Et sic habet cod. Antverpianus. § 1 σῶς μὲν εἶναι. Hic feliciter servata est forma antiqua, qua plerisque locis obliterata est a scribis. Perperam nuper Kirch hoffius in opere *Inscriptiones Atticae Euclide vetustiores* n°. 36 9 vocabula ΟΠΟΣΑΝΣΟΟΝΕΙ explicuit: ὅπως ἂν σῶον Debuerat, σῶν, scriptum σόον, prorsus ut Ἀχαρνῆς, similia exarantur non raro sic ΑΧΑΡΝΕΕΣ cett. Vide v. c. vetustan inscriptione Atticam n°. 50 apud *le Bas et Waddington* i *Voyage Archéologique en Grèce et en Asie mineure, Paris* 1874

§ 22 ἐκεῖνο δ' οἶδ', ὅτι οὐ μᾶλλόν γε ταῦτ' ἔμελεν αὐτῷ ἢ τὰς ταῤῥόδους λαβεῖν [ἠβούλετο] καὶ τὴν δόξαν τοῦ πολέμου τοῦ δοκεῖν δι' αὐτὸν κρίσιν εἰληφέναι καὶ τὰ πύθια θεῖναι δι' αὐτοῦ, καὶ ταῦτ' ἦν ὧν μάλις' ἐγλίχετο. Interpretamentum, quod expungo, nondum cognovit is qui primus scripsit ἢ τὸ τὰς παρόδους κτἑ., quae lectio exstat in libris Ωυν et *rec.* F. ap. Bekk.

Philipp. II § 11 ἡνίκ' ἦλθεν Ἀλέξανδρος ὁ τούτων πρόγονος περὶ τούτων κῆρυξ κτἑ. „Huius universi generis, puta regum Macedonicorum, Philippi, Alexandri, et reliquorum cognatorum" REISKIUS. Nisi potius τούτων est scribae σφάλμα pro τούτου, *istius*, i. e. Philippi. Nam de universo genere in praegressis mentio facta est nulla. Proclivis error erat propter sequens τούτων. Est autem τούτου-τούτων auribus aliquanto gratius. § 18. εὖ φρονεῖν δ' ὑμᾶς ὑπολαμβάνων, δικαίως ἂν αὐτὸν μισεῖν νομίζοι, καὶ παρώξυνται, πείσεσθαί τι προσδοκῶν, ἂν καιρὸν λάβητε, ἂν μὴ φθάσῃ ποιήσας πρότερος. Ita Σ; reliqui hoc ordine: ἂν μὴ πρότερος φθάσῃ ποιήσας, πρότερον est in Ω. Dubito igitur, num vocabulum supervacaneum sit h. l. genuinum. Ipsa sequentia sic ediderim: διὰ ταῦτ' ἐγρήγορεν, ἐφέσηκεν, ἐπὶ τῇ πόλει θεραπεύει· τίνας; Θηβαίους καὶ Πελοποννησίων τοὺς ταὐτὰ βουλομένους τούτοις. Nam misere languet vulgata scriptura, θεραπεύει τινάς, Θηβαίους κτἑ., in qua erat cur Dobreus delendum iudicaret pronomen indefinitum. Sed enim nulla exstabat causa, cur quis insereret.

De Halonneso § 4 Εἰ γὰρ ταῦτα συγχωρήσετε, τί κωλύει, καὶ εἴ τινα τῆς Ἀττικῆς λῃσὰ τόπον καταλάβοιεν ἢ Λήμνου ἢ Ἴμβρου ἢ Σκύρου, καί τινες τούτους [τοὺς λῃσὰς] ἐκκόψαιεν (l. -ειεν), εὐθὺς καὶ τὸν τόπον τοῦτον [οὗ ἦσαν οἱ λῃσαί], τὸν ὄντα ἡμέτερον, τῶν τιμωρησαμένων τοὺς λῃσὰς γίγνεσθαι; Suntne haec verba, deletis putidis additamentis, satis perspicua? Suntne oratore digniora, an non sunt? § 6 γελοῖον γὰρ ἂν εἴη τοῦτο [τὸ] εὐεργέτημα. Articulus, male repetitus ut suspicor ex altera syllaba vocabuli praecedentis, longe melius abesset. Praeterea malim cum Bekkero e codd. (praeter Σ) τοῦτό γε pro τοῦτο. In extrema § in verbis τοῦτο δ' ὑμῖν οὐ ποιητέον ἐστίν nondum me poenitet conjecturae, quam proposui *Stud. Crit. in poet. Scen. Gr.* pag. 22, sub ποιητέον latere ῥοπτέον, i. e. περιοπτέον.

In Platonis *Critia* luculenter apparet quam putida et futilis opera a Criticis ponatur in excutiendis libris Mss. minimi aut nullius pretii, quum unus omnium librorum longe praestantissimus supersit, in quo nobis sint omnia. Bekkerus *decem* libros excussit, quibus Stallbaumius *quatuor* Florentinos addidit. In hoc numero sunt libri *tredecim*, unde NIHIL, PRORSUS NIHIL (praeter levissimas quasdam correctiunculas, quas quilibet nostrum inter legendum nullo negotio statim reperisset) *prolatum videbis, quod ad Platonis scripturam aut recte constituendam, aut emendandam quidquam faciat*, excepto uno lacunae supplemento pag. 112. A. Omnis lectionum fides et omnia emendationis subsidia in uno Parisino A. continentur, qui in *Republica* optimus, in *Legibus* aliquanto deterior sed tamen reliquis ad unum omnibus longe longeque melior, in *Timaeo* et in *Critia* praestantissimus est. Namque non tantum locis plurimis manifesto veras lectiones *solus* servavit, sed etiam antiquae dialecti Atticae rationem et usum in iis, quae constanter in caeteris scioli et inepti correctores contaminare solent, intactam et inviolatam solus omnium ad nos propagavit. Quod quale sit paucis exemplis demonstrare operae pretium est

	Parisinus	caeteri
pag. 108. E.	βασιλῆσ	βασιλεῖς
109. A.	ἀνειλλομένη	ἀνειλουμένη
		ἀνελομένη

1) accisa membrana η periit.

	Parisinus	caeteri
pag. 109. B.	νομῆσ.	νομεῖς.
D.	σέσωται	σέσωςαι.
110. A.	διασέσωται	διασέσωςαι.
111. C.	σᾶ.	σῶα.
112. A.	πύκνα — πυκνόσ.	πνύκα — πνυκός.
B.	κατωικήκειν οἷον	κατῳκήκει οἷον.
D.	τὰ νῦν νάματα	τὰ νῦν ἅμα τὰ.
		τὰ νῦν ὕδατα.
114. D.	προσήιειν ἴξωθεν	προσῄει ἴξωθεν.
115. A.	ἄδην	ἀλλ' ἦν.
B.	πώματα	πόματα.
116. C.	ἐφίτυσαν	ἐφοίτησαν.
E.	ἴιειν ἐν κύκλῳ	ἦν ἐν κύκλῳ.
120. A.	ἀρυτόμενοι	ἀρυόμενοι.
C.	περὶ τὰ γέρα	περὶ τὰ ἱερά.
121. B.	ἐμπιμπλάμενοι	ἐμπεπλάμενοι.

Quis Codex omnium quos habemus tam bonus testis est ut servet σέσωΤαι et διασέσωΤαι? Nullum umquam vidi. Tamen haec sola forma erat antiquis Atticis in usu. Aelius Dionysius apud Photium v. Σέσωται καὶ σεσωμένος οἱ παλαιοὶ (Ἀττικοὶ) ἄνευ τοῦ C. καὶ διεζωμένοι φησὶ Θουκυδίδης. οἱ δὲ νεώτεροι σέσωσμαι. Hinc σωτήρ et ἄσωτος.

Σᾶ Atticum esse pro σῶα nunc quidem constat inter omnes. Aelius Dionysius apud Phot. v. Σᾶ περισπωμένως τὰ σῶα. Omnes Codices in hac forma peccant praeter hunc unum.

Plusquam perfectum apud Platonem more maiorum exibat in - H, tertia persona ante vocalem et in sententiae exitu in - ЄIN. Certa res est testimoniis τῶν ἀττικιςῶν et veterum Criticorum. In Platonis Codicibus duobus optimis Clarkiano et Parisino A. formae in - H saepe comparent, sed in Parisino futilis corrector *fere semper* H eraso de suo - ЄIN substituit. Formae tertiae personae in - ЄIN exeuntes *omnes ubique* obliteratae sunt praeterquam in uno Parisino, qui in Critia fideliter servavit κατωικήκЄIN οἷον, προσήιЄIN ἔξωθεν, ἦιЄIN ἐν κύκλωι. Idem in *Timaeo* Platonis manum exhibet his locis pag. 33. C. οὐδὲ προσήιЄIN αὐτῷ ποθέν. 38. C. περίσδος ἦιЄIN ἑπτά. 39. A. βραδύτερον περιήιЄIN. 43. B. πλανώμενα προήιЄIN. 60. C. ὅθεν ἀνήιЄIN ὁ νέος ἀήρ. 76. B. εἰλικρινὲς ἀπήιЄIN. Haec omnia in caeteris libris maleseduli correctores funditus deleverunt.

Βασιλῆς Atticum est et νομῆς, ut χαλκῆς, γονῆς, γραφῆς caeteraque id genus omnia. In Codice Parisino prima manus formas veteres servavit incorruptas, quas levis corrector *tantum non ubique* in — εῖς depravavit.

Ἀρύτομαι Atticum est et ἐμπίμπλαμαι. at libri omnes ἀρύομαι et ἐμπίπλαμαι dare solent praeter hunc unum.

Πνύξ habet in Attica πυκνός, πυκνί, πύκνα et Δῆμος πυκνίτης δύσκολον γερόντιον. Solus Parisinus πυκνός et πύκνα servat caeteris omnibus in πνυκός et πνύκα conspirantibus.

Eadem est Parisini libri in caeteris rebus praestantia ac fides. Supplet lacunas, omittit emblemata datque passim solus ex tenebris lucem. Praeterea paucissimis mendis orthographicis deturpatur (ε pro αι, ι pro ει aut contra similibusque). Inspicito mihi aliquis Demosthenis nobilem librum Parisinum S. scatentem huiusmodi erroribus videbit.

Quid caeteri libri *tredecim?* Ecquid afferunt novi? Nihil prorsus, quod quidem bonum sit et aliquem usum habeat. Hiant lacunis, insunt inepta alienae manus additamenta, insunt mendosae scripturae plurimae et stulti orthographici errores. Vile damnum si omnes ad unum flammis comburerentur. Platoni emendando sunt inutiles et plane ἀσύμβολοι. Hoc unum tantum te poterunt docere quo pacto ex veris scripturis mendosae nasci soleant. Simul enim habes ob oculos Platonis manum integram et scribarum correctorumque hallucinationes. Itaque quoniam est istorum hominum in certis vitiorum generibus quaedam veluti constantia peccandi et iidem errores solent passim alibi recurrere, mendosas caeterorum lectiones cum vera Parisini scriptura comparando exerceberis in indagandis tollendisque scribarum mendis alio loco eadem ratione natis. Dabo pauca exempla:

	Parisinus.	caeteri.
pag. 107. B.	ἄγνοια	ἄνοια.
108. B.	εἰσ τότε	ἵστω τε.
C.	ὑςέραισ	ὑςεραίας.
»	αὐτό σοι	αὐτός σοι.
111. C.	οἰκοδομήσεισ	οἰκοδομῆς εἰς.
E.	μετριώτατα	μετριώτατον.
112. A.	ἶλισὸν	ἲλισσὸν.

	Parisinus.	caeteri.
	D. τὰ νῦν νάματα	τὰ νῦν ἅμα τὰ et infelix coniect τὰ νῦν ὕδατα.
pag. 114.	E. ὀνόματος	ὀνομαςός.
115.	B. τίθεμεν ἅπαντα	τιθέμενα πάντα.
116.	C. ἐφίτυσαν	ἐφοίτησαν.
117.	D. ἐξηρτυμένα	ἐξηρτημένα
118.	A. καθειμένοισ	καθημένοις.
	B. ἄρκτων	ἄκρων.
	C. κατεύθυντο	κατ' εὐθὺν τῳ.
	» ἁπάντηι	ἁπάντων.
	E. διάπλουσ	διπλοῦς, διπλοῖς.
	τεμόντεσ	τέμνοντες.
120.	D. ὂν ἓν μὴ	ὂν μὴ.
	E. διὰ πλοῦτον ἀκράτορεσ αὐτῶν ὄντεσ ἐσφάλλοντο	mendose διπλοῦ τοῦ ἀκράτου αὐτὸν ὄντες ἐσφάλλοντο. corre nescio quis: οὐδ' ὑπὸ τοῦ ἀκράτου βλυώττοντες ἐσφάλλοντο. Correct

Haec omnia vitia eadem in reliquorum omnium libris co mitti solent. Sitne ἄγνοιχ an ἄνοια legendum sententia loci s ostendit, ὑςέρα in ὑςεραία corrumpitur, ἐξηρτῦσθαι in ἐξηρτῆσθ καθειμένος in καθήμενος, ἄρκτος in ἄκρος, caeteraque omnia eundem modum.

Abiiciamus igitur censeo *tredecim* libros inutiles et molest ut in solo Parisino A ut in stabili fundamento tota crisis li Platonici firmiter haereat spretisque illorum quisquiliis t simus in emendando textu Platonis, qualem nobis exhibet te omnium certissimus fidissimusque.

Multum enim abest ut Parisinus A. mendis erroribus careat. Deformatur et ipse vitiis omne genus: insunt lacun insunt fatua emblemata multaeque lectiones sine controver depravatae. Pars mendorum deprehendi potest ac semel depre sanari. Faciamus igitur periculum ecquid novae opis *Crit* afferre possimus.

Critias pag. 106. A. τῷ δὲ — θεῷ προσεύχομαι τῶν ῥηθέν· ὅσα μὲν ἐρρήθη μετρίως σωτηρίαν ἡμῖν [αὐτὸν αὐτῶν] διδό: Molestum et auri ingratum αὐτῶν dittographia peperit. P coniunxerat: τῶν ῥηθέντων σωτηρίαν ἡμῖν διδόναι. Sed a

quoque vitiose abundat. Nihil desiderabis in hac sententiae conformatione: *τῷ δὲ θεῷ προσεύχομαι τῶν ῥηθέντων — σωτηρίαν ἡμῖν διδόναι.* Ut in sqq. *αὐτόν* necessarium est *φάρμακον ἡμῖν αὐτὸν τελεώτατον — εὐχόμεθα διδόναι*, sic h. l. supervacaneum est et ineptum.

Critias pag. 107. A. *ὡς μὲν γὰρ οὐκ εὖ τὰ παρὰ σοῦ λεχθέντα εἴρηται τίς ἂν ἐπιχειρήσειεν ἔμΦρων λέγειν*; Praecedens ΩN participium *ὤν* sententiae necessarium absorbsit, scribendumque

τίς ἂν ἐπιχειρήσειεν ἔμΦρων ΩN λέγειν;

Quod sic senarius nascitur non offendet eos qui meminerint quam multi senarii et in his elegantissimi in Platone reperiantur. Pro *ἔμφρων ὤν* usitatius est *εὖ Φρονῶν* vel *σωφρονῶν* dicere, sed participium nullo modo omitti in talibus potest.

Critias pag. 107. B. *ἡ γὰρ ἀπειρία καὶ τΦόδρα ἄγνοια τῶν ἀκουόντων — εὐπορίαν παρέχεσθον τῷ μέλλοντι λέγειν.* Legendum arbitror: *καὶ (ἡ) σΦοδρὰ* (non *σΦόδρα*) *ἄγνοια.* Non est in tali re adverbio locus. Graeci *σΦοδρὰν ἐπιθυμίαν, ἡδονήν, νόσον*, et sim. appellabant, non *σΦόδρα.*

In Platonis *Symposio* pag. 205. A. *τὸ μὲν κεΦάλαιόν ἐϛι πᾶσα ἡ τῶν ἀγαθῶν ἐπιθυμία καὶ τοῦ εὐδαιμονεῖν ὁ μέγιϛός τε καὶ ΔOΛΘρὸς ἔρως παντί.* Quis sit felicitatis amor *dolosus* nemo intelligit. Legendum *μέγιϛός τε καὶ* CΦOΔρὸς ἔρως.

Quod continuo sequitur certa emendatione C. F. HERMANNUS in integrum restituit. In libris est: *περὶ δὲ δὴ θεῶν ἴσMΘN ὡς ἔχομεν, ἵνα ΔΘ σαΦέϛερον ὃ λέγω δηλώσω τῇδέ μοι συνεπίσπεσθε.* Sensit Hermannus et necessarium *μέν* abesse et *συνεπίσπεσθε secundam* personam pro *ἴσμεν* requirere. Itaque reposuit: *ἴσΤΘ μὲν ὡς ἔχομεν.* Rectissime.

Critias pag. 107. C. *γῆν μὲν καὶ ὄρη καὶ ποταμοὺς καὶ ὕλην οὐρανόν τε ξύμπαντα καὶ τὰ περὶ αὐτὸν ὄντα* [*καὶ ἰόντα*]. Veterem dittographiam vides: sed fraus perpluit. Recte enim dicitur *τὰ ΚΑΤΑ τὸν οὐρανὸν ἰόντα*, ut in *Timaeo* pag. 22. C. *τῶν περὶ γῆν καὶ κατ' οὐρανὸν ἰόντων παράλλαξις*, sed ΠΘPI *τὸν οὐρανὸν* (*τὸν τὰ πάντα περιέχοντα*) *ἰέναι* absurdum est. Tralaticia haec confusio est in simplici participio et in compositis *ὤν* - *ἰών*,

παρών — παριών et sim. Praeterea transponendum est καί et sic legendum: οὐρανόν τε ΚΑΙ ξύμπαντα τὰ περὶ αὐτὸν ὄντα.

Critias pag. 108. B. θαυμαϛΩC ὁ πρότερος εὐδοκίμηκεν ἐν αὐτῷ ποιητής. Nunc quoque syllaba olim repetita intercidit. Leg. θαυμαϛῶς ΩC ὁ πρότερος „*mirum quantum* spectatoribus placuit poëta prior." Sexcenties in hac dicendi forma ΩC periisse ostendimus in *Var. Lectt.* pag. 540.

Critias pag. 108. B. εἰ μέλλεις δυνατὸς γενέσθαι. Soloeca haec oratio est corrigendumque μέλλεις ϵCεσθαι, sic enim, aut μέλλω εἶναι, constanter probati scriptores dicebant, sed scioli e vulgi sermone tam saepe *aoristum* substituerunt ut plerique homines docti vacillare coeperint et sic quoque μέλλω γενέσθαι, μέλλω ποιῆσαι, εἰπεῖν et sim. recte se habere arbitrentur. Sed quicumque meminerit locis infinitis scribas futuris aoristos supponere nihil his ψευδομαρτυρίοις movebitur. In Platonis *Republica* pag. 491. B. verba: εἰ τελέως μέλλοι ΦιλόσοΦος γενέσθαι spuria sunt et interpolata a Graeculo, cui suus error relinquendus. Demosthenes pag. 764. 15 οὐ δήπου μέλλων καταλύειν ὑμᾶς ἀλλὰ τοὐναντίον αὐτὸς ἐν ὑμῖν ἀπολέσθαι, sed sine controversia verum est: μέλλων καταλύϹειν — ἀπολϵΙσθαι.

Critias pag. 108. B. ἀλλὰ γὰρ ἀθυμοῦντες ἄνδρες οὔπω τρόπαιον ἔϛησαν. Libanius I. pag. 28. τὸ τοῦ Πλάτωνος προσέθηκεν ὡς ὑπ' ἀνδρῶν οὐκ ἄν ποτε τρόπαιον ἀθυμούντων ϛαθείη.

Critias pag. 108. C. ὦ Φίλε Ἑρμόκρατες, τῆϛ ὑϛέρας τεταγμένος [ἐπίπροσθεν ἔχων ἄλλον] ἔτι θαρρεῖϛ. Lepidum dictum futili additamento inquinatum est. Quid sit τῆϛ ὑϛέρας τεταγμένος perspicuum est, neque interpretem requirit. Si interpretari voles, dicendum: ἐπίπροσθεν ἔχων ἄλλην τάξιν. Sentisne iam vulgatae vitium? Τῆϛ ὑϛέρας τεταγμένος comparatio est, sed ἐπίπροσθεν ἔχων ἄλλον non est amplius comparatio. Haec igitur sic copulari nullo pacto potuerunt. Est operae pretium cum Platone comparare Lysiam pag. 147. 12. ἐγὼ διεπραξάμην ὥϛ τῆϛ πρώτης τεταγμένος μάχεσθαι τοῖϛ πολεμίοις. et pag. 140. 31 ἐάν τις προσιόντων τῶν πολεμίων τῆϛ πρώτης τάξεως τεταγμένο

ιας γένηται. Vides τῆς ὑςέρας τετάχθαι significare *in* *sse*, non ἐπίπροσθεν ἔχειν ἄλλον. Obiter e Lysia exinendum pag. 147. 17. ψηφισαμένων τῶν ἀρχόντων ται τάξεις αἵτινες βοηθήσουσι — προσελθὼν ἐγὼ τὸν ἐκέλευον ᾿ΑΚΛΗΡΩΤΙ τὴν ἡμετέραν τάξιν πέμπειν. m est ex ἀκληρωτί praecessisse ἀποΚΛΗΡΩσαι non ται.

pag. 108. E. πόλεμος τοῖς θ' ὑπὲρ Ἡρακλείας ςήλας ·οικοῦσι καὶ τοῖς ἐντὸς πᾶσιν. Aliena manus ἔξω addiq. ἐντὸς responderet. Manifestum est inter se opponi ρακλείους ςήλας et ἐντός.

gemellum huic mendum adhuc latuit pag. 116. E. [ἐντὸς] ἄλλα ἀγάλματα ἰδιωτῶν ἀναθήματα ἐνῆν. περὶ ὧν [ἔξωθεν] εἰκόνες ἕςασαν ἐκ χρυσοῦ. Spurium esse ıui Codicis Paris. A. indicio constat, poteratque vel e emblema confodi: satis est enim ᾿ΕΝῆν. Sed non epte ἔξωθεν additur verbis ΠΕΡΙ τὸν νεών. Si statuae plum stabant, fatuum est addere ἔξωθεν ἕςασαν.

pag. 109. B. οὐ γὰρ ἂν [ὀρθὸν] ἔχοι λόγον θεοὺς ἀγνοεῖν ντα ἑκάςοις αὐτῶν. Expungendum est ὀρθόν. Frequenest apud omnes ἔχει λόγον pro εὔλογόν ἐςιν et οὐκ ν pro ἄλογόν ἐςιν. Sic et λόγος αἱρεῖ omnes dicebant, λόγος. Horum omnium forma perpetuo Graecorum certa est et stabilis ut mutari nullo modo possit. t λόγον τινὰ ἔχει pro εὔλογόν πως ἐςιν. Lysias pag. εἶχον (ἄν) τινα λόγον αὐτῷ αἱ συνθῆκαι. Plato in pag. 62. A. καὶ γὰρ ἂν δόξειεν οὕτω γ' εἶναι ἄλογον· ἀλλ' ἴσως ἔχει τινὰ λόγον. Demosthenes pag. 462. 11. ῦτο οὑτωσὶ μὲν ἀκοῦσαι λόγον τιν' ἔχον, εἰ δέ τις αὐτὸ ξετάσειε ψεῦδος ἂν ὂν φανείη. Sed neque in his neque tonem ὀρθόν addi potuit.

est ἔχω τινὰ λόγον pro εὔλογόν τι ποιῶ. Plato in pag. 31. B. εἰ μέν τι ἀπὸ τούτων ἀπέλαυον — εἶχΟΝ λόγον. ubi nuperrimus Editor M. Schanz contra libros ubstituit. at tu cf. pag. 34. B. τάχ' ἂν λόγον ἔχοιεν ς, et τίνα ἄλλον ἔχουσι λόγον βοηθοῦντες ἐμοί.

Critias pag. 109. C. Ἥφαιστος δὲ κοινὴν καὶ Ἀθηνᾶ φύσιν ἔχοντες — ἅμα δὲ φιλοσοφίᾳ φιλοτεχνίᾳ τε ἐπὶ τὰ αὐτὰ ἐλθόντες — τήνδε τὴν χώραν εἰλήχατον. Corrig. ἔχοντε — ἐλθόντε — εἰλήχατον. nam saepissime sic solent scribae dualium formas in pluralem refingere, aut contra. Attici veteres, ut et Homerus, frequentissime et lubentissime dualium formis utebantur. ut Plato post pauca pag. 110. A. μυθολογία ἀναζήτησίς τε τῶν παλαιῶν ἐπὶ τὰς πόλεις ἔρχεσθον ὅταν ἴδητον κτἑ. Apud Aristophanem *Av.* vs. 44. in omnibus libris est:

πλανώμεθα ζητοῦντες τόπον ἀπράγμονα.

iugulato metro, et similes errores passim reperias.

Critias pag. 110. D. τοὺς ὅρους ἔχειν ἀφωρισμένους πρὸς τὸν Ἰσθμὸν καὶ τὸ κατὰ τὴν ἄλλην ἤπειρον μέχρι τοῦ Κιθαιρῶνος καὶ Πάρνηθος [τῶν ἄκρων]. Molestissima verba τῶν ἄκρων quid huc faciant et unde irrepserint difficile dictu est. Quis enim sanus umquam in finibus indicandis *summa montium iuga* (τὰ ἄκρα) commemorabit? Praeterea articulo aegre caremus in TOT Κιθαιρῶνος καὶ Πάρνηθος pro καὶ (τῆς) Πάρνηθος.

Critias pag. 110. E. τρέφειν στρατόπεδον πολὺ τῶν περὶ γῆν ἀργὸν ἔργων. Nescio quo Bekkeri errore optimi Codicis scriptura latuit et pro lectione Codicis A affertur στρατόπεδον πολὺ τὸ τῶν περιοίκων, quae perabsurda est, quoniam illi περίοικοι *in summa arce* habitabant. vide pag. 112. B. Sed liquido in A. scriptum est στρατόπεδον πολὺ τῶν περὶ γῆν ἀργὸν ἔργων, quod exquisitius dictum est pro τῆς γεωργίας σχολὴν ἄγον vel οὐκ ἐργαζόμενον τὴν γῆν. Milites apud Platonem *agriculturae laboribus vacantes* nil nisi militiae muneribus fungebantur. οἷς οὐδὲν ἄλλο πλὴν τὰ περὶ τὸν πόλεμον ὑπὸ τοῦ νόμου προσετάχθη μέλειν, ut de iisdem scribit in *Timaeo* pag. 24. B.

Ἀργός τινος apud Platonem non est infrequens, ut *de Legg.* 306. A. ἀργοὺς ταλασίας, et 835. D. πόνων ἀργοί. Sic et ἀργεῖν τινός *de Rep.* pag. 371. C. ἀργήσει τῆς αὐτοῦ δημιουργίας καθήμενος ἐν ἀγορᾷ. et σχολὴν ἄγειν τινός *de Rep.* pag. 370. C. ὅταν εἷς ἓν — σχολὴν τῶν ἄλλων ἄγων πράττῃ. et in *Timaeo* pag. 18. B. ubi hos ipsos milites et reip. custodes dicit ἐπιμέλειαν ἔχειν ἀρετῆς διὰ παντὸς τῶν ἄλλων ἐπιτηδευμάτων ἄγοντας σχολήν.

as pag. 111. B. *οὔτε χῶμα ὡς ἐν ἄλλοις τόποις* ΠΡΟ*χοῖ ἄξιον ἀεί τε κύκλῳ περιρρέον εἰς βάθος ἀφανίζεται.* Plato id quod postulat rei natura ΠΡΟC*χοΐ*, non *προχοΐ*. l. II. 75. *ὁρῶντες τὸ χῶμα αἰρόμενον ξύλινον τεῖχος ξυνθέν- ἐπισήσαντες τῷ ἑαυτῶν τείχει ᾗ προσεχοῦτο*, et pas- sensu *πρόσχωμα* et *πρόσχωσις* de alluvione in aggerem ılata.

inuo sequitur pag. 111. B. *λέλειπται δὴ καθάπερ ἐν ταῖς ῖς νήσοις πρὸς τὰ τότε τὰ νῦν οἷον νοσήσαντος σώματος ὀσᾶ.* ectio *ἐν ταῖς* MA*κραῖς* NO*σοις* probatur ab his, culpatur s, sed novum et inauditum est *insulas parvulas* ita con- re quemadmodum in corpore post diuturnum morbum nil sa supersunt. Contra nihil est notius quam ex diutino vel aegritudine tabefacto corpore *τὰ ὀσᾶ λελεῖφθαι*, ut Theocritum II. 89.

αὐτὰ δὲ λοιπά | Ὀσί' ἔτ' ἦς καὶ δέρμα.

Codice est *νόσοις* a prima manu correctum, et *μικρός* et saepe inter se confusa vidi, ut apud Platonem *de Repu-* ag. 406. D. *τέκτων κάμνων ἀξιοῖ — καύσει ἢ τομῇ χρησά- ἀπηλλάχθαι. ἐὰν δέ τις αὐτῷ μΙκρὰν δίαιταν προστάττῃ — εἶπεν ὅτι οὐ σχολὴ κάμνειν.* in optimis est *μικρὰν* aut *ν* sine sensu. Rectissime igitur Stallbaumius *μΑκράν* t. Plura dabo ad Libanium.

ias pag. 111. C. *τῶν γὰρ ὁρῶν ἔστιν ἃ νῦν μὲν ἔχει μελίτ- νίναις τροφήν, χρόνος δ' οὐ πάμπολυς ὅτε δένδρων αὐτόθεν δομήσεις τὰς μεγίστας ἐρεψίμων τμηθέντων στεγάσματά ἐστιν* i. Hic locus gravi vulnere laborat, quod Critici adhuc ωνυχίαν curarunt. vid. Ruhnkenium ad Timaeum pag. 187. a est vetus, in qua complura Platonis verba perierunt, ibus *unum* superest in Timaei glossa, quam ex Timaeo ıs, ex Photio Suidas receperunt: *Ξύλων ἐρεψίμων. ματά ἐστι τὰ ἐρέψιμα, τὰ εἰς οἰκίας κατατεταγμένα.* Hinc et *ξύλων ἐρεψίμων στεγάσματα* a Platone scriptum fuisse, time dicitur *ξύλα ἐρέψιμα* ut *ἐργάσιμα* et *καύσιμα ξύλα*, *δένδρα ἐρέψιμα* sit dictu absurdum. Ex Platone Pollux ıe VII. 124. sumsit suum *ἐρέψιμα ξύλα*. Experiamur

igitur an sententiam Platonis supplere possimus, namque verba praestare velle dementia est. Suspicor in hunc ferme modum Platonem scripsisse: *χρόνος δ' οὐ πάμπολυς ὅτε δένδρων (μεγάλων τε καὶ ὑψηλῶν ἦν μεστὰ πάντα καὶ ἐκ τῶν ξύλων τῶν) αὐτόθεν εἰς οἰκοδομήσεις κτέ.* Ipsa oppositio ad hanc sententiam necessario ducit: montes in Attica, inquit, *νῦν μέν* solis apibus ferunt pabulum, OLIM — quid olim? *arboribus erant consiti*, olim *erant in montibus sylvae caeduae*, unde caesa materies tectoria in nonnullis ad hunc usque diem perdurat.

Critias pag. 112. B. *τὸ μάχιμον αὐτὸ καθ' αὑτὸ [μόνον γένος] περὶ τὸ τῆς Ἀθηνᾶς Ἡφαίστου τε ἱερὸν κατῳκήκειν.* Primum expunge *μόνον*, adscriptum in margine ad *αὐτὸ καθ' αὑτό*. Praeterea *γένος* a quolibet alio potius quam a Platone profectum est. Satis est *τὸ μάχιμον*, ut *τὸ τοξικόν*, *ἱππικόν*, *ναυτικόν*, *ξενικόν* et sim.

Perinde dicitur *τὸ μάχιμον* et *τὸ μάχιμον γένος* sive *ἔθνος*, sed supervacuum *γένος* in tam alienam et molestam sedem irrepsit, ut vel inde fraus pateat.

Ad *αὐτὸ καθ' αὑτό* non raro idem interpretamentum adhaesit, ut in *Timaeo* pag. 89. D. *ἱκανὸν ἂν γένοιτο αὐτὸ καθ' αὑτὸ [μόνον] ἔργον.*

Critias pag. 112. B. editur: *τὰ γὰρ πρὸς βορρᾶ αὐτῆς ᾤκουν*, sed in Codice scriptum est ex Atticorum consuetudine *πρόσβοῤῥα*. *Πρόσβορρος* enim dicebant et *κατάβορρος*.

Critias pag. 112. D. *τὸ δυνατὸν πολεμεῖν ἤδη καὶ τότΕ ἔτι.* Melius in aliis legitur *καὶ ΤΟ ἔτι*. Componuntur enim in militia *iuniores* (*τὸ ἤδη δυνατὸν πολεμεῖν*) et *seniores* (*τὸ ἔτι πολεμεῖν δυνατόν*). Opponuntur his *τὸ οὔπω δυνατόν*, qui nondum sunt in aetate militari, et *τὸ οὐκέτι δυνατόν*, qui ob aetatem habent iustam militiae vacationem. *Τότε* sic natum esse suspicor: fuerat *τό ΤΕ δυνατὸν πολεμεῖν ἤδη καὶ τὸ ἔτι*. Casu pro *τό τε* scriba *τὸ* dederat et in margine adscriptum *τότε* in locum alienum aberravit.

Critias pag. 114. C. *τῷ δ' ὑστέρῳ Διακρεπὴς (ὄνομα ἐτέθη).*

Notissima lex postulat ut Διαπρέπης scribatur, ut Εὐπρέπης ubi nomen est proprium, et similia sexcenta.

Critiae pag. 115. B. ἅπαντα ταῦτα ἡ τότε [ποτὲ] οὖσα ὑΦ' ἡλίῳ νῆσος — ἔΦερεν. Non possunt τότε et ποτέ copulari, sed alterum ab altero excluditur. Comparandus est locus Thucydidis II. 102. ἐν ταύτῃ τῇ χώρᾳ ἥτις ὅτε ἔκτεινε τὴν μητέρα μήπω ὑΦ' ἡλίου ἐωρᾶτο [μηδὲ γῆ ἦν], ubi emblema manifestum expunge. Opponuntur inter se ὑΦ' ἡλίῳ εἶναι sive ὑΦ' ἡλίου ὁρᾶσθαι et *fluctibus* aut *aqua obrutum latere.*

Critiae pag. 115. E. τοὺς τῆς γῆς τροχοὺς – κατὰ τὰς γεΦύρας διεῖλον ὅσον μιᾷ τριήρει ΔΙέκπλουν εἰς ἀλλήλους. Unus omnium optimus liber Parisinus A, qui

οἷος πέπνυται, τοὶ δὲ σκιαὶ ἀΐσσουσιν,

pro διέκπλουν exhibet ἔκπλουν, in qua scriptura Platonis manus adhuc latet. Διεκπλεῖν et διέκπλους in tali re nullum habent locum neque quidquam bonae frugis inest in reliquis *Critiae* Codicibus Mss. quod non in Parisino quoque legatur. Sed neque ἐκπλεῖν aptum est, dicet aliquis, aut rei conveniens. Fateor, sed scribe mihi ЄΚπλουν et emicabit vera lectio ЄΙCπλουν εἰς ἀλλήλους, id quod rei natura postulat. Notum est Κ et ΙC sexcenties inter se permutari.

Critiae pag. 116. B. τέμνοντες δὲ ἅμα ἀπειργάζοντο νεωσοίκους κοίλους διπλοῦς. Parisinus A. omittit ἅμα, quod quum abesse non possit C. F. Hermannus ἅμα εἰργάζοντο reposuit, quae est propemodum vera lectio. Nempe in 'ΑΠειργάζοντο latet "ΑΜ' εἰργάζοντο. Scribae millies Atticas crases et elisiones expleverunt etiam apud poëtas. Saepe in locis leviter corruptis tuto latent.

In *Critia* pag. 116. C. vetus liber exhibebat:

ἐν ᾧ κατ' ἀρχὰς ἐΦίτυσαν ἐγέννησαν
τὸ τῶν δέκα βασιλειδῶν γένος.

hinc nata est vulgata scriptura: ἐΦίτυσαν καὶ ἐγέννησαν. Potestne emblema esse manifestius quam hoc est? Sunt vocabula antiqua Φῖτυ, Φιτύειν, Φίτυμα pro γέννημα et γεννᾶν. Eupolis:

ἀτὰρ ἤγαγες καινόν τι φῖτυ τῶν βοῶν.

Aristophanes:

πόθεν τὸ φῖτυ; τί τὸ γένος; τίς ἡ σπορά;

ter idem dicit verbis diversis. et in *Pace* vs. 1164.

καὶ τὸ φῖτυ πρῷον φύσει.

Hinc passim φιτύειν pro γεννᾶν apud Tragicos legitur. Aeschylus *Prometh.* 233.

ἀϊσώσας γένος
τὸ πᾶν ἔχρῃζεν ἄλλο φιτῦσαι νέον.

et in *Supplicib.* 312.

καὶ Ζεύς γ' ἐφάπτωρ χειρὶ φιτύει γόνον.

et φίτυμα in *Agamemnone* 1281.

μητροκτόνον φίτυμα ποινάτωρ πατρός.

Sophocles *Trachin.* 311. et *Aiac.* 1296.

ὁ φιτύσας πατήρ.

et *Antig.* 645.

ὅσις δ' ἀνωφέλητα φιτύει τέκνα.

Euripides *Alcest.* 294.

σοῦ κατθανόντος ἄλλα φιτύσειν τέκνα.

et vs. 1137.

εὐδαιμονοίης καί σ' ὁ φιτύσας πατήρ.

Prisca forma φιτύειν scribis incognita plerisque locis in φυτεύειν depravatur iugulato metro: nam φῖτυ et φιτύω primam producunt, quae brevis est in φύσις, φυτόν, ἔμφυτος, σύμφυτος, φυτεύω. Apud Aeschylum Codex Mediceus exhibet χειρὶ φυτεύει γόνον. Idem liber apud Sophoclem in *Aiace* dedit ὁ φυτεύσας πατήρ, et in *Antigone* ἀνωφέλητα φυτεύει τέκνα, et apud Euripidem in *Alcestide* pars librorum servat ἄλλα φυτεύσειν τέκνα, et καί σ' ὁ φυτεύσας πατήρ. Metri indicio fraus patet, namque φυτεύειν pro γεννᾶν perinde bene dicitur, ut in Euripidis *Oreste* 552.

πατὴρ μὲν ἐφύτευσέν με, σὴ δ' ἔτικτε παῖς.

et vs. 585.

σύ τοι φυτεύσας θυγατέρ', ὦ γέρον, κακὴν
ἀπώλεσάς με.

Dixerunt de ea confusione Brunckius ad Soph. *Antig.* 645. et ad Apollon. Rhod. IV. 807, et imprimis perdoctus Britannus ad Oppiani *Cyneget.* in *Miscell. Observatt.* Tom. II. pag. 195. sqq.

Φιτύσασθαι *de matre* dixit Hesiodus *Theogon.* 986.

αὐτάρ τοι Κεφάλῳ φιτύσατο φαίδιμον υἱόν.

quem imitati sunt sequiorum temporum poëtastri. Apollonius Rhodius IV. 307.

ὄφρα γάμου θυμηδέος ἀντιάσειας
τέκνα τε φιτύσαιο.

verba sunt Iunonis ad Thetidem, et Oppianus *Cyneget.* 5. de Domna Iulia matre Caracallae:

Ἀντωνῖνε,
τὸν μεγάλη μεγάλῳ φιτύσατο Δόμνα Σεβήρῳ
νύμφη ἀριστοπόσεια λεχὼ δέ τε καλλιτόκεια.

Viden' ut ludat in Homerico δυσαριστόκεια, et Euripideo ἀριστοτόκεια, ad quorum exemplum sibi credidit et ἀριστοπόσεια et καλλιτόκεια dicere licere. Praeter Hesiodum nemo veterum poëtarum ea forma utitur, et huc refertur Hesychii glossa:

Φιτύσατο: ἐγέννησεν.

melius dixisset ἔτεκεν ὡς περὶ μητρός. Ne φιτύσατο quidem in libris illaesum abiit sed ferme φυτήσατο scribitur: adeo veteris formae φιτύειν memoria omnis apud Graeculos prorsus perierat.

Venio nunc ad Platonem, cuius causa haec praemisi. Plato non semel prisca forma φιτύειν usus est, de qua perdocta superest in Photii Lexico annotatio Boëthi. Duo erant Boëthi libri ad Platonem illustrandum scripti, alter inscriptus: Λέξεων Πλατωνικῶν Συναγωγὴ κατὰ στοιχεῖον. alter: Περὶ τῶν παρὰ Πλάτωνι ἀπορουμένων λέξεων. Utrumque Boëthi libellum Photius in suam farraginem recepit, ut ostendimus in Mnemosyne 1860. pag. 434. et hinc passim apud Photium (aut apud Suidam ex deperdita Photiani Lexici parte descriptae) eximiae in Platonem observationes leguntur, quarum sine ulla controversia auctor est Boëthus, quas si quis volet sedulo collectas ordine disponere facturus est operae pretium et de Platone bene meriturus. Boëthus igitur apud Phot. in v. ita scribit: Φιτῦσαι: γεννῆσαι. ἐπὶ τοῦ πατρὸς ΤΙΘΗCIN (ὁ Πλάτων videlicet, namque unius Platonis λέξεις interpretatur), ἐπὶ δὲ μητρὸς γεννῆσαι. καὶ φιτύοντος ὁμοίως ἀντὶ τοῦ γεννῶντος. λέγεται δὲ καὶ τὸ γέννημα φῖτυ. Εὔπολις Αὐτολύκῳ.

ἀτὰρ ἤγαγες καινόν τι φῖτυ τῶν βοῶν.

Descripsit hanc Boëthi animadversionem Scholiasta Platonis ad *Critiam* pag. 116. C. et Etymologus M. pag. 795, 28. Loci Platonis hi sunt. *de Legg.* pag. 879. C. *τὸν δὲ προέχοντα εἴκοσιν ἡλικίας ἔτεσιν ἄρρενα ἢ θῆλυν νομίζων ὡς πατέρα ἢ μητέρα διευλαβείσθω καὶ πάσης τῆς δυνατῆς ἡλικίας αὐτὸν ΦΙΤΥΣΑΙ καὶ τεκεῖν ἀπέχοιτο ἀεί*, ubi manifesto *φιτῦσαι* de patre dicitur, ut de matre *τεκεῖν*. Pro *φιτῦσαι* Stobaeus habet *φυτεῦσαι*. quis mirabitur? *Φιτύοντος* a Boëtho laudatum legitur in libris *de Rep.* pag. 461. A. *παῖδα Φιτύοντος τῇ πόλει*. Ad hanc lucem relegens verba Platonis in *Critia* p. 116. C. *ἐν ᾧ κατ' ἀρχὰς ἐφίτυσαν* [*καὶ ἐγέννησαν*] *τὸ τῶν δέκα βασιλειδῶν γένος*, quis tam ferreus est, vel potius tam plumbeus, ut non sentiat magistellum putide verbis Platonis interstrepere?

Continuo apud Platonem sequitur: *ἔνθα καὶ κατ' ἐνιαυτὸν ἐκ πασῶν τῶν δέκα λήξεων ὡραῖα αὐτόσε ἀπεΤΕΛΟΤΝ ἱερὰ ἑκείνων ἑκάστῳ*. Mendosum est *ἀπετέλουν* sed *ἐκ πασῶν τῶν δέκα λήξεων* et *αὐτόσε* recta ducunt ad veram lectionem, quae est *ἀπέCΤΕΛ·ΛΟΝ*, *quotannis*, inquit, *primitias fructuum illuc* MITTEBANT.

Reperta est vera lectio sed non recepta in *Critia* pag. 116. D. *τοῦ δὲ Ποσειδῶνος αὐτοῦ νεὼς ἦν σταδίου μὲν μῆκος, εὖρος δὲ τρισὶ πλέθροις*. Pro *τρισὶ πλέθροις*, quod soloecum est, acute vidit Henricus Stephanus ΤΡΙΠΛΕΘΡΟC verum esse. In vicinia legitur pag. 115. D. *διώρυχα - τρίπλεθρον τὸ πλάτος*, et post pauca: *τρισάδιος τὸ πλάτος* et *πλεθριαίαν τὸ πλάτος*, et similia his passim alibi. Cur igitur frugibus repertis nemo utitur?

Critias pag. 117. D. *τοῖς δὲ πάντων διαΦέρουσι πρὸς πίστιν - ἦσαν οἰκήσεις δεδομέναι*. pro *δεδομέναι* substituit corrector *δεδομημέναι*, quod nihil est: sed expuncta una literula Platonis manum habebis: *ἦσαν οἰκήσεις δεΔΜΗμέναι*, non *datae*, sed *aedificatae*, ex loci Homerici recordatione Iliad. Z. 245.

πεντήκοντ' ἔνεσαν θάλαμοι ξεστοῖο λίθοιο
πλησίοι ἀλλήλων δεδμημένοι.

unde Hesychius: *Δεδμημένοι*: — *ᾠκοδομημένοι*.

(Continuabitur.)

AD THEMISTIUM ET QUOSDAM ALIOS.

In Themistii Or. XIV, deridentur qui dum philosophiam ffectant, de rebus disserere audent in quibus vel nunquam xercitati fuerunt, vel cetera turba nihilo meliores extiterunt. nter alia negat τὸν τοιοῦτον Φιλοσοφεῖν, ὅστις διεξέρχεται ὅπως εἴ κατέχεσθαι τὴν ὀργὴν ὃν καὶ ἀγανακτοῦντα οὐδεὶς εὐλαβεῖται, αἰ ὅπως κρείττων εἶναι ἐπιθυ + μηδὲν πλέον καὶ ἡττημένῳ. ic in editione Petavii (Flexiae, MDCXIII.) quam solam possi-eo, haec scripta sunt. Lege, οὐδεὶς ὅστις οὐκ εὐλαβεῖται, et μείττων εἶναι ἐπιθυμίας, ἡδονῶν πλεονάκις ἡττημένος. ufra in eadem oratione legendum; ὁ πάνσοφος Πλάτων ξύν-ρομα πορεύεσθαι ὑπολαμβάνει τὸν ἀληθινὸν βασιλέα καὶ τὸν λλόσοφον. Locum innuit in *Politico*, quamquam ibi homo unge a philosophia remotus cum rege ξύνδρομα πεπορευμένος stenditur. ΞΥΝΔΡΟΜΑ pro ΞΥΝΑΡΜΑ habuit scriba, ex quo ὺν ἅρμασι effecit.

In Euripidis *Helena* 1158 scribitur; αἰ Πριαμίδος γᾶς ἔλιπον λάμους. Sed in superiore sententia unum nomen quocum αἰ oncordare possit est πόλεις. Versus antistrophicus est 1144, ὺ Διὸς ἔφυς, ὦ Ἑλένα, θυγάτηρ. Eodem metro scripta sunt 137 et 1151. Lege, τί Πριαμίδος γᾶς ἔλιπον θαλάμους;

Multa in hoc carmine sunt quae viri docti partim male in-rpretati sunt, partim infelicibus conjecturis corruperunt; sed unc ad memet ipsum corrigendum pergo.

In Mnemosynes Vol. II parte prima Thucydidea quaedam ea nuper vidi, quae *ex Tom. I. p.* 400 *continuari* dicuntur. uoniam hic fasciculus solus ad me pervenit, nescio quem ad

modum in ceteris res typothetae processerit. Sed in hac part nonnulla ita vulgata sunt ut vel acutissimus lector de sententi divinanda desperaturus sit. Hoc factum est praecipue, ul inter scribendum orationis formam mutavi, quae vero delend erant vel nullam vel nimis levem lituram passa sunt. Ha igitur lectorem precor ut corrigat. p. 9. l. 3 a fin. osten*de* p. 10. l. 9. dele *ea de re* p. 12. l. 5 a fin. *γενήσεται.* p. 1 l. 5. *τρίψεσθαι.* l. 7 a fin. comma post *κινδύνων.* p. 15. l. 2 *κεκμηῶτας.* l. 3 a fin. dele *et Edd.* p. 17. l. 24. sed *cur* no essent *ἕτοιμοι*? l. 25. *pacem.* l. 26. nulla erat *causa cur* reliqu p. 18. l. 7. *εὔλογος*? p. 19. l. 24. nihil *est quod* corrector *egeat.* p. 20. l. 14. jubentur; p. 21. l. 27. *ἐγκαταληφθέντες* p. 23. l. 10. *vel ὅτι.* l. 26. Sed et *illa.* p. 26. l. 26. facere An. p. 27. l. 2. *παρέρρει*, l. 3. est, referas, nec caus*am reddi* Extrema sic legenda; „Quod fluvius imperfectum reliquerat i Hagnon *perfecit, effecitque ut undique munita esset.*" — In m liorem conjecturam postea incidi, quam lector iam ante resc verit, quam haec leget.

DEMOSTHENIS LOCUS MALE INTELLECTUS ET INTERPOLATUS.

περὶ εἰρήνης, 60, 12. *καὶ οὐδὲν λῆμμα ....., λογίσαι* Verba *προσηρτημένον, ὀρθόν, προσενέγκῃς, οἴχεται φέρον* prohibe ne oratorem de trutina cogitasse credamus. Neque vero, si c *καθείλκυκε* eo spectare videtur, illi assentior. Nam ut pond in trutina positum recte dicatur *ἕλκειν*, nequaquam tamen *καθέλ* quod oppositum est, nedum *ἐφ' αὑτό*. Hoc dicit; quemadmodu nihil *ὀρθὸν* stare potest cui ab utrovis pondus suspenderis, s nemo *τὸν λογιστὴν ὀρθὸν* habere potest, cujus mentem a rec iudicio pecuniae momentum inclinat. Itaque deleantur *ὥσπ εἰς τρυτάνην.*

Sydniae
m. Maio 1874. C. BADHAM.

Ἀνάλογον.

Aristotelem iure ex genere bonorum scriptorum segregant
e philologi. Nullus facile invenitur auctor, qui tam negli-
nter, tam dissolute atque adeo inquinate scripserit. Non iam
ror vocabulorum formas perversas veluti illud οὐθείς et εἰδῆσαι
similia — quamquam cur in antiquorum et proborum voca-
lorum „locuplete penu" talia erant procudenda? — sed volo
nc illam constructionis libertatem dicam an sordes, quibus
ebro cum perspicuitatis damno mutantur subiecta, permiscen-
r numeri, periodi aut longius protrahuntur aut iusto brevius
minantur, instituta ab initio constructio relinquitur. Quae
nia etsi in concitatiore sermone et plana ceteroquin rerum
positione ferri subinde possint, tamen placidam demonstratio-
n impediunt et turbant. Omnino in res solas intentus parum
istoteles curat legentium voluptatem, adeoque omnem exuit
gantiam, ut deterrere a legendo aequales, venustatis Atticae
ndum oblitos, nihil pensi habere videatur, et divinandam po-
s quam legendam sententiam suam proponat. Equidem ad-
ndum vereor, ut humor et tineae in Scepsiorum specu subter-
neo (Strab. XIII. 609) omnem culpam sustinere debeant.
Sed quantumvis neglegenter Aristoteles scripserit, tamen certas
ges observat. Adiectivum ἀνάλογος semel usurpasse putatur
ato, Tim. 69. B: ἀνάλογα καὶ ξύμμετρα. Idem semel apud
istotelem in Ethicis Nicomacheis invenitur V. 3. 9: τέτταρα
rai τὰ ἀνάλογα. Id servavit quoque qui nuper tertium Aris-
telis ethica edidit A. Grant *The Ethics of A. illustrated with*

Essays and Notes. By Sir Alexander Grant, 2 voll. Lond., Longmans, Green and C° 1874). Sed videndum, quo iure ἀνάλογο illo loco adiectivum putetur. Apud Aristotelem ἀνάλογον (ἀνὰ λόγον) coniungitur cum quovis genere et numero et casu. Γραμμαὶ ἀνάλογόν εἰσιν, Meteor. III p. 376 a 24 (Bkk.). Καὶ δημαγωγὸς καὶ ὁ κόλαξ οἱ αὐτοὶ καὶ ἀνάλογον, Polit. IV, 1292 a. 21. Διαφέρουσι τούτων οὐ τῇ ἀνάλογον ὁμοιότητι, de par Anim. I, 644. b. 11. Ἀεὶ δὲ δεῖ τὴν μεταφορὰν τὴν ἐκ τε ἀνάλογον ἀνταποδιδόναι, Rhet. III, 407. a. 14. Ἐκ τοῦ ἀνάλογα saepius. Καὶ ταῦτα ἓν τῷ ἀνάλογον καὶ τῷ ἀριθμῷ ὂν ἔχει πρὸ ἑκάτερον, de Anima III, 431. a. 22, al. Ex his, opinor, appret, Aristotelem adiectivum ἀνάλογος non usurpasse; si exstitiset, non dubium quin ἐκ τοῦ ἀνκλόγου, ἐν τοῖς ἀναλόγοις scrisisset. Nec mirum, si uno loco librarii, quibus ἀναλογία Aristotele et aliis satis notum esset, ad eius normam adiectivu ἀνάλογος finxerint; illud potius notatu dignum et mirum qu non saepius illud τοῦ, τῷ, τὰ ἀνάλογον depravarunt. Itaq illo loco (Eth. Nic. V. 3. 9) τὰ ἀνάλογα non defendi debet usu Aristotelico, possit fortasse ex origine quinti libri Nicomcheorum, quem cum VI et VII ab Eudemo scriptum et pos ad supplendum Aristotelem insertum esse probabiliter locet Grtius. Quamquam in his ipsis libris adiectivum illud alibi innitur nusquam. Quare l. l. τὰ ἀνάλογον restituendum esse modum probabile iudico. Sed quaeri potest, num ὑφ' ἕν scribendum an separatim ἀνὰ λόγον. Priore ratione favent ῥάπαν et παραχρῆμα. Tam frequenter ἀνά et λόγον iuncta sut in unum verbum et unam notionem coaluerint; nisi forte 3. 12 et 14 pro παρὰ τὸ ἀνάλογον, scribe placet παρὰ τὸ λόγον. At ἀνάλογον hinc apparet ita fuisse usu tritum, ut gulas compositi partes loquentes non semper distinguerent; coroquin pro παρὰ τὸ ἀνάλογον dixissent παρὰ λόγον. Ceter Bonitzii index copiosus et accuratus (Berol. 1870) docet adbium ἀναλόγως Aristotelem non magis quam adiectivum uspasse; semel iterumque apud illum invenitur, si modo fides libris MSS., παραλόγως, quod ex bonis scriptoribus paene nehabet, ut in Comm. Lys. p. 68 ostendi.

Etsi Aristoteles in oratione nihil curat elegantiam, in diplina tamen τῷ καλῷ προσπέπονθεν, non tam propria quad

voluntate quam Graecis innato pulcri moralis studio. Cum enim Stoici et qui post secuti sunt ethices cultores officia quasi *debita* ὀφειλόμενα esse putarent, quae non tam grata essent quam necessaria, ille virtutes tanquam bonas et optabiles libera animi voluntate consectandas demonstrat. Sapiens, quem Stoici fingunt, vix homo est, nedum Graecus; vulgo hominibus ex Stoicorum doctrina multa ad perfectionem desunt. Aristotelia virtus non habet Stoicam gravitatem, at cadit in hominem; est autem μεσότης, natura sua cum μετριότητι et συμμετρίᾳ cognata, eiusque singulae partes quasi pulcri effigies sunt. Stoa cum sit tincta colore et ingenio Orientis et contra ipsa doctrinam Christianam infecerit, Aristotelis philosophia apprime Graeca est, quippe quae non *mundanum* an κοσμοπολίτην cogitet, sed civem Graecum, non perfectionem requirit humanam sortem superantem, sed καλοκαγαθίαν, cuivis parabilem. Id discrimen egregie mihi Grantius ostendisse videtur vol. I p. 254, 278, sqq. Solemus si quid nobis ex Britannia affertur e genere philologico multa exspectare ad crisin et grammaticam utilia, probe memores quam egregie Bentleii et Porsoni de his meriti sint. Hac quidem spe destituimur; at compensatur iactura disputationibus illis, quibus docte, prudenter, eleganter veteris philosophiae placita et populi opiniones de virtute et probitate illustrantur, et quantum debuerit, quid praestiterit Aristoteles superioribus, exponitur. Non huius loci est, haec singula persequi. Sufficiat nunc digitum intendisse ad ea, quae de Sophistis, partim contra Grotium, et de Stoicis disputantur. Philologos non poenitebit haec diligenter cognovisse.

C. M. FRANCKEN.

GALENUS (Tom. V. pag. 19. Kühn.)

Εἰσάγει με λαβόμενος τῆς χειρὸς εἰς οἰκόν τινα καὶ προσδοὺς ἱμάντα καὶ ἀποδυσάμενος ἐκέλευε μαστιγοῦν ἑαυτὸν ἐφ' οἷς ἔπραξεν. — μᾶλλον ἐποίει με γελᾶν ὅσῳ μᾶλλον ἐν ἐκείνῳ τῷ μαστιγωθῆναι θεώμενος. Imo vero: ὅσῳ μᾶλλον ἐνέκειτο μαστιγωθῆναι δεόμενος.

C. G. C.

XENOPHONTEA

Cap. II.

ΓΛΩΣΣΗΜΑΤΙΚΑ
IN XENOPHONTIS CYROPAEDIA.

SCRIPSIT C. G. COBET.

Vetus opinio est ad nostram usque aetatem propagata Xenophontem in scribendo uti solere vocabulis quibusdam poëticis priscis et obsoletis, quae ipsi non vitae usus, non aequalium consuetudo, sed veterum poëtarum lectio suppeditavit. Aelius Dionysius apud Suidam v. Ἀγυιά: — *ἀγυιὰν Ξενοφῶν· καὶ ὅλως πολλὰ τὰ γλωσσηματικὰ παρ' αὐτῷ.* Aelius *ὀνόματα Ἀττικά* colligens, et in his complura Xenophontea, in operis (*κατὰ στοιχεῖον* descripti) initio in v. Ἀγυιά hanc de vocabulis priscis et inusitatis apud Xenophontem sententiam posuit.

Disertissime de ea re scripsit Galenus Tom. XVIII. a. pag. 414. *Τροπικοῖς ὀνόμασι καὶ γλωσσηματικοῖς εἴωθεν ὁ Ἱπποκράτης χρῆσθαι καίτοι πολιτικὴν ἑρμηνεύων ἑρμηνείαν· ὅμοιόν τι τοῖς πεπονθὼς* (leg. *πέπονθεν*) *ὁ Ξενοφῶν· καὶ γὰρ ἐκεῖνος εἴπερ τις ἄλλος ἑρμηνεύων πολιτικῶς ὅμως παρεμβάλλει πολλάκις ὀνόματα γλωσσηματικὰ καὶ τροπικά· σπανιώτερον μὲν οὖν παρ' ἐκείνῳ τὸ τοιοῦτον, συνεχέστερον δὲ παρὰ τῷ Ἱπποκράτει.* Sed Galenus in utroque fallitur: neque enim Hippocrates, neque Xenophon

quam γλωσσηματικοῖς usi sunt. Utebatur uterque „*verbis praeibus*", (Gell. N. A. I. 10.) lectissimis illis quidem et exqui-, sed ex aequalium lingua et ore exceptis. Galenus repredit Hippocratem quod *levem ac crebrum motum* κιγκλισμόν ellarat et κίγκλισιν, sed vivo Hippocrate omnes sic loquetur, et κίγκλος, κιγκλίζειν, διακιγκλίζειν, προσκιγκλίζειν ibus erant in ore: itaque κιγκλισμός et κίγκλισις non sunt ssai olim usu exemtae, sed legitime formata vocabula, rum significatio latebat nemini. Quod si vivo Galeno olim c in desuetudinem abierunt, quid id ad Hippocratem quaeso net?

Eodem modo et caeteri et Galenus in Xenophonte errabant, m et ipsum criminantur ἀνακεχωρηκυίας λέξεις πορίσαι et τικοῖς ὀνόμασι καὶ γλωσσηματικοῖς χρήσασθαι. Appellantur ic vulgo *vocabula poëtica*, quibus Xenophon multum delectari atur. Suspicantur igitur Xenophontem ea omnia non ex uli usu arripuisse sed veteribus poëtis sublegisse, atque verba intermortua *recoxisse:* quod quale sit optime ndit in Graecis Luciani *Lexiphanes*, in Latinis Gellius A. XI. 7.

Quis tandem re diligentius perpensa in animum inducere rit hanc perineptam et malesanam ἀπειροκαλίαν aut in ophontem cadere aut omnino in Xenophonteam aetatem? idae et affectatae eruditionis hic morbus est et poëtarum, Alexandria tulit, haec sunt παίγνια. Est aliquid inter uae Xenophonteae sanitatem et Callimachi ineptias. Quid ur dicamus? Xenophon, qui diutissime patria et civium gressu caruit, ξενίζειν coeperat, id est ὀνόμασι ξενικοῖς θαι, et quum magnam vitae partem in Asia et in Peloponransegerit imbibit longa die eam loquendi consuetudinem, e apud Iones et Dorienses, praesertim apud Spartanos, obtiat. Solon in carmine quodam (apud Aristid. Tom. II. pag. 5) multos se cives exulantes in patriam reduxisse narrat:

πολλοὺς δ' Ἀθήνας πατρίδ' εἰς θεόκτιτον
κατήγαγον πρεσθέντας, ἄλλον ἐκδίκως,
ἄλλον δικαίως, γλῶσσαν οὐκέτ' Ἀττικήν
ἰέντας ὡς ἂν πολλαχῇ πλανωμένους.

Sic et Xenophon ὡς ἂν πολλαχῇ πλανώμενος γλῶσσαν οὐκέτ'

Ἀττικὴν ἠφίει. Memorabile eiusdem rei exemplum est apud Demosthenem πρὸς Εὐβουλίδην pag. 1304, 5: διαβεβλήκασί μου τὸν πατέρα ὡς ἐξένιζεν (id est ὡς οὐκ ἀττικιεῖ διελέγετο ἀλλὰ ξενικῶς, ut Didymus interpretatur apud Harpocr. v. ἐξένιζεν, cui temere Harpocration obloquitur.) καὶ ὅτι μὲν ἀλοὺς ὑπὸ τῶν πολεμίων — καὶ πραθεὶς εἰς Λευκάδα — ἐτώθη δεῦρο πολλοῖς χρόνῳ πραπαλελοίπασιν. et post pauca: τὸν ξενίζοντα οὐδεὶς πώποτ ἠτιάσατο ὡς εἴη ξένος. Sic igitur et Xenophon ἐξένιζε χρόνιο ὧν ἔν τε Ἴωσι καὶ ἐν Πελοποννησίοις, et quae quotidie audieb ea ex ipsa rei natura et ipse loquebatur et scribebat. Hab autem hoc et Ionica dialectus, et magis etiam Dorica, φιλάρχαιος οὖσα multa vetustioris sermonis vocabula fidelit servaverit, quae Athenienses olim amisissent, unde factum ut Xenophon in nonnullis ἰάζων καὶ δωρίζων videretur ver *poëtica* usurpare et γλωσσηματικὰ λέγειν. Dabo pauca exemp

Πεπᾶσθαι.

Habebat lingua vetus pro κεκτῆσθαι verbum πεπᾶσθαι, aoristum πάσασθαι pro κτήσασθαι, et futurum duplex πάσομ et πεπάσομαι pro κτήσομαι et κεκτήσομαι.

Hinc nata sunt πᾶμα, πᾶσις et πάτωρ pro κτῆμα, κτῆσ et κτήτωρ.

Πᾶμα componitur in αὐτοπάμων, βουπάμων, πολυπάμων παμοῦχος (παμῶχος) et ἐπιπαμπτίς.

Praeterea erat compositum ἐμπεπᾶσθαι pro ἐγκεκτῆσθαι, ἔμπασις pro ἔγκτησις. Erat πραμπησία pro παγκτησία, Πασίας (Κτησίας), Πασίων, Πασικλῆς, Πασίμηλος, Πασιππί πασίβακτρος. (Mnemos. 1874. pag. 162.) et pauca quaedam ei dem stirpis plura fere apud Hesychium.

Est de his antiquis formis eximia quaedam Valckenaeri Ammonium annotatio pag. 187. sqq. cui aliquid addidit Theocriti *Adoniaz.* pag. 381. sq. Alia aliunde congessit Din ad Steph. Thes. quibus omnibus adiuti de antiqui voca ratione et usu paullo diligentius videamus.

Πεπᾶσθαι cum omni progenie derivatorum et composito est vetustae linguae Epicae, Lyricae, Tragicae vocabul Nemo Athenis Comicus poëta, nemo historicus, orator, p sophus praeter unum Xenophontem quidquam ex illis fo usurpavit umquam.

Jnum tantum sed certum apud HOMERUM verbi πεπᾶσθαι ıtigium est Δ. 433.

δῖες πολυπάμονος ἀνδρὸς ἐν αὐλῇ.

hil praeterea hinc natum Homerus, nihil Hesiodus offerunt. ıquitur SOLON (Plutarch. in *Solone*. II.):

χρήματα δ' ἰμείρω μὲν ἔχειν, ἀδίκως δὲ πεπᾶσθαι
οὐκ ἐθέλω.

Solonem PINDARUS sequitur et alibi et apud Aristophanem ŧv. vs. 943.

ὃς ὑφαντοδόνητον ἕσθος οὐ πέπαται.

ŧ AESCHYLUS *Agam.* 835.

τῷ πεπαμένῳ νόσον.

Choëph. 191.

Φρόνημα παισὶ δύσθεον πεπαμένη.

Eumen. 177.

ἕτερον μιάσορ' ἐκ κείνου πάσεται.

Apud SOPHOCLEM nullum verbi πεπᾶσθαι vestigium est, sed EURIPIDES utitur *Orest.* 1195.

μέθες πεπᾶσθαι.

Androm. 641.

γαμβρὸν πεπᾶσθαι.

Usus est Euripides etiam futuri forma πεπάσεται pro κεκτήσεται. vid. Mnemos. 1874. pag. 400.

Post Euripidem nemo Atticorum vetere verbo usus est praeter ENOPHONTEM in *Anabasi* et *Cyropaedia*. Audiamus testimonia: *Cyrop.* III. 3. 44. περὶ πάντων ὧν πέπασθε ἀγαθῶν. *Anab.* I. 19. ὧν ἐπέπατό τις. III. 3. 18. τίνες πέπανται σφενδόνας. I. 1. 12. τινὰ πεπαμένον ὀρχηστρίδα. VII. 6. 41. οὔτε Σεύθης ἔδωκεν οὔτε ἡμῖν τὰ γιγνόμενα, ἀλλ' αὐτὸς κλέψας πέπαται. Quid censes? Videturne hae λέξεις ἀνακεχωρηκυῖαι et γλωσσηματικαί? Ecquid absurdius dici potest quam in oratione indignanda et iracunda: ἀλλ' αὐτὸς κλέψας πέπαται, verbum poni solitum et in populari sermone inauditum? Credo vel Calliachum si quando ira excandesceret γλωσσηματικοῖς abstinuisse. Sed erat πεπᾶσθαι et olim et tunc apud Iones et Dorienses verbum perfrequens et quotidiani usus, quod Xenophon non *coxit*, sed ex suorum ore excepit.

Xenophontem postea omnes, qui ex eo dicendi copiam et venus-

tatem colligebant, in ea quoque re imitati sunt et πέπαμαι dicebant et πασσίμεσθα et πασάμενος et quidquid eadem stirp tulit.

Poëtae quidem recentiores Poëtas antiquos sequebantur, t PYTHEAS apud Athenaeum pag. 465. D.

τῶν πρότερον πάντων πλείστα πασάμενος.

THEOCRITUS XV. 90.

πασάμενος πστίτασσε.

et TIMON ὁ σιλλογράφος apud Sextum Empiricum pag. 721.

τρὶς μάκαρες μέντοι καὶ τετράκις οἱ μὴ ἔχοντες
μηδὲ κατατρώξαντες ἐνὶ σχολῇ ὅσσ' ἐπέπαντο.

et LEONIDAS Tarentinus (*Anthol. Palat.* VII. 67.)

πάνθ' ὅσα κὴν ζωοῖς ἐπεπάμεθα.

Scite idem ad formam Homerici πολυπάμων finxit novu βουπάμων. *Anth. Pal.* VII. 740.

ὁ τὸ πρὶν βουπάμων.

et VI. 263.

Σῶσος ὁ βουπάμων.

libri βουπαλίων. correxit Valckenaer.

A Xenophonte autem sumsit Philostratus *Heroic.* 716. ὅτι μ πέπασκι τὸν θεραπεύσοντα, et alibi: οἰκίας ἐπὶ τῶν ἁμαξῶν π πανται: et Themistius similiter. Quam fatuum sit in talib *priscum verbum recoquere* unusquisque sentiet.

Est operae pretium animadvertere quam male hae form veteres et Graeculis incognitae a scribis soleant haberi. Tantu non ubique legitur πάμμα, πολυπάμμονος, βουπάμμων, πεπα μένος, πασσάμενος. πέπανται, πεπρᾶσθαι, ἐπέπασο, ἐπεπ μεθα, et πατήρ pro πάτωρ. Vidimus et βουπαλίων pro βουπ μων. Praeterea glossemata verba prisca expulerunt: κέκτη pro πέπασθε, et κεκτῆσθαι pro πεπᾶσθαι. Sed omnia haec n negotio corriguntur. Notae nunc sunt fraudes, errores per gati, qui nemini amplius imponunt.

Spartanis fuisse πεπᾶσθαι in usu, ostendunt Spartanorum Graecia maiore coloniae, ubi παμῶχος pro κύριος dici auctor Hesychius: Παμῶχος ὁ κύριος. Ἰταλοί. et verbum hinc nat apud eundem. Παμωχίων: κεκτημένος. Tabulae Heracleen luculenter confirmant, in quibus est: τὰ Φιντίας — παμωχ et τὸν Κωνέας — ἐπαμώχη. Ionica forma παμοῦχος mihi

olim et nunc reddenda videtur Herodoto VI. 57. δικάζειν δὲ μούνους τοὺς βασιλέας — παΤΡούχου παρθένου πέρι ἐς τὸν ἱκνέεται ἔχειν. Manifestum est haec περὶ ἐπικλήρου dicta esse. Schol. ad Platonis *Legg.* pag. 630. B. ἐπίκληρος — ἡ ἐπὶ κλήρῳ τινὶ καταλελειμμένη παῖς ὀρφανὴ πατρὸς καὶ μητρὸς ἀδελφῶν τε οὖσα ἔρημος. τινὲς δὲ ταύτην ἐπιπαματίδα καὶ πατροῦχον καλοῦσιν. Sed quis serio credat puellam *patre orbatam* πατροῦχος dici potuisse, aut πατροῦχος idem esse quod τὰ πατρῷα ἔχουσα?

Habebat Spartae ἡ ἐπίκληρος nomen a πεπᾶσθαι et πάματα: aut enim αὐτοπάμων dicebatur (Hesychius Αὐτοπάμονα: ἐπίκληρον.) aut ἐπιπαματίς (Hesychius Ἐπιπαματίδα: τὴν ἐπίκληρον.) aut παμοῦχος (παμῶχος) denique. Pervetus is in Herodoti libris error est, quo semel orto non defuerunt qui πατροῦχος esse ἐπίκληρος interpretarentur: Conf. Ruhnken. ad Tim. v. Πατρούχου παρθένου: — ᾗ προσήκει ΤΑ τοῦ πατρὸς ἔχειν. Vim infert quisquis est analogiae certissimae, ut mendosa lectio sana esse videatur. *Fecerunt alii, item boni.*

Restant duo Valckenaerii errores modeste refutandi. Cognata esse ponit πεπᾶσθαι et παοί, πηοί *affines* ab Eustathio deceptus. Nihil enim illis est inter se commune, praeter literas ΠΑ.

Praeterea male huc retulit locum Pempeli in Stobaei *Floril.* 79. 52. Σεμνόν τι καὶ θείας Φύσιος ΠΕΠαμένον ἀμῖν τὸ τῶν Φιτυσάντων ἵδρυμά ἐστι. Nempe πεπᾶσθαι accusativum regit et ab h. l. alienum est. Ostendimus Mnemos. 1874. p. 432. verum esse: θείᾱς Φύσιος ΕΠαμμένον *divina natura* PRAEDITUM.

Transeamus iam ad reliqua, quae in *Cyropaedia* γλωσσηματικά esse putantur, quia ab Atticorum dicendi consuetudine abhorrent.

Multa sunt apud Xenophontem nomina in -τήρ, quibus dialectus Ionica et vetus Attica plurimis utebantur. Postea apud solos Iones retenta sunt, quum in Attica nomina in -τήρ *instrumentorum* sunt, non *personarum.* Αὐλητής Atticum est, αὐλητήρ et ὑπ' αὐλητῆρος ἀείδειν Ionicum. Homerica sunt:

μύθων τε ῥητῆρ' ἔμεναι πρηκτῆρά τε ἔργων.

et in *Margite*:

τὸν δ' οὔτε σκαπτῆρα θεοὶ θέσαν οὔτ' ἀροτῆρα.

et sunt alia eiusdem formae sexcenta. In legibus Solonis κλητῆρες nominabantur, sed reliqua omnia, ut κρατήρ, ζωστήρ, κλυστήρ, σφιγκτήρ, ἀρυστήρ, ἀντλητήρ, multaque his similia nomina sunt instrumentorum. Xenophon autem Ionicam consuetudinem secutus et alia alibi et in *Cyropaedia* haec posuit: ἀποδεκτήρ VIII, 1. 9. γνωστήρ VI, 2. 39. δυτήρ VIII, 1. 9. ἐπιτακτήρ II, 3. 4. θεραπευτήρ VII, 5. 65. ὀπτήρ IV, 5. 17. et φραστήρ V, 4. 40 et IV, 5. 17.

Non sunt hae γλῶσσαι, sed Ionicae formae apud Xenophontis aequales usitatae.

Quis credat δμῳαί (non δμωαί) in *Cyrop.* V, 1. 6. ex Homero sumtum? aut ἀγυιά II, 4. 3. aut ἄχος V, 5. 6. et VI, 1. 37. aut γοᾶσθαι IV, 6. 9. aut δαΐς IV, 2. 37. aut δάσασθαι (δαίομαι) IV, 2. 43, aut ἐξαπίνης VI, 2. 27. aut χάσασθαι, διαχάσασθαι VII, 1. 31. aut μένος, πορσύνειν, σίνεσθαι, τλῆναι et ἀνατλῆναι, φάος, φθίμενοι, χαρμονή? Haec omnia vivo Xenophonte in Ionica vigebant, et Xenophon ἰάζει, ut in ἀμφί (pro quo Attici *semper* περί dicebant) et in ἀμβολὰς γῆ. ἀνάμβατος, ἀδαής, δαήμων (ἀδαήμων, ἀδαημοσύνη), ἄρταμος, ἀποχειροβίοτος, μάσσων, et paucis quibusdam aliis, quorum nihil est *poëticum*, sed omnia haec Xenophontis aetate crebro usu ab Ionibus terebantur.

Spartanorum sunt σκηνή pro δεῖπνον (unde σκηνῶ συσκηνῶ διασκηνῶ) et ῥήτρα.

Vix evasit *Cyrop.* II. 2. 15. verbum purum putum Ionicum ἀναισιμοῦν pro ἀναλίσκειν in his: οὔτε γὰρ αὐτὸς χρώμενος ἀναισίμωκας αὐτόν, ubi in plerisque libris *correctis* scilicet est ἀνήλωκας, in uno optimo ἀναισίμωκας legitur.

Nulla est dubitatio quin Ionica compluscula apud Xenophontem olim scripta a scribis et correctoribus in formas vulgares sint conversa. Sine vestigio haec omnia periissent nisi eruditi ἀττικισταί ex suis libris nonnulla laudassent. Phrynichus pag. 89. Ὀσμή δεῖ λέγειν. — παρανομεῖ γοῦν Ξενοφῶν εἰς τὴν πάτριον διάλεκτον ὀδμὴ λέγων. Nunc ubique apud Xenophontem ἀττικιστὶ scriptum est ὀσμή, at ipse constanter Ionicam consuetudinem erat secutus, ut in *Cyrop.* I. 6. 40. κύνας ἴτρεφες, αἳ τῇ ὀδμῇ αὐτὸν ἀνηύρισκον, ubi nunc in omnibus libris est τῇ ὀσμῇ.

Multae sunt et eximiae Aelii Dionysii de Xenophontea dictione animadversiones, quas Photius (et ex Photio Suidas) ἐκ τῶν Ἀττικῶν Ὀνομάτων descripsit. Duae ex his ad hunc locum faciunt. Suidas v. Ἀνθέων (nam haec pars Lexici Photiani periit): τὴν γενικὴν ὁμοίως τοῖς Ἴωσιν οἱ Ἀττικοί. Ἕρμιππος Ἀθηνᾶς γοναῖς:

καιροσπάθητον ἀνθέων ὕφασμα καινὸν Ὡρῶν.

καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς.

λεπτοὺς διαψαίρουσα πέπλους ἀνθέων γέμοντας.

καὶ Ἀρισταγόρας Μαμμακύθῳ, οὕτω δὲ καὶ βελέων καὶ ὀρέων καὶ ἕτερα πλείονα Ξενοφῶν διαιρεῖ. Praeter tenuissima quaedam indicia (vid. ad *Cyrop.* IV, 2. 45) hae formae omnes sine vestigio perierunt, sed ipse Xenophon constanter βελέων, ὀρέων, κρηδέων, τειχέων et sim. scripsisse videtur.

Altera est eiusdem generis Aelii Dionysii observatio apud Photium v. Ἕως οὐχὶ ἡώς τὸ Ἀττικόν ἐστι. Ξενοφῶν δὲ ἡώς λέγει ποιητικῶς κατακόρως ἐν Κύρου παιδείᾳ· ἦν τε πρὸς ἠῶ ἦν τε πρὸς ἑσπέραν. Locus est in *Cyrop.* I, 1. 5. ubi nunc editur ex libris omnibus πρὸς ἕω. Spernit hanc animadversionem Dindorf. Suidae esse opinatus, qui libri sui vitio deceptus esset. Ignorabat haec ab erudito et antiquo ἀττικιστῇ esse annotata, neque animadvertit κατακόρως additum, unde colligas *passim* ἡώς olim in libris Xenophonteis fuisse scriptum.

In his igitur omnibus Xenophon deserta civium suorum consuetudine formis verbisque Atticis pauca Laconica et multa Ionica ex aequalium usu substituit et παρενόμησε μὲν (ut Phrynichi verbis utar) εἰς τὴν πάτριον διάλεκτον, sed nusquam γλωσσηματικοῖς οὐδὲ ποιητικοῖς ὀνόμασιν ἐχρήσατο.

GALENUS.

XVIII. 1 pag. 253. Kühn.

[illegible] δὴ τὸ λεγόμενον

Θερσίτης δέ τις μοῦνος ἀμετροεπὴς ἐλάλει.

[illegible] μᾶλλον ἂν ἡ Θερσίτῃ πρέποι. Leg. Θερσίτης δ' ἔτι ἀμ. [illegible], cui nescio quis ἐλάλει supra scripsit et sic factum est [illegible] assolet.

C. G. C.

VARIA.

In vita Aeschinis a nescio quo Apollonio scripta legimus I 14 R.: δοκεῖ [ὁ Αἰσχίνης] τὴν ὑπὲρ Φιλίππου καὶ Ἀλεξάνδρου π: λιτείαν ἐπανελέσθαι — καὶ πρὸς τὴν ἐκείνων χάριν καὶ κολακεία ἄρασθαι πολιτείαν πρὸς τοὺς περὶ Δημοσθένην. Quam absurd ἄρασθαι πολιτείαν pro ἄρασθαι πόλεμον? Scin' unde natus s error? Nempe sic: οἱ εἰς τάχος γράφοντες eadem nota (πὸ) scr bebant πόλις, πολιτεία et πόλεμος. Itaque haec passim a scribi nihil cogitantibus inter se permutantur et nostri officii est rect cogitando suo quodque loco restituere. Imprimis πόλις et πολ τεία frequenter et apud alios et apud Oratores inter se confus videbis.

Diogenianus VIII 56. τὴν Θύραν ἔχει τετριμμένην ὥσπερ ἀ ποῖμναι; non *ianuam*, credo, attritam habebat sed *caudam* t Οὐράν.

Proverbia Plutarchi I. 23 pag. 324 Schneid. ΒΟΤΝΑC δικά ζει: — τούτῳ Ἠλεῖοι — ἐπέτρεψαν δίκας νομίσαντες ἀναμένε ἕως ἂν ἀποφήνHI. Legendum ΒουΛΙας — ΔΙΑΙΤΑΝ ΌΜΟσα τες ἀναμενεῖν — ἀποφήνητΑΙ.

Aristides Tom. II. pag. 462. Ἡροδότῳ καὶ αὐτοῦ τοῦ ἔρωτ χάρις ὃν ἡμῖν πρῶτος ἐνέβαλεν Αἰγύπτου καὶ τἄλλα, φασὶν παρΡΗCιαζόμενοι, Φίλος ἀνήρ. Emenda: παρΟΙΜιαζόμενοι. C Diogen. VIII. 50.

Zenobius I. 68. Ἀλεκτρυόνος μέμφεσθαι κοιλίαν: ἐπὶ τῶν περὶ τὸν βίον πολυτελῶν καὶ ἀβροδιαίτων. Quam pessime corruptis libris utimur! Scin' quid olim scriptum fuerit? Aristophanes docebit in *Vespis* vs. 794.

ἀλεκτρυόνος μ' ἔφασκε κοιλίαν ἔχειν.

Cf. Suidas. v. Ἀλεκτρυόνα ἀθλητὴν Ταναγραῖον.

Zenobius II. 17. ἀληθέστερα τῶν ἐπὶ Σάγρᾳ: — Σάγρα δ' ἔστι τόπος ἐν ᾧ τὴν μάχην ἐνίκησαν οἱ Λοκροί. Erat in vetere libro πῦ id est ἔστι ποταμὸς ἐφ' ᾧ κτέ.

Diogenianus II. 99.

Ἀρχῶν ἄκουε καὶ δικαίως κἀδίκως.

ἐκ τῶν τοῦ Σόλωνος ἐλεγείων. Corrige:

Ἀρχῶν ἄκουε καὶ δίκαιΑ κἄδικΑ.

Galenus XVIII. 1. pag. 291. Ὄνος θεασάμενος ἓν τῶν Μελιταίων κυνίδιον Ἀριστοσίτῳ δεσπότῃ συγκατακείμενον ἀλλόμενόν τε περὶ αὐτὸν καὶ σκιρτῶν καὶ σεῖον τὴν οὐράν. Iustissima de causa nemo in fabulis nomine proprio appellatur. Emenda igitur: κυνίδιον ἀριστΩΝΤΙ τῷ δεσπότῃ συγκατακείμενον.

Diodorus Siculus XIV. 108. τοῦτο δ' ἔπραττεν ὅπως μὴ διδόντων ΜΕΝ αὐτῶν δικαίως δόξῃ τὴν πόλιν ἐλεῖν, δόντων δὲ [ἐνόμιζεν] ἐξαναλώσειν αὐτῶν τὸν σῖτον καὶ ταχὺ — κυριεύσειν αὐτῆς. Leg. δόξΕΙ et expuncto ἐνόμιζεν scrib. ἐξαναλώσΕΙ et κυριεύσΕΙ. Bonus scriptor αὐτῶν in verbis μὴ διδόντων μὲν αὐτῶν omisisset.

Hippocrates Tom. III. pag. 3. Ermer. τὸ γὰρ ξενοπρεπὲς οὕτω ξυνιέντες εἰ χρηστὸν μᾶλλον ἐπαινέουσι ἢ τὸ ξύνηθες [ὃ ἤδη οἴδασι ὅτι χρηστόν] καὶ τὸ ἀλλόκοτον ἢ τὸ εὔδηλον. Emblema est a Graeculo male Graece additum. Graecus dixisset ὃ πάλαι ἴσασι. Quod sciolus explevit ipsa loci sententia satis indicabat.

Hippocrates Tom. III. pag. 55. Ermer. οὐκ ἐδυνάμην αὐτοὺς ἀναγνῶΝαι εἰ μὴ μόλις ὅτι τόδε ἐστὶ τοιόνδε. Erotianus (et ex eo Galenus): Ἀναγνῶναι: μεταπεῖσαι, μεταδιδάξαι. Vera lectio est ἈναγνῶCαι, quod noto usu Ionice pro ἀναπεῖσαι ponitur,

ut μεταναγνῶσαι pro μεταναπεῖσαι. Hesychius: Μετανεγνώ μετανεπείσθη. ex Sophoclis *Aiace* 716. Saepe sic Graeculi cant. vid. ad Gregor. Corinth. pag. 503. sq. Redde igitur v medico suum ἀναγνῶCαι.

Nicander *Theriac.* vs. 133.

οἱ δὲ πατρὸς λώβην μετεκίαθον αὐτίκα τυτθοὶ
γιγνόμενοι ἐχιῆες.

Non aliter scripta haec laudat Galenus XIV pag. 339. sed ἐ et ἐχιεύς, quod hinc est in Lexica receptum, nihil est. N der dixerat ἐχιΔῆες, ut plurima sunt huius formae νεοττῶν ματα. Cf. *Nov. Lectt.* pag. 151.

Poliorcetica (Ed. Wescher.) Pag. 193. τῇ δὲ (σχεδίᾳ) δι γομένῃ ὑπὸ τοῦ ποταμοῦ βοηθεῖν δεῖ μὴ ἀθροῦν αὐτὴν ἐνοίσ πολεμίᾳ ὄχθῃ καὶ θρύψῃ. Editor in Codice legit ἐνοείσῃ. correxeram ἐνσείσῃ diserte in Codice scriptum esse vidi.

Galenus XVIII. 1 pag. 254. Kühn. οὐκ ἐμοῦ σωΦρονίζ ἀλλ' Ὀδυσσέως τινὸς ἐδεῖτο τοῦ τῷ σκήπτρῳ καθЄΖομένου. em καθΙΞομένου.

Ibid. δέομαι οὖν συγχωρῆσαί μοι κολάσαι τὴν ἀπαιδε αὐτοῦ λόγοις τραχυτέροις ὧν ΟΥΚ εἴθισμαι χρῆσθαι. clamat tentia negationem expungi oportere.

Galenus περὶ σπέρματος (Tom. IV. pag. 525. Kühn.) dat locum Hippocratis his verbis conceptum: κἀγὼ ἀκο ἐκέλευσά μιν πρὸς ΤΗΝ γῆν πηδῆσαι καὶ ἐπτάκις ἐπειδὴ ἐπεπή ἡ γονὴ κατερρύη ἐπὶ τὴν γῆν. Iisdem verbis legitur apud pocratem. Vera lectio est πρὸς ΠΤγὴν πηδῆσαι, ut in *Lysis* vs. 82.

γυμνάδδομαί γα καὶ ποτὶ πυγὰν ἄλλομαι.

Vetus mendum est et Galeno antiquius.

C. G. C.

TIB. HEMSTERHUSII EMENDATIO INEDITA.
EMBLEMATA APUD THUCYDIDEM.
FERIAE TRISAECULARES.

Accepi modo et lubentissime perlegi *Narrationem de Tib. Hemsterhusio* scriptam et ad me comiter missam a viro cl. F. V. Fritzschio, qui ut olim σφοδρὸς ἐφ' ὅ, τι ὁρμήσειε magnificas viri incomparabilis laudes praedicat, in quibus me habet ex animi sententia consentientem. Verissime scribit: „*principio* (Hemst.) *locum vetusti scriptoris corruptum esse tam clare ostendit ut nullus dubitandi locus relictus sit, deinde sedem vitii tanto acumine indagat, ut rem oculis subjectam videamus et teneamus paene manu, postremo evidenter demonstrat una tantum ratione non pluribus hoc ipsum vitium tolli posse et certo removeri.*" Quam vellem Fritzschius, optimus harum rerum existimator ac iudex, otiose suo arbitratu inspicere potuisset Hemsterhusii Schedas et annotationes Mss. in librorum marginibus minutissima sed pereleganti manu exaratas, quas Bibliotheca nostra publica servat plurimas. Sic demum ei optime constaret quantum in illo viro, non tantum doctrinae et acuminis, sed etiam industriae ac diligentiae fuerit. Complectebatur omnia et omnia exactissima cura elaborabat. In omnibus, quae tamen in lucem edere non curabat, caute et circumspecte agentem videas, undique ex infinita doctrinae copia colligentem quae rem in clara luce ponerent et extra omnem dubitandi controversiam collocarent. Haud sum nescius quanta viris summis, quorum schedas ineditas

inspicimus, reverentia debeatur, et semper religiose cavebo n quid forte inde expromam quod ipsi occultari maluissent. Itaq paucissima tantum ex iis et *ἐναργῆ* interdum protuli, *ἀκΤάζειν* apud Strabonem pro *ἀκΜάζειν*. Nunc etiam i faciam. Quum diu et multum in Libanio lectitando esse versatus Hemsterhusii exemplar inspexi, si quid forte boni eo reperirem. Inerant annotationes pauculae, quarum una cum viro Cl. veluti ad gratias agendas communicabo. Edit apud Libanium Tom. IV. 1049. 14. *ἅτε οὖν οὐκ ἀκριβῶς κατ λύσαντες* (optime Reiske *κατα*ΔΗ*σαντες*) *τὸ Φορτίον ἀλλὰ ῥᾳθ μως βοηθεῖν ἐπειρῶντο ὁ μὲν ἔνθεν ὁ δ' ἔνθεν· ὁ μὲν γυμνὸς ὅλ διὰ σώματος βακτηρίᾳ ἀνέχων τὸ Φορτίον κτέ.* Manifesto corrup sunt *ὅλου διὰ σώματος*. In alio libro est *πλὴν διὰ σώματος*, un nihil proficimus. Sed rem acu tetigit Hemsterhusius una lit rula mutata reponens: *γυμνὸς πλὴν δια*Ζ*ώματος*. Hoc sanun hoc evidens, hoc verum est. Comparari potest locus Tom. 246. 6. ubi de mendicis scribit: *ἐλεεινὸν δ' ἔΦασκεν εἶναι κ τὸ ἐν βακίοις τοιούτοις ψῦχος τοσοῦτον διαΦέρειν τοῖς μὲν ὄντ μόνων διαζωμάτων, τοῖς δὲ ἐκ βουβώνων τε καὶ ὤμων ἄκρ χειρῶν τε καὶ ποδῶν γεγυμνωμένων.* Ubi tam liquido appa *διάζωμα* esse subligaculum, *quo pudenda velantur*, ecquis tande dabit mihi verba Thucydidis I. 6. *ἐν τῷ* Ὀλυμπιακῷ *ἀγ διαζώματα ἔχοντες* [*περὶ τὰ αἰδοῖα*] *οἱ ἀθληταὶ ἠγωνίζοντο*, ine scioli emblemate commaculata esse? An est forte in Thucyd ferendum quod in Libanio nemo ferat? Putesne recte dici tuisse *γυμνὸς πλὴν διαζώματος περὶ τὰ αἰδοῖα*, aut *τοῖς ὄντων μόνων διαζωμάτων περὶ τὰ αἰδοῖα*? Non opinor equide

Veteres eo sensu verbo simplici utebantur *ζώννυσθαι* dic tes, ut Homerus Odyss. Σ. 67. et Orsippus in nobili epigra mate:

πρᾶτος δ' Ἑλλάνων ἐν Ὀλυμπίᾳ ἐςεΦανώθην
γυμνὸς ζωννυμένων τῶν πρὶν ἐνὶ ςαδίῳ.

Atheniensium est *διέζωμαι* et *διάζωμα ἔχων*, recentior *περιέζωσμαι* et *περίζωμα ἔχων*, ut apud Pausaniam de Orsi I, 44. 1. *περιεζωσμένων — τῶν ἀθλητῶν ἐν* Ὀλυμπίᾳ, et: *περίζωμά οἱ ἐκόντι περιερρύη*. Athenis *περιεζῶσθαι* et *περίζω ἔχειν* dicuntur non *athletae*, sed *coqui*. Hegesippus Ather pag. 290. B.

τὸ πέρας τῆς μαγειρικῆς τέχνης
εὑρηκέναι πάντων νόμιζε μόνον ἐμέ.
οὐ γὰρ παρέργως ἔμαθον ἐν ἔτεσιν δυσίν
ἔχων περίζωμ', ἀλλ' ἅπαντα τὸν βίον
ζητῶν κατὰ μέρη τὴν τέχνην ἐξήτακα.

Lepidissime Anaxandridas Athen. pag. 131. B. inducit Cotyn regem barbarum *coquino habitu* in filiae nuptiis ministrantem:

αὐτὸν δὲ Κότυν περιεζῶσθαι
ζωμόν τε φέρειν ἐν χοῖ χρυσῇ.

namque περιεζῶσθαι est περίζωμα ἔχειν, ὡς τινα μάγειρον. Obiter exime vitium ex Hesychio: Ἐζωμένοι: παρόντες, ἕτοιμοι. Distingue ἐζωμένοι παρόντες: ἕτοιμοι. Thucydides ipse in sqq. διεζωμένοι τοῦτο δρῶσιν. Itaque tandem glossema tamquam malas herbas evellamus, et si quis est in his natura paullo timidior, meminisse eum oportet quam multae manifestae interpolationes Thucydidis libros obsideant.

Dum Thucydides est mihi in manibus indicabo unam et alteram in oratione Corinthiorum I. 40. Vetera sua beneficia in Athenienses collata commemorantes ita dicunt: Σαμίων ἀποστάντων - τῶν ἄλλων Πελοποννησίων δίχα ἐψηφισμένων εἰ χρὴ αὐτοῖς ἀμύνειν φανερῶς ἀντείπομεν τοὺς προσήκοντας ξυμμάχους αὐτόν τινα κολάζειν. Deinde alterum beneficium suum narrant: νεῶν γὰρ μακρῶν σπανίσαντές ποτε πρὸς τὸν Αἰγινητῶν ὑπὲρ τὰ Μηδικὰ πόλεμον παρὰ Κορινθίων εἴκοσι ναῦς ἐλάβετε. Deinde ita pergunt: καὶ ἡ εὐεργεσία αὕτη καὶ ἡ ἐς Σαμίους παρέσχεν ὑμῖν Αἰγινητῶν μὲν ἐπικράτησιν, Σαμίων δὲ κόλασιν. Haec ita a Thucydide scripta sunt: in libris nostris post verba ἡ ἐς Σαμίους additur: τὸ δι' ἡμᾶς Πελοποννησίους αὐτοῖς μὴ βοηθῆσαι, quod frigidum et insulsum scholion est. Metuebatne fortasse ne quis esset oblitus eorum quae paucis ante versibus disertissime commemorasset?

Quia Hemsterhusium aut Valckenarium consulere non possumus, tu quid censes, cl. Fritzschi? Haeccine frigide supervacanea, verbis de trivio sumtis enunciata Thucydidea esse arbitraris? Ne Lucianus quidem tuus quamquam nonnumquam paullo loquacior ita peccasset, nedum Thucydides, summus scribendi artifex, qui nullum verbum inutile posuit umquam.

Iam et alterum vide cap. 43. ἡμεῖς δὲ περιπεπτωκότες οἷς ἐν τῇ Λακεδαίμονι αὐτοὶ προείπομεν [τοὺς σφετέρους ξυμμάχους

αὐτόν τινα κολάζειν] *νῦν παρ' ὑμῶν τὸ αὐτὸ ἀξιοῦμεν νομίζεσθαι καὶ μὴ τῇ ἡμετέρᾳ ψήφῳ ὠφεληθέντας τῇ ὑμετέρᾳ ἡμᾶς βλάψαι.* Quid? adeone obliviosos Athenienses opinabatur esse ut quo spectaret *οἷς ἐν τῇ Λακεδαίμονι αὐτοὶ προείπομεν* non intelligerent, et quae paullo ante audivissent (idque de re omnibus notissima) iam non satis meminissent. Praeterea estne hoc quaeso Thucydideum idem iisdem plane verbis iterare? Denique quod solum verbum mutatum vides in eo peccatur. Thucydides dixerat: *ἀντείποιμεν τοὺς* ΠΡΟCΗΚΟΝΤΑC *ξυμμάχους αὐτόν τινα κολάζειν*. Scholii auctor substituit *τοὺς* CΦΕΤΕΡΟΤC *ξυμμάχους αὐτόν τινα κολάζειν*. Rectene an secus? Dices ubi comparaveris illud Herodoteum I. 8. *σκοπέειν τινὰ τὰ ἑωυτοῦ*, ubi *ἑωυτοῦ* aut *τὰ σφέτερα* perinde esset vitiosum atque nunc est vulgata apud Thucydidem lectio.

Insunt et alia in tua *de Tib. Hemsterhusio narratione*, clarissime Fritzschi, (nam tecum potissimum agere me iuvat) quibus aliquid addere velim. Hemsterhusius, ut scribis, acceptis a Bentleio Epistolis *„ad metra melius noscenda omni ferebatur cogitatione"* et post pauca: *„Hemsterhusius etiam hoc (ut alia omnia) sapienter egit, ut sic quoque in metris quantam maximam posset collocaret industriam et unum saltem discipulum metrorum peritiorem formaret Valckenarium."*

Saepissime vidi Hemsterhusium in libris suis locos poëtarum ad suos numeros revocantem, sed sic ut non ultra versus iambicos et trochaicos progrederetur et in his quoque circa minutias haereret et subinde titubaret. Sero erat: praeterierat dudum ea aetas, qua sola haec metrica et prosodiaca doctrina sic imbibitur ut te numquam in tempore deficiat: et ne sic quidem multum proficias nisi assidua multorum annorum accesserit exercitatio et cura semper vigilans aurem natura acutam diuturna poëtarum lectione numeris percipiendis assuefecerit. Facile negotium nunc *καὶ τοῦ τυχόντος* esse videtur artem metricam aut discere aut docere. Veterem artem dico: *„namque* (ut tu salse et verissime dixisti) *de arte metrica nunc ejusmodi libri conscribi solent, qui veram artem doceant neminem, tironem vero multo quam dudum fuerat reddant stultiorem."* At vetus quidem ars facili negotio addiscitur. Ita aiunt, et ipse per-

multos bonae indolis adolescentes hanc artem aut de industria aut in poëtarum interpretatione docui et etiamnunc doceo. Sed in tanta frequentia eorum, qui rem metricam probe callere videntur, quotus quisque est qui interiorem habeat metri intelligentiam et sensum? Quotus quisque est qui senarium vel octonarium bonum a meliore et optimo vel a deteriore et pessimo certo iudicio aurium continuo dignoscat? Deërat haec facultas Hemsterhusio, deërat Valckenario, ne in Ruhnkenio quidem inerat elegantissimo et exquisitissimi iudicii viro. Itaque sapienter hi omnes *quam norant artem in hac se exercebant* non ultra hexametros, iambicos, trochaicos, anapaesticos numeros progredientes, et vel sic, quod de Valckenario tu scribis: *„de literis nostris immortaliter meriti sunt."* Edidit Hemsterhusius *Plutum:* estne unus in ea fabula locus ab Hemsterhusio sic restitutus ut amissa veritas in lucem revocata esse dici possit? Erant illi summi viri, Universitatis nostrae decora, non tantum doctrina et ingenio, sed etiam indole ac moribus conspicui. Iure laudas Hemsterhusii *„modestiam raram in viro tanti fastigi."* Idem candidus et veri amans non iniquo animo, sat scio, tulisset si quis demonstrasset operam ab eo in ipso Aristophane positam propter rei metricae ignorationem sterilem fuisse. In antiquis Comici interpretibus illustrandis apparent Hemsterhusii dotes. In Aristophane emendando nemo fecit operae pretium ante BENTLEIUM et DAWESIUM: deinde omnibus palmam praeripuit PORSONUS, quo nemo in re metrica cernebat acutius et aurem habebat delicatiorem. Incredibile dictu est quanto opere solida haec doctrina prosodiaca et metrica faciat ad linguae indolem penitus cognoscendam et excitandam in omnium animis latentem facultatem criticam. Metrica haec πειθανάγκη omnem aufert dubitandi timiditatem, menda et errores manifesto redarguit, et sublestam librorum fidem ἀναντιλέκτως aperit et sic affert τὸ ἀδαμαντίνως πεπεῖσθαι, sine quo nemo aliquid certo scire aut amissam veram lectionem reperire poterit.

Qua facultate autem Hemsterhusium et discipulos non multum valuisse videmus, ea Wyttenbachio prorsus defuit, qui

ἄλλοις ἐν ἐσθλοῖς τόνδ' ἀπωθεῖται ψόγον,

sed in re metrica plumbeus si quando poëtarum locos attingit solet ἀσχημονεῖν. Ostendi id ad Plutarchi *Moralia*, idemque,

si quando ad ea redire dabitur, pluribus demonstratum dabo. Hoc unum in Wyttenbachio non laudo: reprehensus ab inimicis, quos multos et acres habebat, ob rei metricae inscitiam maluit callide verum occultare quam candide fateri. Nos Porsonum et Elmsleium et Dobraeum aemulabimur, quos in hoc quoque genere

μωμήσεταί τις μᾶλλον ἢ μιμήσεται,

et negligemus eos, quos tu quereris conspirare *„ad hanc artem evertendam et penitus eradicandam."* Si illa inania et falsa sunt, ut sane esse arbitror, nunc quoque apparebit etiam in litterarum studiis πᾶν σαθρὸν εἶναι τὸ μὴ ἐξ ἀρετῆς τε καὶ ἀληθείας συγκείμενον. Mortua et sepulta est illa olim multum decantata Hemsterhusiana Etymologia, quam apud ipsum exquisita doctrina et aureae observationes et emendationes obtegunt, quibus nudata apud Lennepios et Scheidios nunc nauseam et fastidium parit. Ne dicam dolo, non est multo sanior bona pars Etymologiarum, quae nunc sunt in honore. Sed haec quoque opinionum commenta delebit dies, et tandem (ut semper antea) sana ratio praevalebit.

Scribebas haec, celeberrime Fritzschi, *„eo ipso die quo Universitatis Lugdunensis saecularia tertia agebantur."* Quis mirabitur in hac trium saeculorum recordatione certatim et ab nostratibus et a viris eruditissimis, qui undique ex Universitatibus peregrinis ad nos confluxerant, celebratam esse memoriam illorum heroum, quos tu admiraris.

Nihil mihi per illos dies iucundius accidit quam ut viros praeclaros, quos ex scriptis noveram, coram praesentes intuere eorumque sermonibus et consuetudine fruerer.

Ex omnibus unum nomino Madvigium, quem ex iis quos scripsit nescio quomodo σεμνόν τινα καὶ Φρονήματος (fere addiderim καὶ καταφρονήματος) μεσόν esse suspicabar, usu compertum esse lenem, candidum, comem et amabilem senem et Bakio meo simillimum, qui et ipse nonnumquam inter scribendum acrius incalescebat, quum esset natura mitis et urbanorum humanissimus, ut *mitem sapientiam* Bakii, ut Laelii, iuniores praedicare etiam nunc soleamus. Si umquam alias, nunc sensi quam verum sit quod Peerlkampius alicubi scripsit: *„Mitis*

profecto omnes sentimus quam interdum scribimus disputandi calore incensi" idque si Peerlkampius scripsit, in quem undique omnes tela infesti coniiciebant, quid nos facere decet? Quam vellem in hac virorum illustrium corona Guilielmus Dindorfius adfuisset, quam lubenter Theodorum Bergkium praesentem vidissem, quem aiunt esse nunc morosiorem, sed si nobiscum una fuisset, credo, acutissimi viri animum etiam paullo truculentiorem exhilarassemus. Quam tu quoque, celeberrime Fritzschi, iucundus nobis hospes et conviva advenisses, ne alios nominem, quibuscum, quoniam eos magni facimus, lubenter contendere ac veluti bellum gerere solemus. Potuissem fortasse sic radicitus evellere ex nonnullorum animis falsam quandam opinionem ac suspicionem, ad quam olim fortasse subrisissem, nunc si ullo modo possim redarguere et delere malim. Quod enim antea ex indiciis quibusdam colligebam nunc diserte dicentes audivi quosdam doctissimos homines e Germania hospites versari se in ea opinione, quasi ego cum eruditis Germanorum philologis veluti bellum quoddam gererem et odia quaedam et inimicitias exercerem. Probe memini quum in theatro hilariter una consederemus id ipsum serio ex me quaesivisse virum egregium Kuno Fischer Heidelbergensem, — recordabitur ipse, sat scio — cui ita respondi ut arbitrer eum me ab hac opinione revocasse. Pervelim caeteros quoque omnes in eandem sententiam pertrahere. Multos me scio etiam in Germania adversarios (ne dicam inimicos) habuisse et habere, sed nihil ad Peerlkampium. In his erant, credo, nonnulli iuniores, quos fervor aetatis excusat. οὐ γάρ με λέληθε (ut Platonis verbis utar) ὅτι οἱ μειρακίσκοι ὅταν τὸ πρῶτον λόγων γεύωνται ὡς παιδιᾷ αὐτοῖς καταχρῶνται ἀεὶ εἰς ἀντιλογίαν χρώμενοι καὶ μιμούμενοι τοὺς ἐξελέγχοντας αὐτοὶ ἄλλους ἐλέγχουσι χαίροντες ὥσπερ σκυλάκια τῷ ἕλκειν τε καὶ σπαράττειν τῷ λόγῳ τοὺς πλησίον ἀεί. Fatuum est illis irasci, qui, si contemseris, οὐδαμοῦ φαίνονται. Sed ne caeteris quidem umquam iratus fui, quorum iniquas reprehensiones et maledicta aut ridebam aut aequo animo ferebam aut neglegebam. Contra alii bene multi erga me aequiores et benevoli et benigni fuerunt, cuius rei multa indicia palam, plura etiam in privatis epistolis memor et gratus agnovi. Nascitur saepius quaedam obtrectatio ex eo quod nonnulli non tam *primi esse*

cupiunt (quod nemo reprehendat) quam *primi esse videri*, i non sibi tantum ac suis, sed toti patriae suae ac nationi q debitum postulant. Quos quis sanus non suaviter rideat?] tamen frigus, hinc suspiciones, hinc odia inter homines opt ad diligendum inter se et amandum natos oriuntur. An mali suspicax re tenuissima exacerbatur. In epulis plenis i vitatis et laetitiae, quibus primum Feriarum diem condidi cuiusque nationis hospites verbis Universitatis nostrae ipsc lingua comiter et officiose salutavimus. Mihi negotium d est ut Franco-Gallis, Vriesio ut Germanis, Kernio ut Brit (et sic caeteris deinceps) gratum animum ostenderemus e quamque nationem magni faceremus convivali sermone te caremur. In quo urbanitatis officio quum ego, qui ob aet primus verba faciebam, ad viros illustres e Franco-Galli nos legatos ita dixissem *„la grande nation dont vous êtes représentans"* inaudivi postea fuisse quibus haec verba l movissent quasi de suae nationis gloria esset detractum si verae laudis illis impertivissem. Qui sic *φιλόπρωτοι* sunt illi non sine dedecore et damno aliquando intellecturi sui *αἰὲν ἀριϛεύειν καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων* aliis modis p Videant etiam quam iniqui sint verborum meorum interpr quasi vero sic unam aliquam nationem caeteris omnibus ponendam dixissem. Quid? nonne Germani quoque et *belli tes* (ut apud Ennium est) et *sapientipotentes* iure appell *„une grande nation?* quid Britanni? quid Russi? sunt suae busque dotes ingenii et pectoris, sed omnes hi magni et sunt. Non sic olim Hemsterhusius, non caeteri illi l inter se obtrectabant neque ad unam aliquam nationem p patum in litteris trahebant. Hemsterhusius magnum Brita R. Bentleium longe anteponebat sibi et omnibus: Hemsterhu Valckenarius nostras et Ruhnkenius e Germania prae ca omnibus colebant et admirabantur: deinde ex Helvetia ill Hemsterhusium Wyttenbachius. Hi omnes in litteris qu *κοσμοπολῖται. Εὐρεῖαι γὰρ Μουσᾶν κέλευθοι* et latissime litterarum campus, in quo singulorum et hominum et pc rum ingenium et iudicium et industria apparere possit.

In hac quoque parte aemulemur illos veteres litter princípes *ἄνδρας καλούς τε κἀγαθούς*, de quibus tu veri

scribis, clarissime Fritzschi: *„facere non possumus quin Hemsterhusium, Valckenarium, Ruhnkenium non solum vere admiremur sed etiam toto pectore amemus libenterque illos duces sequamur, qui nobis etiam ad virtutes homine christiano dignas viam praeiverunt."* Haec demum vera et solida laus est, ad quam nemo φλυαρὸς ὢν καὶ βάσκανος καὶ μικρόψυχος adspirare poterit umquam. Non facile ex animo meo elabetur memoria verborum, quae dilectissimus mihi collega et amicus de Vries Prorectoris munere fungens in senaculo commoto pectore et facundo ore pronuntiavit quum Universitatum ex tota Europa legati ad Senatum nostrum scripta congratulatoria detulissent. *„Sunt haec veluti monumenta ac pignora sacri foederis, quod omnes ferme Universitates hodie pepigisse dixerim, ut in amore fraterno constanter perseveremus idemque agere strenue pergentes veritatis, humanitatis libertatisque sanctissima iura junctis dextris tueamur."* Optimum erit non inter singulas Universitates tantum, sed etiam inter singulos litterarum cultores hanc necessitudinem intercedere: καὶ τοὐμὸν μὲν ἕτοιμον.

L. B. C. G. COBET.

mense Martio exeunte.

ΔΙΦΘΕΡΑΙC — διαφόροις.

GALENUS XVIII. 2. pag. 630.

τινὲς γὰρ καὶ πάνυ παλαιῶν βιβλίων (leg. παλαιὰ βιβλία) ἀνευρεῖν ἐσπούδασαν πρὸ τριακοσίων ἐτῶν γεγραμμένα, τὰ μὲν ἔχοντες ἐν τοῖς βιβλίοις, τὰ δὲ ἐν τοῖς χάρταις, τὰ δὲ ἐν ΔΙΑΦΟΡΟΙC φιλύραις ὥσπερ τὰ παρ' ἡμῖν ἐν Περγάμῳ. Emenda: τὰ δὲ ἐν ΔΙΦΘΕΡΑΙC, ὥσπερ τὰ παρ' ἡμῖν, *in pellibus* scripti erant (chartas pergamenas adhuc appellamus) vetere Ionum consuetudine.

Notandum libros *vetustissimos* ante trecentos annos scriptos esse dici.

Ne dubites quin διφθέρχις sit vera lectio compara Galeni ocum XVII. 2. pag. 249. τὸν υἱὸν αὐτοῦ (Hippocratis) Θεσσαλὸν

ἀθροῖσαί Φασι τὰς ὑπογραφὰς τοῦ πατρὸς εὑρόντα γεγραμμένας ἐν χάρταις τε καὶ ΔΙΦΘΕΡΑΙC καὶ δέλτοις καὶ τοιαύτας τινὰς παρεντεθεικέναι ῥήσεις.

Recurrit idem mendum XVII. 2. pag. 922, τὰ ἐν διαφόροις ἢ χάρταις ἢ δέλτοις γεγραμμένα, pro ἐν διφθέραις.

GALENUS

(περὶ τῶν ἐν τῇ ψυχῇ παθῶν)

Tom. V. pag. 17. Kühn.)

Pater meus, inquit, πολλοῖς ἐπετίμησε τῶν Φίλων περιθλάσασιν εὐρὼν ἐν τῷ πατάξαι κατὰ τῶν ὀδόντων οἰκέτας. Corrigendum περιθλάσασι ΝεῦρΟν ἐν τῷ πατάξαι. Nunc demum intelliguntur sqq. ἀξίους εἶναι λέγων ἐπὶ τῇ γενομένῃ Φλεγμονῇ καὶ σπασθῆναι καὶ ἀποθανεῖν.

Sequitur: ὅπου γε ἐξῆν αὐτοῖς καὶ νάρθηκι καὶ ἱμάντι — ἀφορίσαι πληγὰς ὅσας ἠβούλοντο. pro absurdo ἀφορίσαι repone ἐμφορῆσαι. Notum et frequens est πληγὰς ἐμφορεῖν.

VITIA IN LIBRIS VETERUM.

Galenus XVIII. 2. pag. 321. ἐάν τινα λέξιν ἀσαφὲς ἔχειν τι νομίσῃς ἐπίσκεψαι μὲν ΠΡΩΤΟΝ εἰ μὲν (leg. εἰ ΜΗ) τὸ βιβλίον ἡμάρτηταί σου παραβάλλων τε καὶ ἀντεξετάζων τοῖς ἀξιοπίστοις ἀντιγράφοις, εἶτ' ἂν ὀρθῶς ἔχειν (leg. ἔχΟΝ) Φαίνηται δεύτερόν τε καὶ τρίτον ἀνάγνωθι τὴν αὐτὴν λέξιν προσέχων ἀκριβῶς αὐτῇ τὸν νοῦν.

Eadem opera corrige locum pag. 363. ὥς' (εἴ τι add.) παρὰ ταῦτά σοι δόξειεν ἀσαφὲς εἶναι σκέψαι δὴ μὴ τὸ ἀντίγραφον ἥμαρται, scrib. ἡμάρτηται.

C. G. C.

AD THUCYD. L. VI.

SCRIPSIT C. BADHAM.

(*continuantur ex* Mnemosyne 1875. pag. 29).

57. Lege: ὡς εἶδόν τινα τῶν ξυνομωμοκότων σφίσι. Mox pro ἀδήλως τῇ ὄψει πλασάμενος πρὸς τὴν ξυμφορὰν lege ἀδήλῳ τῇ ὄψει, π. π. τ. ξ. In verbis ἐβούλοντο προτιμωρήσεσθαι (immo -σασθαι), καὶ *** ὥρμησαν *** καὶ περιέτυχον **** καὶ εὐθὺς προσπεσόντες **** ἔτυπτον, Thucydideum in rebus narrandis nitorem desideramus. Sed G. τὸ καὶ ante εὐθὺς non habet. Lege, καὶ περιτυχόντες ... εὐθὺς προσπεσόντες κ. τ. ἑ.

60. ἐπεδίδοσαν μᾶλλον ἐς τὸ ἀγριώτερόν τε καὶ πλείους ἔτι ξυλλαμβάνειν. Ut Graecum sit ἐπεδίδοσαν ἐς τὸ ξυλλαμβάνειν, quod vix credo, τε non suum locum habet, et perabsurde τὸ ἀγριώτερον et τὸ ξυλλαμβάνειν, tamquam res diversae essent, ...τε καὶ conjunguntur. Lege: ἐς τὸ ἀγριώτερον, ὥστε πλείους ...ι ξυλλαμβάνειν. Mox in ἀναπείθεται εἴτε ἄρα καὶ τὰ ὄντα ...νῦσαι, εἴτε καὶ οὔ, quid sibi velit prius illud καὶ nemo facile ...xerit, et εἴτε καὶ οὔ ita posita sunt, ut necessario ad ἀνα...είθεται referantur, quum sensus aperte postulet, εἴτε καὶ τὰ ...ὴ ὄντα. Sin rescribas, εἴτε κατὰ τὰ ὄντα, idem post οὔ ...uivis subintelligendum sentiat. — βεβαιοτέραν γὰρ αὐτῷ σωτη...αν εἶναι ὁμολογήσαντι μετ' ἀδείας ἢ ἀρνηθέντι διὰ δίκης ἐλθεῖν. ...aec misere ἀσύντακτα esse quivis videat. Sed et διὰ δίκης ...λθεῖν non id significat quod voluit auctor. cf. Soph. Ant. 742,

ubi διὰ δίκης ἰὼν πατρὶ est *cum patre altercans.* De jud subeundo dici posse non credo. Sed, expulso ἐλθεῖν, quam concinna ἀντίθεσις evadat: ὁμολογήσαντι μετ' ἀδεία ἀρνηθέντι διὰ δίκης.

61. Deleto καὶ lege; μετὰ τοῦ αὐτοῦ λόγου τῆς ξυνωμοσίας στρατιὰ ἔτυχε παρελθοῦσα πρὸς Βοιωτούς. Quam regionem qu praesidia, *praeterierant*, qui tantummodo ad Isthmum per rant? Immo, προῆλθον πρὸς Βοιωτούς, quod jure Atheniens metum injecit. Delendum igitur τι πράσσοντες, quod non exercitus sed legatorum. Qui ista adjecit, non vidit q soloecum esset, στρατιά τι πράσσοντες. Quod pro πράσσ Bekkerus in Cod. G. πράξοντος legi refert; vereor ne vir gius hoc πράσσοντες cum πράξαντος, quod statim sequi confuderit. Sed non negligenda est lectio quam nostro in AEF. suppeditant, nempe πράσσοντας, ut Boeoti, non I daemonii consilii auctores fuerint. Sed ne hoc quidem facit, nam si suadentibus Boeotis profecti erant, scriben fuisset πράξαντας. — εἴρητο δὲ προειπεῖν αὐτῷ ἀπολογησο ἀκολουθεῖν, ξυλλαμβάνειν δὲ μή, θεραπεύοντες τό τε πρὸς το τῇ Σικελίᾳ στρατιώτας τε σφετέρους καὶ πολεμίους μὴ θορυ καὶ οὐχ ἥκιστα τοὺς Μαντινέας καὶ Ἀργείους βουλόμενοι παραμε δι' ἐκείνου νομίζοντες πεισθῆναι σφᾶς ξυστρατεύειν. Ad σ Bekkerus: „immo σφίσι". Sed qui Salaminiam miserant erant, neque poterant quemquam νομίζειν σφίσι ξυστρατ Recte libri σφᾶς, modo deleatur πεισθῆναι et νομίζοντας sc tur. Cum civitatibus Argiva et Mantinensi egerat Alcibi hae vero suos milites militare coëgerant. Quare nemo e ἐπείσθη ὑπ' ἐκείνου (quid sit πεισθῆναι δι' ἐκείνου, nisi subornaverat qui his persuaderent, non intelligo), sed qu suae civitati parebat. Metuebant igitur Argivos et Mantin irritare δι' ἐκεῖνον νομίζοντας σφᾶς ξυστρατεύειν. Si qu cap. 29 leguntur, contuleris, (ὅτι δι' ἐκεῖνον οἵ τ' Ἀργεῖοι ξυστράτευον καὶ τῶν M. τινές) correctionem nostram, nisi f incunctanter recipies. Sed multa alia corrigenda supe Nam mihi grammatici nondum persuaserunt ut εἴρητο δὲ πεύοντες pro elegantia potius quam soloecismo habeam. Et est illud θεραπεύοντες τὸ πρὸς τοὺς στρατιώτας μὴ θορυ nisi idem de industria per ambages dictum putamus,

omissis τὸ πρὸς et verius et intellectu facilius foret? Cur autem idem de hostili exercitu (nam sic πολεμίους interpretari inviti cogimur) idem quod de suis verentur? Accedit quod θεραπεύοντες μὴ θορυβεῖν cum βουλόμενοι παραμεῖναι, praesens cum praeterito, minime congruit. Equidem μὴ θορυβεῖν et βουλόμενοι παραμεῖναι pariter inutilia esse judico; καὶ πολεμίους non modo inutilia sed absurda. ΤΟΤΕ nihil est aliud quam ΤΟΤC perperam lectum, unde natum est τό τε πρὸς τοὺς. Nisi fallor, θεραπεύοντας legendum, intelligendumque de iis qui mandata Atheniensium persequebantur. εἴρητο δὲ προειπεῖν αὐτῷ ἀπολογησομένῳ ἀκολουθεῖν, ξυλλαμβάνειν δὲ μή. θεραπεύοντας τοὺς ἐν τῇ Σικελίᾳ στρατιώτας, (τούς) τε σφετέρους καὶ οὐχ ἥκιστα τοὺς Μαντινέας καὶ Ἀργείους, δι' ἐκεῖνον νομίζοντας σφᾶς ξυστρατεύειν. Sed quoniam, qui voces tanquam suppositicias damnat, docere debet unde irrepserint, perpendamus singulas. Primum qui ΤΟΤΕ ἐν τῇ Σ. στρατιώτας ante oculos se habere credebat, vix aliter lacunam supplere poterat quam πρὸς τοὺς inserendo. Deinde μὴ θορυβεῖν ex eo genere supplementorum est, quibus omnes optimorum auctorum libri ad hunc usque diem onerantur. Tum qui στρατιώτας Τ ϵ σφετέρους videbat, alios milites deesse ratus, ut est acumen librariorum, καὶ πολεμίους adjecit, non cogitans ille καὶ πολεμίους μὴ θορυβεῖν καὶ οὐχ ἥκιστα τοὺς M. καὶ Ἀ. β. π. hoc ordine scribi non potuisse, nisi Mantinenses et Argivi in hostium numero fuissent, quippe sociorum statim post domesticas copias mentionem fieri oportere. De βουλόμενοι παραμεῖναι idem dicendum quod de μὴ θορυβεῖν. Mox delenda sunt ἀλλ' ἀπελθόντες ἀπὸ τῆς νεὼς οὐ φανεροὶ ἦσαν, quorum extrema a proximis οὐδαμοῦ φανεροὶ ἦσαν nescio quis mutuatus est. Hoc tantum Thucydides dicendum habuit, οὐκέτι ξυνείποντο δείσαντες. Sed non satis est magistellis; etiam quid formidaverint narrandum existimant; δείσαντες τὸ ἐπὶ διαβολῇ ἐς δίκην καταπλεῦσαι. Ἰδού, καταπλεῦσαι de his qui adhuc in portu sunt! ἐπὶ διαβολῇ nihil aliud esse potest quam ἵνα διαβάλλωσι. An voluit, ἐπειδὴ διεβέβληντο? Sed hoc fuisset ἐκ διαβολῆς. An ad judicium *quod falsis criminibus nitebatur?* Ut concedam hoc sensu dici posse ἐπὶ διαβολῇ, saltem alio ordine et plenius scripsisset ἐς δίκην ἐπὶ διαβολῇ γενησομένην.

62. καὶ τἀνδράποδα ἀπέδοσαν, καὶ ἐγένοντο ἐξ αὐτῶν εἴκοσι

καὶ ἑκατὸν τάλαντα. Bekkerus: „malim ἀπέδοντο." Idem ἐγένοντο intactum reliquit. Sed quando vendiderunt? Non cum Hyccaris Niciam opperientes morantur, nec inter navigandum, sed post reditum. Hic vero per πρόληψιν pecuniam e captivis redactam commemorat, ut alteri a Segestanis acceptae adjiciat. Quoniam vero ἀπέδοσαν, quod aperte vitiosum est, ab ἀπέδοντο depravari vix potuit, et alterum prodigium, τάλαντα ἐγένοντο non meras negligentiae deberi videtur, quid si uno opere utrumque tollimus legendo: καὶ τἀνδράποδα ἐγένοντο αὐτῷ εἰς εἴκοσι καὶ ἑκατὸν τάλαντα?

63. Lege κατὰ τε ἡμέραν ἑκάσην π. ἀ. μ., καὶ ἐπειδὴ πλέοντες ἐς τἀπέκεινα τῆς Σ. [πολὺ ἀπὸ σφῶν]? ἐφαίνοντο. ἐς a praecedente syllaba absorptum est; τἀπέκεινα primum lectum est tanquam esset τά τ' ἐκεῖνα, mox alterum ἐπ insertum est. Supervacaneum videtur πολὺ ἀπὸ σφῶν, quod ex ἐς τἀπέκεινα jam intelligitur. Mox egregie Bekkerus, σφίσιν αὐτοί pro σφίσιν αὐτοῖς.

64. βουλόμενοι αὐτοὺς ἄγειν. immo ἀγαγεῖν. Infra legendum videtur, αὐτοὶ μὲν ἀποκλήσειν τοὺς παρὰ σφίσιν et ῥᾳδίως προσβαλόντας, omisso τὸ στράτευμα.

65. μετὰ τοῦ καὶ ἐς τἆλλα θαρσεῖν καὶ εἶναι ἐν διανοίᾳ καὶ ἄνευ τούτων ἱέναι παρεσκευάσθαι. Nondum erant parati, sed consilium animo volvebant; et quoniam utrumque, ἐν διανοίᾳ εἶναι, et παρεσκευάσθαι, stare non potest, si ἐν διανοίᾳ εἶναι ejeceris, etiam alterum καὶ (καὶ ἄνευ τούτων) tolli oportebit, cujus jacturam aegre ferremus. Hinc apparet παρεσκευάσθαι ab aliquo suppletum, qui sententiam e tribus membris constare ratus, καὶ ἐς τἆλλα θαρσεῖν — καὶ εἶναι ἐν διανοίᾳ — καὶ ἄνευ τούτων ἱέναι ad tertium supplendum παρεσκευάσθαι commentus est. — καὶ αὐτοὶ (ἤδη γὰρ καὶ τῶν ξυμμάχων Σελινούντιοι καὶ ἄλλοι τινὲς παρῆσαν), προεῖπον πανδημεὶ πᾶσιν ἐξιέναι Συρακοσίοις. Ultima vox mihi vehementer suspecta est. Pro αὐτοὶ, quod omni vi caret, legendum videtur αὐτίκα. — ἐπεὶ δὲ ἕτοιμα αὐτοῖς καὶ τὰ τῆς παρασκευῆς ἦν καὶ αἱ ἡμέραι αἷς ξυνέθεντο ἥξειν ἐγγὺς ἦσαν. Si constaret ἕτοιμος de die adhiberi posse ultima verba, ἐγγὺς ἦσαν, delere non dubitarem. Nam si ἐπεὶ ἐγγὺς ἦσαν αἱ ἡμέραι, non ἐπεὶ παρῆσαν, profecti sunt, necessario ante diem praestitutum Atheniensium castra oppugnaturi

pparet enim haud plus quam biduo opus fuisse ut nego-
nficeretur. Accedit quod nisi τὰ τῆς π. et αἱ ἡμέραι
lem adjectivo collocentur nulla causa fingi potest cur
a prius illud καὶ ante τὰ τῆς παρασκευῆς inferciret.
it ἐς τὸν vocem λιμένα sententia flagitat.
Bekkero assentior εὐοδώτατον reponenti. τε post ἔρυμα
debetur, qui post τῷ Δάσκωνι plenius interpunxit. Τῇ
dextra, παρὰ δὲ τό κ. *per sinistrum latus porrectae rupes.*
as rupes prope Dasconem semitae fuisse videntur, ἧ
ον ἦν τ. π.
γὼ δὲ ὅτι οὐκ ἐν πατρίδι, ἐξ ἧς κρατεῖν δεῖ ἢ μὴ ῥᾳδίως
ῖν. Mire dictum pro οὐκ ἐν πατρίδι, ἀλλ' ἐν γῇ ἧς
δεῖ, ἢ μὴ ῥᾳδίως ἐξ αὐτῆς ἀποχωρεῖν. Quamquam
quidem commode praecedentibus respondent: ὅτι περὶ
ἔσαι ὁ ἀγών. Si importunum supplementum οὐκ ἐν
ἐξ deleveris, omnia recte procedent: ἐγὼ δὲ ὅτι ἧς
δεῖ, ἢ μ. ρ. ἀποχωρεῖν, in quibus genitivus ἧς ἀπὸ
subaudito περὶ et a κρατεῖν regitur.
εἰ εἴ τι ἄλλο ξυγκατασρεψαμένοις ῥᾷον αὐτοῖς ὑπακούσεται.
remedium, quam quod olim proposui, partim e libris
mihi videor. Nam et συγκατασρεψόμενοις, et συγκα-
μενοι quorum alterum F, alterum E habet, recta
ξυγκαταστρεψάμενος ducunt. Legendum: καὶ εἴ τις
ξυγκατασρεψάμενος ῥᾷον αὐτὸς ὑπακούσεται.
εἰ ὥρᾳ. Immo κἂν ὥρᾳ. — Ὅμως σ. ἀ. παρέπεμψαν Φυλακήν.
ς? Si hoc dicere voluisset, *quamvis victi, tamen* —, ὅμως
ost ξυνταξάμενοι posuisset. Suspicor μέρος (σφῶν αὐτῶν)
iose scriptum a scriba lectum fuisse tamquam esset ὅμως.
λλως τε τοῖς πρώτοις τῶν Ἑλλήνων ἐμπειρίᾳ ἰδιώτας ὡς
ειροτέχνας ἀνταγωνισαμένους. Ἄλλως τε pro ἄλλως τε
i nequit. Sed utrum hoc an illud scribas perinde est;
enim ad nostrum pertinet. Unicam, non praecipuam
ias, causam rei male gestae imperitiam fuisse affirmat;
usae in tota Hermocratis oratione nullum vestigium
Sed quominus ἄλλως τε expellamus obstat τὸ εἶναι,
grammatico sine causa invectum esse parum veri simile
ribendum puto; ὅσον εἰκὸς εἶναι ἄλλως, τοῖς π. κ. τ. ἐ.
τέχνας haerere me fateor. Etenim aut utrosque χειρο-

τέχνας, illos ἐμπείρους hos ἰδιώτας, appellat, quod esset translationem nimis diligenter persequi; vel hos tantum ἰδιώτας χειροτέχνας dicit. Sed hoc minime ferendum. Opponuntur enim οἱ ἰδιῶται τοῖς ἐν τέχνῃ, οἱ χειροτέχναι τοῖς ἀρχιτέκτοσι; unde duplex oritur translatio, quum unam adhibitam esse et caetera ostendant, et ad sententiam sufficiat. Quare χειροτέχνας pro glossemate habeo.

— ἐπιδώσειν γὰρ ἀμφότερα αὐτὰ, τὴν μὲν (sc. εὐταξίαν) μετὰ κινδύνων μελετωμένην, τὴν δ' εὐψυχίαν μετὰ τοῦ πιστοῦ τῆς ἐπιστήμης θαρσαλεωτέραν ἔσεσθαι. Si mens oratoris est utrumque ἐπιδώσειν, plane alienum est ἔσεσθαι, et participio opus est quod ad μελετωμένην respondeat. Sed id quod auctor sedulo cavit ne diceretur a sciolo scribere coactus est. Quippe consulto illud inter Syracusanorum disciplinam et virtutem discrimen statuit, ut illam utpote quae fere nulla esset ἐπιδώσειν promittat, hanc tanquam per se satis magnam adjuvante scientia αὐτὴν ἑαυτῆς θαρσαλεωτέραν ἔσεσθαι praevidet. Quod oratoris artificium, simulque orationis concinnitatem pessumdedit, qui ἀμφότερα αὐτὰ invexit. Quod si quis εὐψυχίαν etiam invectum putat, magis sane ex more bonorum scriptorum est, ad τὴν μὲν τὴν δὲ nomina subaudienda relinquere. Sed τὴν δὲ αὐτὴν ἑαυτῆς hoc haberet incommodi, quod primo aspectu quivis lector αὐτὴν ad τὴν pertinere putaret; quam ne *eandem* dicere videretur, εὐψυχίαν interposuit.

74. Omnium librorum lectio est ἀπελθόντες ἐς Νάξον καὶ θρᾶκα. Tum alii σαύρωμα, alii σαυρώματα habent. In Codice unde nostri descripti sunt, vel propter omissas literas vel quia evanida scriptura esset, scribam nihil praeter PAKAC repperisse conjicio. Tu supple (XA)PAKAC, quod olim lectum fuisse testatur glossema illud σαύρωμα vel σαυρώματα. L. καὶ ἀπελθόντες ἐς Νάξον καὶ χάρακας περὶ τὸ στρατόπεδον ποιησάμενοι.

76. Offendo ad τοὺς μέλλοντας ἀπ' αὐτῶν λόγους. Opponuntur τὴν παροῦσαν δύναμιν et τοὺς μέλλοντας λόγους; quoniam eodem modo λόγοι et δύναμις Atheniensium sunt non ἀπ' αὐτῶν sed αὐτῶν legendum arbitror.

— ἡγεμόνες γὰρ γενόμενοι ἑκόντων τῶν τε Ἰώνων καὶ ὅσοι ἀπὸ σφῶν ἦσαν ξύμμαχοι. Vitiosum videtur ἀπὸ σφῶν, sed quid lateat nondum divinare potui.

77. ἔχοντες παραδείγματα τῶν τ' ἐκεῖ Ἑλλήνων ὡς ἐδουλώθησαν κ. τ. ἑ. Immo ipsi Ἕλληνες sunt παραδείγματα Atheniensium improbitatis. Si hoc dicere vult: ἔχοντες παραδείγματα καὶ σοφίσματα, non π. τῶν τε ἐκεῖ Ἑ. sed παραδείγματά τε τῶν ἐκεῖ Ἑ. scribendum esset. Sed quo sensu σοφίσματα ἔχειν dici possunt? Duplex exemplorum genus est, quod habent; sc. Graeci ibi in servitutem redacti, et simulatum Sicularum urbium patrocinium. Nullus dubito quin scripserit Thucydides, τῶν τ' ἐκεῖ Ἑλλήνων ὅσοι ἐδουλώθησαν, . . . καὶ νῦν ἐφ' ἡμᾶς ταὐτὰ παρόντα σοφίσματα. — ὥςε τοὺς μὲν λόγοις ἡμῶν διιςάναι, τοὺς δὲ . . . . ἐκπολεμοῦν . . τοῖς δὲ ὡς ἑκάςοις τι προσηνὲς λέγοντες δύνανται κακουργεῖν. Immo τοὺς δέ, quod a κακουργεῖν regitur. Ordo est τοὺς δὲ κακουργεῖν ὡς δύνανται (τοῦτο ποιεῖν) λέγοντές τι προσηνὲς ἑκάςοις. Supra in 76 malim τοῖς μὲν . . τοῖς δὲ . . τοῖς δέ. Nam cur duo membra a κατεςρέψαντο regantur, tertium ab ἐπενεγκόντες?

78. Dele καὶ ante οὐκ ἐρῆμος.

80. L. ἢ τὸ αὐτίκα ἀκινδύνως δουλεύειν. Vide ad fin. cap. 82, ubi eandem medicinam quamvis dubitantius adhibuit Bekkerus.

82. Nulla causa est cur id, quod jam μέγιςον μαρτύριον vocavit, iterum affirmet adjiciendo, ἔχει δὲ καὶ οὕτως. In proximis nisi αὐτῶν deleveris, nihil erit unde dativus Πελοποννηςίοις pendeat. Orationem hunc ad modum continuaverim: ἐπειδὴ καὶ οὕτως ἡμεῖς Ἴωνες ὄντες Πελοποννηςίοις . . . ἐςκεψάμεθα ὅτῳ τρόπῳ ἥκιςα ὑπακουςόμεθα. — καὶ ἐς τὸ ἀκριβὲς εἰπεῖν οὐδὲ ἀδίκως καταςρεψάμενοι τούς τε Ἴωνας κ. τ. ἑ. Praecesserant: νομίςαντες ἥκις' ἂν ὑπὸ Πελοποννηςίοις οὕτως εἶναι, δύναμιν ἔχοντες. h. e. εἰ δύναμιν ἔχοιμεν. Luce clarius est his non posse adjungi, καὶ οὐδὲ ἀδίκως καταςρεψάμενοι, sed novi argumenti initium facere. Mihi vix dubium videtur quin scribi oporteat, καὶ ὡς τὸ ἀκριβὲς εἰπεῖν οὐδὲ ἀδίκως κατεςρεψάμεθα κ. τ. ἑ.

83. Corrige: ἄξιοί τε ὄντες ἅμα ἄρχομεν . . ἅμα τε τῆς πρὸς Πελοποννηςίους ἰςχύος ὀρεγόμενοι. In ὅτι τε ναυτικὸν πλεῖςόν τε καὶ προθυμίαν ἀπροφάςιστον, non puto conjunctionem in alienam sedem migrasse, nam ridiculum est ναυτικόν τε καὶ προθυμίαν, sed excidit καὶ ἄριςον. Pro διότι καὶ τῷ Μήδῳ ἑτοίμως τοῦτο δρῶντες οὗτοι ἡμᾶς ἔβλαπτον, corrige ἐπὶ τῷ

Μήδῳ ἑ. τ. δρῶντας. — L. καὶ ὑμῖν ταὐτὰ ξυμφέροντα. Si quis attente legat quae in fine hujus capitis feruntur, poterit non mirari quid sibi velit particula causalis in illis τε γὰρ ἐκεῖ ἀρχὴν εἰρήκαμεν. Nam sive haec ad ἀποφαίνομ sive ad εἰδότες κ. τ. ἑ. rettuleris, nihil proficies. „Ipsis" in „adversariorum criminibus et vestris suspicionibus utimur, ostendamus" quid? τὴν ἐκεῖ ἀρχὴν διὰ δέος ἔχειν. Satin' cer est, unde nobis γὰρ et εἰρήκαμεν oblata sint? Quod ad εἰδ κ. τ. ἑ. attinet haec fere hujus loci sententia est. „Op pretium ducimus τἀῦτα ἀποφαίνειν, etsi nunc Syracus suspicionis auctores libenter auditis, nam cum tempus ag aderit, res non verba sequemini." Sed fateor me in ἡ nonnihil haerere, quae vix in orationem, qualem Hermocr habuerat, cadere videtur. An scripsit, λόγου μὲν τὸ παραυ τερπομένους τῇ ἐγχειρήσει, ὕστερον τὰ ξυμφέροντα πράττοντας.

Omnia ab εἰδότες usque ad πράσσοντες per parenthesin d sunt; principalis oratio est: ἀποφαίνομεν δὲ ἐξ ὧν οἵδε τε βάλλουσι καὶ ὑμεῖς . . ὑπονοεῖτε, τήν τε ἐκεῖ ἀρχὴν διὰ ἔχειν κ. τ. ἑ.

84. Lege προσήκετε δή.

85. Pro ἐξηγούμεθα, quod procul dubio vitiosum est, fort legendum ἐξιδιούμεθα. Post βιαιότερον vel ἀρχομένους vel ὑ κούοντας inserendum videtur.

86. Nisi fallor, praestaret πολὺ δὲ μᾶλλον τοὔσδε. Subs ὑποπτεύεσθαι. Parum eleganter ἀπιστεῖν repetitum est.

87. καθ' ὅσον δέ τι ὑμῖν τῆς ἡμετέρας πολυπραγμοσύνης τρόπου τὸ αὐτὸ ξυμφέρει, τούτῳ ἀπολαβόντες χρήσασθε. omnis Atheniensium πολυπραγμοσύνη omnibus ubique s prodesse poterat, sed aliqua pars ejus modo huic modo civitati offerebatur. Quare non dixit καθ' ὅσον ἡ ἡμετέρα π πραγμοσύνη sed τι τῆς ἡ. π. Hoc igitur tenemus, τι esse n nativum, neque ad καθ' ὅσον pertinere; neque sane καθ' ὅσ pro simplici καθ' ὅσον me legisse memini. Quod si τι nom tivus est, quorsum alium adjunxit, sc. τὸ αὐτό? Ut cla fieret oratio? Immo, nil nisi tenebras parit. Nam si sic in preteris: „eadem pars vobis prodest *quae et nobis*", cur adjecit ὅπερ καὶ ἡμῖν? Sed fac illa subaudiri posse, ipsa tentia inepta est. Nam quid Atheniensibus prosit, nihil ad r

„Sumite," inquit, quod vobis utile est." Satis scite loquitur. Si addiderit, „atque idem nobis" delirare dicemus hominem. Unde igitur nobis τὸ αὐτὸ oblatum? Ab interprete scilicet, qui quum καθ' ὅσον τι una caperet, nominativum deesse ratus orationem satis intelligebat ut de communi utilitate agi videret, sed verba parum attendens τὸ αὐτὸ ξυμφέρει desiderari arbitratus est. Pro καθ' ὅσον, fortasse praestaret ὅσον, ut ὅσον τι sit „quotacunque pars." — καὶ ᾧ μὴ ὑπάρχομεν. Immo, καὶ ἐν ᾧ μ. ὑ. Mox ἐλπίδα ἀντιτυχεῖν ἐπικουρίας duplici vitio laborat. Nam ἐλπὶς vel futurum postulat, vel aoristum cum ἂν. Deinde aliena est ab hoc loco notio τοῦ ἀντιτυχεῖν, quoniam civitates illae nullam prius opem Atheniensibus praestiterant. Neque vero scribi jubeo τῷ μὲν ἂν τυχεῖν ἐπικουρίας, sed mutato ordine τῷ μὲν ἐπικουρίας ἂν τυχεῖν. — τῷ δὲ εἰ ἥξομεν μὴ ἀδεεῖς εἶναι κινδυνεύειν. Rescribe incunctanter ἀδεές. „Non tutum esse sibi periculum facere. (id e. non tuto se periculum facturos), venturine simus necne." — ἀλλ' ἐξισώσαντες τοῖς ἄλλοις μεθ' ἡμῶν. Mirabor, si nemodum haec correxit. Lege: ἐξ ἴσου ϛάντες τοῖς ἄλλοις μεθ' ἡμῶν.

88. τῶν δὲ τὴν μεσόγαιαν ἐχόντων αὐτόνομοι οὖσαι καὶ πρότερον ἀεὶ αἱ οἰκήσεις εὐθὺς, πλὴν ὀλίγοι, μετὰ τῶν Ἀθηναίων ἦσαν. Sic libri nisi quod αἱ omittunt codices. Qui haec corrupta esse non videt ex eorum numero non est quorum gratia haec scribo. ΟΤCΑΙ ΚΑΙ ex perperam repetita syllaba ortum est; et, ut solet error errorem parere, ne solum esset participium, verbum corrupisse videntur ut οἰκήσεις inferrent. Conjecturam meam, οὖς καὶ πρότερον ἀεὶ ᾐδίκησαν ea lege propono, ut si quis aliud verbum, quod probabilius sit quam ᾐδίκησαν, invenerit, non repugnem. — Infra dele δεομένους.

89. Verissime Reiskius δὴ ἐμῶν pro δ' ἡμῶν. Apta est particula δὴ ad ordiendam, quam pollicitus est, defensionem. — ἀναπειθέσθω. Qui vim hujus verbi cognitam habeat, et quid hic loci conveniat intelligunt, non ἀναπειθέσθω sed ἀνατιθέσθω legendum videbunt. — καὶ αὐτὸς οὐδενὸς ἂν χεῖρον ΟCΩΚΑΙ λοιδορήσαιμι. L. ὁ σώσας.

91. Pro δικαϛηρίων lege ἐργαϛηρίων.

94. καὶ ἀποκτείναντές τέ τινας — Bekk. „καὶ om. B. τε om. G." Illud, nisi fallor, recte. τε tutari videntur quae in fine cap. 98 leguntur.

96. ἐξήρτηται γὰρ τὸ ἄλλο χωρίον, καὶ μέχρι τῆς πόλ ἐπικλινές τ' ἐςὶ καὶ ἐπιφανὲς πᾶν εἴσω· καὶ ὠνόμαςαι ὑπὸ Συρακοσίων διὰ τὸ ἐπιπολῆς τοῦ ἄλλου εἶναι Ἐπιπολαί. Hae Adhortatione ex parte tantum correxi. Lege: ἐξῆρται γὰρ ἄλλου χωρίου — et ἐπιφανές· ἐς ὃ καὶ ὠνόμαςαι κ. τ. ἑ.

99. ὑποτειχίζειν δὲ ἄμεινον ἐδόκει εἶναι ἢ ἐκεῖνοι ἔμελλον ἐ τὸ τεῖχος, καὶ εἰ Φθάσειαν, ἀποκλήσεις γίγνεσθαι, h. e. κ ἀποκλήσεις ἔμελλον γίγνεσθαι, εἰ οἱ Ἀθηναῖοι Φθάσειαν. unam ἀπόκλῃσιν formidabant; singularis in pluralem pro Φθάσειαν mutatus est. Quae sequuntur non uno vitio labor locus hunc ad modum constituendus videtur: καὶ ἅμα, ἐν τ εἰ ἐπιβοηθοῖεν, μέρος ἀντιπέμπειν ἐπ' αὐτοὺς τῆς ςρατιᾶς, Φθ γὰρ ἂν αὐτοὶ προκαταλαμβάνοντες τοῖς ςαυροῖς τὰς ἐΦ ἐκείνους δ' ἂν παυομένους τοῦ ἔργου πάντας ἂν πρὸς σΦᾶς πεσθαι. — 103. L. cum BE. οὗτος γὰρ ἤδη.

104. Verba κατὰ τὴν τοῦ πατρός ποτε πολιτείαν sanis mihi videntur. Qui in codice B ἀνανεωσάμενος invexit nunq hoc fecisset, nisi prius καὶ perperam legisset, ubi reliqui ces κατὰ habent. Si in reliquis codicibus ἀνανεωσάμενος omissum fuisset, nulla erat causa cur ποτε in ejus locum cerent. Similis audaciae in B. specimina sunt, 101. fin. ἀ πάσαντες καὶ διαβιβάσαντες. 104 ὅσαι μάλιςα ἐπόν et nisi fallor 101. καὶ ὕςερον καὶ τὸ ὑπολειΦθέν, nam sic quidem persanatus est is locus. An κατὰ δὲ τὸ ὑπολει μάχη ἐγένετο? Ceterum diligens lectionum investigator non terit non animadvertere ab extremis hujus libri capitibus u ad octavi finem codicis B indolem prorsus mutatam esse. antea persaepe cum A solo, vel cum uno alterove reliquo conspirabat; abhinc saepius solus omnibus contradicit, a quem comitem habet, is plerumque Monacensis (G) est. satis certum est omnes, quos nunc versamus, libros Thu deos ex uno haud nimis vetusto codice derivatos esse, omnes ex eo ipso descriptos esse lectionum varietas ar Igitur in hac parte operis qui Codicem B. describebat vel exemplari usus est, vel ex duobus inter se collatis lectio constituebat. Multa etiam ex ingenio mutasse videtur, v in locis paene innumerabilibus ubi alium verborum ordinem h Hinc fit ut nonnunquam difficile sit dijudicare utrum qu

reliquis diversa praebet, aliqua auctoritate nitantur, an ex grammatici conjectura orta sint.

104. Iamdudum monui pro *ἐκπνεῖ* legendum esse *ἔπνει*. In verbis *κατὰ τὸν Τεριναῖον κόλπον* auxilium criticorum opperior. Sed hoc nemo unquam mihi persuadebit, Gylippum in Italiae ora legenda Terinam usque pervenisse; qui si vel Locros pervenisset veriora de rebus Syracusanis accepisset; neque ejusmodi vento a Terinaeo sinu in altum deferri potuit, neque si illam tempestatem expertus esset rursus ad Tarentum appulisset.

PRODICI *ἀκριβολογία*.

Galenus XVIII. 1. pag. 685. Kühn. *ῥητέον οὖν — τοῦ σημῆναι τὸ λεγόμενον πρᾶγμα μόνον Φροντίζειν τὸν Ἱπποκράτην καθάπερ καὶ ὁ Πλάτων ἡμᾶς τε ποιεῖν ἀξιοῖ τοῦτο καὶ πρῶτΟΝ αὐτὸς πράττει. — μόνος γὰρ Φαίνεται Πρόδικος ἐζηλωκέναι ΑΤτὴν ἐν τοῖς ὀνόμασι ΜΙΚΡολογίαν, ὡς εἰώθασι προσαγορεύειν οἱ τὰ Προδίκου ζηλώσαντες.* Corrige *καὶ πρῶτΟC αὐτὸς πράττει* et *ἐζηλωκέναι* THN *ἐν τοῖς ὀνόμασιΝ* ’ΑΚΡΙΒολογίαν, ut post pauca *τὴν τοιαύτην* ’ΑΚΡΙΒολογίαν (pro *μικρολ.*) *ἣν οἱ ζηΛοῦντες* (pro *ζητοῦντες*) *ἐπὶ τὸ πολὺ πάντες ἀδύνατοι λέγειν εἰσίν.* Cf. locus Galeni XVIII. 2. pag. 15. *δεῖ δὲ τὰς ἐν τοῖς σημαινομένοις περιεργίας ἀποτρέπεσθαί τε καὶ Φεύγειν, ἃς Πρόδικος ὁ τηλικοῦτος σοφιστὴς ἀσπαζόμενος ἐπαχθὴς* (leg. *ἐπαχθὴς*) *τοῖς πεπαιδευμένοις ἐγίνετο καὶ ἐσκώπτετο συνεχῶς ὑπὸ τοῦ παρὰ τῷ Πλάτωνι Σωκράτους καίτοι γε τἄλλα ἐπαινούμενος.* Disertissime de ea re dixit Galenus Tom. XVIII. 2. pag. 526. *καταΦρονοῦντες τῆς ὕστερον ἀσκηθείσης μΑκρολογίας*, (*μΙκρολογίας* Hemsterhusius ad Steph. Thes.) *οὐχ ὡς οἱ μεταχειριζόμενοι προσαγορεύουσιν αὐτὴν ’ΑΚΡΙΒΟλογίαν. οὓς εἰ μὲν σαΦέστερον ἐρμηνεύοιεν* (*τὰ* del.) *τοῦ παλαιοῦ ἐκ τῆς τοιαύτης* (add. *εἴτε*) *ἀκριβολογίας εἴτε κυριολογίας ἐθέλοιεν ὀνομάζειν ἐπαινεῖν προσῆκον, εἰ δὲ ἀσαΦῶς καὶ ταπεινῶς ἄμεινόν ἐστι τὴν τῶν παλαιῶν ἀμέλειαν αἱρεῖσθαι.*

C. G. C.

AD LIBANII ORATIONEM

περὶ τῆς ἐχυτοῦ τύχης.

SCRIPSIT C. G. COBET.

Libanii Sophistae Orationes et Declamationes. recensuit I. I. Reiske. Tom. I. pag. 1—170.

Pag. 7. 5. *βουλῆς φροντίσιν ἢ δίκαις ἢ καὶ νὴ Δία γε Φόνοις ἀρχόντων.* Ostendimus alio loco veram lectionem esse ΘΡόνοις ἀρχόντων. Saepe proderit in tempore meminisse passim in Codd. Mss. inter se confundi:

Φόνος — Φόβος — Φθόνος — θρόνος.

cuius rei ex uno Libanio iuvat exempla pauca expromere.

Editur I. 298. 12. *ἀπὸ γὰρ τῆς αὐτῆς οἰκίας ὅ τε ΦΘόνος αὐτῷ παρεσκεύαζο καὶ τὸ τῆς σωτηρίας εὑρίσκετο*, pro *Φόνος*.

Tom. I. pag. 388. 5. *ἀλλ' ἐωνεῖτο* (Constantinus) *τῇ Ῥωμαίων γῇ τὸν Φόνον τῶν μεγίστων ἀφιστάμενος τοῖς βαρβάροις ἵνα μὴ μικρῶν τῷ γένει* (Iuliano). imo vero *τὸν ΦΘόνον*.

Tom. II. 44. 12. *φήσουσι τοίνυν με πλάττειν οὐκ ὄντα φόΒους τινές.* De *caede* Iuliani loquitur et *φόΝον* scripserat.

Tom. II. 288, 6. *δι' ἣν καὶ τοῖς παιδεύουσιν οὐ μικρὸς ἐν τοῖς ἐπιδείξεσιν ὁ Φόβος*. alii Codd. *ὁ θρόνος* sine sensu.

Certa nunc emendatio parata est loco Tom. III. 138. 8. *κατέσησεν ἐν ΘΡόνῳ τὸν πατέρα συνέχει.* quis enim non statim videt Libanium scripsisse: *κατέσησεν ἐν ΦΟΒΩΙ τὸν πατέρα συνεχεῖ? Metum iniicere alicui* saepissime dicitur *καθίστημί τινὰ εἰς Φόβον* vel *ἐν Φόβῳ*.

apud Demosthenem pag. 124. 27. *λοιδορίας ἢ φθόνου ἢ σκώμ-ος ἕνεκα* in optimo S. *φόνου* scriptum est. Confusa sunt em pag. 505. 10. et saepissime apud alios.

Libanius I. 14. 1. iocose narrat quid sibi evenerit quum diorum causa primum adolescentulus Athenas venisset. Quem liturus venerat audire non poterat, ab altera enim studiosae rentutis factione clausus tenebatur: *τοῖς ἔχουσι δὲ λόγος οὐδεὶς ; βοῆς, ἀλλ' Ἀρισόδημος μέχρι τῶν ὅρκων ἐτηρούμην ὁ Σύρος ὑ. ὁμωμοκότι δὲ ΜΗΔΗ τοῖς παροῦσιν ἀγαπήσειν ἀνοίγει τις τὴν ιαν.* Plane caecutiit in hoc loco Reiskius. Non est enim nmode recordatus scitam Graecorum breviloquentiam in prorbiis et comparationibus ad rem suam accommodandis. Ex ucis quibusdam exemplis quisque recordabitur. Aristoph. *ut.* 314.

σὺ δ' Ἀρίσυλλος ὑποχάσκων ἐρεῖς·
ἔπεσθε μητρὶ χοῖροι.

i permulta de genere hoc Porsonus et Dobraeus collegerunt. roverbium erat *ὁ ὄνος ὕεται* si quis quid flocci non faceret. inc Cratinus dixit:

σκώπτεις μ', ἐγὼ δὲ τοῖς λόγοις ὄνος ὕομαι.

Erat proverbium *Ἡρακλῆς ξενίζεται* si quis festinans longa ora enecaretur, unde lepidissime Aristophanes dixit *Lysistr.* 927.

τὸ πέος τόδ' Ἡρακλῆς ξενίζεται.

Eodem igitur modo Libanius iocans dixerat *Ἀρισόδημος ἐτηρού-ην ὁ Σύρος ἐγώ*, id est *ἐτηρούμην ἐγὼ ὥσπερ ὁ Ἀρισόδημος ἐῖνος*. Sed nisi est in libris vitium Libanius *Ἀρισόδημον* dixit tem *Ἀρισομένην* dicere debebat, qui quam saepe ex arctissima artanorum custodia miris modis evaserit copiose enarravit usanias in Messeniacis. *Τηρεῖσθαι* apud Graeculos recentiores nificat *in custodiam datum esse, in vincula coniectum esse*, unde *τήρησις* pro *carcere* ponitur.

Praeterea pro ΜΗΔΗ corrige *ἢ μήν* in verbis: *ὁμωμοκότι δὲ ιὴν τοῖς παροῦσιν ἀγαπήσειν.*

Pag. 29. 14. *τὼ μὲν δὴ σοφιστὰ κακῶς ἐπενθείτην.* — *ἐπενθείτην ' οὖν καὶ τἆλλα ἐλοιδορεῖσθΟΝ βίαιον, πλεονέκτην, ἀκόρεσον, ᾳμοῦ ςῆναι δυνάμενον, τὰ τοιαῦτα ἀναισχυντοῦντες.* Solent

οἱ ἀττικῶς γράφοντες veteres dualium formas recoctas lector suis apponere, sed ut in multis aliis peccant, sic et nunc formis antiquis Atticis novicias barbaras substituunt. Ἐλοιδ σθHN in utraque persona dici post Elmsleium nemo igno sed ea res Iulianum et Libanium et Themistium caeterosqu genus scriptores plane fugiebat.

Recurrit idem error II. 269. 23. εἰ οὖν ὑπὸ τῶν πολ ἀπεκτονότων ἔκεισθON πληγέντε, ubi ἔκεισθον barbarum est ἐκείσθHN.

Libanius I. 37. 14. μὴ ζέων ἔτι προσπεσών τῷ διαΡπάι TOTτον ἐγώ κτὲ. Non metuebant ne quem *diriperet*, se quem *dilaniaret* ac *discerperet*: μὴ — διαCπάσαιTO· τοῦτον Tritum est hoc sensu διασπᾶσθαι et διασπασθῆναι, propri *belluis*, deinde de iratis aut rabiosis, ut II. 531. διασπώ τὸν ἄνθρωπον. IV. 249. διασπάσασθαι (leg. — ασθϵ) τὸν εἱ μονα ὑμεῖς οἱ κακοδαίμονες. II. 82. ὁπόσοι πόλεων ἄρχοντες (τῶν) ἀρχομένων διεσπάσθησαν. Plane idem mendum bi Platone sustulimus in *Var. Lectt.* pag. 526.

Libanius I. 51. 3. εἰσελθεῖν γὰρ λόγον, οὐ μνήμην, κρ Non *iudicans* venerat, sed *iudicaturus*, ut opinor. Non κ igitur, sed κρινῶν. Nihil hoc mendo frequentius.

Libanius I. 55. 15.

κὰδ δὲ πρόσθ' ὀρέων Διομήδεος ἧκε χαμᾶζε.

Lepide, quia mulis iunctis iter faciebat, Homericum ἵ in ὀρέων convertit. Locus est Iliad. Θ. 134.

κὰδ δὲ πρόσθ' ἵππων Διομήδεος ἧκε χαμᾶζε.

Ostendam luculento exemplo in quam putidos errores pererruditi quidam grammatici veteres librorum mendis decepti sese induerint, et quam nihil propterea eorum auctoritati sit tribuendum ubicumque magna gravitate et multis veterum scriptorum testimoniis ea docent quae cum Graecitatis ingenio et natura pugnant. Absurdum est, ut hoc utar, ἕως et τέως inter se confundere et ubi relativo opus est demonstrativum ponere. Perinde esset τότε pro ὅτε dicere aut τηλικοῦτος pro ἡλίκος aut τηνικοῦτος pro οἷος, τοσοῦτος pro ὅσος, τηνικαῦτα pro ἡνίκα, et apud Homerum τόφρα pro ὄφρα et τῆμος pro ἦμος, quae confusio non esset ineptior quam ubi sententia ἕως postulat τέως substituere. Erat tamen hoc manifesti erroris genus in Codicibus perantiquis non infrequens unde factum est ut doctissimi ἀττικισταί nil mali suspicati serio scriberent τέως apud veteres Atticos pro ἕως dici solere. Testem produco primum Scholiastam Platonis, cuius est pererudita annotatio ad Platonis *Hipparchum* pag. 229. D. ΤΕΩC, inquit, δηλοῖ τὸ προτοῦ [1]). Δημοσθένης· „ὁ τέως προσκυνῶν τὴν θόλον." deinde alia ex Aristophane et Zoilo [2]) exempla attulit, et ita pergit: ἐν τῇ Εἰρήνῃ εὕρηται ἀντὶ τοῦ ΕΩC· λέγει δὲ ὁ ἱπποκομῶν τὸν κάνθαρον·

---

1) Hinc sumta sunt quae leguntur in Bekkeri *Anecdotis* pag. 309. 23. Τέως δηλαδὴ τὸ προτοῦ, δηλοῖ δὲ καὶ τὸ πρότερον. σημαίνει καὶ τὸ ἐν τοσούτῳ. σημαίνει καὶ τὸ ἕως.

2) Legerat Zoili τὸ εἰς Πολύφημον ἐγκώμιον unde nonnulla descripsit. Obiter vitium exime. Editur: Ὀδυσσεὺς τέως ὁ σωζόμενος — περιώφθη μετὰ τὴν ἀρὰν (Polyphemi) ὑπὸ τῆς Ἀθηνᾶς. Repone ὁ τέως σωζόμενος.

ἔρειδε, μὴ παύσαιο μηδέποτ' ἐσθίων
τέως ἕως αὐτὸν λάθῃς διαρραγείς.

καὶ Δημοσθένης ἐν τῷ παραπρεσβείας ἀντὶ τοῦ ΕΩC. „ἀντὶ δὲ τοῦ Εὔβοιαν ἀποδοθῆναι περὶ Δρυμοῦ καὶ τῆς πρὸς Παράπτῳ χώρας μεθ' ὅπλων ἐξερχόμεθα ΤΕΩC δ' ἦσαν ἔσω οἱ Φωκεῖς οὐδέποτ' ἐποιήσαμεν." Addidit denique veterem ex Pherecyde fabulam de nomine urbis Τέω. ὁ γὰρ Ἀθάμας — εὑρὼν Ἀρίαν τὴν θυγατέρα ἀθύρουσαν — ἤρετο αὐτήν „τί ποιεῖς;" ἡ δὲ εἶπεν „ΤΕΩC σὺ ἐζήτεις ἵνα πόλιν κτίσῃς εὗρον." ἀφ' οὗ ἀνακτησάμενος τὴν πόλιν ὠνόμασε ΤΕΩ. Bellissima profecto haec etymologia est et naturae rei conveniens. Sed omnia haec exempla mendosa sunt et ἀττικισῇ nostro, quisquis est, scribarum errores mirifice imposuerunt. Ut ab ultimo incipiam: ΤΕΩC σὺ ἐζήτεις ἵνα πόλιν κτίσῃς (leg. κτίσεις) εὗρον (leg. ἐγὼ εὗρον), dixeris de scriptura ΤΕΩC nullam controversiam esse posse: namque etymologiam (sive veram illam sive futilem et malesanam) eo vocabulo inniti. Bonum factum quod eiusdem rei ex eodem fonte haustae meliorem et fideliorem testem habemus Stephanum Byzantinum v. Τέως, ubi Athamantis filia ad patrem ita dicit: ΕΩC σὺ χῶρον ἐσκόπεις ΤΕΩC ἐγὼ πόλιν σοι ἐδειμάμην. quae lectio et omnes habet numeros veritatis et insuper metro ligata est. Est enim versus iambicus octonarius puris putis iambis constans:

ἕως σὺ χῶρον ἐσκόπεις τέως ἐγὼ πόλιν σοι
ἐδειμάμην.

Scio equidem casu saepe fieri ut soluta oratio numeris poëticis ligata esse videatur, sed qui aurem habent ex verborum compositione et delectu facile animadvertunt sitne poëtae oratio an sermo pedester fortuito metri speciem prae se ferens. Hoc igitur exemplum ἀττικισῇ incerto ereptum esse fateberis. Videamus de caeteris: ὁ ἱπποκομῶν τὸν κάνθαρον (quod scite et eleganter dictum est) narratur ita dixisse:

ἔρειδε, μὴ πάυσαιο μηδέποτ' ἐσθίων
τέως ἕως αὐτὸν λάθῃς διαρραγείς.

Eadem est in Ravennate scriptura nisi quod σαυτόν pro αὐτόν exhibet:

τέως ἕως σαυτὸν λάθῃς διαρραγείς.

sed multis indiciis apparet lectionem hanc esse vitiosam et aliter

in libro, quo ἀττικιστὴς usus sit, scriptum fuisse. Τέως ait pro ἕως Aristophanem posuisse, sed minime id colligitur e vulgata scriptura τέως ἕως, in qua manifesto τέως significat id quod solet μέχρι τούτου *tamdiu*. Praeterea necessarium ΑΝ periit, sed quod Dawesius coniecit

ἕως σεαυτὸν ΑΝ λάθῃς διαρραγείς

non est Graeca compositio. Ἕως ἄν et similia non divelluntur nisi interposita particula ἕως μὲν ἄν, ἕως δ' ἄν, ἕως γὰρ ἄν, sed ἕως σεαυτὸν ἄν pro ἕως ἂν σαυτόν soloecum est. Deinde σεαυτόν non tantum inutile est et supervacaneum, sed vitiose additum. λανθάνω, λέληθα ἐμαυτόν et λήσεις σεαυτόν et sim. locum habent in iis quae quis imprudens *facere* dicitur, sed nemo *imprudens* malum aliquod vel infortunium accipit. Apud Aristophanem optime habet:

οἶδα μὲν ἀρχαῖόν τι δρῶν κοὐχὶ λέληθ' ἐμαυτόν.

et in *Pace:*

λήσεις σεαυτὸν τὰς πόλεις ἐκκοκκίσας.

et sic saepius alibi, sed ἔλαθον ἐμαυτὸν διαρραγείς vitiose dictum est. Percommode Berglerus comparavit locum Phoenicidis apud Athen. pag. 415. E.

ἐσθίει Μέχρι ἂν διδῷ τις ἢ λάθῃ διαρραγείς.

Ex his Aristophanis manum hanc ferme esse suspicor:

ἔρειδε, μὴ παύσαιο μηδέποτ' ἐσθίων
Ἕως ΑΝ (ἐκ τούτου) λάθῃς διαρραγείς.

Tamque olim labem concepisse: primum pro Ἕως irrepsisse τέως a Scholiasta lectum, deinde in caeteris excidisse quaedam et temere supplevisse aliquem quod in buccam venit:

τέως ἕως σαυτὸν λάθῃς διαρραγείς.

Venio ad Demosthenem, sed primum alterum testem produam pereruditum et illum et in Oratorum libris multum versatum, cuius testimonium nobis servavit Suidas. Suidas enim nescio unde nactus est Λέξεις ῥητορικάς a caeteris omnibus diversas et tamquam gemmis multis Oratorum testimoniis distinctas. Vid. Suid. v. Αἰσθέσθαι, ἅμα, ἀνάργυρος, ἀπείπατο, ἀπόμισθος, ἄττα, δεῦρο, διαθέσεις καὶ διαθέσθαι, ἔγγειον, ἐπὶ καλάμῃ ἀροῦν, ἐσχηματισμένος, θωπεία, ἱκετεύω, καυχᾶ, λιθουργική, μηλόβοτος χώρα, μοχθηρία, νέμειν προσάτην, ὀκνῶ, ὁμοῦ, οὐσία Φανερά, παιδάριον, πατρῴων, πραγματεία, προηροσίαι,

προὔκειτο, προχαριστήρια, Σαμοθράκη, συσσημαίνεσθαι, ὑπεψηφίσατο, ὑπὸ μάλης. In his una est v. Τέως, in qua primum Antiphontis et Isaei locis docet τέως poni pro πρότερον, πάλαι, μέχρι του, ut apud Isaeum ἐν τῷ πρὸς Λυσίβιον „ἡγούμεθα γὰρ ἐκείνῃ μὲν τὸν ἐγγύτατα γένους συνοικεῖν δεῖν, τὸ δὲ χρῆμα (leg. τὰ δὲ χρήματα) τέως τῆς ἐπικλήρου εἶναι, ἐπειδὰν δὲ ἡβήσωσιν ἐκείνους αὐτῶν κρατεῖν." His igitur praemissis ita pergit: καὶ ἐπὶ τοῦ ΕΩC ὡς παρὰ Δημοσθένει ἐν δευτέρῳ τῶν Φιλιππικῶν „ὥσπερ γὰρ ἐν τοῖς σώμασι ΤΕΩC μὲν ἂν ἐρρωμένα ᾖ οὐδὲν ἐπαισθάνεται τῶν καθ' ἕκαστα σαθρῶν." καὶ ἐν τῷ κατὰ Διονυσοδώρου „τοὺς δὲ εἰς Ῥόδον τόκους μὴ καθομολογεῖν ΤΕΩC ἂν διακριθῶμεν." καὶ ἐν τῷ περὶ τῆς παραπρεσβείας „ἀντὶ τοῦ τὸν Ὡρωπὸν ὑμῖν παραδοθῆναι περὶ τοῦ Δρυμοῦ καὶ τῆς πρὸς Πανάκτῳ χώρας μεθ' ὅπλων ἐξέρχεσθε ὃ ΤΕΩC ἦσαν σῶοι Φωκεῖς οὐδέποτε ἐποιήσαμεν." καὶ ἐν τῷ περὶ τῶν συμμοριῶν „καὶ μὴν οὐδὲ τῶν ἄλλων οὐδένα ἂν Ἑλλήνων εἰκότως φοβηθέντα τὸν πόλεμον τοῦτον ὁρῶ. τίς γὰρ οὐκ οἶδεν αὐτῶν ὅτι ΤΕΩC μὲν κοινὸν ἐχθρὸν ἐκεῖνον (excidit ὑπειληφότες) ὠμονόουν ἀλλήλοις πολλῶν ἄρα (leg. ἀγαθῶν) ἦσαν κύριοι." Vides hominem in Demosthenis orationibus probe versatum librorum mendis deceptum imbibisse opinionem perabsurdam Τέως pro Ἕως recte et ordine dici potuisse. Inveteraverat hic error apud eos, qui Demosthenem et reliquos scriptores Atticos legebant, describebant, *corrigebant*. Inspiciamus Demosthenis praestantissimum librum Parisinum S. et gliscentem errorem animadvertamus. pag. 24. 2. Τέως μὲν ἂν ἐρρωμένα ᾖ S et omnes. pag. 188, 8. Τέως — ὠμονόουν ἀλλήλοις. 446. 3. Τέως ἦσαν Φωκεῖς σῷοι. pag. 484. 22. Τέως τὸν τρόπον τοῦτον ἐνομοθέτουν. pag. 520. 1. Τέως ἂν χρησθῇ. pag. 656. 16. Τέως μὲν ἐώρων. pag. 721. 1. Τέως ἂν ἐκτίσῃ. et post pauca: Τέως ἂν ἐκτίσητε. ubi S. τε ὡσ habet pag. 726. 12. φυλάττειν Τέως ἂν κατασήσῃ τοὺς ἐγγυητάς. S. τε ὡσ. pag. 791. 14. Τέωσπερ ἂν ἐκτίσῃ. pag. 857. 14. Τέως ἀνὴρ ἐγὼ γενοίμην. pag. 1287. 14. Τέως ἂν κριθῶμεν. Nonnumquam libri variant, ut pag. 44. 10. et 733. 16. ubi S. veram lectionem servat, alii Τέως exhibent. Turpe emblema adhaesit in libris Demosthenis pag. 442. 20. ὁ τέως [πρώην] προσκυνῶν τὴν θίλον. sustulit mendum vetus Platonis Scholiasta, ut vidimus.

Itaque hi loci omnes manifesto errore laborant. Iam in libri

vetustissimis, quibus nostri *ἀττικισταί* utebantur, hic illic apparebat vitiosum Τέως pro Ἕως, quod quum grammaticis verum ac sanum esse videretur idem mendum multos alios locos veluti contagione quadam infecit et passim apud Demosthenem, subinde apud alios, absurde τέως scribitur ubi sententia *quamdiu*, *donec* postulat, ut apud Platonem in *Symposio* pag. 191. E. καὶ Τέως ἂν παῖδες ὦσι — φιλοῦσι τοὺς ἄνδρας. Libanius quoque sic corruptus est Tom. IV. 217. 20. νέμουσιν οἱ θεοὶ τἀγαθὰ τοῖς ἀνθρώποις ἄλλοις ἄλλα, ἃ Τέως μὲν ἂν ἔχῃ τις κέρδος τὸ ζῆν, εἰ δ' ἐκπέσοι βέλτιον ἀποθανεῖν.

Primus omnium Dindorfius apud Demosthenem grammaticorum et scribarum errores ausus contemnere ubique Oratori reddidit quod certa et indubitata Graeci sermonis lex postulat.

C. G. COBET.

VITIORUM ORIGO IN LIBRIS ANTIQUIS.

Μεταγραμματισμός.

Galenus XVIII. 2. pag. 778. ita dicit: *multa sunt in libris vetustis menda* τὰ μὲν αὐτοῦ τοῦ γράψαντος αὐτὸ (τὸ βιβλίον) παρὰ γράμματος ἑνὸς ἢ δυοῖν ἀφαιρέσιν ἢ πρόσθεσιν ἢ ὑπάλλαξιν ἁμαρτόντος, — τινὰ δὲ τοῦ χάρτου κοπέντος ἢ κατά τινα ἄλλην περίστασιν ἀπολομένου τοῦ γράμματος ἢ συγχυθέντος. ἴσως δέ τινων καὶ κατὰ τὸν ὀνομασθέντα ΜΕΤΑΓΡΑΜΜΑΤΙCΜΟΝ ἁμαρτηθέντων ἔκ τινων μεταβαλόντων ἐκ τῆς παλαιᾶς γραφῆς εἰς τὴν ὑστέραν γεγραμμένην πρὸς τοῦ παλαιοῦ πλῆθος ἁμαρτημάτων ἐν πολλοῖς τῶν ἀντιγράφων ἠθροίσθη. ubi scribendum: εἰς τὴν ὑστέραν ΤΑ γεγραμμένΑ πρὸς τοῦ παλαιοῦ. Ergo Hippocratis quoque libri quum essent litteris antiquis Atticis exarati postea novo scripturae genere Ionico transscripti sunt, ut apud Homerum vidimus τοὺς μεταχαρακτηρίσαντας. Est igitur plane idem μεταχαρακτηρίζειν et μεταγραμματίζειν.

C. G. C.

PLATONICA.

Edidit nuper vir doct. MARTINUS SCHANZ Platonis opera „*ad Codices denuo collatos*" ea cura et diligentia ut nihil desideres et tamen in una re spem meam fefellit. Luculenter enim ante demonstraverat in Platonis textu constituendo optimis tantum Codicibus esse utendum et reliquam omnem discrepantium scriptturarum farraginem utpote prorsus inutilem sine damno abiic posse. Itaque speraveram fore ut in prima Tetralogia, qua prodiit, unum solum testem produceret egregium illum Clarkianum B. et ex caeteris paucula quaedam sumere satis habere sicubi boni aliquid aut lacunae supplendae aut ab acuto lector feliciter emendatum continerent.

Sed video certissimo et fidelissimo testi „*comites esse additos* libros deteriores Crusianum, Venetos duos, Vaticanum, und minutias et quisquilias et ineptias sine numero Platoni adhaerere Quis acutus et ingeniosus adolescens hoc taedium devorare potest Mihi quoque ad has nugas fastidium oboritur. Scio equidem quam sit arduum negotium magnam lectionum copiam, quam quis longis itineribus susceptis et improbo labore descriptam collectam et ordine dispositam habeat, in ignem coniicere: tamen id erit faciendum, si quis Platonem lecturis et emendaturis vere prodesse volet. Minime sic peribit labor in Codicibus conferendis positus. Non est enim huius operae fructus congeries scripturarum nullius pretii, sed aucta et confirmata facultas Critica firmissimis Palaeographiae fundamentis superstructa.

Sed suum cuique est et esto iudicium; accipiamus igitur

rati novam Platonis Editionem et conferamus et ipsi ex saepe repetita quatuor Dialogorum lectione aliquid novae symbolae, quo admirabilis Platonis oratio emendatior legatur.

Primum omnium quid vetat breviter indicare quas certas et bonas textus Platonici emendationes me iudice in ordinem receptas oportuit? Nihil, opinor. In *Euthyphr.* pag. 3. A. *ἴσως πρῶτον μὲν ἡμᾶς καθαρεῖ*, pro *καθαίρει* tralaticio mendo in verbis liquidatis. pag. 15. D. *ἤδησθα* pro *ἤδεισθα*. In loco *de Rep.* 337. A. in Parisino A prima manus diserte *ἤιδησθα* dederat, sed futilis corrector *ει* substituit. — ibid. *διωκαθεῖν* pro *διωκάθειν*. Hoc quoque alicubi in Paris. A. a prima manu scriptum vidi et a correctore depravatum. (locus est pag. 375. A. in Codicis folio 21 B.) Quid? *διωκαθεῖν* estne *aoristus* an non est? Nulla est dubitatio, ut *σχεθεῖν*, *ἀμυναθεῖν*, *ἐργαθεῖν*, *παρεικαθεῖν*, *ἁλκαθεῖν*. Plato praesens et aoristum composuit in *Apologia* 32. A. *οὐδ' ἂν ἑνὶ ὑπεικάθοιμι — μὴ ὑπείκων δὲ ἀπολοίμην*. Sed in libris aliter haec scribuntur, inquies. Relinque scribis errorem suum, quos sexcenties in talibus hallucinantes videmus *θένειν* et *θένων* scribentes et contra *πιτνεῖν* et *πιτνῶν*. Vel unus Euripidis versiculus controversiam hanc dirimere possit:

γυναῖκες, ὁρμήθητε μηδ' ἀθυμία
CXEΘHI *τις ὑμᾶς.*

si *σχέθειν* esset praesens immanis foret soloecismus.

Euthyphr. 5. A. *ἐπειδή με ἐκεῖνος αὐτοσχεδιάζοντά φησι* [*καὶ καινοτομοῦντα*] *περὶ τῶν θείων ἁμαρτάνειν*. Eliminanda sunt duo verba a sciolo interposita ex pag. 16. A. *σοφὸς ἤδη — τὰ θεῖα γέγονα καὶ οὐκέτι ὑπ' ἀγνοίας αὐτοσχεδιάζω οὐδὲ καινοτομῶ περὶ αὐτά*. Arguitur interpolatio sermonis errore. Graecum est *καινοτομεῖν*, ut *σπουδάζειν*, *περί* TI, non *περί* TINOC, ut *καινοτομῶ περὶ αὐτά*, et pag. 3. B. *ὡς οὖν καινοτομοῦντος σοῦ περὶ τὰ θεῖα*.

Alterum scioli emblema commaculat locum pag. 14. E. *οὐ γάρ που τεχνικόν γ' ἂν εἴη δωροφορεῖν* [*διδόντα*] *τῷ ταῦτα ὧν οὐδὲν δεῖται*. Inepte bis idem dicitur. *Δωροφορεῖν* et *διδόναι* est idem, nisi quod *διδόναι* pervulgatum est et *δωροφορεῖν* splendidum et magnificum vocabulum, ut *μνασιδωρεῖν*. Expuncto

igitur διδόντα fac semper memineris Platonis quoque Codices huiusmodi additamentis scatere.

In *Apologia Socratis* 22. D. receptum vellem ἐμαυτῷ γὰρ ξυνῄδΗ et τούτους δ' ΘΤ ᾔδΗ, quia particulis δέ γε nihil hic loci est. Satis constat etiam plurimis Codicum nostrorum testimoniis plusquam perfecta apud Platonem in — Η exire. Cur igitur indoctos scribas aut futiles correctores sequi malumus?

Nollem retinuisset Editor 25. B. mendosam scripturam κακόν τι λαβεῖν Ἀπ' αὐτοῦ pro ὑπ' αὐτοῦ. Nonne *passiva* sunt λαβεῖν πληγάς, εὖ ἀκούειν, εὖ πάσχειν, εἰς δεσμωτήριον ἐμπεσεῖν, ἀποθανεῖν et multa his similia? Itaque qua de causa τύπτεσθαι Ἀπό τινος vitiosum est eadem de causa et πληγὰς λαβεῖν et κακόν τι λαβεῖν Ἀπό τινος.

Video ex Codice Veneto afferri ὑπ' αὐτοῦ, quae est bona lectoris coniectura. Idem pag. 23. B. pro ξυντεταΓμένως bene correxit ξυντετΑμένως, quae tralaticia est in libris confusio. Accipimus lubenter huiusmodi correctiones ab acutis lectoribus olim repertas, sed minime hinc de Codicum auctoritate ac fide est statuendum.

Caeterum sciendum ὑπό et ἀπό perpetuo inter se locum mutare. In *Phaedone* 83. B. in *omnibus* libris est: οὐδὲν κακὸν ἔπαθεν ἀπ' αὐτῶν, sed prudenter Editor ὑπ' αὐτῶν probavit.

In vicinia miror pag. 30. B. relictum esse ὡς ἐμοῦ οὐκ ἂν ποιήσΟντος pro ποιήσΑντος. Serione credidit Editor ποιήσω ἄν recte dici, ut pag. 29. C. ἤδη ᾽ΑΝ — διαΦθαρήσονται, quem locum ad vulgatam tuendam contulit? Si in ea opinione est, mutabit aliquando, sat scio, sententiam.

Pag. 19. C. ταῦτα γὰρ ἑωρᾶτε καὶ αὐτοὶ ἐν τῇ Ἀριστοφάνους κωμῳδίᾳ. Quid sibi vult imperfectum *videbatis*, ἑωρᾶτε? Requiritur perfectum ἑοράκατε.

Pag. 23. D. προστοιούμενοι μὲν εἰδέναι, εἰδότες δὲ οὐδέν. Suplendum εἰδέναι TI.

ile emblema adhuc latuit 26. A. *σὺ δὲ ξυγγενέσθαι μέν νὶ διδάξαι ἔφυγες [καὶ οὐκ ἠθέλησας], δεῦρο δ' εἰσάγεις.* ıostrum hoc tam frigide addidisset:

;. 31. B. *οἱ κατήγοροι τἄλλα πάντα ἀναισχύντως οὕτω οροῦντες τοῦτό γε οὐχ οἷοί τε ἐγένοντο Ἀπαναισχυντῆσαι,* vero *Ἐπαναισχυντῆσαι*, id est *τῇ ἄλλῃ ἀναισχυντίᾳ καὶ προσθεῖναι.*

ç. 32. D. *ἐμοὶ θανάτου μὲν μέλει, εἰ μὴ ἀγροικότερον* (ἦν del. Heindorfio) *εἰπεῖν, οὐδ' ὁτιοῦν, τοῦ δὲ μηδὲν ἄδικον μηδ' ν ἐργάζεσθαι τούτου δὲ τὸ πᾶν μέλει. ἐμὲ γὰρ ἐκείνη ἡ οὐκ ἐξέπληξεν οὕτως ἰσχυρὰ οὖσα [ὥςε ἄδικόν τι ἐργάσασθαι].* ıurem habent vel hoc indicio molestum emblema depre- nt. Deinde ipsa loci sententia id iudicium confirmabit. *netuo mortem*, inquit, saevum et atrox tyrannorum imperium *em mihi non incussit*, id est *inperterritus illi imperio non , ᾠχόμην δὲ ἀπιὼν οἴκαδε.* Itaque illa verba, quae nobis ıt aures, etiam sententiae sunt inutilia.

g. 33. A. *εἰ δέ τίς μου λέγοντος καὶ* TA *ἐμαυτοῦ πράττον- πιθυμεῖ ἀκούειν — οὐδενὶ πώποτε ἐφθόνησα.* Primum cor- *καὶ* TO *ἐμαυτοῦ πράττοντος* suadente loci sententia. Nempe *μαυτοῦ πράττω* est *res meas ago*, id est *remp. non capesso otio vivo*, sed *πράττω τὸ ἐμαυτοῦ* significat *negotium meum fungor officio meo.*
aeterea scribe *εἴ τις — ἐπεθύμει*, namque *ἐπιθυμεῖ* si dixis- ecessario sequeretur *οὐδενὶ φθονῶ*, non *ἐφθόνησα.*

g. 35. D. *ἀλλὰ πολλοῦ δεῖ οὕτως ἔχειν. νομίζω τε γάρ κτἑ.* ı scripsit *πολλοῦ δέΩ οὕτως ἔχειν.* Etiam alibi in hac a dicendi forma videbis scribas et correctores turbas se.

Menone pag. 71. A. editur: *ἐγὼ δὲ τοσοῦτON δέω εἴτε δι- ὸν εἴτε μὴ διδακτὸν εἰδέναι ὡς οὐδὲ αὐτὸ ὅ, τι ποτ' ἐςὶ τὸ παν ἀρετὴ τυγχάνω εἰδώς.* Scribe: *τοσούτOT δέω — εἰδέναι ' οὐδὲ τοῦτο κτἑ.* Annotavit Stallbaumius: *„Apte comparavit* ıcus Axioch. p. 372. B. *τοσοῦτον ἀποδέω τοῦ δεδοικέναι.*

Chariton. p. 152. edit. Lips. *καὶ τοσοῦτον ἀποδέω τοῦ σε κωλύε Lucian.* Icaromen. 5. *τοσοῦτον ἐδέησάν με ἁπαλλάξαι.*" N aliter haec cum Platonicis *aptε* comparari possunt nisi ad d monstrandum quantopere antiqua Graecitas a vitiosa Graeculoru *συνηθείᾳ* discrepet. Veteres constanter dicebant *πολλοῦ, ὀλίγ πλείσου, τοσούτου δέω* cum infinitivo *λέγειν, νομίζειν, εἰδέν* sim. et in secunda persona *πολλοῦ, τοσούτου* ΔΕΙC, et sic i caeteris. Sequiores aut *τοσοῦτ*ΟΝ *δέω* cum infinitivo poneba non satis perspecta verbi *δέω* natura, aut etiam multo peii *τοσοῦτ*ΟΝ *ἈΠΟδέω* ΤΟΤ *δεδοικέναι*, ΤΟΤ *κωλύειν* plane amis verbi antiqui intelligentia.

Subineptum est testem producere tam futilem qualis e Chariton, et *Axiochus* tam male ac vitiose Graece conscriptu est, ut satis mirari nequeam quo pacto docti Alexandrini Pl tonica scripta colligentes ac disponentes hunc foetum insul hominis tam misello sermone conceptum non statim cu fastidio seposuerint damnaverintque.

ΔΕΙC quid esset videbis scribas mirari ac titubare, ut i *Menone* pag. 79. B. *πολλοῦ* ΔΕΙC *εἰπεῖν ὅ, τι ἐστίν*, ubi *δεῖ εἰπεῖν* optimi testes exhibent, in uno et altero reliquorum ver lectio *δεῖς εἰπεῖν* legitur de felici correctoris nescio cuius conie tura, quales in libris deterioribus hic illic leguntur, veluti i *Menone* pag. 89. E. omnes libri vitiosam lectionem servant *εἰς καλὸν ἡμῖν* ΑΥ*τὸς ὅδε παρεκαθέζετο*, praeter unum Floren tinum in quo vera scriptura est ΫΑΝ*τος ὅδε*. Optime emen davit quisquis est neque codex caeteris melior est sed ingenios lectoris laudandum acumen. Similiter in *Phaedone* 89. E. men dose *omnes ἠνύσαμεν* dederunt, sed in nescio quo Codice Augu tano verum reposuit nescio quis *ἠνυσάμην*.

ΔΕΙC eodem modo vitiatum videbis in *Lyside* 204. E. et *Ione* 541. E.

Pag. 37. D. *καλὸς οὖν ἄν μοι ὁ βίος εἴη ἐξελθόντι τηλικῷ ἀνθρώπῳ ἄλλην ἐξ ἄλλης πόλΕΩC ἀμειβομένῳ καὶ ἐξελαυνομέ* ZHN. Certa dicendi lex postulat *ἄλλην ἐξ ἄλλης πόλΙΝ ἀμ βομένῳ*. Deinde *ζῆν* vitiose abundat: ubi dixeris *ποῖος ἄν μοι ὁ βίος εἴη* vel *καλὸς ἄν μοι ὁ βίος εἴη* cum suo partici sententia est prorsus absoluta et nihil addit potest. Quoti

autem hunc locum relego, magis magisque mihi confirmatur suspicio ante multos annos mihi subnata, periisse Atticum quoddam loquendi genus, quod Socratis sententiae planissime est accommodatum, nempe καὶ ἐξελαυνομένῳ Γῆν πρὸ γῆς. Sic Aeschylus dixit *Prometh.* 703.

γῆν πρὸ γῆς ἐλαύνομαι.

ubi Bloomfieldi diligentia testimonia veterum et recentiorum scriptorum permulta congessit, in his Ciceronis ad Atticum XIV. 10. „*itaque γῆν πρὸ γῆς cogito.*" Simillimum est Luciani in *Alexandro* cap. 46. ἔδει γῆν πρὸ γῆς ἐλαύνεσθαι ὡς ἀσεβῆ. Vide nunc quam commode et graviter decurrat sententia: ἄλλην ἐξ ἄλλης πόλιν ἀμειβομένῳ καὶ ἐξελαυνομένῳ γῆν πρὸ γῆς. Exulantem se cum impietatis nota non tantum aliam ex alia urbem dicit mutaturum, sed etiam ex alia in aliam regionem expulsum iri.

Pag. 39. B. ἐγὼ μὲν — ἄπειμι θανάτου δίκην ὄφλων, οὗτοι δ' — ὠφληκότες μοχθηρίαν. Rescribe ὀφλών. Athenienses in praesenti tempore ὀφλισκάνω dicebant, ut apud Sophoclem:

σχεδόν τι μώρῳ μωρίαν ὀφλισκάνω.

in aoristo ὤφλον, ὀφλεῖν, ὀφλών. Corrumpunt haec Graeculi, et Editores non satis hoc agunt. *Aoristum* esse ὀφλών sententia clamat, ut apud Aristophanem:

οὔ μ' ἐχρῆν σορὸν πρίασθαι τοῦτ' ὀφλὼν ἀπέρχομαι.

Passim in Platonis *Legibus* sic peccari videbis.

In *Critone* receptum oportuit pag. 44. D. αὐτὰ δὲ δηλοῖ τὰ παρόντα pro δῆλα. nam sensus est φανερὸν ποιεῖ, non φανερά ἐστιν.

In *Critone* pag. 44. B. πολλοῖς δόξω, οἳ ἐμὲ καὶ σὲ μὴ σαφῶς ἴσασιν, [ὡς] οἷός τε ὢν σε σώζειν, εἰ ἤθελον ἀναλίσκειν χρήματα, ἀμελῆσαι. Dele ὡς, quod cum loci compositione pugnat.

Continuo sequitur: καίτοι τίς ἂν αἰσχίων εἴη ταύτης δόξα; [ἢ δοκεῖν χρήματα περὶ πλείονος ποιεῖσθαι ἢ φίλους]. Quia ταύτης ad proxime praecedentia refertur, insipidum additamentum una litura delendum.

Respondet Socrates 44. C. *ἀλλὰ τί ἡμῖν οὕτω τῆς τῶν πολλῶν δόξης μέλει; οἱ γὰρ ἐπιεικέστατοι — ἡγήσονται αὐτὰ οὕτω πεπρᾶχθαι ὥσπερ ἂν πραχθῇ.* Legendum est *ὥσπερ ἐπράχθη.* Recte dicitur *ὥσπερ ἂν πραχθῇ* de re futura et incerti eventus, sed de re absoluta et certa *ὥσπερ ἐπράχθη* necessarium est. Compara locum in *Phaedone* 89. E. *εἰ γάρ που μετὰ τέχνης ἐχρῆτο, ὥσπερ ἔχει οὕτως ἂν ἡγήσατο.*

Pag. 45. B. incaute Editor recepit Iacobsii coniecturam *μήτε — ἀποκνῇς σαυτὸν σῶσαι*, pro *ἀποκάμῃς*, nam soloecum est *μὴ ἀποκνῇς* pro *ἀποκνήσῃς*, ut in *Phaedone* 84. D. *μηδὲν ἀποκνήσητε αὐτοὶ εἰπεῖν.*

Pag. 46. E. *οὐκ ἄν σε παρακρούOI ἡ παροῦσα συμφορά.* Legendum *παρακρούοιΘ' ἡ*, quia eo sensu omnes *παρακρούεσθαι*, non *παρακρούειν*, dicebant. Saepe iuncta videbis *ἐξαπατᾶν καὶ παρακρούεσθαι, φενακίζειν καὶ παρακρούεσθαι, κλέπτειν καὶ παρακρούεσθαι*, ut apud Libanium III. 300. *συγχωρῶ δὴ Πέρσας δεινοὺς εἶναι καὶ κλέψαι καὶ παρακρούσασθαι.* Semel apud Dinarchum peccatum est pag. 103. 13. *ἐνταῦθα φήσετε εἶναι δεινοὶ εἰ παρακρούσεΤϵ τούτους*, cui Bekkerus recte *παρακρούσεϹΘϵ* reddidit, ut pag. 95. 22. *καὶ νῦν παρακρούονται ὑμᾶς.* Neque aliter Plato, ut in *Lyside* 215. C. et in *Cratylo* 393. C. *φύλαττε γάρ με μή πῃ παρακρούσωμαί σε.*

Pag. 49. B. *παντὸς μᾶλλον οὕτως ἔχει — εἴτε φασὶν οἱ πολλοὶ εἴτε μή, καὶ εἴΤϵ δεῖ ἡμᾶς ἔτι τῶνδε χαλεπώτερα πάσχειν [εἴτε καὶ πρᾳότερα] ὅμως τό γε ἀδικεῖν τῷ ἀδικοῦντι καὶ κακὸν καὶ αἰσχρὸν τυγχάνει ὄν.* Non est difficile huius loci labem deprehendere. Opinatus est aliquis quemadmodum essent coniuncta *ϵἴτε φασὶν εἴτε μή* eandem formam etiam in sqq. fuisse: itaque pro *εἰ δεῖ ἡμᾶς* supposuit *ϵΙΤϵ δεῖ*, et quod deesse videbatur supplevit de suo [*εἴτε καὶ πρᾳότερα*]. Non intellexit se ita dicendi sententiam pervertisse, et vitiosam oppositionem inter *χαλεπώτερα* et *πρᾳότερα* induxisse. Omnino *πρᾳότερα πάσχειν* nihil est neque adiectivo *πρᾷος* in tali re ullus est locus. Exemto errore blemate omnia optime habent *„sive ait vulgus hominum sive nos et si etiam graviora hisce nobis sunt perpetienda tamen"* cett.

Aliquid vidit Hirschigius pag. 49. C. *οὔτε ἄρα ἀνταδικεῖν δεῖ ὔτε κακῶς ποιεῖν οὐδένα ἀνθρώπων, οὐδ' ἂν ὁτιοῦν πάσχῃ ὑπ' ὡτῶν*, suadente sententia vir doctus *κακῶς* 'ΑΝΤΙ*ποιεῖν* coniecit, sed violavit certam in his compositionis formam. Dicebant omnes pro *ἀντευεργετεῖν ἀντ' εὖ ποιεῖν* et passive *ἀντ' εὖ πάσχειν*, similiterque *ἀντὶ κακῶς ποιεῖν* et *ἀντὶ κακῶς πάσχειν*.

Leges ad Socratem ita dicunt pag. 52. B. *μεγάλα ἡμῖν τεκμήριά ἐστιν ὅτι σοι καὶ ἡμεῖς ἠρέσκομεν καὶ ἡ πόλις. οὐ γὰρ ἄν ποτε τῶν ἄλλων Ἀθηναίων ἁπάντων διαφερόντως ἐν αὐτῇ ἐπεδήμεις [εἰ μή σοι διαφερόντως ἤρεσκεν] καὶ οὔτ' ἐπὶ θεωρίαν πώποτε ἐκ τῆς πόλεως ἐξῆλθες οὔτε ἄλλοσε οὐδαμόσε*. Non sensit sciolus, qui haec inseruit, id ipsum inesse in *οὐ ΓΑΡ ἄν*. Praeterea negligenter unam tantum partem iteravit *ἡ πόλις* et neglexit alteram *ἡμεῖς καὶ ἡ πόλις*. Deinde *διαφερόντως* in perversam partem retraxit et additamentum molestissimo loco posuit disiungens ea quae uno tenore continuari oportebat.

Pag. 54. B. *μήτε παῖδας περὶ πλείονος ποιοῦ μήτε τὸ ζῆν μήτε ἄλλο μηδὲν [πρὸ] τοῦ δικαίου*. Miratus indoctus corrector unde penderet *τοῦ δικαίου*, de suo *πρό* addidit.

Summo iure Hirschigius pag. 54. C. expungi iussit frigidum emblema, quo nitor venustissimi loci obscuratur et perit. Leges ita Socrati minantur: *ἡμεῖς τέ σοι χαλεπανοῦμεν ζῶντι καὶ ἐκεῖ ἐλ ἡμέτεροι ἀδελφοὶ οὐκ εὐμενῶς σε ὑποδέξονται*. Post *ἀδελφοί* praeclare additur *οἱ ἐν Ἅιδου νόμοι*.

Multiplex interpolatio cernitur in ultima Dialogi parte pag. 54. D. *ταῦτα, ὦ φίλε ἑταῖρε [Κρίτων], εὖ ἴσθι ὅτι* (leg. *ἴσθ' ὅτι*) *ἐγὼ δοκῶ ἀκούειν ὥσπερ οἱ κορυβαντιῶντες τῶν αὐλῶν [δοκοῦσιν ἔκ ἀκούειν], καὶ ἐν ἐμοὶ ΑΤΤΗ ἡ ἠχὴ [τούτων τῶν λόγων] βομβεῖ καὶ ποιεῖ μὴ δύνασθαι τῶν ἄλλων ἀκούειν*. Quae auris ter repertitum *ἀκούειν* tolerare possit? Reliqua deleverunt iam alii, sed retinent omnes *αὕτη ἡ ἠχὴ τῶν λόγων τούτων*, sed vel unum *αὕτη* additum facit ut fraudem manifestam teneamus.

Transeo ad *Phaedonem*, ubi Editor pag. 60. B. retinuit *ὁ*

Σωκράτης — τὸ σκέλος ἐξέτριψε τῇ χειρὶ καὶ ΤΡίβων ἅμα κτέ. In Codice Veneto est ἔτριψε pro ἐξέτριψε, rectissime sed nulla est dubitatio quin sit haec correctoris alicuius coniectura, qui probe sensit ἐκτρίβειν *fricando deterere* non esse huius loci et sq. τρίβων ἅμα veram scripturam veluti digito monstrare. Iisdem ego ductus argumentis olim ἔτριψε censui reponendum. Sunt haec ex Codice colligenda et iisdem quibus reliquorum Criticorum coniecturae ponderibus examinanda, sed ea de causa reliquam discrepantium lectionum colluviem ex eo libro colligere ματαιοπονία est

Verbo satis est admonere pag. 62. D. θεοί in verbis ἐπισατῶσιν αὐτῶν οἵπερ ἄριστοί εἰσι τῶν ὄντων ἐπισάται [θεοί] esse tollendum, ut et pag. 63. B. ἄρχοντας ἀγαθοὺς ὡς αὐτὸς ὁμολογεῖς [θεούς].

Pag. 64. A. κινδυνεύουσιν ὅσοι τυγχάνουσιν ὀρθῶς ἁπτόμενοι Φιλοσοφίας λελῆθέναι τοὺς ἄλλους ὅτι οὐδὲν ἄλλο ΑΤΤΟΙ ἐπιτηδεύουσιν ἢ ἀποθνήσκειν τε καὶ τεθνάναι. Quid tandem sibi vult in hac sententia additum molestum αὐτοί *ipsi?* Nihil prorsus. Deinde auctore Hirschigio explosum et expulsum oportuit ineptum additamentum: ὃ πάλαι προεθυμοῦντό τε καὶ ἐπετήδευον.

Duplex interpolatio vitiat locum pag. 85. B. περὶ ἁρμονίας ἄν τις — εἴποι, ὡς ἡ μὲν ἁρμονία ἀόρατόν τι καὶ ἀσώματον — αὐτὴ δὲ ἡ λύρα καὶ αἱ χορδαὶ σώματα. — ἐπειδὰν οὖν κατάξῃ τις τὴν λύραν — εἴ τις διϊσχυρίζοιτο τῷ αὐτῷ λόγῳ ὥσπερ σὺ ὡς ἀνάγκη ἔτι εἶναι τὴν ἁρμονίαν — οὐδεμία γὰρ μηχανὴ [ἂν] εἴη τὴν μὲν λύραν ἔτι εἶναι, τὴν δὲ ἁρμονίαν ἀπολωλέναι. — ἀλλὰ [φαίη ἀνάγκη ἔτι που εἶναι αὐτήν. Expungendum esse ἄν optime perspexit Heindorfius, ut ex exemplis ab eo collatis intelligitur namque non diserte dixit. Apponit autem Xenoph. *Anab.* VII 3. 13. ἔλεγον πολλοὶ ὡς παντὸς ἄξια λέγοι Σεύθης· χειμὼν γὰ εἴη. et ex *Hellen.* III. 2. 23. ἀποκριναμένων γὰρ τῶν Ἠλείων ὅτ οὐ ποιήσοιεν ταῦτα· ἐπιλῃδὰς γὰρ ἔχοιεν τὰς πόλεις, et alia quibus similia passim leguntur apud omnes. Certa enim in hi Graecitatis lex est: quidquid in oratione indirecta ponitur i optativo, si quid habet interpositum vel adiectum per γάρ, δέ οὖν, indicativus in optativum convertitur, ut apud Demosthene

pag. 15. 22. ἤκουον — ὡς οὐδὲ τοὺς λιμένας — ἔτι δώσοιεν αὐτῷ κατοῦσθαι. τὰ γὰρ κοινὰ τὰ Θετταλῶν ἀπὸ τούτων ΔΕΟΙ διοικεῖν. Recta oratio est οὐδὲ τοὺς λιμένας δώσουσι — τὰ γὰρ κοινὰ ἀπὸ τούτων ΔΕΙ διοικεῖν. Complura huius rei exempla protuli in *Nov. Lectt.* pag. 335. sqq. Itaque apud Platonem ubi recta oratio haec esset: οὐδεμία γὰρ μηχανή ΈCTI τὴν λύραν ἔτι εἶναι, indirectae haec forma est: οὐδεμία γὰρ μηχανὴ ΕΙΗ, non ἂν εἴη.

Miror eundem Heindorfium, quo nemo haec acutius cernebat, caecutiisse in loco simili pag. 87. E. ἀπολομένης δὲ τῆς ψυχῆς τότ' ἤδη τὴν φύσιν τῆς ἀσθενείας ἐπιδεικνύOI τὸ σῶμα, ubi infeliciter admodum τὴν φύσιν ΎAN coniecit.

Praeterea in eodem loco φαίη est interpolatum ab aliquo, qui non intellexit ἀλλ' ἀνάγκη ἔτι που εἶναι pendere a praecedenti verbo διϊσχυρίζοιτο. Sic solent scioli in sententia longiore fulcra inutilia et prorsus supervacanea supponere de suo, ut multis exemplis in Aeschinis Orationibus ostendimus.

Miror neminem vidisse pag. 87. B. vocabulum sententiae necessarium omissum esse in his: ὥσπερ ἄν τις — λέγοι. Supplendum enim: ὥσπερ ἂν (ΕΙ) τις, ut passim alibi recte legitur, veluti in *Apologia* 27. E. ὥσπερ ἂν εἴ τις — ἡγοῖτο. et in *Phaedone* 98. C. ὥσπερ ἂν εἴ τις — λέγοι. et 109. C. ὥσπερ ἂν εἴ τις — φαίητο, et plurimis aliis locis.

Pag. 88. D. τίνι οὖν ἔτι πιστεύσομεν λόγῳ; ὡς γὰρ σφόδρα πιθανὸς ὢν ὃν ὁ Σωκράτης ἔλεγε λόγον νῦν εἰς ἀπιστίαν καταπέπτωκεν. Intelligerem si sic esset scriptum: Ὁ γὰρ σφόδρα πιθανὸς, ὃν ὁ Σωκράτης ἔλεγε, νῦν κτἑ.

Pag. 90. D. μὴ παρίωμεν εἰς τὴν ψυχήν, imo vero μὴ παμῶμεν, id est πάροδον μὴ δῶμεν.

Confusus est verborum ordo pag. 97. C. ἀκούσας μέν ποτε ἐκ βιβλίου τινὸς, ὡς ἔφη, Ἀναξαγόρου ἀναγιγνώσκοντος [καὶ λέγοντος] ὡς ἄρα νοῦς ἐστιν ὁ διακοσμῶν τε καὶ πάντων αἴτιος. Emenda: κούσας μέν ποτέ τινος ἐκ βιβλίου, ὡς ἔφη, Ἀναξαγόρου ἀναγνώσκοντος. Spuria esse καὶ λέγοντος admonitus, credo, facile nties.

De eodem Anaxagorae libro dicit pag. 98. B. *ἀναγιγνώσκων ὁρῶ ἄνδρα τῷ μὲν νῷ οὐδὲν χρώμενον [οὐδέ τινας αἰτίας ἐπαιτιώμενον] εἰς τὸ διακοσμεῖν τὰ πράγματα, ἀέρας δὲ καὶ αἰθέρας καὶ ὕδατα αἰτιώμενον καὶ ἄλλα πολλὰ καὶ ἄτοπα.* Ut vulgo scribitur *αἰτιώμενον* post *ἐπαιτιώμενον* molestissime iteratur, sed emblema ex praecedentibus est removendum. Arctissime enim coniungi postulat sententia: *τῷ μὲν νῷ οὐδὲν χρώμενον εἰς τὸ διακοσμεῖν τὰ πράγματα. Contraria* sunt *τῷ νῷ χρῆσθαι* et *ἄλλας τινὰς αἰτίας αἰτιᾶσθαι*, quae nunc stolide coniuncta videmus.

In extrema parte libri omnes mendosi sunt in verbis: *ἀνδρὸς ὡς ἡμεῖς φαῖμεν ἂν τῶν τότε ὧν ἐπειράθημεν ἀρίστου.* Omitti non potest in tali re *πάντων*, quod in *φαῖμεν* AN TΩN latere arbitror. Itaque correxerim: *ὡς ἡμεῖς* ΦA*μέν*, ΠAN*των ὧν ἐπειράθημεν ἀρίστου.*

C. G. COBET.

LEX SOLONIS

apud Galenum XVIII. 2. pag. 9.

τοιοῦτον γοῦν ἐστι καὶ τὸ παρὰ τῷ Σόλωνι·

Δικάζειν δὲ τὴν βουλὴν τὴν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ φόνου καὶ τραύματος καὶ πυρκαϊᾶς ἐκ προνοίας καὶ φάρμακον ἐάν τις ἀποκτείνῃ δούς.

Transpone *καὶ τραύματος ἐκ προνοίας καὶ πυρκαϊᾶς.* cf. Demosth. in Aristocratea pag. 627. 20. ubi est *καὶ φαρμάκΩN* minus recte.

GALENUS XIX. pag. 176.

φησὶ δὲ Δημόκριτος ἄνθρωπον ἐξ ἀνθρώπου ἐξεσεῖσθαι καὶ κύνα ἐκ κυνὸς καὶ βοῦν ἐκ βοός. Nihil est *ἐξεσεῖσθαι.* Scriba quum ob oculos haberet *ἐξЄCCTσθαι* neque id intelligeret dedit quod in buccam venit. Democritus dixerat: *ἄνθρωπον ἐξ ἀνθρώπου ἐξέσυσθαι.*

C. G. C.

DE LOCIS QUIBUSDAM APUD HESYCHIUM.

Hesychii Alexandrini Lexicon.
recensuit Mauricius Schmidt Ienae 1861.

Hesychius: ΑλικΙΑΝϵϹ: *θαλασσομιγεῖς*. Leg. *ἁλικρᾶτες*. Ἁλικρατής formatum est ut *εὐκράς*, *νεοκράς*, *μελισσοκράς*, *χαλκοκράς*, dicitur de vino, cui aqua marina admixta est. Aelius Dionysius apud Eustath. pag. 1559. 50. *ἔστι δὲ ἁλικρὰς ὁ θαλάσσῃ μεμιγμένος καθὰ καὶ χαλκοκράς ὁ χαλκῷ κεκραμένος*. Ex Aelio Dionysio Photius: Νεοκράς: *νεόκρατος καὶ χαλκοκράς ἢ ἁλικράς*. Contrarium est *οἶνος ἀπκράχυτος*. Hesychius: *παράχυτος οἶνος*: *ᾧ οὐ προστέθειται θάλασσα*. ut apud Theophratium *Chium maris expers*. Cui vino aqua marina admixta est, appellatur *οἶνος θαλάσσιος*, *θαλασσίτης*, *τεθαλασσωμένος*, sed Aelius nomen est *ἁλικράς* ab Hesychio servatum.

Ἁμαλαυρεῖ: *μαρκίνει*. Leg. *ἀμαλΔύΝει*. Proprie *ἀμαλδύνειν* est *ἀφανίζειν*. Recte supra Ἁμαλδῦναι: *ἀφανίσαι*. et *μαλδύνομεν*: *ἀφανίζομεν*, *μαραίνομεν*. De *oculis* dictum significat *μαραίνει*, ut in *ὄμματα ἀμαλδύνεται* apud Hippocratem. Eadem opera emenda Hesychium v. Μαδρυνθήσομαι: *κασθήσομαι*, *ἐπιτριβήσομαι*. imo vero ἈμαΛΔυνθήσομαι ex Aristophane in *Pace* 380.

ἀλλ', ὦ μέλ', ὑπὸ τοῦ Διὸς ἀμαλδυνθήσομαι.

Nempe hoc solo loco *ἀμαλδυνθήσομαι* accipi potest pro *κοσθήσομαι* vel *ἐπιτριβήσομαι*.

Ἀόρκτους: *ὁμιλίας*. Scripserat grammaticus quod viri docti

repererunt Ἀορ|ICτύος. scriba ut passim IC et K stulte confudit, ut in ΚεICιβδηλευμένοι: νόθοι, sed Ὀαριςύος dare debuerat. Similiter in vicinia bis errat in Ἄορες: γυναῖκες. et Ἀόρων: γυνακικῶν, pro ὄαρες et ὀάρων. cf. *Ἀριςής: ὁμιλητής. quum Ὀαριςής deberet Ἀοριςής dederat: et tamen quid notius est quam Ὀαρίζειν, ὀαριςής.

παρθένος ἠΐθεός τ' ὀαρίζετον ἀλλήλοιϊν.

et Minos Διὸς μεγάλου ὀαριςής?

ἈπηλλάΖΘIC: ἀπηλλαγμένος ἔςῃ, imo vero ἀπηλλάξει. Saepius Attici ἀπηλλάξομαι dicebant, sed ferme semper formam sibi ignotam scribae vitiarunt. vid. *Nov. Lectt.* pag. 242.

Ἀποτράγημα: λείψανον βρώματος. Nihili vocabulum est ἀποτράγημα natum ex stupore Athenaei pag. 658. D. qui in Eupolidis versiculo:

τί γὰρ ἐς' ἐκεῖνος; ἀποΠάΤημ' ἀλώπεκος.

ἀποΤΡάΓημα sibi visus est videre, et utcumque interpretatus est λείψανον τῶν τραγημάτων. Quam sit absurdum hominem astutum exiguae staturae appellare λείψανον τῶν τραγημάτων ἀλώπεκος non cogitavit.

Ἀποχειρόβιοι: οἱ ἁλιεῖς. Lege: ἀποχειροβίοΤοι: ἁλιεῖς e notissimo loco Herodoti III. 42. Omnes *qui manibus victum quaerunt* sunt ἀποχειροβίοτοι, sed ἁλιεῖς posuit quia apud Herodotum piscator se id dicit esse.

Ἀπόχρανος: — ἀπροφάσιςος. Lucem affert glossa Προχάνη: σκῆψις, πρόφασις. Itaque verum est ἈπΡόχανος.

Ἄςικτον: τὸ ἀνέπαφον χωρίον. τὸ γὰρ ὑποκείμενον ἐςίχθαι ἐλέγετο. et Ἐςιγμένην οἰκίαν: ὑποκειμένην χρεωςαῖς. Hinc lux oritur mendosae glossae ΠαρεςΑμένη γῆ: ἐφ' ᾗ τις ὀφείλει ὀάνειον. Imo vero: ΠαρεςIΓμένη.

Βύζειν: τὸ πεπιασμένως μετέχειν. Scrib. Βύζην: τὸ πεπιασμένως μεΤΡεῖν.

Γλῶσσαν οὐκ ἐμπήξεται: οὐκ ἂν φάγοιτο, οὐκ ἂν γεύσοιτο. **Leg.** γλῶσσαν οὐκ ἐμπήξετϵ et φάγοιτϵ — γεύσαισθε. Verba **sunt sumta** ex Comoedia aut dramate satyrico.

Δέδορκα· πόπανον παρὰ Συρακοσίοις τετριμμένον, δι' οὗ ἔστι διαβλέψαι. Glossa loco mota est, quia scriba aliud agens **dederat** ΔΙέδορκα. Itaque inter Διεδοιδύκισεν et Διέδρα media **interposita** est, sed ob scripturae vitium sensu cassa. Corrige ΔεδορκΟC πόπανον: — τετρΗμένον, δι' οὗ ἔστι διαβλέψαι. **Populari** usu quidquid habet *foramina* dicitur *oculos* habere. et **sic** πόπανον τετρημένον καὶ ὀπὰς ἔχον iocose δεδορκὸς πόπανον **appellabatur**. Apud Pollucem IX. 190. de clypeo crebris ictibus **perforato** dicit Sophocles:

ἀσπὶς μὲν ἡμῖν λίγδος ὡς πυκνομματεῖ.

Διακοινώνησον: διασείσθητον ἐν τῇ πορείᾳ. Suspicor olim **fuisse**: ΔιακΩΔΩνισον: διάσειCON τὸν (κώδωνα) ἐν τῇ πορείᾳ. **Cf.** v. Κωδωνοφορεῖν: οἱ περιπολάρχοι ἐπὶ τοὺς φύλακας ἐπερχόμενοι κώδωνα διέσειον.

Διοσκεῖν: διαβλέπειν συνεχῶς τὴν ὄρασιν μεταβάλλοντα. **Optime** hinc emendavit Bergkius Anacreontis fragmentum III.

Κλευβούλου μὲν ἔγωγ' ἐρῶ,
Κλευβούλῳ δ' ἐπιμαίνομαι,
Κλεύβουλον δὲ διοσκέω.

pro διοσκνέω. Miror nonnihil eum non vidisse in fragmento **XXXVIII.**

σὲ γάρ φη Ταργήλιος ἐμμελέως ΔΙCκεῖν.

idem verbum ΔΙΟCκεῖν, διοσκέειν latere.

Δωριάς: δωρεάς. Saepe video Editorem in glossis corruptis **nescio** quas formas Creticas, Laconicas, Aeolicas, Boeoticas ὀνειροπολοῦντα. Etiam δωριάς ei „*forma Boeotica*" videtur esse. **Equidem** Atticam esse arbitror sic scriptam Δωριᾶς: Δωριέας. **Sedulo** talia Hesychius annotat, ut Αἰγιλιῶς ἀντὶ τοῦ Αἰγιλιέως Ἀττικῶς. Glossa est Thucydidea.

Ἐκδέψηται: ἐκμασιγώσηται. Leg. ἐκΛέψητε: ἐκμασιγώσητε.

Saepe eo sensu λέπειν, ἐκλέπειν, ἀπολέπειν ponitur. cf. Ἐλέπουν (leg. Ἔλεπον) οἷον ἐλέπιζον τύπτων καὶ μαστιγῶν. Cf. quae de usu verbi λέπειν, λαπῆναι, ἐκλαπῆναι, ἐκλαπήσεται scripsimus ad *Orationem* pag. 151. *Var. Lectt.* pag. 367. *Mnemos.* VIII. (1859) pag. 28 sqq.

Ἐκκεχοιριλωμένη· οὐ Χοιρίλου οὖσα. Ἐκφαντίδῃ γὰρ τῷ κωμικῷ Χοιρίλος θεράπων ἦν ὃς συνεποιεῖΤΟ κωμῳδίας. Leg. ὃς συνεποίει αὐτῷ τὰς κωμῳδίας.

Corrupta legitur eadem glossa sine interpretatione v. Ἐκχοιρηλωμένοι. Est hoc Cratini σκῶμμα in poëtam aemulum, ut et Καπνίας: Ἐκφαντίδης ὁ τῆς κωμῳδίας ποιητὴς Καπνίας ἐπεπαλεῖτο διὰ τὸ μηδὲν λαμπρὸν γράφειν. Potuit dixisse Cratinus:

Ἐκφαντίδου
κωμῳδία τις ἐκκεχοιριλωμένη.

Alterum Cratini σκῶμμα in eundem indidem sumtum legitur v. Χορίλα Ἐκφαντίδες: Κρατῖνος τὸν Ἐκφαντίδος οὕτως εἶπεν αὐτὸν τὸν Χορίλλον. Bene emendavit Meinekius: Χοιριλεκφαντίδης: Κρατῖνος τὸν Ἐκφαντίδην οὕτως εἶπεν, διὰ τὸν Χοιρίλον, sed glossa in fine truncata est et sic ex superiore supplenda: — διὰ ΤΟ τὸν Χοιρίλον (συμποιεῖν αὐτῷ τὰς κωμῳδίας).

Ἐμπεσεῖν: εἰς δεσμωτήριον ἀχθῆναι. Male divisa haec sunt. Legendum: Ἐμπεσεῖν εἰς δεσμωτήριον: ἀχθῆναι. Eodem remedio utendum v. Ἑζωμένοι: παρόντες, ἕτοιμοι. Non enim ἑζωμένοι significat παρόντες, sed legendum: Ἑζωμένοι παρόντες: ἕτοιμοι.

Animadverterat grammaticus nescio quis εἰς δεσμωτήριον ἐμπεσειν *passivo sensu* dici de eo, qui esset in carcerem *coniectus*. Sed ea animadversio longe latius patet. Nempe verbo *βάλλειν* et compositis respondent pro passivo *πίπτειν* et composita. *Iacere talos* est βάλλειν κύβους, ut in notissimo

βέβληκ' Ἀχιλλεὺς δύο κύβω καὶ τέσσαρα.

sed *quod iactum est* apud omnes dicitur τὸ πεσόν, τὰ πεσόντα. *In exilium eiicere* est ἐκβάλλειν, *exules* appellantur οἱ ἐκπεπτωκότες. *Deiicere* adversarium est καταβάλλειν, qui *deiectus* est καταπέπτωκεν. *Mutare* est μεταβάλλειν, *mutatum esse* μεταπε-

πτωκέναι. *Afficere* aliquem bonis aut malis est περιβάλλειν τινὰ ἀγαθοῖς ἢ κακοῖς, *affectum esse* περιπεπτωκέναι. Isocrates pag. 251. C. καὶ γὰρ τούτους ἐπεθύμησαν ταῖς αὐταῖς συμφοραῖς περιβαλεῖν αἴσπερ ἐκείνους. et passive p. 143. B. μικρὸν ἀπέλιπον τοῦ μὴ ταῖς ἐσχάταις συμφοραῖς περιπεσεῖν. et pag. 253. E. μεγάλαις συμφοραῖς περιπίπτοντες et alibi saepius. Passim legitur ἐμβάλλειν τινὰ εἰς τὸ δεσμωτήριον, sed in vincula *coniectum esse* constanter dicitur ἐμπεσεῖν vel ἐμπεπτωκέναι.

Passivum esse ἐμπίπτειν (pro ἐμβάλλεσθαι) manifesto cognoscitur ubi ὑπό τινος additum est, ut dicitur ὑπό τινος εὖ πάσχειν, κακῶς ἀκούειν, ἀποθανεῖν, πληγὰς λαβεῖν, κεῖσθαι et similia. Plato *de Rep.* pag. 553. B. dixerat: εἰς δικαστήριον ἐμπεσόντα ὑπὸ συκοφαντῶν, quod quum non concoqueret corrector nescio quis de suo stolide addidit [βλαπτόμενον] ὑπὸ συκοφαντῶν, sed Badham verum vidit Thucydides I. 131. (Pausanias) καὶ ἐς τὴν εἰρκτὴν ἐσπίπτει ὑπὸ τῶν ἐφόρων. ἔξεσι δὲ τοῖς ἐφόροις τὸν βασιλέα δρᾶσαι τοῦτο, id est εἰς τὸ δεσμωτήριον ἐμβαλεῖν τὸν βασιλέα.

Itaque Grammaticus pro ἀχθῆναι debuerat ἐμβληθῆναι dicere.

Ἐνγηράσασθαι: ἐν γήρᾳ χρήσασθαι. Barbara forma est pro ἐγγηράσεσθαι. Γηράσκειν babet futurum γηράσομαι, sed γηράσκομαι est eiusdem farinae atque χαίρομαι. Neque interpretatio satis commoda est: ἐγγηράσκειν enim est μέχρι γήρως χρῆσθαι. Eandem futuri formam reddidimus incerto poëtae tragico apud Stobaeum *Ecl. Phys.* I. 3. 10.

οὐ γάρ τις οὐδὲ χρημάτων ὑπεργέμων
νόμον μιαίνων ἀσφαλῶς γηράϹεται.

pro barbaro γηράϹΚεται.

Perinepta glossa est Ἐξωδία: ἔξοδος. ἐξωδία. Dederat homo ἔξοδος. ἐξΟδία, errorem suum corrigens (ut passim) et pro ἐξωδία rescribendum esse ἐξοδία lectorem admonens. Et sic legitur suo loco post ἐξοδῆσαι.

Ἐξοδίαν: ἐκστρατείαν.

Sed hoc quoque mendosum est, ut paucis ostendam. Ὁδός cum praepositione compositum manet *substantivum*, ἔξοδος, πάρ-

οδος, *ἔφοδος*, *σύνοδος*, *κάθοδος* cett. sed ex *ὁδός* et compositis si praefigitur *ἀ—*, *εὐ—* et *δυσ— adiectiva* nascuntur. Ἄνοδος igitur est aut substantivum (ex *ἀνιέναι*) aut adiectivum *ἄ*-N-*οδος*. Sic *εὔοδος* dicitur et *δύσοδος*, *εὐπρόσοδος*, *δυσπρόσοδος*, *ἀνέξοδος*, *εὐέφοδος*, *δυσάφοδος*, *ἀμέθοδος* multaque alia. Ex his igitur formantur nova *substantiva ἀνοδία*, *εὐοδία*, *δυσοδία*. Sic igitur *ἐξοδία* pro *ἔξοδος* nasci non potuit.

Sed sequiores Graeculi frequentissime utebantur verbis ex *ὁδεύω* compositis *ἀφοδεύω*, *συνοδεύω*, *ἐξοδεύω* cett. unde de more nomina in *— εία* derivabantur et sic natum est *ἐξοδεία* pro antiquo *ἔξοδος*. Scribae antiquum obtinent pro *— εία* supponentes *— ία*, et hinc vitiosae formae in libris propullulant.

Est de verbo *ὁδεύω* observatio Aelii Dionysii apud Photium, ubi duae glossae confusae sic distinguendae sunt et emendandae v. Ὁ *δός*: *ἀρσενικῶς καὶ οὐδός*, *οὐχ ἡ ὁδός*. editur *οὐ χρὴ ὁδός*.— Ὁ *δεύειν*: *οὐδεὶς εἴρηκε τῶν Ἀττικῶν ὅσα γε καὶ ἡμᾶς ἐπίσασθαι. παρ' Ὁμήρῳ δέ ἐσιν.* Nempe semel in Iliade legitur Λ. 569. *ἐπὶ νῆας ὁδεύειν*. Praeter hunc unum locum nemo veterum verbo *ὁδεύειν* vel compositis usus est umquam, et omnes constantissime *ἰέναι — ὁδός*, *ἐξιέναι — ἔξοδος*, *συνιέναι — σύνοδος* et reliqua omnia eiusdemmodi dicebant. Unica est certa et constans exceptio in militari verbo *ἐφοδεύειν*, quod est *circumire vigilias*, unde etiam *ἔφοδοι* appellantur *vigiliarum circuitores*. Eo sensu haec forma legitur apud optimum quemque scriptorem. Hinc lepide Aristophanes *Av.* 1158.

καὶ νῦν ἅπαντ' ἐκεῖνα πεπύλωται πύλαις,
καὶ βεβαλάνωται καὶ φυλάττεται κύκλῳ,
ἐφοδεύεται, κωδωνοφορεῖται.

id est *circuitores cum tintinnabulis vigilias omnes obeunt.*

Hinc glossa Hesychiana Ἐ*φοδία* (mendose pro Ἐ*φοδεία*): *τὸ ἐπιέναι τὰς φυλακὰς τὸν ἄρχοντα.*

Εὐέφοδος reddendum Thucydidi VI. 66. *ἦ ἐφοδώτατον ἦν τοῖς πολεμίοις*. Bekkerus probante Badhamo *εὐοδώτατον* reponebat, sed suadente loci sententia *εὐεφοδώτατον* reponendum, ut in *Cyrop.* II. 4. 13. *πότερον ἐν ἐχυροῖς χωρίοις ἢ ἐν εὐεφόδοις.*

Ἐ*σχατογοράων*: *ἐσχρὰ ἀγορεύων*, *δημηγορῶν*. Interpretatio mendosa est. Glossa est Homerica Ἔ*σχ' ἀγοράων*. ex Iliad. B. 275.

ὃς τὸν λωβητῆρα τεπεσβόλον ἔσχ' ἀγοράων.

Vitium natum ex scriptura εσχατοραων

Ἤντησεν: ἀπήντησεν, ἱκέτευσε. Θουκυδίδης δὲ τὸ ἠντιώμεθα ἐπὶ τῷ ἐναντιώμεθα. Duae glossae in unam coaluerunt. Quid scripserit Grammaticus apertum esse arbitror, quibus verbis id scripserit non apparet. Habebat ἡ παλαιὰ Ἀτθίς formam ἘΝΗΝτίωμαι, pro qua recentiores constanter ΗΝΑΝτίωμαι dicere solebant. Hinc mendum concepit Aristophanes in *Avibus* 385.

ἀλλὰ μὴν οὐδ' ἄλλο πώ σοι πρᾶγμ' ΗΝΑΝτιώμεθα.

metri indicio fraus patefacta est et cum Bentleio Porsonus optime reposuit ἘΝΗΝτιώμεθα. Eadem labes infecit locum Thucydidis II. 40. καὶ τὰ ἐς ἀρετὴν ΗΝΑΝτιώμεθα τοῖς πολλοῖς· οὐ γὰρ πάσχοντες εὖ ἀλλὰ δρῶντες κτώμεθα τοὺς φίλους. cui nunc licebit Hesychii testimonio quantumvis corrupto reddere suum ἘΝΗΝτιώμεθα.

Θριπόβρωτος: οἱ Λάκωνες σφραγῖσιν ἐχρῶντο ξύλοις ὑπὸ σητῶν βεβρωμένοις. Amputatum est loci caput et glossa ipsa periit. Supplendum: Θριπήδεσος: θριπόβρωτος. Est glossa Aristophanea ex *Thesmoph.* 427.

ἐδίδαξε θριπήδες' ἔχειν σφραγίδια.

et omnino θριπήδεσος est in Attica frequens, θριπόβρωτος nemo veterum dixit. Saepissime videbis scribas in hoc vocabulo errantes et stolide θριπηδέCTAτος scribentes. Nemo Graeculorum ἐδήδοκα aut ἐδήδεσμαι aut ἔδεσμα noverat; dicebant omnes βέβρωκα, βέβρωμαι, βρῶμα. Hinc θριπήδεσος quid esset non assequebantur.

C. G. COBET.

GALENUS

Tom. XVII. 2. pag. 611.

ΘΙ γὰρ ἠλίθιος εὐήθης ὁμοίως λέγεται τῇ τε γλυκείᾳ καὶ τῷ καλλίᾳ. γλυκεῖαν μὲν τὴν σῦν ὀνομαζόντων τῶν ἀνθρώπων ὅταν εὐήθη τοῖς θεοῖς εὐφημίας ἕνεκα, καλλίαν δὲ τὸν πίθηκον. Legendum: Ὁ γὰρ ἠλίθιος εὐήθης — λέγεται, et ὅταν ΤΤΘΗΙ (τυθῇ) τοῖς θεοῖς. C. G. C.

EMENDATIONES SELECTAE IN THEMISTII ORATIONIBUS.

Themistii Orationes ex Codice Mediolanensi emendatae a Guilielmo Dindorfio. Lipsiae. 183x.

Pag. 2. ἆρ' ὁμοίως εὐπετὲς καταμαθεῖν αὐτόν τε (τὸν Θεὸ καὶ τὰ ποιήματα; ἢ πρὸς ταῦτα μὲν ἡ Φύσις ὄμματα ἐξ ἀρχ ἐτεκτήνατο καὶ πάρεσιν ЄΤ γενομένοις ὁρᾶν ἥλιόν τε καὶ σελήνη Leg. ЄΤΘΤϹ γενομένοις. Imitatur de more Platonem in *Thea telo* pag. 186. B. τὰ μὲν εὐθὺς γενομένοις πάρεσι Φύσει αἰσθάνεσθα τὰ δὲ — ἐν χρόνῳ παραγίγνεται οἷς ἂν παραγίγνηται. Tritu est in tali re εὐθὺς γενόμενος. attulimus alia ex Platone exemp Mnemos. 1860. pag. 247. Menander noto loco:

ἅπαντι δαίμων ἀνδρὶ συμπαρασατεῖ
εὐθὺς γενομένῳ μυσαγωγὸς τοῦ βίου.

Pag. 3. τὰς ὑμετέρας Φωνὰς ὅσας πΟΙЄΙσθε περὶ βασιλέ ἑκάστοτε. Leg. πΡΟΙЄσθε προΐεσθε. Ποιεῖσθαι Φωνήν non e Graecum, sed προΐεσθαι Φωνήν, λόγον, ῥήματα et similia legu tur passim etiam apud Themistium.

Pag. 9. μιμεῖται δὲ ἐκεῖνον (τὸν Θεόν) οὐχ ὁ τὰς τιμὰς αὐτ διώκων ἀλλ' ὁ τὴν ἀρετήν, οὐδ' ὅσις ἀξιοῦται ζηλωτὴς ἀλλ' ὅσ ὧν μεταδίδωσιν. Ultima sensu vacua sunt, sed nullo nego in integrum restituuntur sic: οὐδ' ὅσις (ϒΩΝ) ἀξιοῦται ζηλω ἀλλ' ὅσις ϒΩΝ μεταδίδωσιν. Variandae orationis gratia pro τιμάς dixit ὧν ἀξιοῦται et ὧν μεταδίδωσι pro τὴν ἀρετήν τὴν εὐεργεσίαν.

Pag. 11. ὁ μὲν δὴ τῷ φόβῳ μέγας κυψάντων ὑπερέχει, — ὁ δὲ φιλανθρωπίᾳ κρατῶν ὀρθῶν ἁπάντων. Quid sibi vult ἁπάντων in generali sententia? Opponuntur inter se κῦψαι et ὀρθὸν ἑςάναι: itaque corrig. ὀρθῶν ʽЄCTΩτων.

Pag. 12. πλείω δὲ ἀπόλλυσιν ΗΛΗΨЄCΘΑΙ. substituunt λήψεται sensu perinepto, λήψεται γὰρ οὐδέν et futuro non est locus. Supplendum est πλείω δὲ ἀπόλλυσιν ʽΩΝ ʼΗΛΠΙΖЄ λήψεσθαι, quo refertur in sqq. ἀνόητος δὲ τῆς ἐλπίδος.

Pag. 13. πονηρὰν — τὴν ναυΜΑΧίαν ὁ τοιοῦτος ναυτίλλεται. exclamat ad haec Reiskius: „ναυμαχίαν ναυτίλλεται. *qualis dictio!*" Scribae vitium esse, non Themistii, declarat locus Platonis *de Rep.* pag. 551. C. εἰ νεῶν οὕτω τις ποιοῖτο κυβερνήτας ἀπὸ τιμημάτων, τῷ δὲ πένητι εἰ καὶ κυβερνητικώτερος εἴη μὴ ἐπιτρέποι —. Πονηράν, ἦ δ' ὅς, τὴν ναυΤΙΛίαν αὐτοὺς ναυτίλλεσθαι. Viden' unde sit natum mendum tam evidens? Ductus literarum ΤΙΛ et ΜΑΧ nil simile habent. Supererat τὴν ΝΑΥ *** ΙΑΝ, quod levis corrector explevit de suo.

Pag. 18. τί δὲ ἀπειργάσατο δρᾶμα τοσοῦτον ʼΗ ΠΟτέρας τυγχάνουσα θεραπείας ἡΝίκα ἐτραγῳδεῖτο πρότερον. Optime Iacobs. ʼΗΠΙΩτέρας. Pro ἡνίκα repone: ἡΛίκα ἐτραγῳδεῖτο.

Pag. 35. laborat sententia in his: μὴ οὖν ὑμεῖς — ἀκούοντες ἔπαινον φιλοσόφου ΚΑΙ βασιλέως ἄλλον τινὰ οἴεσθε τὸν φιλόσοφον ἢ τὸν βασιλέα; Restitues omnia scribendo ἀκούοντες ἔπαινον φιλοσόφου ʼЄΚ βασιλέως. Constantius in Themistio laudaverat philosophiam, respondet Themistius Constantium ipsum esse philosophum, et sic, ut proverbio dicitur, *asinus asinum fricat.*

Pag. 38. οἱ τὸν ʽΟρώμενον γνωματεύοντες εἰ φιλόσοφός τε καὶ ἡγεμονικὸς τὴν φύσιν ἐςίν. Plato in *Phaedro* pag. 252. E. οἱ μὲν δὴ οὖν Διὸς Δίϊόν τινα εἶναι ζητοῦσι τὴν ψυχὴν τὸν ὑφ' αὑτῶν ʼЄρώμενον. σκοποῦσιν οὖν εἰ φιλόσοφός τε καὶ ἡγεμονικὸς τὴν φύσιν, quae componere satis est.

Pag. 42. τὰ δύο ταῦτα ὀνόματα ὁ βασιλεὺς καὶ ὁ τύραννος

— οὐκ ἀνέχεται συμβῆναί ποτε οὐδὲ ξυνδραμεῖν ὥσπερ οὐδ' ἐν νοῦς οὐδὲ ἡδονὴ συνέλθοι τὰ ἀλλοδαπά· ἂν γὰρ τὸ ἕτερον εὐθαλὴς καταφθίνει τὸ ἕτερον. Sic Dindorf. e Codice Mediolanensi. In caeteris est: συνελθοίτην ἀλλ' ὅπως ἂν τὸ ἕτερον. Vera lectio haec est: ὥσπερ οὐδ' ἂν νοῦς ΚΑΙ ἡδονὴ συνελθοίτην, ἀλλ' ὅΠΟΤ ἂν τὸ ἕτερον εὐθαλῆ κτἑ. Lacuna erat in vetusto libro CTNΘ-ΛΘΟΙΤ** ΑΛΛΟ*** ΑΝ temere expleta.

Pag. 43. Λυδὴ γυνὴ ὀργισθεῖσα ὅτι γυμνὴ ἄκουσα ἐφωράθη, uxor Candaulis a Gyge non ἐφωράθη γυμνή sed ἐωράθη. Sequiores Graeculi dicebant ἐωρᾶσθαι et ἐωράθην pro Atticis ὦφθαι et ὤφθην. Itaque ubi est apud Demosthenem scriptura duplex παρεῶσθαι et παρεωρᾶσθαι, non est dubia optio. Παρεωρᾶσθαι diu post mortem Demosthenis natum est.

Memorabilis apud Themistium locus est pag. 71. de constitutione Constantii, ex qua scriptorum veterum in Bibliotheca publica Constantinopoli servatorum novi Codices magna cura publice confecti sunt: ταῦτα τὰ μνήματα, inquit, ὑπὸ μικρᾶς (L. μακρᾶς) ἀθεραπευσίας διαρρυέντα — ἀναζωπυρεῖν παραγγέλλει. — καὶ τάττει μὲν ἄρχοντα ἐπὶ τῷ ἔργῳ — καὶ ἐργάζονται ὑμῖν ταῦτα τὰ ἔργα — οἱ τῆς Κάδμου καὶ Παλαμήδους τέχνης δημιουργοί. Itaque, inquit, brevi publice reviviscent Plato, Aristoteles, Demosthenes, Isocrates, Thucydides, atque hos quidem (ita pergit) sua ipsorum praestantia satis ab interitu vindicasset, sed sunt alii minus in tuto, τούτους δὲ βιάζεται θνητοὺς ὄντας ἀθανάτους ποιεῖν ἡ βασιλέως προμήθεια, πολλοῦ μὲν Ὁμήρου ὑποφήτας καὶ νεωκόρους, πολλοὺς δὲ Ἡσιόδου θεραπευτάς, quae verba si de antiquis Homeri et Hesiodi interpretibus accipienda sunt, fieri potest ut Constantii provida cura antiquos omnes ea ab interitu vindicaverit, quae nunc de Aristarchi studiis Homericis in Codice unico ad nos propagata habemus. Quidquid huius rei est notabilem Themistii locum iunioribus indicare operae pretium esse iudicavi. Legitur locus apud Harduinum pag. 59. D. apud Dindorfium pag. 71, 12. Etiam hoc est in illo loco memorabile quod scribit: (librarii) ἱκανοί εἰσι τὸν νοῦν μετοικίζειν ἐκ παλαιοῦ σκήνους ἘΚΤΕΤΗΚΟΤ εἰς ἀρτιπαγές τε καὶ νεουργόν. et pag. 72. σῖφος ἀνάριθ-

ἰρχαίας σοφίας — ἀμενηνόν τε ἤδη καὶ ἐξίτηλον [ἐν] τῷ χρόνῳ ἐν πάτῳ κατορωρυγμένον, ubi molestam praepositionem expunge, namque ut ἀμενηνόν ab Homero, sic ab Herodoto sumsit ἐξίτηλον τῷ χρόνῳ. Notanda sunt diligenter quae dixit de libris situ et vetustate consumptis (ἐκτετηκόσιν) et de scriptura evanida et fugiente (ἐξιτήλῳ), namque ex illis libris propagati sunt quos nunc habemus, in quibus passim certis indiciis nobis compertum est lacunas veteres maiores minoresque ab hominibus imperitis semere et inconsiderate esse expletas, quum vetus scriptura ἐκ παλαιοῦ σκήνους ἐκτετηκότος εἰς ἀρτιπαγές τε καὶ νεουργὸν μεταφυκίζετο.

Pag. 73. φιλοσοφεῖν ποιούμενοι μεθΑρμΟζονται εἰς τοὺς ῥήτορας. Saepius apud Themistium et alios absurde ποιοῦμαι legitur pro προσποιοῦμαι, simulo. Est compendium litterae ζ simile et προς significans, quod indocti scribae omittunt. cf. Mnemos. 1862. pag. 239. Praeterea corrige μεθΟρμΙζονται, quod exquisite dicitur pro: transeunt ad Oratores. Simplicius dixit pag. 123. ἐκ φιλοσοφίας εἰς ῥητορικὴν μετιόντι.

Pag. 78. Iovianus ab exercitu imperator electus esse dicitur οὐκ ἐν σχολῇ οὐκ ἐν εἰρήνῃ οὐδὲ ἐνδιδόντος τοῦ καιροῦ θεραπείας καὶ προσαγγελίας καὶ δεκαΤΙσμούς. Leg. δεκΑCμούς. Δεκάζειν quid esset Graeculos nescire saepe ostendimus: ipsi δωροδοκεῖν eo sensu dicebant. Hinc Suidas: Δεκασμός: δωροδοκία, quae erant apud Veteres plane inter se contraria: ἐδέκαζε μὲν γὰρ ὁ διδοὺς χρήματα, ἐδωροδόκει δὲ ὁ λαμβάνων.

Pag. 79. καὶ τὸν Ὑστάσπου Δαρεῖον ΜΙΚΡΟΝ ἀπέφηνας εἰς μεγαλοπρέπειαν. Emendavi ex pag. 462. τίνα Κίμωνα οὐκ ἀποδαίνει CΜΙΚΡΙΝΗΝ. cf. Mnemos. 1862. pag. 256.

Pag. 81. τὸ μὲν σῶμα ἄξεις καὶ ἀποκτενεῖς, ψυχὴ δὲ οἰχήσεται. Requiritur *vinculorum* et *carceris* mentio: emenda εἴρξεις pro ἄξεις.

Pag. 82. οἱ μὲν ὁπλιτεύουσιν, οἱ δὲ ἱππεύουσιν, οἱ δὲ ΟΠΛΙζονται, οἱ δὲ σφενδονῶσιν. Leg. ΤΟΞΑζονται. cf. Mnemos. 1860. pag. 45. sq.

Pag. 85. Themistocles οὐδένα προΗΙΡΘΙτο ἐξηγητὴν ὑπὲρ ὧν ἔμελλε τῷ βασιλεῖ διαλέγεσθαι. Leg. προCΙΘτο, neminem *admittebat ad sese.*

fuerint tales medici aegrotantibus utiles iucundissime alenus Tom. X. pag. 909 sqq. Theagenes, nobilis in morbum implicitus ab imperito medico curabatur. secreto Galenus hominem ostenditque medendi rationem. pag. 912. *εἰ μὴ σφόδρα σ' ἐτίμων τούτων οὐδενὸς ἂν ·· ἐν οἷς γὰρ ἐναυάγησαν οἱ πρόσθεν ἄνθρωποι, πρὶν τὴν ·ρικὴν ὑπὸ τῶν ἡμετέρων εὑρεθῆναι, ταῦτά μοι συμβουπερ οὐκ εἰδότι.* Tum *„intra triduum* (inquit) *restitutum* Theagenes ante eum diem, ut Galenus praedixerat, Medicus cum magna turba *ἀγαλλόμενος μετὰ πολλῶν εἰς τὸν οἶκον ἐν ᾧ κατέκειτο.* Nisi Theagenes philosophus ota domus lamentis personuisset, nunc silebant omnia: *οἰκέτης οὔτε παιδίον οὔτε γυνὴ τῷ Θεαγένει ἦν* (pag. *λ' οἱ φιλοσοφοῦντες μόνοι παρῆσαν αὐτῷ φίλοι, τὰ μὲν τεθνεῶσι νομιζόμενα πράττοντες, οὐ μὴν οἰμώζειν γε μέλ-* t sic quem plane morbo liberatum putabat, necopinato rtuum.

meliores erant *οἱ ἄλλοι μεθοδικοὶ μυρίους ἀποκτείνοντες* PAI, teste Galeno ibid.

erat illis temporibus mentibus hominum offusa caligo iophus Galeno aequalis librum scripserit ad ostenden- pacto homo immortalis fieri posset. Galenus Tom. VI. *ἄφθαρτον μὲν γὰρ ποιῆσαι τὸ γεννητὸν οὐχ οἷόν τε κἂν ·α τῶν καθ' ἡμᾶς* [νῦν del.] *τις ἀνὴρ φιλόσοφος ἐπειρᾶτο τοῦτο διὰ τοῦ θαυμασίου τούτου συγγράμματος, ἐν ᾧ τὴν ὁδὸν τῆς ἀθανασίας.*

EDICORUM QUORUNDAM IN URBE ROMA IMPORTUNITATE.

ibilia de ea re a Galeno exempla narrantur, veluti VII. 2. pag. 145. *ἔνιοι μὲν γὰρ αὐτῶν (τῶν ἰατρῶν)*

Aristarchi τ. 121. δμωιῶν σὺν τῷ I καὶ περισπωμένως. θηλυκὸν γάρ ἐστιν. η. 225. διχῶς δμῶας καὶ δμῳάς (sic scrib.) T. 333. οὕτως Ἀρίσταρχος δμῶας ἔξω τοῦ I. et de utraque forma Choeroboscus (ex Herodiano) in Bekk. *Anecd.* pag. 1257. apud Gaisf. pag. 452. ἡ γραφὴ οὐκ ἔστιν ἡ αὐτή. τὸ μὲν γὰρ ΤΡΩΙΑΙ καὶ ΔΜΩΙΑΙ ἔχουσι τὸ I προσγεγραμμένον. Nulla esse potest in his dubitatio: itaque δμῳαί, Τρῳαί et Τρῳάδες unice verum est. Eadem ratio est in ζώς, unde producitur ζῴϊος, ζῳός, quod apud Homerum passim scribitur ζωοῦ, ζωῇσι, ζωοῖσι, ζωοὺς ζωούς eodem mendo laborant quo Τρωαί et δμωαί. Eodem indicio apparet vera forma nominis ΖΩΙΟΝ. Editur vulgo ζῶον, quod nihil est. Iones dicebant ζῴϊον, Athenienses ζῷον. Etymol. M. 413. 14. ζῶιον: σὺν τῷ I. — ἐπειδὴ κατὰ διάστασιν παρὰ Σιμωνίδῃ·

οἷον τόδ' ἡμῖν θηρίον παρέπτατο
ζῴϊον κάκιστον.

supplendum ex Schol. ad Z. 407. μετὰ τοῦ I τὰ ζωιάγρια Ἀρίσταρχος. et ζωιάγρια: μετὰ τοῦ I. ἐπεὶ καὶ Σιμωνίδης φησί·

τὸ ζωΐων κάκιστον ἔκτηται βίον.

Homerus igitur ζῴϊον in ζῳόν contrahit, Ionum ζῴϊον est et Atheniensium ζῷον. In Codd. antiquioribus ubique ζῶιον recte scribitur. In Codice A Platonis *semper* ita scriptum esse vidi. Passim apparet in *Critia*, quem ex Parisino descripsi. Eadem constantia est in reliquis libris antiquioribus, sed nescio quomodo omnes eas scripturas in conferendo neglexerunt.

Quo magis sit vituperabilis error sciendum est nullum esse omnino Graecum nomen quod in - ΩΟC vel - ΩΟΝ exeat habent enim haec omnia τὸ προσγεγραμμένον I et scribendum ubique est - ΩΙΟC et ΩΙΟΝ, ut in ζῶιον, πτῶιον, προσῶιον περισῶιον, ὑπερῶιον. Adiectiva huius formae exeunt in - φῷος πατρῷος, Νειλῷος, Γελῷος (ex Γελόα Γελοαῖος) et sim. omnia Apud Hesychium est Ἅλῶα: ἑορτὴ Ἀθήνησιν, sed ἁλῶα nihil est: ex ἅλως ἁλῷα formatur. Saepe miror Hesychii Editores Mauricium Schmidt in caeteris acute cernere solitum in his tam saepe ὑπονυστάζειν. Edidit:

Ἀθώητος: ἀζημίωτος.
Ἀθώως: ἀζημίως.
Ἀθῶος: ὁ ἐπὶ τοῦ Ἄθω — ἱδρυμένος.

quasi ulla esset dubitatio quin ex Ἄθως Ἀθῷος producatur et θωή, ἀθῷος Graecum sit, non θωή et ἀθῶος. Pro ἀλῶα peius etiam ἀλώα scribitur apud Pausaniam ab Editore laudatum. Vera lectio est apud Demosthenem pag. 1385. 2. ὅτι — ἀλῴοις — ἱερεῖον ἔθυσεν, ubi S. αλωιοισ servat, caeteri ἀλῶι οἷσ. Non intelligebant quid esset ΑΛΩΙΟΙC. Sedulo admonent Grammatici apud Homerum ΑΛΩΙΑC σὺν τῷ I scribendum E. 499. Etymol. M. 74. 22. sed Editores non audiunt.

ΘΩΙΗ non θωή, et ἀθῷος non ἀθῶος esse Graecum audi ex Etymologo M. v. Ἀθῷος: — ἔχει δὲ τὸ I ἐκ παραδόσεως, ἐπειδὴ εἴρηται θωΐη ὡς παρ' Ἀρχιλόχῳ·

ὡς δ' ἄν σε θωΐη λάβοι.

Itaque Homero reddamus N. 669.

τῷ β' ἅμα τ' ἀργαλέην θῳὴν ἀλέεινεν Ἀχαιῶν.

et β. 191.

σοὶ δὲ, γέρον, θῳὴν ἐπιθήσομεν.

Fallitur Stephanus v. Ἄθως scribens: τὸ τοπικὸν ΑΘΩΟC χωρὶς τοῦ I — τὸ δὲ δηλοῦν τὸ ἀζήμιον προπερισπᾶται καὶ διὰ τοῦ I (γράφεται) ἐκ τῆς θῳῆς. Nullum est enim nomen in — ΩOC exiens, ut modo diximus, et apud Homerum igitur Τ. 11. πρόσφοι emendandum et Ω. 238. προσῴου et sim. alibi. Recte editur κολῳόν A. 575. et ἐκολῴα B. 212. sed mendose apud Hesychium: θωή: ζημία — ὅθεν ὁ ἀζήμιος ἀθῶος.

ΔΩCI — ΔΩICI.

Iliad. A. 129.

αἴ κέ ποθι Ζεύς
ΔΩICI πόλιν Τρῳὴν εὐτείχεον ἐξαλαπάξαι.

Schol. in A. Ζώϊλος ὁ Ἀμφιπολίτης καὶ Χρύσιππος ὁ Στωϊκὸς σολοικίζειν οἴονται τὸν ποιητὴν ἀντὶ ἐνικοῦ πληθυντικῷ χρησάμενον ῥήματι. τὸ γὰρ ΔΩCI φασὶ πληθυντικόν. Perabsurdam hanc opinionem facili negotio Aristarchus refutat docens ὅτι τὸ I ἔχει προσκείμενον et comparans ΦHICIN ἐλεύσεσθαι Odyss. α. 168. et

εἰσόκε μοι μάλα πάντα πατὴρ ἀποΔΩICIN ἔεδνα.

Odyss. θ. 318. Manifestum autem est in Zoili et Chrysippi libris τὸ προσγεγραμμένον ἰῶτα fuisse omissum. Quam proclivi errore tales scripturae vitientur argumento sunt illi ipsi loci quibus Aristarchus usus est. In Odyss. α. 168 *omnes* libri

exhibent *φησὶν* aut *φήσει*, vera lectio in Aristarchi annotatione tantum servata est. Similiter Odyss. *θ*. 318 nullus est liber qui *ἀποδῷσιν* servaverit, sed aut *ἀποδώσει* aut *ἀποδώσοι* exhibent. Immanis soloecismus *εἰσόκε — ἀποδώσει* neminem offendit.

Omnino coniunctivi formae in — ΩMI — HICΘA et — HI exeuntes in magno ubique periculo versantur. Ἐθέλωμι Λ. 54. Θ. 23. I. 397. Φ. 348. Εἴπωμι *χ*. 392. Ἴκωμι I. 414. Κτείνωμι *τ*. 490. Τύχωμι E. 279. H. 243. *χ*. 7. a Criticis contra libros restituta sunt.

Ἀλάλκῃσιν κακὸν ἦμαρ κ. 288. et *π*. 282.
ὁππότε κεν πολύβουλος ἐνὶ Φρεσὶ θῇσιν Ἀθήνη.

item Criticis debentur, nam scribae dederunt *ἀλαλκήσει* et *θήσει* vel *θείῃ*.

Quoniam *τὸ ἰῶτα* etiam in libris vetustissimis ut in nostris temere nonnumquam addebatur, saepissime omittebatur, summa cura Critici veteres docent quid sit scribendum. In Iliad. Π. 202 pro MHTIAACΘЄ optime Aristarchus addito *ἰῶτα* emendavit *μ' ἠτιάασθε*. Ad Il. B. 323. annotatur: *τὸ δὲ* ANЄΩI *ὧδε μὲν διὰ τοῦ* I, *ἐπὶ δὲ τοῦ*

ἡ δ' ἄνεΩ δὴν ἦσο (ψ. 93).

χωρὶς τοῦ I. Ad Iliad. A. 120. *σὺν τῷ* I *τὸ* ἄλλHI. Π. X. 473. *μετὰ τοῦ* I *γράφεται* γαλόΩI. A. 607. ἦχι: Ἀρίσταρχος *τὸ* ἦ *χωρὶς τοῦ* I *γράφει*. Ambigebant P. 174.

ὅς τε MЄΦHC Αἴαντα πελώριον οὐχ ὑπομεῖναι.

utrum *μ' ἔφης* an *μέ φης* esset scribendum. Qui *praesens* esse statuebant addebant *ἰῶτα*. Schol. Ἀλεξίων *μονοσυλλάβως ἐπὶ ἐνεστῶτος χρόνου. διὸ καὶ σὺν τῷ* I *γράφεται*. Eiusdemmodi annotatio legitur ad E. 746. *ὁ* Σιδώνιος *ἄνευ τοῦ* I *τὸ δάμνH*I, *ὁ δὲ* Ἀρίσταρχος *σὺν τῷ* I. Usitatum est etiamnunc *φῄς* scribere, sed nemo dixerit quo tandem pacto ex *φημί* et *δάμνημι* nascī potuerit *φῄς* et *δάμνῃσι*. Dubitabant etiam utrum HCAN an HICAN esset verius Λ. 33.

ἦν περὶ μὲν κύκλοι δέκα χάλκεοι HCAN.

Schol. *ἐὰν σὺν τῷ* I *γράφηται* HICAN *περιεπορεύοντο*, *ἦσαν* non est forma Homerica. In tanta scribendi negligentia etiam XPH et XPHI confundebantur A. 216. ubi ex Comico affertur:

ἰδοὺ κάτοπτρον. εἰπέ μοι τί χρῇ τούτῳ.

ο τούτῳ τί χρῇ. Eadem negligentia edebatur apud Platonem *Hipp. minore* pag. 369. A. νυνὶ γὰρ ἴσως οὐ χρὴ τῷ μνημονικῷ χνήματι. Liber antiquus dabat XPH pro χρῇ.

Λ. 72. erat ὑσμίνῃ, recte Aristarchus ὑσμίνη correxit. vide et 76. M. 46. N. 29. O. 741. ubi est eadem inter nominativum dativum controversia. cf. et Z. 10.

Homerus quamquam ex Ionicae dialecti ingenio vocales HI ΩI dissolvere solet ubi ἀττικιςί contrahuntur, ut in ἠΐθεος, ὄσσατο, λῃϊςῆρες, ἤϊα (ἤιων), δήϊος, δηϊόων, θρήϊκες, νῶϊ, σφῶϊ, ώϊος, Τρωϊάδες, ὑπερώϊα et ὑπερωϊόθεν, et sim. tamen eas icumque opus est Attico more συναιρεῖ. Pro re nata νῶϊ et ponit, σφῶϊ et σφῷ, θρήϊκες et θρῇκες, ἤϊα et ᾔων. Odyss. 368.

ὡς δ' ἄνεμος ζαὴς ᾔων θημῶνα τινάξῃ.

Δήϊοι et δηΐου ante vocalem trisyllaba sunt: δήϊοι ἐγγύθι νηῶν δηΐου ἐκ πολέμου, sed contrahuntur δῄοιο, δῄοισι, δῄους, δῄων, δῃώσας, δῃώσειν, ut in γνῶ ῥ' ἄνδρας δῄους, πυρὸς δῄοιο ωνται, δῄοισι μάχεσθαι, ἀνδράσιν ἐν δῄοισι, δῄων κυσὶ κύρμα νέσθαι. Est etiam participium δῃῶν P. 65. ubi annotant teres: σὺν τῷ I γράφεται ΔΗΙΩΝ.

Τρώϊοι et Τρῳοί, Τρωϊάδες et Τρῳάδες, ὑπερώϊα et ὑπερῷα et ερῴην. et sim. plura.

Superest in ea re mendum in Od. ρ. 530

ἠὲ θύρηισι — ἢ αὐτοῦ κατὰ δῶμα.

Athenienses dicebant θύρασι, θύραθεν et θύραζε, sic Homero ησι, θύρηθε et θύραζε consuetum est dicere. Itaque exemto scribendum θύρησι.

Ut nihil quod ad hanc observationem pertineat omittam in e ponam vocabulum, quo Homerus nusquam usus est ΩΙΟΝ. nes constanter ὤϊον, ὤϊα dicebant, Dorienses ὤεον, Athenienses ν. Antiquissima forma fuit ὤϝιον, unde Laconicum ὤβεα et βεοκόπτας apud Hesychium, et Latinum *ovum*. Habemus duo rammaticorum veterum testimonia, quae est operae pretium dire: Etymol. M. pag. 822, 39 (ex Herodiano): 'ΩΙΟΝ: — I ἔχει. — εὕρηται τὸ I κατὰ διάςασιν παρὰ τῇ Σαπφοῖ·

φασὶ δή ποτε Λήδαν ὑακίνθινον πεπυκαδμένον εὑρεῖν ὤϊον.

Athenaeus pag. 57. D. Σαπφὼ δὲ αὐτὸ (ΩΙΟΝ) τρισυλλάβως καλεῖ·

Φασὶ δή ποτε Λήδαν ὤϊον εὑρεῖν.

— ὤεα δ' ἔφη Ἐπίχαρμος·

ὤεα χανὸς κἀλεκτορίδων πετεηνῶν.

Σιμωνίδης ἐν δευτέρῳ ἰάμβων·

οἷόν τε χηνὸς ὤεον Μαιανδρίου.

In his nonnulla emendanda sunt et supplenda. Primum restituendi sunt numeri, quoniam ex his apparere debet sitne dissyllabum nomen an trisyllabum. Sappho ita, credo, cecinerat:

Φασὶ δή ποτε Λήδαν ὑακίνθΩΙ πεπυκαδμένον
εὑρεῖν ὤϊον.

Epicharmus anapaesticis numeris dixit:

ὤεα χανὸς κἠλεκτορίδων πετεηνῶν.

non κἀλεκτορίδων crasi Attica. Sed quem non offendet mirificum epitheton *gallinae* VOLUCRES, ἀλεκτορίδες πετεηναί? Excidisse nonnulla suspicor et locum sic esse explendum:

ὤεα χανὸς κἠλεκτορίδων καὶ τῶν ἄλλων πετεηνῶν.

Simonides autem sua dialecto ὤϊον, non ὤεον scripsisse videtur, ut Herodoto saepius ὤϊον, ὠΐου, ὤϊα reddendum est pro ᾠόν cett. quae Attica sunt, non Ionica. In libris vetustioribus ut ζῶεον ita et ὠιόν ut plurimum scriptum est et ὠοῦ, ὠά sunt formae vitiosae. Dedit tamen Hesychii Editor:

ὦβεα: τὰ ὠά. Ἀργεῖοι.

Idem Hesychius servavit:

ὠβεοκόπτας: τοὺς ὄφεις.

sed non uno nomine forma haec mihi olim suspecta est: ex κόπτειν ὀρτυγοκόπος et similia multa nascuntur. Deinde quid est ᾠὰ κόπτειν? Angues, credo, ova non ἔκοπτον, sed ᾠδέως ἔκαπτον, unde ὠβεοκάπτας appellatos esse arbitror.

C. G. COBET.

DIONYSIUS HAL. Tom. V. pag. 382.

οἱ δὲ τὸ παράσημον τῆς λέξεως ΑΝΑΓΚΑζονται εἶπου τι ἀνακεχωρηκὸς ὄνομα ἢ ῥῆμα εἴρηται τοῦτο θηρῶντες καὶ παντα χοῦ φθεγγόμενοι. Legendum: τὸ παράσημον τῆς λέξεως ΕΝΑΓΚΑΛΙζονται. id est *amplexantur*. Plut. *de frat. am.* pag. 492. D. οὐ τοὺς ἑαυτῶν παῖδας ἀλλὰ τοὺς τῶν ἀδελφῶν ἐναγκαλίζονται καὶ τιμῶσιν, et alibi passim. Affini errore Tom. VI. pag. 964 ἐγκαλλωπιζομένην dederunt pro ἐγκΟΛΠιζομένην. C. G. C.

VARIA.

GALENUS

DE CORRUPTIS MORIBUS ROMANORUM ET DE MEDICIS IMPERITIS.

Misere queritur Galenus Tom. X. pag. 1. de aequalium suorum inertia et bonarum artium contemtu. Metuere se dicit ne frustra scribat μηδενὸς τῶν νῦν ἀνθρώπων ὡς ἔπος εἰπεῖν ἀλήθειαν σπουδάζοντος, ἀλλὰ χρήματά τε καὶ δυνάμεις πολιτικὰς καὶ ἀπλήστους ἡδονῶν ἀπολαύσεις ἐζηλωκότων ἐς τοσοῦτον ὡς μαίνεσθαι νομίζειν εἴ τις ἄρα καὶ γένοιτο σοφίαν ἀσκῶν ἡντινοῦν. αὐτὴν μὲν γὰρ τὴν πρώτην καὶ ὄντως σοφίαν ἐπιστήμην οὖσαν θείων τε καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων οὐδ' εἶναι νομίζουσι τὸ παράπαν. ἰατρικὴν δὲ καὶ γεωμετρίαν καὶ ῥητορικὴν ἀριθμητικήν τε καὶ μουσικὴν ἁπάσας τε τὰς τοιαύτας τέχνας εἶναι μὲν ὑπολαμβάνουσιν, οὐ μὴν ἔστί γε τὸ τέλος αὐτῶν ἱέναι δικαιοῦσιν. ἀλλ' ἔμοιγε καὶ τῶν πάνυ δοκούντων με φιλεῖν ἔνιοι πολλάκις ἐπετίμησαν ὡς πέρα τοῦ μετρίου τὴν ἀλήθειαν σπουδάζοντι καὶ ὡς οὔθ' ἑαυτῷ μέλλοντι χρησίμῳ γενήσεσθαι παρ' ὅλον τὸν βίον οὔτ' ἐκείνοις εἰ μὴ CXOλάσαιμι μέν τι τῆς τοσαύτης περὶ τὴν ἀλήθειαν σπουδῆς, προσαγορεύοιμι δὲ περιερχόμενος ἔωθεν, εἰς ἑσπέραν τε συνδειπνοῖμι τοῖς δυναμένοις. ἐκ τούτων γὰρ καὶ φιλεῖσθαι καὶ προσάγεσθαι καὶ τοὺς τεχνίτας πλουτεῖσθαι, οὐκ ἐκ τῆς οἰκείας παρασκευῆς. Utitur hoc Galeni testimonio in simili querela Εὐθυρρήμων Παρρησιάδης (sub quo nomine latentem veterem quemdam amicum meum facile agnosco) in Diario philologico Attico, cui nomen Σωκράτης 1874. pag. 389. sed fugit virum doctum scribarum error in CXOλάσαιμι. Dixerat

Galenus εἰ μὴ ΧΑλάσαιμι μέν τι, *nisi* REMITTEREM *aliquid de tanto veritatis indagandae studio.* Ambigo sitne Galeni error an scribae συνδειπνοῖμι pro συνδειπνοίην, sed non dubito quin in Φιλεῖσθαι — καὶ [τοὺς] τεχνίτας πιστεύεσθαι articulus expungi debeat.

Est operae pretium audire quid Galenus addiderit: negat esse quemquam, qui de bonis artibus iudicare possit ἁπάντων δ' ὅλης ἡμέρας ἀσχολουμένων ἕωθεν μὲν ἐν προσαγορεύσεσι κοινῇ, μετὰ ταῦτα δ' ἤδη σχιζομένων ἐπὶ μὲν τὴν ἀγορὰν καὶ τὰς δίκας οὐ σμικροῦ τινὸς ἔθνους, ἐπὶ δ' αὖ τοὺς ὀρχηστάς τε καὶ τοὺς ἡνιόχους ἑτέρου πλείονος, οὐκ ὀλίγου δέ τινος ἄλλου τοῖς κύβοις ἢ τισιν ἔρωσιν ἢ λουτροῖς ἢ μέθαις ἢ κώμοις σχολάζοντος ἢ τισιν ἄλλαις ἡδοναῖς τοῦ σώματος, ἐς ἑσπέραν δὲ κοινῇ πάντων αὖθις συναθροιζομένων εἰς τὰ συμπόσια. Deinde de epulis scribit nihil eas liberale habere: non cantare convivas ad lyram, non de philosophia sermones habere, ἀλλὰ προπίνειν μὲν ἀλλήλοις, ἀμιλλᾶσθαι δὲ περὶ μεγέθους ἐκπωμάτων. ἄριστος γὰρ ἐν τούτοις οὐχ ὁ πλείστων ἀψάμενος ὀργάνων μουσικῶν ἢ λόγων φιλοσόφων ἀλλ' ὁ παμπόλλας καὶ μεγίστας ἐκπιὼν κύλικας. Tum insectatur medicos potentiorum adulatores: οὐχ ὁ κρείττων τὴν τέχνην (inquit) ἀλλ' ὁ κολακεύειν δεινότερος ἐντιμότερος αὐτοῖς ἐστὶ καὶ τούτῳ ἅπαντα βάσιμα καὶ πόριμα καὶ τῶν οἰκιῶν ἀνεῴγασιν αἱ θύραι τῷ τοιούτῳ καὶ πλουτεῖ τε ταχέως οὗτος καὶ πολὺ δύναται καὶ μαθητὰς ἔχει τοὺς ἐκ κοιτῶνος πολλοὺς ὅταν ἔξωροι γένωνται. Praeclaros vero medicinae studiosos *pathicos* (τοὺς ἐκ κοιτῶνος) *exoletos!* Sed non erat tum illa ars Romae difficilis. Thessalus enim οὐ τὰ ἄλλα μόνον ἐκολάκευε τοὺς ἐπὶ τῆς Ῥώμης πλουσίους ἀλλὰ καὶ τῷ μηδὲν ἐξ ἐπαγγείλασθαι διδάξειν τὴν τέχνην ἑτοίμως ἐλάμβανε μαθητὰς παμπόλλους. εἰ γὰρ οὔτε γεωμετρίας οὔτε ἀστρονομίας οὔτε διαλεκτικῆς οὔτε μουσικῆς οὔτε ἄλλου τινὸς μαθήματος τῶν καλῶν οἱ μέλλοντες ἰατροὶ γενήσεσθαι δέονται — ἔτοιμον ἤδη προσιέναι παντὶ γεννησομένῳ ἰατρῷ. διὰ τοῦτο καὶ σκυτοτόμοι (*ex sutore medicus*) καὶ τέκτονες καὶ βαφεῖς καὶ χαλκεῖς ἐπὶ δῶσιν ἤδη τοῖς ἔργοις τῆς ἰατρικῆς τὰς ἀρχαίας αὐτῶν ἀπολιπόντες τέχνας. Itaque ut scribit Galenus Tom. X. pag. 609. τοὺς πολλοὺς τῶν ἰατρῶν οὐδὲν θαυμαστὸν ἀμελήσαντας ἤθους χρηστοῦ δοξοσοφίαν μᾶλλον ἢ ἀλήθειαν σπουδάσαι. Nec mirum tales medicos aegrotis servire magis quam imperare. Si quem aut male aut infeliciter curassent in magno periculo versabantur: duriter

)iti, maledictis onerati vix graviora effugiebant. Audi exemplum ex Galeno Tom. X. pag. 676. *κληθέντες ἅμα ς οἱ ἐξ ἀρχῆς ὁρῶντες ἰατροὶ μονονοὺ διασπασθῆναι πρὸς ἰκείων τοῦ κάμνοντος ἐκινδυνεύσαμεν. Caeteri* (inquit) *ὠχρὸ καὶ ψυχρότεροι τοῦ νοσοῦντος αὐτοῦ γενόμενοι μηχανήν τινα ύσαντο φυγῆς.* Quam sunt mutata tempora!

ım fuerint tales medici aegrotantibus utiles iucundissime Galenus Tom. X. pag. 909 sqq. Theagenes, nobilis us, in morbum implicitus ab imperito medico curabatur. net secreto Galenus hominem ostenditque medendi rationem. lle pag. 912. *εἰ μὴ σφόδρα σ' ἐτίμων τούτων οὐδενὸς ἂν ὁμην· ἐν οἷς γὰρ ἐναυάγησαν οἱ πρόσθεν ἄνθρωποι, πρὶν τὴν ἰατρικὴν ὑπὸ τῶν ἡμετέρων εὑρεθῆναι, ταῦτά μοι συμβου- ὥσπερ οὐκ εἰδότι.* Tum *„intra triduum* (inquit) *restitutum* ." Theagenes ante eum diem, ut Galenus praedixerat, ur. Medicus cum magna turba *ἀγαλλόμενος μετὰ πολλῶν ἐν εἰς τὸν οἶκον ἐν ᾧ κατέκειτο.* Nisi Theagenes philosophus t tota domus lamentis personuisset, nunc silebant omnia: *γὰρ οἰκέτης οὔτε παιδίον οὔτε γυνὴ τῷ Θεαγένει ἦν* (pag. *ἀλλ' οἱ φιλοσοφοῦντες μόνοι παρῆσαν αὐτῷ φίλοι, τὰ μὲν ῖς τεθνεῶσι νομιζόμενα πράττοντες, οὐ μὴν οἰμώζειν γε μέλ-* , et sic quem plane morbo liberatum putabat, necopinato mortuum.

ıilo meliores erant *οἱ ἄλλοι μεθοδικοὶ μυρίους ἀποκτείνοντες* ΜΕΡΑΙ, teste Galeno ibid.

ıta erat illis temporibus mentibus hominum offusa caligo ıilosophus Galeno aequalis librum scripserit ad ostenden- quo pacto homo immortalis fieri posset. Galenus Tom. VI. 63. *ἄφθαρτον μὲν γὰρ ποιῆσαι τὸ γεννητὸν οὐχ οἷόν τε κἂν ἁλιςα τῶν καθ' ἡμᾶς* [νῦν del.] *τις ἀνὴρ φιλόσοφος ἐπειρᾶτο ναι τοῦτο διὰ τοῦ θαυμασίου τούτου συγγράμματος, ἐν ᾧ ιει τὴν ὁδὸν τῆς ἀθανασίας.*

E MEDICORUM QUORUNDAM IN URBE ROMA IMPORTUNITATE.

redibilia de ea re a Galeno exempla narrantur, veluti XVII. 2. pag. 145. *ἔνιοι μὲν γὰρ αὐτῶν (τῶν ἰατρῶν)*

ἐσχάτως εἰσὶν ἀβέλτεροι, τοιοῦτοί τινες ὄντες οἷον ὁ Ζεῦξις φησιν ὑπὸ Βακχείου γεγράφθαι Καλλιάνακτα γεγονέναι τὸν Ἡροφίλειον ἐν τοῖς ἀπομνημονεύμασιν Ἡροφίλου τε καὶ τῶν ἀπὸ τῆς αἱρέσεως αὐτοῦ. νοσοῦντος γάρ τινος εἶτ' εἰπόντος τῷ Καλλιάνακτι „τεθνήξομαι" (leg. τεθνήξομαι) φασὶν αὐτὸν ἐπιφωνῆσαι τόδε τὸ ἔπος·

Εἰ μή σε Λητὼ καλλίπαις ἐγείνατο.

ἑτέρῳ δὲ ταὐτὸ τοῦτ' εἰπόντι φάναι·

κάτθανε καὶ Πάτροκλος ὅπερ σέο πολλὸν ἀμείνων.

Paullo ante de iisdem scribit pag. 144. ἰατροὶ δέ τινές εἰσι οἳ μέχρι τοσούτου μωραίνουσιν ὡς καὶ τοῖς κοιμωμένοις ἐπεισιέναι μετὰ ψόφου ποδῶν, φωνῆς μείζονος, ὑφ' ὧν ἐνίοτε διεγερθέντες οἱ νοσοῦντες ἀγανακτοῦσί τε πρὸς αὐτοὺς καὶ βεβλάφθαι τὰ μέγιστά φασιν. Dabo quod etiam peius est ex pag. 151. (Κόϊντος ἐν Ῥώμῃ) μετ' ἄριστον ἐπεσκέπτετό τινα τῶν πλουσίων τε καὶ πολὺ δυναμένων ἀνδρῶν ὄζων οἴνου σφοδρῶς. πυρέττων οὖν ἱκανῶς ὁ κάμνων ἅμα κεφαλαλγίᾳ καὶ διὰ τοῦτο μὴ φέρων τὴν ἐκ τοῦ οἴνου προσπίπτουσαν ὀσμὴν ἠξίου προσωτέρω χωρήσειν τὸν Κόϊντον. ἀνιᾶν γὰρ αὐτὸν ἐξόζοντα σφοδρῶς οἴνου. ταῦτα μὲν οὖν ὁ κάμνων ἐφαίνετο μετρίως λέγειν. ὁ Κόϊντος δ' ἀβελτέρως αὐτῷ προσενεχθεὶς ἐκέλευεν ἀνέχεσθαι τῆς ὀσμῆς. καὶ γὰρ ἑαυτὸν ἔφη τοῦ κάμνοντος ἀνέχεσθαι πυρετοῦ ὄζοντος, εἶναι δ' οὐκ ἴσον ἢ πυρετὸν ἢ οἶνον ὀσμᾶσθαι. Etiam spurcos et squalidos fuisse eorum nonnullos Galenus narrat pag. 151. ἕτερον δ' ἰατρὸν ἐπὶ τῆς ἡμετέρας Ἀσίας οἶδα δυσώδεις ἔχοντα τὰς μάλας (μασχάλας dictum oportuit) ὡς διὰ τοῦτο μὴ φέρειν αὐτοῦ τὴν εἴσοδον ἄνθρωπον νοσοῦντα μηδένα καθάριον (leg. καθάρειον).

CLEANTHIS VERSICULI.

Galenus Tom. V. pag. 476. (Posidonius) τὴν τοῦ Κλεάνθους γνώμην ὑπὲρ τοῦ παθητικοῦ τῆς ψυχῆς ἐκ τῶνδε φαίνεσθαι φησὶ τῶν ἐπῶν.

Λογισμός. τί ποτ' ἔσθ' ὅ, τι βούλει, θυμέ; τοῦτό μοι φράσον

Θυμός. ἔχω, λογισμέ, πᾶν ὃ βούλομαι ποιεῖν.

Λ. βασιλικόν γε. πλὴν ὅμως εἰπὸν πάλιν.

Θ. ὅσ' ἂν ἐπιθυμῶ ταῦθ' ὅπως γενήσεται.

Et sententia et metrum pro βασιλικόν γε requirunt τυραννικόν γε. In praeced. versu pro ἔχω dixisse videtur Θέλω.

Anecd. Bekkeri pag. 83. 31. Βίος: ἐπὶ CTNουσίας. Ἡρόδο-ς, Μένανδρος Δημιουργοῖς, Εὔπολις Αἰξίν, ὁ ποιητὴς πολλάκις. surda docet, at tu scribe: ἐπὶ ΟΤσίας. Quis nescit βίος eo usu apud omnes dici solere, ut in illo:

χρήματα δίζησθαι, ἀρετὴν δ' ὅταν ᾖ βίος ἀσκεῖν.

tus post nummos.

FLAVIUS IOSEPHUS.

De bello Iud. II. 16. 4. οὐ γὰρ ἐξήρκεσεν αὐτοῖς (Romanis) ος Εὐφράτης ὑπὸ τὴν ἀνατολὴν οὐδὲ τῶν προσαρκτίων Ἴστρος. nenda ὅρος *terminus* imperii. cf. III. 5. 7. τί θαυμαστὸν εἰ πρὸς μὲν Εὐφράτης — πρὸς ἄρκτον Ἴστρος τε καὶ Ῥῆνος τῆς ἡγεμο-ις ΟΡΟΙ.

PLATO.

In *Timaeo* pag. 21. B. ἔστι — μεγίστη πόλις Σάϊς, οἵς τῆς πό-ως θεὸς ἀρχηγΟC τίς ἐστιν Αἰγυπτιστὶ τοὔνομα Νηΐθ. Molestum t et non ferendum τις in ἀρχηγός τίς ἐστιν. Itaque ab omni-us libris abest praeter Parisinum A. Non erat tamen delendum, d ex ΑΡΧΗΓΟCTIC manus Platonis sic erat elicienda ut χηγϵTIC reponeretur: ἀρχηγέτις ἐστίν, ut Atheniensibus erat χηγέτις Ἀθηνᾶ.

GALENUS.

Tom. XIX. pag. 9. ἤρητο μὲν οὖν ἡ τοιαύτη ῥᾳδιουργία πρὸ ἄλλων ἐτῶν. Leg. ἤρκτο. In libris antiquis κ et η vix forma ferunt.

NOTAE ET COMPENDIA SCRIBENDI APUD VETERES.

Galenus Tom. XIX. pag. 14. ἐδεήθη μού τις Φίλος — ὑπαγο-σαι (dictare) τὰ ῥηθέντα τῷ πεμφθησομένῳ παρ' αὐτοῦ πρός με ἐ σημείων εἰς τάχος ἠσκημένῳ γράφειν.

ΛΑΛΛΑΖϵΙΝ.

Teste Philoxeno ἐν τῷ περὶ τῆς Ἰάδος διαλέκτου apud Etymol. 95. 18. et 555. 47. λάλλαι sunt αἱ ψῆφοι αἱ παραθαλάσσιοι

αἱ ὑπὸ τῶν κυμάτων κινούμεναι καὶ ψόφον τινὰ ἀποτελοῦσαι. Similia habet Hesychius in Λάλλαι, unde Ruhnkenius felicissime emendavit Theocritum XXII. 39.

αἱ δ' ὑπένερθε
Λάλλαι κρυσάλλῳ ἠδ' ἀργύρῳ ἰνδάλλοντο
ἐκ βυθοῦ.

pro ὑπένερθεν Ἄλλαι. Hinc natum suspicor verbum Λαλλάζειν Anacreonti reddendum apud Athen. p. 447.

μηδ' ὥσε κῦμα πόντιον
λάλλαζε.

pro λάλαζε, et inde Hesychio Λάλλαζε: βόα, ubi item λάλλαξ editur.

Προσβολή — προσβάλλειν.

Anecd. Bekkeri p. 42. 33. Θεοῦ προσβολή: οἷον ὀργή. Nihil minus. Audi Aristophanem in *Pace* vs. 39.

χὤτου ποτ' ἐστὶ δαιμόνων ἡ προσβολὴ
οὐκ οἶδ', Ἀφροδίτης μὲν γὰρ οὔ μοι φαίνεται.

et repone οἷον ΌCMH. Sic et προσβάλλειν dixit vs. 180.

πόθεν βροτοῦ με προσέβαλεν;

ut apud Plautum *Amphitr.* I. 1. 165.

olet homo quidam suo malo.

itaque προσέβαλέ με βροτοῦ est *odor hominis nares meas ferit*, *suboluit homo mihi*, et προσβολὴ *odor* est, ut locus Aristophanis declarat. Iocatur enim servulus non ferens materiae quam manibus macerabat teterrimum odorem.

GALENUS XVII. 1. pag. 2.

ostendere poterit quam sint libri nostri flagitiose corrupti ut nisi aliunde lux affulgeat nulla emendandi spes supersit Πολλάκις γάρ, inquit, οἱ Ἕλληνες τὸ σπείρειν ἀντὶ τοῦ διασπείρειν καὶ ἀπ' ἀλλήλων διαχωρίζειν ἔλαβον καὶ κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον Θουκυδίδης περὶ τῶν νεανίσκων· ἦρος δὲ ἄλλοι ἐν τῷ ἄλλῳ τῆς πόλεως μέρει σποραδικοὶ ἀπολώλασιν. Thucydidis locus est II. 4. ἄλλοι δὲ ἄλλῃ τῆς πόλεως σποράδην ἀπώλλυντο.

C. G. C.

EMENDATIONES SELECTAE IN THEMISTII ORATIONIBUS.

(*Continuantur ex pag.* 308.)

Pag. 244. *καταθετέον ἤδη τὴν πινακίδα καὶ ἀφεκτέον τοῦ διοχλεῖν τὰς βασιλέως ἀκοάς*, sententia loci *ἀφεκτέον* respuit: non *desinendi* notio requiritur, sed *desistendi* et finem aliquando faciendi, nam *satis* se simulat *regias fatigasse aures*. Itaque una literula exemta corrigendum *ἀΦΕΤέον τοῦ διοχλεῖν*.

Pag. 246. *ὁ μὲν ξυγχωρεῖ τοῖς πρεσβείοις τῆς ἡλικίας καὶ νόμιζεν ἐνέχυρον τῆς αὐτοῦ τιμῆς τὴν τοῦδε προειληΦΤΙΑΝ*, male haec composita sunt et sensu vacua. Sententia duce mendanda: *νενόμικεν — προειληΦΕΝΑΙ*.

Pag. 263. *οὐδεὶς ἀπάτωρ ὀρφανὸς παντελῶς ἀλλὰ καὶ οἷς ἀνάγκη τις οὐκ εὐδαίμων ἔτι νηπίοις ταύτην ἐπέκλωσε τὴν δυσπΟλαν κτέ*. Vocabulum *δυσπονία* (si Graecum est) tamen ab ipsius loci sententia prorsus abhorret. Themistius sua identidem petens etiamnunc sibi ipse fert opem pag. 238. *οὐδεὶς ἀπάτωρ νῦν γε νῦν ἀλλὰ καὶ οἷς ἀνάγκη τις οὐκ εὐδαίμων νηπίοις ταύτην ἐπέκλωσε τὴν δυσπΟΤΜίαν ἀντὶ ἰδιώτου πατρὸς ἀντηλλάττοντο βασιλέα*.

Pag. 271. *οὐδὲ τοῦ ἄρεος τὸν κύκλον ὁρᾶτε — καὶ οὐ τὰ κενὰ τοῦ περιβόλου κρείττονα τῶν συνοικουμένων οὐδὲ γεωργοῦμΕΝ εἴσω*

τείχους μείζονα χῶρον ἢ κατοικοῦμεΝ, bis excidit accentus gravis ον significans in γεωργούμενον et κατοικούμενον, quod si reposueris recte habent omnia. Sexcenti loci supersunt ubi syllaba ον ea de causa aut addenda est aut resecanda.

Ineptum est quod legitur pag. 272. εἴπερ ἘΠΟμενόν μοι ἤδη τὸ σῶμα ἦν, pro quo scripsit, opinor, ἘΡΡΩμένον.

Pag. 279. οὐδὲ τὴν αὐθάδειαν πρᾴως ἤνεγκεν (ὁ Ἀλέξανδρος) τὴν Φιλώτου πρὸς τὴν ἑταιρΙΑΝ σοβαρώτερον ἐκλαλήσαντος. Vide literula male addita quid fecerit mali. Philotas enim non cum *sodalitio* nescio quo, sed cum *amica* hos sermones habuerat. Plutarchus in *Alexandro* cap. 48. ὁ Φιλώτας πρὸς ἐρωμένην παρρησιαζόμενος ἑαυτοῦ τὰ μέγιστα τῶν ἔργων ἀπέφαινε καὶ τοῦ πατρός, Ἀλέξανδρον δὲ μειράκιον ἀπεκάλει δι' αὐτοὺς τὸ τῆς ἀρχῆς ὄνομα καρπούμενον. Graphice idem hos Philotae sermones describit *de virtute et fortuna Alexandri* pag. 339 B. Itaque emenda πρὸς τὴν ἑταίρΑΝ.

Pag. 286. ἀνάγκη οὖν ἸCΤΑΝ μοι τοὺς ὀφθαλμοὺς ὥστε σίδηρον ἢ κέρατα, manifestum est ex Homerico Odyss. T. 211.

ὀφθαλμοὶ δ' ὡσεὶ κέρα ʼϵCΤΑCΑΝ ἠὲ σίδηρος.

non ἑστᾶν scripsisse Themistium sed ἑστάναι.

Perperam dicitur pag. 294. de Hercule inter Deos relato ἀποΘϵΙΑσαντες αὐτόν. Ratio et usus postulant ut ἀποΘϵΩσαντες rescribatur.

Mendosum est ὅπου pag. 296 in his: ὅπου ὑμῖν καινὸν καὶ ἀλλόκοτον καταφαίνεται; κτἑ. In Mediolanensi est ὅτι που. Addita literula scribendum οὔτι που. cf. Mnemos. 1862. pag. 228.

Pag. 305. ὅταν δέ τινα ἴδητε διογκούμενον μὲν — προεσηκότα δὲ οἷς ἄρτι εἶπον, legendum ἐξογκούμενον pro διογκούμενον. Cf. Mnemos. 1862. pag. 234. et pro ΠΡΟϵCΤηκότα, quod nihil est, ΠΡΟCΤϵτηκότα. Facile vitium concipiunt formae veteres et Atticae ἐντέτηκα, συντέτηκα et προστέτηκα. Cf. *Var. Lectt.* pag. 500. Nunc video προστετηκότα olim a Stephano esse repertum.

Pag. 307. — *μηκέτι θαυμάζειν τε καὶ πιστεύειν ὡς ἄρα ὁ* IOC *Ἑρμῆς καταλιπὼν τὸν Δία τε καὶ τὸν οὐρανὸν σαρκία μικρὰ* :ριβέμενος *ἐν τῇ πόλει ἡμῖν περινοστεῖ*, legendum; *ὁ* ΛΟΓΙΟC *ρμῆς* cf. Mnemos. Stoico et Cynico fastidio in tali re *σαρκία*)minari solent, ut *σωμάτιον* et *ψυχάριον* et quidquid habent ti despicatui. Itaque emendandum pag. 232. — *ὅπως ἄν τις αμαὶ βαδίζων καὶ* CAPKIA *ἠμφιεσμένος κτἑ.* pro *σάρκα.* mendate scriptum est in Synesii *Dione* pag. 23 Reisk. *ἀπαθεῖς ναι ποιούμενοι, θεοὶ σαρκία περικείμενοι*, nisi quod pro *ποιού-ενοι* corrigendum *προσποιούμενοι.*

Pag. 307. *ἐλεγκτέον αὐτὸν τῆς πτωχείας τε καὶ παρανοίας*, on est Graeca compositio *ἐλέγχειν τινά τινος*, neque verbo *λέγχειν* ullus hic locus est. Corrigendum *ἐλεΗτέον.* In libris etustis *η* et *κ* vix discernuntur. Itaque *ἐλεητέον* in *ἐλεκτέον* lque in *ἐλεγκτέον* conversum est.

Pag. 308. *εὖ μάλα ἀνακυκλήσας τὸ δήπουθεν καὶ τὸ κἄ-'ειτα καὶ τὼ Διοσκόρω οἰχήσεται ἀποτρέχων καταγελάσας ου* ΠΑΝΤ *τῆς ἀμαθίας καὶ νωθείας*, lenissima mutatione corri-endum *καταγελάσας σου* ΠΛΑΤΤ, nam sic in tali re Graeci mnes loquebantur, *καταγέλως πλατύς* et *πλατὺ καταγελᾶν*, uod quum Atticistae olim observassent nimia brevitate usi sic aeceperunt ut Herodianus Lobeckii pag. 471.

Γέλως *πλατύς, οὐχὶ πολὺς ἐρεῖς.*

uae vel Trillerus, imi subsellii homo, facile confutare poterat, am *πολὺς γέλως* legitur ubique locorum. Sensit Lobeckius eri non posse ut Herodianus solus ea nesciret quae essent vel rillero notissima, sed rem non expedivit. Est aliquid inter *έλως πλατύς* et *γέλως πολύς*, hoc enim magnam *hilaritatem* gnificat, illud *derisionem* cum contemtu et contumelia coniunc-um. Si quis ludificatus aliquem eum acerbe et odiose deridens linquit hiantem, id vero est *πλατὺ καταγελᾶν* et *καταγέλως λατύς.* Exemplorum magna est copia: multa Lobeckius attu-t, plurima passim leguntur. Fac periculum et videbis discri-en quod diximus ubique constare, ut si pro *ἐποίησε γέλωτα* ολύν vel *γέλων πολὺν παρέσχε* (Lobeck. l. l.) *πλατύν* substituas nepta et absurda evasura sit oratio. Contra apud Themistium

nebulo postquam homines imperitos et indoctos satis ludificatus est *οἴχεται ἀποτρέχων καταγελάσας αὐτῶν* ΠΛΑΤΤ *τῆς ἀμαθίας καὶ νωθείας.*

Pag. 310. *ὅσοι δὲ πρός* TI *'*ΘΝ*αμιλλῶνται γνησίως τε καὶ ἀληθινῶς.* Plato *de Rep.* pag. 490 A. *ἆρ' οὖν δὴ οὐ μετρίως ἀπολογησόμεθα ὅτι πρὸς* TO *"*ON *πεφυκὼς εἴη ἁμιλλᾶσθαι ὅ γε ὄντως φιλομαθής;* Manifesta igitur fraus tenetur, et quantocyus reponendum: *ὅσοι δὲ πρὸς* TO *"*ON *ἁμιλλῶνται.*

Pag. 309. *σοφίαν δὲ αὐτοὶ μὲν οὔπω κεκτήμεθα, τῷ δ' "*Θχοντι (scrib. *τῷ δ' 'ΕΛΘΓχοντι*) *αὐτὴν ἀπιςοῦμεν καὶ οἰόμεθα ὑπὸ ζήλου τε καὶ βασκανίας σκυβαλίζειν τε καὶ διαπτύειν ὃν ἡμεῖς διὰ ταύτην τὴν φαντασίαν μόνον οὐκ 'ΕΠΙ ταῖς* ΚΘΦΑλαῖς *περιφέρομεν, πόρρω ὄντες τοῦ εἰδέναι ὅτι οὐδεὶς σοφὸς δύσνους τῷ ὁμοίῳ.* Emendandum esse *τῷ δ' 'ΕΛΘΓχοντι* pro *"Θχοντι* et ex quibus Platonis locis haec conflata sint ostendimus in Mnemos. 1862. pag. 226 sq. sed unum vitium superest tam inveteratum ut iam ante Themistii aetatem in Platonis Codices irrepsisse credam. Quod enim Themistius dixit *μόνον οὐκ ἐπὶ ταῖς κεφαλαῖς περιφέρομεν* sine ulla controversia sumsit a Platone *de Rep.* pag. 600 D. quem locum primus indicavit Heusdius in *Spec. Crit.* pag. 32. *καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ σοφίᾳ οὕτω σφόδρα φιλοῦνται ὥστε μόνον οὐκ ἐπὶ ταῖς κεφαλαῖς περιφέρουσιν αὐτοὺς οἱ ἑταῖροι,* sed hunc ego Platonis locum mendosum esse et iam ante Themistium hanc labem concepisse cur existimem paucis dicam. Nihil aliud significat *ἐπὶ ταῖς κεφαλαῖς περιφέρειν* quam *dilectissimum habere, summa caritate prosequi, tenerrimo affectu amare* aut simile quid, et necesse est hoc genus loquendi ex ipsa natura et consuetudine vitae manasse. Si Erasmo credimus: *„translatum est a matribus ac nutricibus, quae infantulos cunis impositos capite portant"*, quod equidem neque umquam vidi neque Erasmum vidisse suspicor, et si quando ita fit non est tenerrimi amoris haec significatio, sed alio transportandi secum necessitas. Praeterea *ἐπὶ ταῖς κεφαλαῖς περιφέρειν* non est proba et Platone digna dictio, namque *ἐπὶ τῶν κεφαλῶν* in tali re dicebant omnes, ut Herodotus II. 35. *τὰ ἄχθεα οἱ μὲν ἄνδρες ἐπὶ τῶν κεφαλέων φορέουσι, αἱ δὲ γυναῖκες ἐπὶ τῶν ὤμων.* Quid igitur

ciendum? Insperatam opem Platoni attulit Xenophon, qui in *mor.* VII. 5. 50. ita dixit: *Τρκάνιοι μὲν πρῶτοι φίλοι ἡμῖν ἐνοντο καὶ μάλα πεινῶσι συμμάχων ὥςε μόνον οὐκ* ΕΝ *ταῖς* ΓΚΑλαις *περιεφέρομεν αὐτούς* [*ἀγαπῶντες*]. Non est ovum, vides, ovo similius quam hi sunt inter se loci similes *τὰ ὑτὰ λέγοντες περὶ τῶν αὐτῶν.* Simul ad hanc lucem deprehenimus scioli fraudem, qui de suo importunum *ἀγαπῶντες* addidit. Hoc igitur ex natura et vitae consuetudine manavit *ἐν ταῖς γκάλαις περιφέρειν τὰ φίλτατα, carissima pignora in ulnis estare*, quod quisque quotidie aut videt aut facit. Audi ipsum Themistium pag. 144. ubi ad puerum Valentinianum ita dicit: *τι δὲ ἐν ἀγκάλαις περιφερόμενος συςρατεύεις τῷ πατρὶ καὶ συςρατηγεῖς.* Themistio dignum est *συςρατηγεῖς* de infantulo, quem nater vel nutrix ulnis gestabat.

Ergo, dicet aliquis, iam Themistii aetate Platonis Codices tam mendosi circumferebantur? et multo quidem prius. Ostendam aliquando quam vitiosas scripturas Dionysius Halicarnassensis repererit in Codicibus Thucydidis, Demosthenis, Isocratis et Platonis. Gravissimam labem ex libris *de Rep.* exemimus Theonis Smyrnaei indicio in Mnemos. 1862. pag. 177. Xenophon a Longino *περὶ ὕψους* IV. 4. reprehenditur quod dixisset: *αἰδημονέςερους — τῶν ἐν ὀφθαλμοῖς παρθένων*, et est hoc quidem perinceptum; sed Xenophon *τῶν ἐν* ΘΑΛΑμοις *παρθένων* scripserat et Longinus Codicis sui vitio deceptus est.

Pag, 313. *καὶ ὅτῳ ἂν εὑρίσκητ*AI *προσοῦσ*A *τὴν κῆρα ταύτην ἐκελαύνειν τε καὶ ἐκβάλλειν τοῦτον τῶν ἱερῶν.* facile apparet haec omnia uno tenore continuanda esse et sic scribendum: *εὑρίσκητ*Θ *προσοῦσ*AN *ταύτην τὴν κῆρα.*

Pag. 314. negat philosophum *περὶ ὠνὰς ἢ πράσεις — διαψεύδεσθαι καὶ ἐξαπατᾶν τοὺς κοινωνοῦντας καὶ γράφοντ*AC *ἐν τοῖς γραμματείοις ἑκατὸν μνῶν ὠνΘΙσθαι τὰς πέντε καὶ εἴκοσιν ἀποςερεῖν*, admonitus simul videbis *γράφον*TA verum esse et cur sit ita corruptum. Praeterea quia nemo in tabulas refert *emere* se sed *emisse*, emenda 'ΘωνΗσθαι pro *ὠνεῖσθαι.*

Pag. 314. *ταῦτα ἄρα τὰ ψευδῆ βλαβερὰ φῶμεν τοῖς εἰς τὸ*

παιδαγωγεῖον ἀφικνουΜΕ'ΝΟΙC ἢ πᾶσιν κτὲ. supplendum ἀφικνο μένοις MONOIC.

Pag. 325. καὶ ὄψεται ΘΑΜΑ καὶ ἀκούσεται τῶν οὐ πλησίο nihil significat θαμά, sed Themistius, qui sua repetere sole ipse veram lectionem suppeditat pag. 19. καὶ ὄψεται ΜΑΚΡΑ καὶ ἀκούσεται τῶν οὐ πλησίον.

Pag. 341. sq. Ἰδὼν δὲ Ἡρακλῆς γυναῖκά τινα κατὰ τὰς εἰσόδ οἷον ΧΩΛῶσαν ἤρετο τὴν Φρόνησιν ἥτις εἴη. Κολακεία, ἔφη, - ἐνεδρεύουσα τοὺς εἰσιόντας, perspicuum est ex ultimis verbis p χωλῶσαν, quod ne Graecum quidem est, ΛΟΧῶσαν esse eme dandum. Λοχᾶν τινά pro *insidias alicui struere* frequens est quu apud veteres tum apud sequiores.

Pag. 351. ἔϛιν ὄντινα μετὰ τὴν ἐμὴν συνουσίαν διαΦθαρέν καὶ χείρω ἐξ ἀμείνονος γεγενημένον; supplendum ex superioribu ἔϛιν ὄντινα (ΥICTЄ) μετὰ τὴν ἐμὴν συνουσίαν κτὲ.

Pag. 354. καὶ τοὔνομα περιῆΦθαι οὐξοδαπὸν τῷ τριβωνί legendum: οὐ ξυνᾷδον τῷ τριβωνίῳ.

Pag. 359. τίνι οὖν με τῶν ἀλλακτικῶν ἐγγράΦουσιν οἱ καπ γοροι; μῶν τῷ πλανήτHI ἢ τῷ ϛαδιαίῳ; scribendum est πλάνη Tragicorum est forma πλανήτης, caeteri πλάνης dicebant c stanter et οἱ πλάνητες ἀϛέρες, non πλανηταί. In πλανητῶν πλανήτας praeter accentum nil est peccatum, caetera scriban vitia sunt. In Platonis *Rep.* pag. 371 D. editur: τοὺς δὲ π νήτας ἐπὶ τὰς πόλεις ἐμπόρους, sed in Archetypo Parisino diserte scriptum esse vidi fol. 20 R. πλάνητας. quam form ubique restituendam esse censeo, et τὸν πλανήτην Οἰδίπουν similia poëtis relinquenda.

Pag. 360. πῶς ἂν οὖν ἐμπορευοίμην ἐγὼ τὴν σοΦίαν; καὶ π τίνας ἀΦικνούμενος ἄλλους ἀνθρώπους Ἢ παρ' OTC μάλιϛα πλεῖϛον ἐξῆν; οὗτοι δωτίνην ἀπέλαυσαν τῆϛ ἐμπορίας. Intell haec non possunt quia et male distincta sunt et duplici me vitiata. Omnia uno tenore continua et sic rescribe: πῶς ἂν

τὴν σοφίαν καὶ παρὰ τίνας ἀφικνούμενος — ΘΙ παρ' ΟΙΣ μάλιστα καὶ πλεῖστον ἐξῆν οὗτοι δωτίνην ἀπέλαυσαν τῆς ἐμπορίας;

Pag. 362. οὐ σμικρολόγοι ταῖς παρασκευαῖς ἀλλὰ Συρακοσίαν τράπεζαν ἢ Σικελικήν τινα ἀεὶ προτιθέντες πολλὰς καὶ ποικίλας ἡδονὰς ἡμῖν μηχανῶνται. Dindorfius verba ἢ Σικελικήν τινα seclusit et resecanda esse censuit, sed quis tandem, quaeso, tale quid interpolare potuit? Plato iterum feret opem, ubi scribit *de Rep.* pag. 404 C. Συρακοσίαν δέ, ὦ φίλε, τράπεζαν καὶ Σικελικὴν ποικιλίαν ὄψων οὐκ αἰνεῖς; unde Themistio redde: Συρακοσίαν τράπεζαν ΚΑΙ Σικελικὴν ΠΟΙΚΙΛΙΑΝ ΤΩΝ ἀεὶ προτιθέντες. Plato ea verba a nescio quo poëta sumsit, ut arguit vel solum αἰνεῖς, quo nemo praeter veteres poëtas Epicos et Lyricos utebatur. In oratione soluta omnes summa constantia usurpant compositum ἐπαινεῖν.

Pag. 371. τὰ παιδία γὰρ αὐτῷ (Homero) προσέξει τε καὶ πεισθήσεται καὶ CTNήσει κομψευομένῳ ποιητικῶς, duce sententia supplendum et corrigendum: καὶ ΟΤ συνήσει κομψευομένΟΤ ποιητικῶς.

Themistius, qui saxcentis locis orationem suam flosculis et centonibus Platonicis tamquam gemmis distinguere solet, saepissime ex Platone emendari potest, quod genus emendandi ab Editoribus passim neglectum certas et evidentes correctiones suppeditat. Proponam locum Platonis a Themistio descriptum et scribarum errores ἐπ' αὐτοφώρῳ tenebimus. Plato *de Rep.* pag. 399 B. ita scribit: — εἰς τραύματα ἢ εἰς θανάτους ἰόντας ἢ εἴς τινα ἄλλην ξυμφορὰν πεσόντος ἐν πᾶσι τούτοις παρατεταγμένως καὶ καρτερούντως ἀμυνομένου τὴν τύχην. Audi nunc Themistium pag. 372. — θατέρου τοῖν φιλοσόφοιν οὕτω τεταγμένου καὶ καρτερῶς ἀμυνομένου τὴν τύχην. Dindorf. vulgatam lectionem οὕτω παρατεταγμένως e Mediolanensi libro in οὕτω τεταγμένου mutavit; quam recte nunc apparet. Sunt in Mediolanensi libro multae egregiae lectiones inter multas alias vitiosas et ineptas, et nimis saepe Editor ut h. l. quod erat verum ac probum abiecit et mendosam boni Codicis scripturam ἀβασανίστως substituit. Procedito nunc in medium alter graculus Platonicis pennis

exornatus Iamblichus in *vita Pythagorae* §. 220. *σαθρᾷ τῇ γνώμῃ φιλοσοφῶν, ἐφαίνετο καὶ παντάπασι παρατεταγμένως καὶ καρτεροῦντος ἠμύνετο τὴν τύχην*, ubi in archetypo Florentino scriptum esse vidi *καρτερούντως*, quod Themistio quoque esse reddendum liquido apparet.

Pag. 375. *οὐκ ἔστι τὸ λόγων κάλλος οἷον ἀρτιτόκοIC MEN ΜICMЄN ἐπανθεῖν, πρεσβυτέρων δὲ ἀπομαραίνεσθαι.* Una litura delendum est importunum ΜICMEN. Unde igitur natum est? Ex praecedentibus literis, ut vides, male repetitis.

Saepissime apud Themistium, ut apud reliquos omnes, confunduntur inter se *ἐν* et *σύν*, praesertim in verbis compositis *συμβάλλειν τὴν δεξιάν* pro *ЄΜβάλλειν*, *συμπλέκειν* pro *ἐμπλέκειν* et sim. Itaque dubitare noli quin p. 389. pro *μυρίων ἀνθρώπων* *ЄΓκαθημένων* Themistius ipse *CΤΓκαθημένων* dederit. Eadem opera corrige pag. 331. *ἐθέλειν* *CΤΜΦῦναι* pro *ἐμΦῦναι*.

Pag. 390. *ἐξελαύνειν Ἐπίκουρον τὸν Νεοκλέους καὶ ἐκβάλλειν τοῦ καταλόγου ὅτι Ἐπίκουρος ἐπῄνει τὸ ΛΑΘΡΑ βιώσας.* Legendum: *ὅτι ἐπῄνει τὸ ΛΑΘЄ βιώσας.* Praeterea expunge *Ἐπίκουρον*. Themistius scripserat ut solet: *ἐξελαύνειν τὸν Νεοκλέους*, ut *ὁ Κλεινίου* pro Alcibiade, *ὁ Ἱππαρίνου* pro Dione, *ὁ Σωφρονίσκου καὶ Φαιναρέτης* pro Socrate, *ὁ Ἀρίστωνος* pro Platone, *ὁ Νικομάχου* pro Aristotele, et pag. 32. *ἐμοὶ δὲ περὶ μὲν θεῶν εὔσομα κεῖσθω κατὰ τὸν Λύξου*, quod perridiculum Harduini errorem peperit, qui quum in Codicis scholio pro *Λύξου γὰρ ἦν* reperisset *ξύλον γὰρ ἦν* suspicatus est a Christiano aliquo id scriptum fuisse in margine *„quod Dii gentium nihil aliud essent quam lignum."* et serio addit. *„Valde illud quidem* PIE *excogitatum."* *Pietas* et olim et nunc nonnullis hominibus esse videtur maledicta et convicia evomere in omnes qui a se dissentiant. sed ea *pietas* nunc quidem *ἐάλωκε παραληροῦσα*.

Fatuum esse et ineptum pro *κατὰ τὸν Ἡρόδοτον* dicere *κατὰ τὸν Λύξου* quis non sentit?

Scitum et lepidum Carneadis dictum pag. 397. duplici mendo maculatum restituamus. Quaerenti adolescentulo: *εἰ καὶ σοφὸς*

παιδικῶν ἐρασθήσεται; respondisse dicitur: δεινὰ μέντἂν πάθοιτε ὑμεῖς οἱ καλοὶ εἰ μόνοι περὶ ὑμῶν σπουδάζουσιν οἱ ἀνόητοι. Sed non est haec Graeca compositio: in tali re Graecis consuetum est sic dicere: εἰ μόνοι περὶ ὑμΑC σπουδάζOIEN οἱ ἀνόητοι.

Iterum proponam locum apud Platonem emendate scriptum et apud Themistium mendose descriptum. Platonis verba sunt in libro I *de Rep.* pag. 344. E. οὗτοι κακῶς σοι κείσεται ὅ τι ἂν ἡμᾶς τοσούσδε ὄντας εὐεργετήσῃς. quibuscum compone scripturam apud Themistium pag. 398. οὗτοι κακῶς σοι κείσεται, φησὶ Σωκράτης, ὅΤ' ἂν ὑμᾶς τοσούτOT ΔΕοντας εὐεργετήσῃς. quibus sensu vacuis nunc clara lux affulget.

Pag. 402. ἐγὼ μέντοι οὐδὲ αὐτός που δύναμαι κατανοῆσαι ὑμῶν τὸ πΛΗθος. Absurda sententia pro τὸ ΠΑΘOC, id est ὅ τι πεπόνθατε. Saepe vidi πάθος et πλῆθος inter se stolidissime permutata, et composita in -ΠΑΘΗC et -ΠΛΗΘΗC, quamquam loci sententia ubique optionem facilem et paratam facit. Contra τὸ πλῆθος restitue in marmore Pario vs. 27. superest ..... ΘOC τῶν ὑποδεξαμένων τὸν καρπόν. Supplent (καὶ τὸ γῆ) ΘOC, at tu repone καὶ τὸ ΠΛΗΘOC.

Pag. 442. καὶ καθέζονται ἀγανακτοῦντες — εἰ ἀΦαιρεῖσθαι τις αὐτοὺς ἐπιχειρήσει ταύτης τῆς ἀδείας καὶ ταῦτα ΕIC ὢν πολλοὺς καὶ ἰσχΤΡΟΤC τὴν Φωνὴν, ἂν οὕτω τύχῃ, μέγα κεκραγότας. Luce clarius est pro ἰσχυρούς Themistium scripsisse ἰσχNOC τὴν φωνήν. Manifesta enim est oppositio *duplex* inter εἷς — πολλούς et ἰσχνὸς τὴν Φωνήν — μέγα κεκραγότας.

Tralaticium mendum deprehendes pag. 442. ἐὰν μὴ πρὸ τοῦ λόγου ὁμολογήσητε μὴ χαλεπΑIνειν μηδὲ θορυβHCΕIN. Fieri non potest quin Themistius scripserit χαλεπανεῖν pro χαλεπαίνειν. Ὁμολογεῖν postulat *futurum*, sequens θορυβήσειν argumento est praecessisse futurum, scribae in verbis liquidatis sexcenties praeter loci sententiam in praesentis formam corrumpunt futurum, at ne sic quidem eruditi Critici huiusmodi vitia apud Thucydidem, Platonem, Demosthenem et alios tollere et sanare sustinent, quid igitur eos in Themistio facturos putes? οἶμαι

μέντοι τοὺς πολλοὺς προθυμότερον ἔτι ἀντιτενεῖν. In hac ipsa sententia apud Platonem *de Rep.* pag. 498. c. scribitur *ἀντιτείνειν*, quod pro sanissimo omnes tuentur.

Pag. 443. *τί οὖν φατέ; καρτερήσετε Ὅπως ποιῶμεν;* haec quidem sensu cassa sunt, sed facili negotio restitui possunt in hunc modum: *καρτερήσετε Ἢ πῶς ποιῶμεν;*

Post pauca editur: *ὁ ὕπατος τοῦτο δὴ τὸ ἀγαπητὸν ὅσα ἔτι ἡ διπλῆ τοῦ αὐτοῦ ἐπωνυμία*, intercidit una syllaba, quam [illegible] ex fuga retrahe ut scribas *ἡ διπλῆ τοὐΝΙαυτοῦ ἐπωνυμία.* [illegible] pag. 245. *εἰς τὴν ἐπώνυμον τοῦ ἘΤΟΥϹ ἀρχήν*, et pag. 25[illegible] *συγχωρεῖν τὴν ἐπωνυμίαν τοῦ ἘΤΟΥϹ.* Illo loco *τοὐνιαυτοῦ* substituit quia *ὅσα ἘΤΗ* praecedebat.

Pag. 456. *οὐκ ἀνίπτοις χερσὶ τὸ τοῦ λόγου τῶν ἡνιῶν αὐτῆς ἐλαβόμην ἀλλ' ἀρχαίαν μελέτην καὶ συνεχῆ ταύτην ἐξετέλουν*, alienum est a loci sententia verbum *ἐκτελεῖν*, at tu emenda: *ἀρχαίαν μελέτην — ἐξεμελέτων.*

Est locus pag. 463 de Theodosii laudibus quintuplici mendo ita vitiatus et obscuratus ut sententia plane perierit. Postquam mihi contigit ut gravissimum errorem certa emendatione tollerem, affulsit Themistii sententia, qua semel reperta ceteri errores facili negotio correcti sunt. Editur nunc: *οἶδα ἐγὼ πολλοὺς βασιλεῖϹ καὶ ἀχαρίςους φανέντας ὑπὲρ ὧν ἔτυχον ἀγαθῶν τὴν εὔνοιαν μὴ ἐπανιΟΝτας. καίτοι γε ἀλγεινότατΟϹ τῷ πεποιηκότι καλῶς ἡ παρὰ τοῦ πεπονθότος ἀγνωμοσύνη, ἀλλ' ὅμως οὐδὲ ὑπὸ τοιούτου πλημμελήματος ὁ πάντα ἄτρωτος οὗτος ἐτρώθη ἀλλ' ἐπαντλεῖ ἐκ τοῦ αὐτοῦ πίθου καὶ τοῖς ЄΤЄϹΙ μὴ δυνάμενΟϹ.* Saepe me hic locus frustra torserat quum tandem felicior hora veram mihi scripturam aperuit, quae haec est: *ἐπαντλεῖ ἐκ τοῦ αὐτοῦ πίθου καὶ τοῖς ϹΤЄΓЄΙΝ μὴ δυναμένοΙϹ.* Quid sit *ςέγειν* nemo nescit. Quae vasa aut rimis fatiscunt aut pertusa sunt ut aquam non contineant, sed perfluant *οὐ ςέγειν* dicuntur, ut apud Terentium ille ait:

plenus rimarum sum, hac atque illac perfluo.

Notissimi verbi exempla afferre supervacaneum est, sed unum

tamen, quod est instar omnium, expromam ex Euripide apud Stobaeum *Floril.* 4, 30.

οὐκ ἂν δυναίμην μὴ ϛέγοντα πιμπλάναι
σοφοὺς ἐπαντλῶν ἀνδρὶ μὴ σοφῷ λόγους.

Adiiciam locum Luciani in *Dial. Mort.* XI. quia plane gemellus est: εἴ ποτε καὶ ἐμβάλοι τις εἰς αὐτοὺς ἢ σοφίαν ἢ παρρησίαν — ἐξέπιπτεν εὐθὺς καὶ διέρρει τοῦ πυθμένος CTϵΓϵIN οὐ δυναμένου, et in *Timone* 18. ὥϛε μοι δοκῶ μάτην ἐπαντλεῖν τοῦ κύτους μὴ ϛέγοντος ἀλλὰ πρὶν εἰσρυῆναι σχεδὸν ἐκχυθησομένου τοῦ ἐπιρρέοντος.

Itaque Theodosius dicitur *in eos, quos ingratos ac beneficiorum immemores expertus esset, tamen nova semper beneficia conferre,* ἐπαντλῶν καὶ τοῖς ϛέγειν μὴ δυναμένοις.

Reperta loci sententia facile est reliqua in integrum restituere: οἶδα ἐγὼ βασιλϵI καὶ ἀχαρίϛους φανέντας (est βασιλεῖ in Codice unico, cui βασιλεῖϛ substituit Dindorfius festinans) ὑπὲρ ὧν ἐτυχεν ἀγαθῶν τὴν εὔνοιαν μὴ ἐπανIONTAC. Requiritur: pro beneficiis, quae acceperint, *parem* benevolentiam non *referentes.* Itaque τὴν εὔνοιαν μὴ ἐπανισοῦντας, id est quod Demosthenes dixit noto loco: τοῖς θεοῖς εὔχομαι — ὅϛην εὔνοιαν ἔχων ἐγὼ διατελῶ — πᾶϛιν ὑμῖν τοϛαύτην ὑπάρξαι μοι παρ' ὑμῶν. Praeterea corrige: καίτοι γε ἀλγειν**ό**τατON τῷ πεποιηκότι καλῶϛ ἡ παρὰ τοῦ πεπονθότος ἀγνωμοσύνη, quam iure *rem acerbissimam* dixit esse.

In Stobaei *Append. Florent.* p. 144. sine nomine legitur: ἀλγειvON τῷ πεποιηκότι καλῶϛ ἡ τοῦ πεπονθότος ἀγνωμοσύνη, ubi Meinekius male ἀμνημοσύνη substituit.

Spectato nunc mihi in hoc loco aliquis quanta sit nonnullorum in tentandis locis manifesto corruptis levitas et incogitantia. Maius pro ἐπαντλεῖ — καὶ τοῖς ϵTϵCI μὴ δυνάμενOC coniecit *ϵΘϵCI quasi aliquam horum verborum sententiam perspexisset. In TOIC** ϵTϵσι facile TOICCTϵΓϵιν pellucet.

Pag. 466. τὰ ἄμαχα παρὰ Ῥωμαίων τὸν Αἶμον ὑπελάμβανον καὶ τὸν Ἔβρον καὶ τὰϛ Θετταλικὰϛ δυσχωρίαϛ, ἃϛ διKAZONTAI οὐ σὺν πολλῷ πόνῳ τοῖς θείοις ἐρύμασιν ἐνεσχέθησαν, absurdissima lectio est δικάζονται, sed in sententia tam plana et perspicua quid sit reponendum ambiguum esse non potest, nempe ἃϛ

διΕΞΙΟΝΤΕC *οὐ σὺν πολλῷ πόνῳ.* Dicuntur Barbari Scythae „per omnes itineris difficultates exiguo labore *transiisse*," sive „omnes naturae difficultates facili negotio *superasse*."

C. G. COBET.

GLOSSEMATA IN TEXTUM INVECTA.

Galenus XVII. 1. pag. 909. *γέγραπται μὲν οὖν τοῦτο κατὰ πολλὰ τῶν ἀντιγράφων, ὀρθῶς δὲ ἐν τοῖς κατὰ Διοσκορίδην οὐ γέγραπται. φαίνεται μὲν γὰρ ὡς* (add. *ἐπ'*) *ἐξηγήσει προσγραφὲν ὑπό τινος αὖθις δὲ εἰς τοὔδαφος ὑπὸ τοῦ βιβλιογράφου μετατεθεῖσθαι.* Videmus quam antiqua sint haec interpretum et sciolorum futilia additamenta. cf. XVII. 1. pag. 634. *δῆλον ὅτι παρεγγέγραπται τοῦτο πρός τινος οὐχ ὑΦ' Ἱπποκράτους αὐτοῦ γέγραπται. τάχα δέ τις καὶ προσέγραψεν ἕνεκεν ἑαυτοῦ καθάπερ εἰώθαμεν ὑπόμνησιν ἐν τοῖς μετωπίοις τὰ τοιαῦτα προσγράΦειν. εἶτά τις τῶν μεταγραψάντων* (τὸ add.) *βιβλίον ὡς αὐτοῦ τοῦ συγγραΦέως ὂν εἰς τοὔΦος* (in textum) *αὐτὸ μετέθηκεν.*

Διττογραφίαι quomodo oriantur.

Galenus XVII. 1. pag. 80. *ἐνίοτε ὑπὲρ ἑνὸς πράγματος διττῶν ἡμῶν γραψάντων εἶτα τῆς μὲν ἑτέρας γραΦῆς κατὰ τὸ ὕΦος οὔσης, τῆς δ' ἑτέρας ἐπὶ θάτερα τῶν μετώπων ὅπως κρίνωμεν τὴν ἑτέραν ἐπὶ σχολῆς δοκιμάσαντες ὁ πρῶτος μεταγράΦων τὸ βιβλίον ἀμΦότερα ἔγραψεν εἶτα μὴ παρασχόντων* (leg. *προσχόντων*) *ἡμῶν τὸ γεγονός* (imo vero *τὸν νοῦν*) *μηδ' ἐπανορθωσαμένων τὸ σΦάλμα διαδοθὲν εἰς πολλοὺς τὸ βιβλίον ἀνεπανόρθωτον ἔμεινεν.*

Itaque in ipso archetypo et libris ex eo statim descriptis iam inerant haec vitia, ut idem bis diceretur praeter scriptoris sententiam.

C. G. C.

MELETEMATA CRITICA

AD ORATORES ATTICOS.

SCRIPSIT H. VAN HERWERDEN.

(*Continuantur ex pag.* 262.)

Contra Macartatum § 19 καὶ διένειμεν αὐτοῖς τὴν οὐσίαν ὁ πατὴρ [ὁ Βούσελος] ἅπασι καλῶς. Patri hoc nomen esse modo dixerat orator in eiusdem § initio: Βούσελος γὰρ ἦν ἐξ Οἴου. Eiusdem generis emblemata lectorem offendunt § 23: τοῦ Πολέμωνος γὰρ τοῦ υἱέος τοῦ Ἀγνίου ἐγένετο υἱὸς Ἀγνίας, τὸ τοῦ πάππου τοῦ ἑαυτοῦ ὄνομ' ἔχων [τοῦ Ἀγνίου], καὶ οὗτος μὲν ἅπαις ἐτελεύτησεν, [ὁ Ἀγνίας ὁ ὕστερος). Ib. § 24. καὶ οὗτοι μὲν υἱεῖς ἐγένοντο Πολέμωνι — τοῦ δὲ Χαριδήμου [ἐγένετο], τοῦ υἱέος τοῦ Στρατίου, Θεόπομπος. — πάλιν δὴ ἐρωτῶ, ὦ ἄνδρες δικασταί, πότερος οἰκειότερός ἐστι καὶ προσήκει μᾶλλον Ἀγνίᾳ [τῷ πρώτῳ ἐκείνῳ], ὁ Πολέμωνος υἱὸς Ἀγνίας, καὶ Εὐβουλίδης ὁ Φυλομάχης υἱὸς καὶ Φιλάγρου, ἢ Θεόπομπος ὁ Χαριδήμου υἱὸς Στρατίου δ' υἱιδοῦς; Si ipse Demosthenes addidit verba minime necessaria τῷ — ἐκείνῳ, saltem existimandus est dedisse τῷ προτέρῳ ἐκείνῳ. Mihi vero ista verba valde suspecta sunt, neque magis oratori tribuerim additamentum ἑνὸς τῶν Βουσέλου υἱέων, quod codices habent primum § 48 post verba οὑτοσὶ, ὦ ἄνδρες δικασταί, ἐστιν ὁ Στρατίου οἶκος, deinde § 50 post verba οὑτοσὶ ἕτερος οἰκός ἐστιν ὁ Ἀγνίου. Nova interpolatio obsidet § 60 ἀλλ' εἰ Θεόπομπος τετελεύτηκεν ὁ τουτουὶ πατήρ, οἱ νόμοι

οὐ τετελευτήκασιν, οὐδὲ τὸ δίκαιον [οὐ τετελεύτηκεν], οὐδ' οἱ δικασταὶ οἱ τὴν ψῆφον ἔχοντες, et alia similis § 74 τὰ ὀνόματα ἐθέμην τούτοις — τῷ μὲν πρεσβυτάτῳ — Σωσίαν — τῷ δὲ μετ' αὐτὸν γενομένῳ τούτῳ ἐθέμην Εὐβουλίδην — τῷ δὲ μετὰ τοῦτον Μενεσθέα [ἐθέμην] — τῷ δὲ νεωτάτῳ [ἐθέμην ὄνομα] Καλλίστρατον κτἑ.

Contra Leocharem § 8 καὶ ἐὰν μὲν ἐκ τῶν νόμων μὴ ὑπάρχῃ δίκαια δὲ καὶ φιλάνθρωπα φαίνωνται λέγοντες, καὶ ὅμως συγχωροῦμεν. In hac sententiae conformatione quia locus non est voculae *καί* ante *ὅμως*, suspicor Demostheni reddendum esse καὶ ὥς i. e. *vel sic tamen*. Vocula *ὅμως* fluxit ex interpretatione. § 50 οὐ δὴ δίκαιόν ἐστιν ἐν τεκμηρίου μέρει ποιεῖσθαι τάδε κημα. Requiritur sententia generalis, quare reposuerim ποιεῖσθαί τι ἀδίκημα.

Turpiter interpolata est § 66: δικαίως γὰρ ὁ νομοθέτης οἶμαι, ὥσπερ καὶ τὰς ἀτυχίας τῶν οἰκείων καὶ τὰς ἐκδόσει τῶν γυναικῶν τοῖς ἐγγύτατα γένους προστάττει [ποιεῖσθαι] οὕτω καὶ τὰς κληρονομίας καὶ τὴν τῶν ἀγαθῶν μετουσίαν τοῖς αὐτοῖς ἀπέδωκεν. Scire enim pervelim quid sit in huiuscemodi sententia τὰς ἀτυχίας ποιεῖσθαι. Dele verbum, et intellege qua vi orator usurpaverit verbum προστάττειν. Legitur in vicinia § 67 ὁ γὰρ τοῦ Σόλωνος νόμος οὐδὲ διαθέσθαι τὸν ποιητὸν ἐ τὰ ἐν τῷ οἴκῳ, ὅταν ποιηθῇ. Duo ultima vocabula cur addantur non intellego, nisi forte licet suspicari scribae errorem esse pro ᾧ ἂν ποιηθῇ, i. e. εἰς ὃν ἂν εἰσποιηθῇ.

Contra Stephanum I § 4 χρόνου δὲ γιγνομένου. Duplicata litera malim χρόνου δ' ἐγγιγνομένου. § 33 εἰ γὰρ ἐνεδέησε τοσούτων χρημάτων, τούτου διοικοῦντος ἐνεδέησεν. Ἴσε γὰρ πάντες, καὶ ὅτ' ἦν ὁ πατὴρ ἐπὶ τοῦ τραπεζιτεύειν, τοῦτον καθήμενον [καὶ διοικοῦντα] ἐπὶ τῇ τραπέζῃ. Iam credo, vides unde fluxerit glossa marginalis, qua violentissime divellentur quae coniungenda sunt. Habebat, opinor, codex archetypus:

ἴσε γὰρ πάντες, καὶ ὅτ' ἦν ὁ πατὴρ
ἐπὶ τοῦ τραπεζιτεύειν, τοῦτον καθήμενον καὶ διοικοῦντα
ἐπὶ τῇ τραπέζῃ κτἑ.

§ 38 tralaticio errore, quem frustra iam Wolfius castigavit, editur τί οὖν μαθόντες pro παθόντες. § 53 οὐ γὰρ τοὺς γεγραμμένους νόμους ὁ τοιοῦτος ἄνθρωπος μόνον ἀλλ-

αὶ τὰ τῆς Φύσεως οἰκεῖα ἀναιρεῖ. Oppositionis ratio suadet τὰ ἧς Φύσεως δίκαια, i. e. τοὺς ἀγράφους νόμους, quod iam obetum emendasse video Mnem. VII. p. 159. Pro μόνον optimi ɔdicis man. prim. teste Dindorfio habuit μόνος, quod incertum st utrum sic corrigendum fuerit an potius μόνους. § 57 τὴν ἀρ μαρτυρίαν ἣν ᾤμην εἶναι — οὐχ εὗρον ἐνοῦσαν ἐν τῷ γίνῳ. Imo vero ἣν ᾤμην (ἐν)εῖναι. § 64 Φορμίωνα δὲ πάλιν ὁράκε καὶ τούτῳ γέγονεν οἰκεῖος. Propter ipsa praegressa fere ispiceris, post vel ante ἑόρακε intercidisse participium, quale st εὐτυχοῦντα sive εὐπραγοῦντα. § 68 ἐγὼ γάρ, ὅσις αὐτῷ ηδενὸς συμβεβηκότος δεινοῦ μηδὲ τῶν ἀναγκαίων σπανίζων ἐν αὐτῇ τῇ σχέσει διάγει τὸν βίον, τοῦτον ἡγοῦμαι συνεορακέναι ri. Praetulerim hunc verborum ordinem: ὅσις μηδενὸς ὐτῷ. § 70 ἀοίκητον δὲ τὸν Ἀρχεδήμου παῖδα τὸ σαυτοῦ ἄρας πεπολήκας. Risum movet ἀοίκητος de homine dictum, orrige sodes ἄοικον. § 75 οἱ παῖδες ἂν οἱ τούτου τῶν ἐμῶν υγατέρων ἐδικάζοντο. Recipienda fuerat codicis Σ scriptura man. prim. ἐπεδικάζοντο. Cf. Dindorfii adn. crit.. In sequenibus verba θεῖοι γάρ εἰσιν — τοῦτον λαβεῖν esse scholium marinale bene iam agnovit Wolfius. § 86 μὴ γὰρ εἰ Σύρος ἢ Φοῖνιξ ἤ τις ἕκαστος ἐκείνων οὗτος δὲ Φορμίων. Possis ἢ Τίβιος, ed fortasse sufficit lenissima Schaeferi correctio ἤ τίς.

Contra Stephanum II § 11 καίτοι τοὺς μὲν τὰ πεπραγμένα αρτυροῦντας προσήκει οἴκοθεν τὰς μαρτυρίας κατεσκευασμένας αρτυρεῖν, τοὺς δὲ τὰς προκλήσεις μαρτυροῦντας τοὺς ἀπὸ ταὐτοάτου προσάντας καὶ ἐν μάλθῃ γεγραμμένην τὴν μαρτυρίαν, ἵνα τι προσγράψαι ἢ ἀπαλεῖψαι βουληθῇ ῥᾴδιον ᾖν. Misere iolatur syntaxis. Lege: προσήκει — ἵν' ἐάν βουληθῇ, ῥᾴδιον ᾖ. einde voculam καί post προσάντας abesse malim.

Contra Euergum et Mnesibulum § 1 εἰσελθὼν ὡς ὑμᾶς. In hac ormula iudiciali sollenne ac perpetuum est εἰς, ut recte § 3 cribitur οἱ εἰσιόντες εἰς ὑμᾶς. § 5 εἰσιόντας εἰς ὑμᾶς. § 7 acio cum Wolfio scholiastae non oratoris esse verba τοῦτο γάρ στιν ἡ αἰκία. Eidem § 47 reddiderim eadem verba, neque mius § 40 integram annotatiunculam ἡ δ' αἰκία τοῦτ' ἐστίν, ὃς ἂν ρξῃ χειρῶν ἀδίκων. Non dedecent ista *argumenti* auctorem sic cribentem: ἑκάτερος Φάσκων τὸν ἕτερον ἄρξαι τῶν πληγῶν. τοῦτο ἀρ ἦν ἡ αἰκία. Alia plura sunt in eadem oratione lectorum

tionem significantibus, ut ἐλεεῖν, οἰκτείρειν, ϛένειν, ϛενάζειν θρηνεῖν, μακαρίζειν et sim. Libanius I. 511. 17. μακαρίους ἀπ κάλουν — ἐν οἵῳ χρόνῳ σπαρέντες ἦλθον ἐϛ Φῶϛ. I. 516. 1 θρηνούντων — εἰϛ οἵαν ἀνομίαν ἐμπεπτώκασιν. III. 267. 12. θρηνήσε οἵουϛ ἔΦυσαν III. 446. 23. ϛένοντα οἵῳ Φέρων ἑαυτὸν ἐνέδηϛ κακῷ. IV. 400. 15. ϛενάζειν οἷα ἀνθ' οἵων κομίζεται. IV. 193. τὴν Δεινομάχην μακαρίζειν οἷον ἄγαλμα εἰϛ Φῶϛ ἤγαγεν. I. 65 6. πεΦρικότεϛ οἷα σΦᾶϛ δεήσει μηνύειν. Apud Dinarchum κατ Δημοσθένουϛ pag. 92, 34. ἐλεηϛάντων ἐν οἷϛ ἦϛαν κακοῖϛ corrig ἐν οἵοιϛ. In his omnibus est eadem breviloquentiae ratio ἐθρήνουν οἵουϛ ἔΦυσαν est θρηνοῦντεϛ ἔλεγον „οἵουϛ ἐΦύϛαμεν Apud Xenophontem igitur pro λοιδοροῦντεϛ ἔλεγον „εἰϛ οἷον κίν δυνον ἦλθεϛ!" dicitur: ἐλοιδόρουν εἰϛ οἷον κίνδυνον ἔλθοι.

Cyrop. I. 4. 18. καὶ ὁ σὸϛ πρῶτοϛ πατὴρ [τὰ] τεταγμένα μ ποιεῖ τῇ πόλει [τὰ] τεταγμένα δὲ λαμβάνει. Bis cum bo Codice molestum τά expunge, ut in Archidami dicto: ὁ πόλ μοϛ οὐ τεταγμένα σιτεῖται. Praeterea transpone ὁ σὸϛ πατ πρῶτοϛ.

Cyrop. I. 4. 18. σημανθέΝΤΩΝ δὲ τῷ Ἀϛυάγει ὅτι πολέμ εἰσιν ἐν τῇ χώρᾳ ἐξεβοήθει. Xenophon ἀττικιϛί dixerat σημανθέ ut προσταχθέν, εἰρημένον, ἠγγελμένον, et alia plurima, qu Graeculi indocti vitiare solent. Quid notius est quam δοκοῦ δόξαν, δεδογμένον, συνδοκοῦν? Vide nunc quid designaverint *Cyrop.* IV. 5. 53 συνδιαμένειν δὲ παρακαλεῖτε ὡϛ ἐμοὶ τούτ συνδοκοῦνΤΟC, quum certa dicendi lex requirat: ὡϛ ἐμοὶ τοῦτ συνδοκοῦν. In *Cyrop.* VIII. 7. 4. scribendum: καὶ οἴκαδε ἐλθ ΔΟΞΑΝ (pro ἔδοξεν) ἀναπαύϛαϲθαι (καί del.) κατεκλίνη.

Cyrop. I. 4. 26. πολλὰ δὲ δῶρα διαδοῦναί Φαϲιν αὐτὸν τ ἡλικιώταιϛ, — τέλοϛ δὲ καὶ ἦν εἶχε ϛολὴν τὴν Μηδικὴν ἐκδύν δοῦναί τινι δηλῶν ὅτι τοῦτον μάλιϛα ἠϛπάζετο. Tota *Cyropae* a plurimis semper assidue lectitata cooperta est futilibus Gr culorum annotatiunculis. Xenophon dederat: τέλοϛ δὲ καὶ εἶχε ϛολὴν ἐκδύντα δοῦναί τινι. Annotavit aliquis: τὴν Μηδικ deinde alter: δῆλον ὅτι τούτῳ ὃν μάλιϛα ἠϛπάζετο, ut est uno Codice, unde corrector aliquis ex genere eorum, qui le-

pravant quidquid corrigere conantur, vulgatam nobis procudit. Tenetur manifestus in ἐκδύντα δοῦναι δηλΩΝ pro δηλοῦντα, quem immanem soloecismum miror quo pacto Editor concoquere potuerit.

Cyrop. I. 6. 8. ἐγὼ δὲ οἶμαι τὸν ἄρχοντα οὐ τῷ ῥᾳδιουργεῖν χρῆναι διαφέρειν τῶν ἀρχομένων ἀλλὰ τῷ προνοεῖν καὶ φιλοπονεῖν [προθυμούμενον]. Stobaeo auctore sententiae et compositione verborum molestum προθυμούμενον expungendum.

Cyrop. I. 6. 10. ἐρωτᾷς, ὦ παῖ, ΠΟΤ ἂν ἀπὸ σοῦ πόρος προσγένοιτο. Ex ποῦ ἄν nihil sani extuderis. Emenda ΠΩC ἄν.

Frigidum emblema irrepsit I. 6. 10. μάλιςά μοι μέμνησο μηδέποτε ἀναμένειν τὸ πορίζεσθαι τἀπιτήδεια ἕς' ἂν ἡ χρεία σε ἀναγκάσῃ· ἀλλ' ὅταν μάλιςα εὐπορήσῃς τότε [πρὸ τῆς ἀπορίας] μηχανῶ. Huiusmodi nugae aequis animis feruntur, quia nemo suspicatur emblemata de genere hoc passim subesse, et facile est aut colorem aliquem reperire aut locum aliquem fere similem in tanta interpolandi frequentia.

Cyrop. I. 6. 11. ἴσασι γὰρ ἐφ' οἷς αὐτοὺς Κυαξάρης Ἄγεται συμμάχους. Non est hic verbo ἄγεσθαι locus. *Auxilia sibi comparare* et *arcessere* constanter dicitur ἐΠάγεσθαι, quamobrem ἐΠάγεται συμμάχους necessarium est.

Cyrop. I. 6. 16. ὥσπερ ἱματίων ῥαγέντων εἰσί τινες ἠπηταί. Pro ἠπηταί Codex D. exhibet ἀκεςαί, quod unice verum est teste Aelio Dionysio, pererudito ἀττικιςῇ, cuius de ea re annotatio apud complures grammaticos aut nominatim aut sine nomine circumfertur. Nominatim Eustathius ad Odyss. K. pag. 1647, 58. φησὶ γοῦν Αἴλιος Διονύσιος ἀκέςριαν οὐκ ἠπήτριαν. Μένανδρος.

ἐξακεῖσθαί μοι δοκῶ τὸ δίκτυον.

καί·

ἱμάτιον ἀκούμεθα.

τὸ δὲ ἠπήσασθαι παντελῶς φησὶ βάρβαρον. Sine nomine Photius: Ἠπητήν οὐδεὶς εἴρηκε τῶν Ἑλλήνων οὐδὲ ἠπήτριαν,

ἀλλ' ἀκέσριαν, ubi supplendum: ἀλλ' (ἀκεσὴν καὶ) ἀκέσριαν. et in Συναγωγῇ λέξεων χρησίμων in Bekkeri *Anecdotis* pag. 364, 15. Ἀκεσαί: οἱ τὰ ἱμάτια ἀκούμενοι. Ξενοφῶν· ὥσπερ ἱματίων ῥαγέντων εἰσί τινες ἀκεσαί. Indidem sumsit Phrynichus: Ἀκεσής λέγουσιν οἱ παλαιοί, οὐκ ἠπητής. et Moeris: Ἀκέσρια Ἀττικῶς, ἠπήτρια Ἑλληνικῶς. Quid est, quod his disertis testimoniis opponatur? Nihil prorsus: nam quod Hemsterhusius ad Thom. Magistrum pag. 26. Galeni locos quosdam attulit, quae est, quaeso, in tali re Galeni auctoritas, qui tam saepe τῶν ἀττικισῶν opiniones ridet et rodit? Minus etiam tribuendum poëtastro, qui *Batrachomyomachiam* in decrepita Graecia lusit vs. 183. ubi Minerva indignabunda murium in se iniurias commemorat:

πέπλον μου κατέτρωξαν, ὃν ἐξύφηνα καμοῦσα,
τρώγλας δ' ἐμποίησαν· ὁ δ' ἠπητής μοι ἐπέςη
καὶ πράσσει με τόκους.

vel hic unus locus declarat in desipiente ac senio delirante Graecia haec esse conflata. Missis igitur his nugatoribus Aelii Dionysii auctoritatem secuti Xenophonti suum ἀκεσαί reddemus et Codicem D. qui etiamnunc solus verum servavit, eo maiore in honore et pretio habebimus.

In Menandri versiculis apud Aelium Dionysium servatis notabimus *futuri* formam ἐξακεῖσθαι, namque manifesto futurum est in verbis:

(ἀλλ') ἐξακεῖσθαί μοι δοκῶ τὸ δίκτυον.

etiam in sqq. ἱμάτιον ἀκούμεθα, ubi agnoscere mihi videor locum ex *Adelphis*:

discidit vestem? resarcietur.
διερράγη τῳ θοιμάτιον, ἀκούμεθα.

Cyrop. I. 6. 35. μηχανῶ τοίνυν — τεταγμένοις τοῖς σαυτοῦ ἀτάκτους λαμβάνειν τοὺς πολεμίους καὶ ὡπλισμένοις ἀόπλους ἐγρηγορόσι καθεύδοντας καὶ φανερούς σοι ὄντας ἀφανὴς αὐτὸς ὢν ἐκείνοις καὶ ἐν δυσχωρίᾳ αὐτοὺς γενομένους ἐν ἐρυμνῷ αὐτὸς ὢν [ὑποδέξει]. Tamquam de coelo delapsum illud ὑποδέξει omnem loci compositionem et sententiam plane evertit. Expunge ὑποδέξει et omnia habebunt optime. Caecus erat qui fulcrum supposuit: omnia pendent ex μηχανῶ λαμβάνειν τοὺς πολεμίους.

ue Cyrus continuo quaerit: *καὶ πῶς ἄν τις τοιαῦτα, ὦ πά-*
ἁμαρτάνοντας δύναιτ' ἂν τοὺς πολεμίους λαμβάνειν; Cui
r: *ὅτι, ὦ παῖ, πολλὰ μὲν τούτων ἀνάγκη ἐστὶ καὶ ὑμᾶς καὶ*
πολεμίους ΠΑΡΑσχεῖν, ubi quod sententia postulat ΠΑσχειν
uobus libris oblatum Editor sprevit.
aepius *πάσχειν* et *παρασχεῖν* confusa vidi. Comicus incer-
apud Photium v. *Λάγνης*·

τοιαῦτα μέντοι πόλλ' ἀναγκαίως ἔχει
ΠΑΣχειν *ὅταν λάγνην τὸν ὀφθαλμὸν φορῇς.*

n unico Codice scriptum est *παρασχεῖν*. cf. *Nov. Lectt.*
. 527.

Cyropaed. II. 1. 11. *τάς γε μέντοι ψυχὰς θήγειν αὐτῶν ἡμέ-*
ν ΤΟ *ἔργον*. Codex D. *ἡμέτερον ἔργον*. Rectissime: ut apud
rodotum V. 1. *νῦν ἡμέτερον ἔργον*, ubi libri deteriores *τό*
le inserunt. Aeschylus *Prometh.* 635.

σὸν ἔργον, Ἰοῖ, ταῖσδ' ὑπουργῆσαι χάριν.

Euripides *Phoen.* 447.

σὸν ἔργον, μῆτερ Ἰοκάστη, λέγειν.

plurima de genere hoc Valckenaerius collegit. Aristophanes
idr. 839.

σὸν ἔργον ἤδη τοῦτον ὀπτᾶν καὶ τρέφειν.

lepidissime vs. 381

σὸν ἔργον ὤχελῷε.

Quia nemo his addit articulum etiam in *Memorab.* III. 3. 3.
ἀ τοῦτο μὲν οὐκ ἐμὸν οἶμαι [*τὸ*] *ἔργον εἶναι* lubens *τό* ex-
ıxerim, ut recte legitur in *Cyrop.* V. 5. 45. *οὐδὲν μᾶλλον*
το ἔργον ἐμὸν ἢ καὶ ὑμέτερον.
Emendate legitur iterum in *Cyrop.* II. 4. 24. *σὸν ἔργον μηδένα*
ἐναι.

Cyrop. II. 1. 15. *Ἄνδρες Πέρσαι — καὶ τὰ σώματα οὐδὲν*
ῶν χείρονΑ ἔχετε. ut sit Graeca oratio sublata una literula
ibe: *χεῖρΟΝ ἔχετε.* Nemo enim dicit *τὰ σώματα ἔχετε*
αθά vel *κακά*, sed *τὰ σώματα ἔχετε εὖ* vel *κακῶς*, et *ἄμεινον*
l *χεῖρον*, veluti III. 3. 9. *εὖ εἶχον τὰ σώματα*, et sic alibi
ssim.

Cyrop. II. 1. 23. *εἴ τι ἐν τῷ ἐπιόντι χρόνῳ ἀγαθὸν μεῖζον φαίνοιτο.* Ipsa rei natura futurum postulat: *εἴ τι — φανοῖτο.*

Cyrop. II. 1. 22. *ἐννοήσας ὅτι περὶ ὁπόσων ἂν γένωνται ἀνθρώποις φιλονεικίαι πολὺ μᾶλλον ἐθέλουσι ταῦτ' ἀσκεῖν ἀγῶνας αὐτοῖς προεῖπεν.* Vel hic unus locus declarat φιλονικίαι esse scribendum, id est *αἱ τοῦ νικᾶν ἐπιθυμίαι, αἱ περὶ νίκης ἅμιλλαι.* Idem passim alibi perspicue intelligitur et *φιλονεικία* vitio natum undique est eliminandum.

Sic I. 4. 15. *ἐθεᾶτο ἁμιλλωμένους καὶ φιλονεικοῦντας.* et VII. 1. 18. *ὅπως δὲ κράτιστοι φανεῖσθε — φιλονεικίαν αὐτοῖς ἐμβαλλε.* et VIII. 2. 26. *ἆθλα προὐτίθει φιλονεικίας ἐμποιεῖν βουλόμενος.* et VIII. 7. 12. *κεντριζόμενον ὑπὸ τῆς πρὸς τἀμὰ ἔργα φιλονεικίας*, in quibus omnibus *vincendi* studium liquido intelligitur.

Cyrop. II. 2. 10. *πιθανοὶ δ' οὕτως εἰσί τινες ὥσε πρὶν εἰδέναι τὸ προστατττόμενον πρότερον πείθεσθαι.* Descripsit hunc locum (non Photius s. Suidas, ut vulgo audiunt) sed Aelius Dionysius Hadriano aequalis *ἐν τοῖς Ἀττικοῖς Ὀνόμασιν* a Photio in suam farraginem receptus. *Πιθανούς: τοὺς εὐπειθεῖς. Ξενοφῶν Κύρου Παιδείᾳ· πιθανοὶ δὲ οὕτως εἰσί τινες ὥστε πρὶν εἰδέναι τὸ ΠΡστττόμενον πρότερον πείθεσθαι. ὥσπερ Φοβερούς τοὺς Φοβουμένους Θουκυδίδης.* Veram lectionem τὸ ΠΡΟΣΤαττόμενον solus servavit Codex D. caeteri *τασσόμενον* vel *προστασσόμενον* exhibent. Saepissime in libris *τάττειν* et *προστάττειν*, saepius etiam *πράττειν — προστάττειν* et *πράγματα — προστάγματα* inter se confunduntur. Utra scriptura sit verior numquam est dubium, sed ubique perspicue cuiusque loci sententia declarat.

Indicabo locos in *Cyropaedia* ubi praepositionis *πρός* compendiolum (ʒ) intercidit et pro *προστάττειν* perperam *τάττειν* nunc legitur. Quo melius id appareat tenendum apud Xenophontem *εὐτακτεῖν* idem esse quod *πράττειν τὸ προσταττόμενον*, cui oppositum est *ἀτακτεῖν*, quae omnes militares locutiones sunt, ut in *Cyrop.* VIII. 5. 14. *ὁπότε τις εὐτακτοίη καὶ εἴτις μὴ πράττοι τὸ προσταττόμενον.* Compara nunc VIII. 1. 22. *τὸν ἀγαθὸν ἄρχοντα βλέποντα νόμον ἀνθρώποις ἐνόμισεν ὅτι καὶ Τάττειν ἱκανός ἐςι καὶ ὁρᾶν τὸν ἀτακτοῦντα καὶ κολάζειν.* Videri verum esse *καὶ* ΠΡΟΣτάττειν, quod scribebatur ʒτάττειν. Leges

κελεύειν et προστάττειν dicuntur. Similiter VIII. 6. 16. τίς — τι τῶν Τεταγμένων παραλίπῃ — βουλεύεται περὶ κκτοῦντος, dubitasne quin verum sit ΠΡΟΣτεταγμένων? certa mensura vel modus est, ut *demensum*, τεταγ- pellantur, ut τεταγμένα σιτεῖσθαι, sed de iis sermo est gis imperio non parent. Tertium sic erratum est VIII. n verbis: μέγας δὴ σύγε, ὁπότε γε καὶ ἡμῖν Τάξεις ἃ ποιεῖν, imo vero ȝτάξεις id est ΠΡΟΣτάξεις, non enim *im* quendam *positurus*, sed quid facto opus sit *imperatu-* dicitur.

apud alios loci supersunt, ubi τάττειν — προστάττειν τειν et πράγματα — προστάγματα confusa sunt, sed ıel admonitus hoc aget facili negotio deprehendet

. II. 2. 14. τοῦ κλάϵΙΝ καθίζοντος τοὺς φίλους πολλα- ιγε δοκεῖ ἐλάττονος ἄξια διαπράττεσθαι ὁ γέλωτα αὐτοῖς ιενος. Et rei natura et dicendi usus postulant κλάΟΝ- θίζοντος, ut in §. 14. διὰ τοῦ κλάοντας καθίζειν, et §. 15. ; ἐκείνους πειράσει καθίζειν, et in *Symposio* III. 11. τίδης ὁ ὑποκριτὴς ὑπερσεμνύνεται ὅτι δύναται πολλοὺς ; καθίζειν. Proprie de histrione Tragico dicitur ita rum animos commovente ut in cavea flentes sedeant, ντας καθίζειν est ποιεῖν κλάοντας καθῆσθαι. deinde alio ur et simpliciter est *lacrymas ciere*. Dindorfius κλάειν ur ut dicat in καθίζειν *inesse sententiam eandem ac si ictum esset*. Sed καθίζειν eo sensu naturam suam non primitivam significandi potestatem καθῆσθαι ποιεῖν non Plura dedimus in *Nov. Lectt.* pag. 644.

tus est Atticos Libanius Tom. II. pag. 169. c. ab Hem- indicatus in annotatione Ms. καὶ μὴ μόνους ἐν κοινῇ ἀνθρώπων πομπῇ καθίσαι κλάοντας.

. II. 2. 15. σὺ ἢν ἐμοὶ πίθῃ εἰς μὲν τοὺς πολεμίους ιαπανήσεις τοῦτο τὸ πολλοῦ ἄξιον, — ἡμῖν δὲ πάντως καὶ οῖς φίλοις τούτου τοῦ ὀλίγου ἀξίου γέλωτος ἐπιδαψιλεύσει. οἶδ' ὅτι πολύς σοί ἐςιν ἀποκείμενος· οὔτε γὰρ αὐτὸς ; ἀνῃσίμωκας αὐτὸν οὐδὲ μὴν φίλοις οὐδὲ ξένοις ἑκὼν εἶναι

[γέλωτα] παρέχεις. Manifestum est interpolatum esse a sciolo γέλωτα, quod post ἀνηρίμωκας ATTON nullo modo repeti poterat.

Cyrop. II. 2. 18. οὐδὲν ἀνισώτερον νομίζω — ἢ τοῦ ἴσου τόν τε κακὸν καὶ τὸν ἀγαθὸν ἀξιοῦσθαι. Vera lectio est in Codice D. τοῦ τῶν ἴσων pro ἢ τοῦ ἴσου. Usitatum est dicere τῶν ἴσων τυγχάνειν, ἀξιοῦσθαι, περὶ τῶν ἴσων ἀγωνίζεσθαι, et sim.

Cyrop. II. 2. 28. ὅτι καλόν ἐςι περιάγϵIC τοῦτο τὸ μειράκιον. Necessarium esse περιάγϵI et quid inter περιάγειν et περιάγεσθαι intersit satis ostendimus in *Nov. Lectt.* pag. 652. Quemadmodum apud Herodotum I. 30. necessarium est: τὸν Σόλωνα θεράποντες περιῆγON κατὰ τοὺς θησαυρούς, sic h. l. περιάγϵI, quia ex eo aliquod *sibi* gaudium aut ministerium aut commodum capiebat.

Cyrop. II. 3. 1. εὐξάμενοι τοῖς θεοῖς τἀγαθά. Tum demum intelligam ubi suppleveris τἀγαθὰ (διδόναι), ut in notissimis precibus:

Ζεῦ βασιλεῦ, τὰ μὲν ἐσθλὰ καὶ εὐχομένοις καὶ ἀνεύκτοις ἄμμι δίδου.

et in loco quem Schneider. apposuit *Memor.* I. 3. 2. εὔχετο πρὸς τοὺς θεοὺς ἁπλῶς τἀγαθὰ διδόναι, et ubi non legitur τἀγαθὰ διδόναι? Similiter mendosus est locus a Schneidero comparatus *Memor.* III. 14. 3. ὅταν τοῖς θεοῖς εὔχωνται πολυκαρπίαν, ubi iterum necessarium διδόναι intercidit.

Cyrop. II. 3. 12. μάλιςα δὲ τοῦτό με — παρορμᾷ ὅτι Κῦρος ὁ ΚΡΙΝΩΝ ἔςαι ὃς οὐ φθόνῳ ΚΡΙΝϵI. Legerunt κρίνων et κρίνει, quum κρινῶν et κρινεῖ deberent, et in § 16. ἔδοξε — Κῦρον τὸν κρινοῦντα εἶναι pro κρίνοντα.

Cyrop. II. 3. 18. ὅπου δὲ ὁμόCϵ γένοιντο οἱ τοὺς νάρθηκας ἔχοντες ἔπαιον. Dicebant ὁμόσε ἰέναι, χωρεῖν, θεῖν, τρέχειν et sim. sed ὁμοῦ εἶναι et γενέσθαι. Veram lectionem offert Codex D. ἐπεὶ δὲ ὁμοῦ γένοιντο, ut in § 20. ἐπεὶ ὁμοῦ ἐγένοντο ἢ ὅτε πρόσω ἦσαν. et III. 2. 4. ἐπεὶ δ' ὁμοῦ ἦσαν, et saepe alibi.

Cyrop. II. 3. 22. *ὅταν παρίῃ ἐπὶ τὸ δεῖπνον.* Oratores ad diendum dicuntur *παριέναι*, convivae ad coenam *παρεῖναι*. Non st opus coniectura; *παρῇ* diserte in Cod. D. scriptum est.

Cyrop. II. 4. 17. *οὓς σὺ λαβὼν εὐθὺς ἀνίοις*, imo vero *ἂν ἴοις*. lum a Cod. D. accipe *καὶ αὐτὸς δ'* AN (vulgo *δὲ*) — *πειρῴμην*.

Notabilis est scribarum error *Cyrop.* II. 4. 27. *ἐὰν μὴ πολὺ λάσσων ἡ ὁδὸς ᾖ*. Quid esset *μάσσων* nesciebant: quid igitur? ϵλάσσων stolide substituerunt. Pugnat cum sententia *contrarium* postulante, *τοῖς δ' οὐδὲν μέλει*.

Audi iterum interstrepentem sciolum *Cyrop.* III. 1. 1. *ἐξεγλάγη ἐννοήσας ὅτι ἀδικοίη καὶ τὸν δασμὸν λιπὼν καὶ τὸ στράτευμα ὑπέμπων, καὶ τὸ μέγιστον* [*ἐφοβεῖτο*] *ὅτι ὀφθήσεσθαι ἔμελλε τὰ βασίλεια οἰκοδομεῖν ἀρχόμενος ὡς ἂν ἱκανὰ ἀπομάχεσθαι εἴη*. Non ntellexit homo coniuncta esse *ἐννοήσας ὅτι ὀφθήσεσθαι ἔμελλε* et mportunum *ἐφοβεῖτο* de suo interposuit.

Similiter in vicinia III. 1. 3. *ὁ δὲ* Κῦρος — *ἔλεγεν ὅτι οὐδενὶ πόλεμOC εἴη τῶν μενόντων· εἰ δέ τινα φεύγοντα λήψοιτο* [*προηγόρευεν*] *ὅτι ὡς πολεμίῳ χρήσοιτο*. Expuncto importuno *προηγόρευε* orrige *ὅτι οὐδενὶ πολέμIOC εἴη*, neque enim *singulis* hominibus ellum aut pax esse solet, nisi forte in Comoedia.

Post pauca § 4. *ὁ παῖς καὶ αἱ γυναῖκες καὶ αἱ θυγατέρες ἐλωσαν καὶ χρήματα ὅσα σὺν αὐτοῖς ἀγόμενA ἔτυχϵN*. Unus iber *ἔτυχον*, rectissime, nam verum est: *σὺν αὐτοῖς ἀγόμενOI τυχON*.

Egregie emendavit Madvigius in *Advers. Crit.* pag. 353. lo- m in *Cyrop.* III. 1. 24.ubi editur: *οἱ μὲν φοβούμενοι μὴ φύωσι πατρίδα καὶ οἱ μέλλοντες μάχεσθαι δεδιότες μὴ ἡττηθῶσιν ἀνύμως διάγουσιν, καὶ οἱ πλέοντες μὴ ναυαγήσωσιν*] *καὶ οἱ δουλείαν καὶ δεσμὸν φοβούμενοι οὗτοι μὲν οὔτε σίτου οὔθ' ὕπνου δύνανται λαγχάνειν διὰ τὸν φόβον· οἱ δὲ ἤδη φυγάδες, ἤδη δ' ττημένοι, ἤδη δὲ δουλεύοντες ἔξιν ὅτε δύνανται καὶ μᾶλλον τῶν δαιμόνων ἐσθίειν τε καὶ καθεύδειν*. Sententia Xenophontis maifesto haec est: *imminentis mali metus vehementius hominum animos angit quam praesens calamitas.* Qui metuunt exsilium aut

cladem aut servitutem nec cibum capere nec somnum prae formidine et anxietate animi possunt, sed qui iam exulant, iam victi sunt, iam serviunt nonnumquam iucundius et cibum capiunt et dormiunt quam qui omnis mali expertes vitam agunt. Itaque auctore Madvigio primum expungendum ἀθύμως διάγουσιν, deinde καὶ οἱ πλέοντες μὴ ναυαγήσωσι, quibus nihil in sqq. respondet neque satis commode poterat aliquid respondere, quia οἱ ναυαγήσαντες non solent salvi et incolumes evadere. Rectissime admonet Madvigius: „*Memorabile hoc est exemplum additamenti propter membrorum cohaerentiam satis facilem non intellectam.*"

Est in vicinia non minus manifesta sciolorum interpolatio III. 1. 25. τὸν ἐμὸν πατέρα νῦν πῶς δοκεῖς διακεῖσθαι τὴν ψυχήν, ὃς οὐ μόνον περὶ ἑαυτοῦ ἀλλὰ καὶ περὶ ἐμοῦ καὶ περὶ γυναικὸς καὶ περὶ πάντων τῶν τέκνων [δουλείας] φοβεῖται; Aut ad genitivos ἑαυτοῦ, ἐμοῦ cet. δουλείας erit referendum, aut, quia id fieri non potest, vocabulum tam molestum quam supervacaneum expungi oportebit.

Cyrop. III. 1. 28. παρ' ἐκείνων, οἶμαι, [παρὰ] τῶν μηδέποτε πολεμίων γεγενημένων. Male repetita praepositio orationem soloecam facit.

Tragicorum verbum est *Cyrop.* III. 1. 39. κατακτείνουσιν ut κατθνήσκω. Xenophon aut ἀποκτείνουσιν aut κατακαίνουσιν dicebat; quorum hoc reponendum.

Manifestum imprimis emblema deprehendes III. 1. 38, in verbis:

Διασκηνούντων δὲ μετὰ δεῖπνον
ἐπήρετο ὁ Κῦρος·

Notum est apud Xenophontem ἡ σκηνή poni pro τὸ δεῖπνον, σκηνοῦν pro δειπνεῖν, συσκηνεῖν pro συνδειπνεῖν, διασκηνεῖν pro ἀπὸ δείπνου εἶναι, et sim. quae omnia a Spartanis et *ex castrensi usu* sumta esse arbitror. Pauca exempla iunioribus ostendam. II. 3. 22. τὴν δ' ἐμὴν τάξιν οὐ καλεῖς εἰς τὴν σκηνήν; et mox: ὅταν τέλος ἡ σκηνὴ ἔχῃ. VIII. 4. 27. καὶ τότε μὲν δὴ οὕτως ἔλαξεν ἡ σκηνή· ἐξανισταμένων δ' αὐτῶν ἐξανέξῃ καὶ ὁ Κῦρος. VI. 1. 49. καὶ νῦν μέν σε ἀφίημι σὺν τῇ γυναικὶ δειπνεῖν, αὖθις δὲ

αὶ del.] παρ' ἐμοὶ δεήσει σε σκηνοῦν σὺν τοῖς σοῖς τε καὶ οἷς φίλοις. Συσκηνεῖν pro συνδειπνεῖν est II. 2. 1. ὁπότε συσκηνεν. III. 2. 25. συνδείπνους ἔλαβε. — συσκηνούντων δὲ εἰπέ τις. ıque διασκηνούντων μετὰ δεῖπνον est ἄπο δείπνου ὄντων μετὰ ῖπνον, quod pleonasmi genus etiam iis displiciturum esse artror, qui pleraque additamenta *„ferri posse"* et *„lacteam uberem"* esse praedicare solent.

Cyrop. IV. 1. 1. δηλώσας ὅτι ἕτοιμοί εἰσι μάχεσθαι εἴ τις ἐρχΟΙΤΟ. Praeter ipsum ἔρχομαι nulla alia forma inde ducta theniensibus in usu est, qui non ἐξέρχοιτο dicebant sed ἐξίοι. anus Xenophontis servata est in Cod. D. εἴ τις ἐξέρχϵΤΑΙ. ɔmplures optimi Codicis verissimae lectiones olim recipi debuent, ut in § 7. ἀναβὰς ἐπὶ τὸν ἵππον ἤλασε καὶ πρὸς Κυαξάρην ΛΘΩΝ καὶ συνησθεὶς ἐκείνῳ ἀπήλΑCϵN pro ἦλθε et ἀπήλαυνεν. ectissime idem § 20. πάντες [οἵδε] ὁρῶμεν, omittit οἵδε et post uca τῶν ἀξιοπίσων τουτωνί servat pro τούτων.

Cyrop. IV. 1. 11. οὓς μάλιστα καιρὸς ἦν ἢ λαβεῖν ἢ κατακανεῖν, τοι ἐΦ' ἵππων NϵονταιΣ οὓς ἡμεῖς τρέπεσθαι μὲν σὺν τοῖς θεοῖς ανοί, διώκοντες δὲ αἱρεῖν οὐχ ἱκανοί. Mirificum νέομαι nihil ditorem offendit, qui annotat: *„νέονται] vocabulum poëticum, de o v. Thes. Steph."* Quis autem nescit Homericum νέομαι et ῦμαι cum composito ἀπονέεσθαι et νόσος, νοσέειν cet.? Sed quid taeso haec omnia ad hunc Xenophontis locum attinent? Xenoon enim NON utitur vocabulis poëticis olim obsoletis et in la lingua Epica superstitibus, veluti si quis pro εὑρήσεις et ήσομεν mallet Ὁμηρικῶς dicere δήεις et δήομεν. Non cadit ec ἀπειρόκαλος insania neque in Xenophontem neque in aetam Xenophonteam. Alexandrinorum haec sunt παίγνια. Sed nophon in scribendo utitur iis vocabulis, *quae Ionibus et Sparis*, quibuscum diutissime una vixerat, *erant in ore*. Num putas, ut hoc utar, πεπᾶσθαι eum dicturum fuisse nisi vobulum in Asia viguisset? Eadem prorsus est caeterorum tio, quae Xenophon putatur ex antiquis poëtis sumsisse vel, rectius dicam, *recoxisse*. Sed alia res est in νέονται, quod erbum prorsus usu cesserat. Videamus igitur an optimo criptori opem ferre possimus. In plerisque libris est ἐΦ' ἵππων

ϵϹονται, in uno Νϵονται: et hoc nihili est et illud. Sunt teris lacunae supplementa ἀπροσδιόνυσα, qualia Graeculorum e solent. Ubi semel lacunam deprehenderis ex ipsa loci senten et ἐκ τῶν συμφραζομένων et ex rei natura hians oratio sarcie venit. Erat in libro lacero et perroso: οὗτοι ἐφ' ἵππων ****NT — οὓς διώκοντες αἱρεῖν οὐκ ἐσμὲν ἱκανοί. Sententia manifesto e *hi equis* VEHUNTUR, quos persequendo assequi non possum Quid ergo scribendum? Nulla datur optio: unicum verbum rei accommodatum: οὗτοι ἐφ' ἵππων 'ΟΧΟΤνται. 'Οχεῖσθαι ἵππου, ἐφ' ἵππων, ἐπὶ τῶν ἵππων omnes dicebant, ut in *Cyr* IV. 5. 58. ἐκέλευσε — τοὺς θώρακας καὶ τὰ ξυρὰ ἔχοντας τῶν ἵππων ὀχεῖσθαι, et alibi passim, ut in *Anabasi* III. 4. σὺ μὲν ἐφ' ἵππου ὀχεῖ, ἐγὼ δὲ χαλεπῶς κάμνω τὴν ἀσπίδα φέρ

Addam Hippocratis locum ut vetus mendum removeam. gitur in libro *de aëre, aquis et locis* Vol. I. pag. 273. Erm ἐν ταύταις μὲν οὖν ταῖς ἀμάξαις αἱ γυναῖκες διαιτῶνται ξὺν τ παιδίοισι, αὐτοὶ δὲ ἐφ' ἵππων ὀχεῦνται [οἱ ἄνδρες]. Hippocrat qui verissime ab Erotiano pag. 30. 'Ομηρικὸς τὴν φράσιν di tur, more Homerico dixerat: ΑΤΤΟΙ δέ, adscripsit aliqui ἄνδρες, quod in tam incommodam sedem irrepsit ut vel s perversa verborum compositio aperiat fraudem.

Cyrop. IV. 2. 7. καὶ σὺ ἡμῖν πιρὰ θεῶν πεποίησο καὶ δεξ δός. Prorsus intolerabile est πεποίησο. Dixisset saltem ποίη In Cod. D. est θεῶν τε πιρὰ ποίησον, sed ne hoc quidem f potest. Πιρὰ ποιεῖν neque dixit quisquam nec dicere pot Certo et frequentissimo usu omnes dicebant πιρὰ δοῦναι καὶ βεῖν, δοτέον καὶ ληπτέον et sim. passim. III. 2. 23. ἔλαβον ἔδοσαν πάντες τὰ πιρά. Hinc emergit vera lectio: θεῶν τε π καὶ δεξιὰν δός. Deinde scioli suppleverunt alius ποίησον, al πεποίησο, nequidquam omnes.

Est apud Lysiam locus, qui eadem opera in integrum resti potest. Editur in Orat. XII. pag. 127, 18. πολλὰς πίρεις τοῖς ἔργῳ δεδωκὼς καὶ παρ' ἐκείνων [ὅρκους] εἰληφώς. Facile ad intelligendum et ὅρκους esse interpolatum et quo pacto e blema natum sit. Ad πίρεις annotatum est ὅρκους, quod textum alieno loco se insinuavit.

Foedum et futile additamentum, sed perfacile ad deprehendendum et θατέρᾳ ληπτόν lectores ludificatur in *Cyropaed.* IV. 2. 46. Δεινὸν γὰρ τἂν εἴη, ὦ Κῦρε, εἰ ἐν θήρᾳ ΜΕΝ πολλάκις ἄσιτοι καρτεροῦμεν, — ὄλβον ΔΕ ὅλον πειρώμενοι θηρᾶν [εἰ] ἐμποδών τι ποιησαίμεθα γενέσθαι ἡμῖν — [οὐκ ἂν πρέποντα ἡμῖν δοκοίημεν ποιεῖν]. Interpolatum est alterum εἰ valde importuno loco, quo facto apodosis deesse visa et de suo commentus est Graeculus nescio quis οὐκ ἂν — ποιεῖν. Bonum factum quod istae interpolationes tam inficetae sunt et cum scriptoris sententia tam male conveniunt. Non quaeritur enim quid eos deceat aut non deceat facere (τὰ πρέποντα) sed quid conducat maxime et posthac sit maxime profuturum. Deletis verbis spuriis optime procedunt omnia habentque Atticae et Xenophonteae dictionis colorem. Δεινὸν τἂν εἴη εἰ ἐν θήρᾳ ΜΕΝ — καρτεροῦμεν, — ὄλβον ΔΕ ὅλον πειρώμενοι θηρᾶν ἐμποδών τι ποιησαίμεθα, ut in Aristophanis *Pluto* vs. 329:

δεινὸν γὰρ εἰ τριωβόλου μὲν οὕνεκα
ὠσιζόμεσθ' ἑκάστοτ' ἐν τῇκκλησίᾳ,
αὐτὸν δὲ τὸν Πλοῦτον παρεῖην τῷ λαβεῖν.

ut καρτεροῦμεν et ποιησαίμεθα apud Xenophontem, sic apud Comicum ὠσιζόμεσθα et παρεῖην composita vides. Sic et Plato in *Apolog. Socrat.* pag. 28. D. ἐγὼ οὖν δεινὰ ἂν εἴην εἰργασμένος εἰ ὅτε ΜΕΝ με οἱ ἄρχοντες ἔταττον — ἔμενον, — τοῦ ΔΕ θεοῦ τάττοντος — λίποιμι τὴν τάξιν. Alia exempla sunt apud Aristoph. *Av.* 1225. Thucyd. VI. 79.

Addam unum ex Platone locum ut mendo liberem. Editur in *Cratylo* pag. 391. C. ἄτοπος μέντἂν εἴη μου, ὦ Σώκρατες, ἡ δέησις εἰ τὴν μὲν ἀλήθειαν τὴν Πρωταγόρου ὅλως οὐκ ἀποδέχομαι, τὰ δὲ τῇ τοιαύτῃ ἀληθείᾳ ῥηθέντα ἀγαπῴην ὥς του ἄξια, ubi corrigendum ἄτοπος μέντἂν εἴHN expuncto μου et ἡ δέησις. Pro εἴην vitio εἴη irrepserat deinde nescio quis addidit μου ἡ δέησις.

Lysiae quoque huius rei observatio prodesse poterit. Editur in Orat. XXIX. pag. 182, 23. καὶ γὰρ ἂν δεινὸν εἴη εἰ οἱ μὲν τὰ τῶν ἰδιωτῶν ἀπολλύμενα τοῖς κλέπταις συνειδότες τοῖς αὐτοῖς ἐνέχOINTO, οὗτος δὲ — μὴ τῆς αὐτῆς τιμωρίας τυγχάνοι. Viden' necessarium esse ἐνέχONTAI, namque constat hoc quidem et pro certissimo ponitur, ut superioribus locis καρτεροῦμεν, ὠσιζό-

μεσθα, οὐκ ἀποδέχομαι, et additur optativus de ea re, quae sitne futura an non sit in dubio relinquitur.

Cyrop. IV. 3. 15. νομίζω ἂν ἱππεὺς γένωμαι ἄνθρωπος πτηνὸς ΓΕΝέσθαι, male composita haec sunt et inter se pugnant. Corrigendum: ἄνθρωπος πτηνὸς ϵϹεσθαι, FORE *me arbitror.*

Cyrop. IV. 4. 2. οἱ δὲ [διηγοῦντο] ἃ Τ' ἐποίησαν καὶ ὡς ἀνδρείως ἔκαϛα ἐμεγαληγόρουν. Tenue sed certum indicium praebet vocula Τϵ sic collocata interpolatum esse διηγοῦντο, quod et absque hoc indicio facile sentias male abundare.

Cyrop. IV. 5. 14. ἐπεὶ δ' ἐγένοντο πρὸς τῷ ϛρατοπέδῳ οἱ φύλακες, ὥσπερ εἰρημένον ἦν ὑπὸ Κύρου, οὐκ εἰσΑΦῆκαν αὐτοὺς πρὶ ἡμέρας. Cyrus ita edixerat (IV. 2. 26.) μέμνησθε ἥκειν πάλιν ὡς ἐμὲ φάους ὄντος· ὡς σκότους γενομένου οὐδένα ἔτι προσδεξόμεθα. Itaque eodem sensu accipienda verba sunt οὐκ εἰσαΦῆκαν αὐτούς, quasi esset οὐ προσεδέξαντο, id est *in castra* ante lucem *non admiserunt, non intromiserunt.* Sed nullo modo εἰσαΦιέναι eam significandi potestatem habere potest. ΕἰσαΦιέναι per se non est reiiciendum, quamquam bonos testes et fideiussores nullos habet. Proferuntur Strabo (XV. pag. 704) et Iosephus, quorum Strabo in scriptore Attico emendando perexiguae auctoritatis est, Iosephus nullius. Sed esto εἰσαΦιέναι optimae notae verbum esse, tamen in hunc locum non quadrat neque idem est quod προσδέχεσθαι.

Xenophon usus erat antiqua forma Attica εἰσέΦρηκα, de qua diligenter egimus in *Var. Lectt.* pag. 575. ubi ex Hesychio attulimus:

Εἰσέφρηκεν: εἰσήγαγεν.

et

Εἰσφρῆναι: εἰσάξαι.

Emenda igitur: οὐκ εἰσϵΦΡΗΚΑΝ αὐτοὺς πρὸ ἡμέρας. Nemo mirabitur antiquam formam in Xenophontis libris admodum recentibus obliteratam esse.

Cyrop. IV. 5. 17. ἃ δ' ἔχομεν ἡμεῖς, ὁρᾷς μὲν αὐτΑ, κρύπτε δὲ τούτων μηδέν. Ineptum est αὐτά. Erat αὑ id est αὐτοϹ.

Cyrop. IV. 5. 22. *ἐπεὶ προσδεχόμεθα πολεμίους ἤτοι μαχουμέ-ις γε ἢ Πεισομένους παρέσεσθαι.* Quae est tandem haec oppo-ıio inter *μάχεσθαι* et *πείθεσθαι*? et quid est *πείθεσθαι* absolute ɛitum? Periisse credo unam literulam et C*πεισομένους* verum ɜe. Hostes *aut* pugnam commissuri *aut* foedus percussuri ıniam adfore dicuntur.

Cyrop. IV. 5. 47. postquam dixerat: *ὁρᾶτε γὰρ δὴ ἵπποι ὅσοι ἶν πάρεισιν, οἱ δὲ προσάγονται*, ita pergit: *εἰ μὲν οὖν ἄλλους ετε [οἵστισιν ἂν δοίητε αὐτούς] μεθ' ὧν ἂν [καὶ] κινδυνεύοιτε ιον, ἐκείνοις δίδοτε· εἰ μέντοι ἡμᾶς ἂν βούλοισθε παραϛάτας μά-ϛα ἔχειν ἡμῖν αὐτοὺς δότε.* Verba *οἵστισιν ἂν δοίητε αὐτούς* ntentiam impediunt et perturbant. Non enim hoc quaerunt ıtne alii quibus hos equos dare velint, sed utrum aliis an bi dare malint. Deinde sensu cassum *καί* delendum est.
Praeterea similitudine literarum elisa est vocula in: *οἱ ΔΕ ροσάγονται.* Restitue *οἱ δ' ΕΤΙ προσάγονται.*

Cyrop. IV. 5. 48. *ἢν δὲ λάβωμεν τοὺς ἵππους ἐψόμεθα ὑμῖν· ἂν μὲν δοκῶμεν ὠφελεῖν πλέον 'Ε π' αὐτῶν συναγωνιζόμενοι οὕτω ῥᾳθυμίας οὐδὲν ἐλλείψομεν.* Quia fert Graecitatis ratio et usus it *ἀφ' ἵππων μάχεσθαι* dicatur, non *ἐφ' ἵππων*, emendandum: *Απ' αὐτῶν συναγωνιζόμενοι.*

Cyrop. IV. 5. 51. *Κυαξάρῃ ἐκλέξασθε ὁποῖ' ἂν οἴΗσθε αὐτῷ ἄλιϛα χαρίζεσθαι.* Tralaticium in omnibus libris hoc mendi enus est. *Ἄν* cum *χαρίζεσθαι* coniunctum est: itaque *οἴΕσθε* ribendum. Sexcenties *δοκεῖν, νομίζειν, οἴεσθαι, ἡγεῖσθαι* cum finitivis *ἄν* habentibus componuntur. ut V. 2. 26. *οἴεσθ' ἂν ἐπιβῆναι.* V. 2. 29. *οἴει ἂν - ἰδεῖν.* V. 3. 8. *οἴει ἂν σὺν ἡμῖν ɛνέσθαι*, et sic passim. In his perpetuo turbant libri etiam ɔtimi, Platonis A., Demosthenis S. caeterique omnes. Scribae ' cum *putandi* verbo coniunctum esse rati *indicativum* stulte ıt in *optativum* aut in *coniunctivum* refingunt. Pauca exempla ıde. Isocrates *πρὸς Δημόνικον* pag. 4. c. *ἐγώ σοι πειράσομαι ɛοθέσθαι δι' ὧν ἄν μοι δοκOIHC πλεῖϛον πρὸς ἀρετὴν ἐπιδοῦναι.* ekker. „imo *δοκΕIC.*" Vides quid pepererit errorem. Demos-ıenes pag. 627, 25. *ὡς δ' ἄν μοι δοκεῖτε - ῥᾷϛα μαθεῖν*, alii

δοκῆτε. Idem pag. 43, 29. ὡς ἄν μοι βέλτιστα - δοκεῖ παρασκευασθῆναι, optimus S δοκῃ. pag. 52, 13. ἀποχρῆν ἐνίοις ὑμῶν ἄν μοι δοκεῖ, plerique δοκῇ. et saepissime alibi, praesertim apud Platonem. Sed quisquis meminerit hanc esse perversam scribarum et sciolorum consuetudinem, ubique quod unice verum et sanum est reponet de suo.

Cyrop. IV. 6. 8. δέχομαί τε ἱκέτην σε καὶ τιμωρήσϵIN σοι τοῦ παιδὸς σὺν θεοῖς ὑπισχνοῦμαι. Torquet se Editor ut subtilissimis rationibus demonstret τιμωρῶ σοι τοῦ παιδός recte dici potuisse. Hae ipsae λεπτολογίαι argumento sunt mendosae et mendaci scripturae aliquid praesidii frustra quaeri. Vera lectio non procul abest. Remota una literula corrigendum: καὶ τιμώρηϵIN σοι τοῦ παιδὸς ὑπισχνοῦμαι. Verbo τιμωρεῖν utitur V. 2. 8. ἀλλ' ἐγώ σοι - ὑπεσχόμην τιμωρήσειν εἰς δύναμιν. et alibi. Τιμώρησις pro τιμωρία exquisite dicitur, ut a Platone *de Legg.* pag. 874. D.

Cyrop. V. 1. 1. ἀλλ' ἐγὼ καὶ δίδωμί σοι καὶ χάριν οἶμαί σοι πλείω ἔχειν ὅτι [ϵMϵ] ᾔτησας ἢ σὺ ἐμοὶ ὅτι λαμβάνεις. Postulat oppositio ut scribatur: οἶμαι σοὶ - ἢ σὺ ἐμοί. Deinde ἐμὲ ᾔτησας incongruum est, quasi idem et ab alio petere potuisset. Optimum est supervacuum pronomen expungere. Rectissime enim inter se opponuntur ὅτι ᾔτησας et ὅτι λαμβάνεις in verbis: καὶ χάριν οἶμαι σοὶ πλείω ἔχειν ὅτι ᾔτησας ἢ σὺ ἐμοὶ ὅτι λαμβάνεις.

Turpe additamentum adhaesit *Cyrop.* V. 1. 7. ἐμοί τε ἔδοξε καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι τοῖς ἰδοῦσι μήπω φῦναι [μηδὲ γενέσθαι] γυνὴ ἀπὸ θνητῶν τοιαύτη ἐν τῇ Ἀσίᾳ. quod indicare, credo, satis est.

Video tamen Editorem vulgatam tueri in hunc modum: „*distinguitur pulcherrima inter eas quae* natae *in Asia* sint *ab iis, quae* aliunde venerint." Sed ne dicam neminem umquam in tali re huiusmodi distinctione uti, non animadvertit id quod sequitur: μήπω φῦναι μηδὲ γενέσθαι γυνὴ ΑΠΟ ΘΝΗΤΩN τοιαύτη ἐν τῇ Ἀσίᾳ, nam si γενέσθαι genuinum est a verbis ἀπὸ θνητῶν divelli non potest. Spartani dicebant φῦναι pro

ενέσθαι, ut Agesilaus ad Leotychidam *Hellen.* III. 3. 1. δεκάτῳ ἡνὶ τὸ ἔφυς. Itaque Xenophon quoque φῦναι καὶ τραφῆναι et m. dixit: et sic ad μήπω φῦναι adscripsit aliquis Atticum μηδὲ γενέσθαι.

Continuo sequitur: ἀλλὰ πάντως καὶ σὺ θέασαι αὐτήν. καὶ ὁ Κῦρος ἔφη· [Ναὶ] μὰ Δία, πολύ γε ἧττον, εἰ τοιαύτη ἐστὶν οἵαν σὺ λέγεις. Perspicuum est Cyrum dixisse: NON *hercle faciam.* Itaque *vai* spurium est. Mirum est quam titubare soleant Graeculi et omnia miscere in νὴ Δία, μὰ Δία, ναὶ μὰ Δία, οὐ μὰ Δία, quae certo et perspicuo discrimine diremta sunt.

Cyrop. V. 1. 10. εἰ δέ γε νόμος τεθείη μὴ ἐσθίοντας μὴ πεινῆν καὶ μὴ πίνοντας μὴ διψῆν μηδὲ ῥιγῶν τοῦ χειμῶνος μηδὲ θάλπεσθαι τοῦ θέρους, οὐδεὶς ἂν [νόμος] δυνηθείη διαπράξασθαι ταῦτα πείθεσθαι ἀνθρώπους. Quam sit vulgata lectio absurda statim admonitus sentias. *Si* LEX *ferretur — non est ulla* LEX *quae efficere posset ut homines illi legi parerent.* Quasi vero alia lex ferri aut possit aut soleat ut alii legi obtemperetur. Tolle νόμος et omnia plana erunt. Unde natum putemus? Ad loci initium in margine adscriptum de more est NOMOC, idque in textum se insinuavit.

Duo perinepta emblemata deprensa sunt et confutata in *Cyrop.* V. 2. 8. Xenophon dederat: ἐν δὲ δῶρον ἄπειμι ἔχων παρὰ σοῦ, ἀνθ' οὗ οὐδ' ἂν τὰ ἐν Βαβυλῶνι οὐδὲ τὰ πανταχοῦ ἥδιον ἂν ἔχων ἀπέλθοιμι. Post ἐν Βαβυλῶνι interpolatum est: εἰ καὶ πλεῖστά ἐστιν. et post πανταχοῦ alieno loco irrepsit ἀντὶ τούτου οὗ σύ μοι δεδώρησαι, olim adscriptum ad verba ἀνθ' οὗ. Aperuit fraudem Hirschigius, cui Dindorf. calculum adiecit. Memineris similia hisce, id est perinde frigida et insulsa, saepe alibi latere.

Cyrop. V. 2. 17. τὸ δὲ κεκινῆσθαι ὑπὸ τῶν βρωμάτων καὶ τῆς τόσεως πάνυ αὐτοῖς ὑϊκὸν [καὶ θηριῶδες] δοκεῖ εἶναι. Ad ὑϊκόν interpretandum olim adscripsit nescio quis θηριῶδες diversa confundens. Est enim ὑϊκόν primum *flagitiosum et spurcum*, quod in foeda libidine potissimum cernitur, deinde *illiberale et sordidum.* Melius Aelius Dionysius apud Photium v. Ὑϊκόν ὑὸς ἴδιον, χοίρου ἔργον· „λέγεται τὸν Σωκράτην ἄλλων τε πολλῶν

παρόντων καὶ τοῦ Εὐθυδήμου εἰπεῖν ὅτι ὕϊκὸν αὐτῷ δοκοίη πάσχειν ὁ Κριτίας ἐπιθυμῶν Εὐθυδήμῳ προσκνῆσθαι (sic scrib.) ὥσπερ τὰ ὑΐδια τοῖς λίθοις." Ξενοφῶν φησιν. in *Memorab.* I. 2. 30. Θηριώδες contra *de immani feritate* poni solet, quae quum sit a *spurcitia* et *sordibus* longe diversa, imperito sciolo suum θηριῶδες reddamus censeo. Etiamnunc cibis ac vino avide inhiare ὕϊκὸν μέν ἐστι, θηριῶδες δ' οὔ.

Cyrop. V. 2. 30. ὁ λόγος οὗτος πολὺς ἤδη Ἔσπαρται. Praecedens ΔΗ absorpsit praepositionem in Διέσπαρται.

Cyoop. V. 2. 33. εὖ δ' ἴσθι, — [ἵνα καὶ τοῦτ' εἰδῇς] οἱ πολλοὶ ἄνθρωποι ὅταν μὲν θαρρῶσιν ἀνυπόστατον τὸ φρόνημα παρέχονται. Summo iure haec Schneidero nullo modo tolerabilia esse visa sunt. Sublato emblemate plana et expedita sunt omnia.

Cyrop. V. 2. 37. ἄγε ἡμᾶς εὐθὺ [τὴν ἐπὶ] Βαβυλῶνος. duae scripturae in unum coaluerunt: εὐθὺ Βαβυλῶνος et τὴν ἐπὶ Βαβυλῶνος, quarum illa multo est potior acriorque.

Cyrop. V. 3. 37. — τοῦτο ΒΑΡύτατόν ἐστι τοῦ στρατεύματος· τοῦ δὲ ΒΑΡυτάτου ἡγουμένου ἀνάγκη ῥᾳδίως ἕπεσθαι πάντα τὰ ΘΑΤΤΟΝ ἰόντα· ὅταν δὲ τὸ ΤΑΧΙCΤΟΝ ἡγῆται. Ipsa oppositio perspicue docet pro βαρυτάτου bis ΒΡΑΔυτάτου olim scriptum fuisse.

Cyrop. V. 3. 52. εἰπὼν - ὅτι ἐπὶ τῇ ὁδῷ ὑπομενοῖ δή. Codd. ἐπόμενοι, ἐπιμένοι et ἐπιμένοι δή. Latebat futurum optativi verbi ὑπομένειν. Verum vidit Hirschigius ὑπομενοίη reponens, cuius ultima vocalis in ΔΗ erat abscondita. Poterat unice vera haec lectio ex certa analogia reperiri. Quidquid exit in -ῶ ex -έω contractum habet optativum in -οίην, quidquid ex -άω natum in -ώην sine illa exceptione. Φιλοίην, μισοίην et ἀγαπώην, μελετώην. Itaque ἐρῶ habet ἐροίην, βαλῶ βαλοίην, γνωριῶ γνωριοίην, et ὑπομενῶ igitur ὑπομενοίην. Non esset opus haec quemquam doceri nisi librariorum natio in his formis vitiandis coniurasset. Dindorfius ὑπομενοῖ recepit quasi esset haec Graeca forma: quid putes facere alios? Platonis libri hoc genere men-

um toti conspersi sunt et vitia manifesta ipsa multitudine tuto sunt. Pendent haec omnia ex opinionibus grammatico-a. Multa Dindorf. ausus est radicitus exstirpare. Erunt uando qui reliquas malas herbas evellant.
Non est haec recens librorum Platonis corruptela. Imperante driano Aelius Dionysius *ἐν τοῖς Ἀττικοῖς ὀνόμασιν* annotavit ud Phot. in v.) *Εὐδοκιμοῦ καὶ εὐδοκιμοίη τὸ εὐκτικὸν ια καὶ ποιοῦ καὶ ποιοίη καὶ τἆλλα τὰ ὅμοια σὺν τῷ Η καὶ ευ τούτου*, ex Platone *de Rep.* pag. 330. A. *τῷ Σεριφίῳ — νοντι ὅτι οὐ δι' αὐτὸν ἀλλὰ διὰ τὴν πόλιν εὐδοκιμΟΙ*. Est vitium rvetus, sed vitium tamen.

Cyrop. V. 3. 53 *ἐπὶ τὸν ὑςερίζοντα ἔπεμπε* [*καλῶν*], vitiose undare *καλῶν* ad Herodotum ostendi in *Var. Lectt.* pag. 455. id esset *πέμπειν ἐπί τινα* et *ἐπί τι* scioli ignorabant.

Cyrop. V. 4. 5. *οἱ μὲν ἀμφὶ Γαδάταν ἰδόντες ὥσπερ εἰκὸς ευγον, οἱ δ' αὖ* [*ὥσπερ εἰκὸς*] *ἐδίωκον. καὶ ἐν τούτῳ ὁ ἐπιβου-ίων τῷ Γαδάτᾳ παίει αὐτὸν καὶ καιρίας μὲν* [*πληγῆς*] *ἁμαρ-νει, τύπτει δὲ αὐτὸν εἰς τὸν ὦμον* [*καὶ τιτρώσκει*]. Remove mum insulse repetitum *ὥσπερ εἰκός*. Deinde *πληγῆς* expun-ndum, quod veteres *constanter*, ut et *πληγάς*, omittere solent. l. *Var. Lectt.* pag. 340. Denique *καὶ τιτρώσκει* una litura endum, quod qui de suo addidit nesciebat *τύπτει* plane idem e atque *δίδωσι πληγήν* id est *τιτρώσκει*.
Post pauca §. 6. elegans ellipsis a scriba obscurata est in bis: *ἠλίσκοντο οἱ βραδυτάτους ἔχοντες τοὺς ἵππους ὑπὸ τῶν χίστΩΝ*, imo vero *ὑπὸ τῶν ταχίστΟΥϹ*, nempe *τοὺς ἵππους ντων*. Non enim *a velocissimis* capiebantur, sed ab iis qui *iis velocissimis* utebantur.

Cyrop. V. 4. 7. *γνόντες οἱ πολέμιοι τὸ ὂν ἐτράπHCAN εἰς γήν*. In optimo Codice D. (cuius multo maior ratio quam lgo fit habenda est) legitur *ἔστράποντο*, quam *egregiam lectionem* rito vocat Schneider. Editor contra *ἐτράπησαν* intactum iquit et apud Lycophronem et Herodianum *τραπῆναι εἰς Φυγήν* i narrat. Apud Lycophronem et Herodianum, *ὦ Μοῦσαι λαι*! Itaque ex Graeculorum faece mendosis apud Xenophontem

scripturis praesidia quaeruntur. Me quidem longus usus docuit pro *convertisse se* Veteres summa constantia *ubique τραπέσθαι* dicere, sequiores autem nonnumquam Veterum exemplo *τραπέσθαι* usurpare, sed frequentissime forma novicia *τραπῆναι* uti, quae ut aliae plures ex lingua Homerica et hinc aliquo usu Tragicorum sequiore aetate recocta est et crebro usu trita. Apud Xenophontem igitur *ἐτράπησαν* mendum est et macula habemusque gratiam optimo testi qui solus servavit verum: *ἐτράπONTO εἰς φυγήν.*

Cyrop. V. 4. 8. *ἐνταῦθα δὴ καὶ ἅρματα ἡλίσκετο.* — *ἔνια δὲ καὶ* ΠΕΡΙ*τεμνόμενα ὑπὸ τῶν ἱππέων ἡλίσκετο.* Quid est hoc quaeso negotii *τὰ ἅρματα ὑπὸ τῶν ἱππέων* ΠΕΡΙ*τέμνεται*? Imo vero ΤΠΟ*τεμνόμενα intercluso ad suos reditu* capiebantur. *Ἐκτέμνεσθαι praecidere iter* et apud alios et apud Xenophontem satis est frequens.

Cyrop. V. 4. 14. *δέχου τάδε ξένια οἷα ἐγὼ δύναμαι*, supplendum: *οἷα ἐγὼ* ΔΟΤΝΑΙ *δύναμαι.* Nihil est *δύναμαι τὰ ξένια τάδε* et facile ΔΟΤΝΑΙ ante ΔΤΝΑ*μαι* excidere potuit.

Cyrop. V. 5. 43. *αὔριον δὲ πρῲ δεῦρ' ἐπὶ τὰς σὰς θύρας παρέσονται οἱ ἐπικαίριοι.* — *σὺ δ' ἡμῖν ἔμβαλε παρὼν περὶ τούτου.* Quod Athenis *οἱ πρυτάνεις* in Comitiis dicuntur *λόγον προτιθέναι περί τινος* id Xenophon solet saepius *λόγον ἐμβάλλειν* appellare. vide Schneideri notam. Supplendum igitur videtur *σὺ δ' ἡμῖν* ΛΟΓΟΝ *ἔμβαλε.* Quid sibi velit *παρών* additum quaerant alii.

Cyrop. VI. 1. 3. *ἐρωτῶν εἰ εἰδείη τί ἐν νῷ ἔχεις ὑπὲρ τοῦ διαλύσεως τοῦ στρατεύματος ποιεῖν*, admodum vitiosa haec oratio est, sed manus Xenophontis servata est in Cod. D. *ἐρωτῶν εἰ εἰδείη τίνα γνώμην ἔχοις περὶ τῆς διαλύσεως τοῦ στρατεύματος.*

Iterum in §. 4. in libris est: *ἀδίκως ἄρα ἐγὼ Ὑστάσπου τοῦ καταιτιῶμαι*, sed quis umquam audivit *καταιτιᾶσθαί τινος.* Iterum fert opem Codex D. *ἀδίκως ἄρα ἐγὼ ὡς ἔοικεν Ὑστάσπην αἰτιῶμαι* hoc demum Graecum est. Nascitur tanta librorum discrepantia ex lacunarum supplementis, ubi ex verborum laceris lacinis sententia pellucet, quam alius aliter suis verbis sarcire conatur.

Cyrop. VI. 1. 7. *οὐκ οἶδα — εἴ τι δεῖ λόγΟΤ ὅπου αὐτὰ τὰ γΑ δείκνυσι τὸ κράτιστον.* Ut inter se opponuntur *ἔργῳ* et *λόγῳ*, ic *ἔργα* et *λόγοι*. Rectissime igitur Codex D. *δεῖ λόγΩΝ*.

Lectorum annotatiunculae et additamenta interdum in tuto latent, nonnumquam certis indiciis arguuntur, veluti *Cyrop.* VI. 1. 12. *ἀντὶ δὲ τῶν ἀποθανόντων ἕτεροι ἐφηβήσουσιν [καὶ ἐπιγενήσονται], ὥστε οὐδὲν θαυμαστὸν εἰ ΠΑΝΤ ἐν τάχει πάλιν ἡμῖν πράγματα παρέχειν δυνήσονται.* Rectissime id dicitur de *adolescentulis*, qui MOX in aetate militari esse et arma ferre posse incipient, sed si erit exspectandum dum pueri nondum nati sed *ἐπιγενησόμενοι* bellum redintegrent, quis *πάνυ ἐν τάχει* relegat sine risu? Tenemus nunc homunciones *ἐπ' αὐτοφώρῳ*, qui ad *ἐφηβήσουσιν* adscripserunt imperite admodum *ἐπιγενήσονται*. Deinde uti fit cum copula Xenophonti obtruditur.

Cyrop. VI. 1. 13. *ὁρῶ γὰρ ἡμῖν ἀντιπάλους προσιόντας οἷς ἡμεῖς [εἰ ὧδε στρατευσόμεθα] οὐ δυνησόμεθα μάχεσθαι.* Expelle molestum emblema ex sqq. §. 15. huc male invectum.

Cyrop. VI. 1. 38. *εἰ γὰρ γένοιτο - ὅ, τι ἐγώ σοι ἐν καιρῷ ἂν γενοίμην [αὖ χρήσιμος].* Erat olim im margine ad verba *ἐν καιρῷ* adscriptum *ἂν χρήσιμος*, id est *ἀντὶ τοῦ χρήσιμος*, et hinc nata vulgata est. Notum est saepius *ἐν καιρῷ* eo sensu apud Xenophontem poni solere.

Cyrop. VI. 2. 39. *γνωστῆρας ἐμοὶ προσαγαγὼν [καὶ ἐγγυητὰς] μὴν πορεύεσθαι σὺν τῇ στρατιᾷ λαμβανέτω ὧν ἡμεῖς ἔχομεν.* erineptum emblema vides. Quos enim Attici omnes *ἐγγυητάς* ppellant, eos Xenophon *ἀστί* maluit *γνωστῆρας* dicere. Vide unc mihi quam lepidum sit *γνωστῆρας* KAI *ἐγγυητάς*.

Erat in vetusto libro sic scriptum:

γνωστῆρας ἐμοὶ προσαγαγών ἐγγυητάς

ase de more per copulam caeteris verbis agglutinantur.

Praeterea corrigendum: *ἢ μὴν πορεύΕσθαι.*

Cyrop. VI. 4. 5. Panthea ad Abradatam ita dicit: *τί οὖν ἐμὲ δεῖ καθ' ἓν ἕκαστον λέγειν, τὰ γὰρ ἔργα οἶμαί σοι πιθανώτερα*

παρεσχῆσθαι τῶν νῦν λεχθέντων λόγων. At nihil dum
Sententia manifesto est: — *quam omnia quae nunc dicere*
Itaque scribendum: τῶν νῦν ᾽ΑΝ λεχθέντων λόγων.

Cyrop. VII. 1. 1. τῷ δὲ Κύρῳ — προσήνεγκαν οἱ θερ
ἐμπιεῖν καὶ φαγεῖν. In optimo D. scriptum est ἐμφαγ
ἐμπιεῖν, quorum ἐμφαγεῖν sine controversia verum est
piendum. Proprie enim dicuntur ἐμφαγεῖν qui non oti
arbitratu cibum capiunt sed raptim cibo corpora curant p
inituri et omnino festinantes. Cf. *Var. Lectt.* pag. 6
ἐμπίνειν non esse huius loci videtur. Convivalia verb
ἐμπίνειν, ὑποπίνειν et ὑπερπίνειν. Qui poculis pauculis s
exhilarat ἐμπίνει, qui paullo copiosius genio indulget ὑ
et aut ὑποπεπωκώς aut ἀκροθώραξ dicitur, ut Latine *s*
Qui in potando modum excedit ὑπερπίνει. Haec omnia
aliena, in quo satis est *sitim levare* πίνειν. Itaque pro
καὶ φαγεῖν reponendum erit ἐμφαγεῖν καὶ πιεῖν.

Cyrop. VII. 1. 12. ἀλλ', Ὦ ἄνδρες, ἀγαθοὶ γενώμεθα
tanter Editor: „*nisi scribendum* ἀλλ' ἄνδρες." Non erat p
temporis dubitandum, quoniam numquam aliter quam sic
loquuntur: γένεσθε ἄνδρες ἀγαθοί *fortes estote*, ἀνὴρ ἀγα
μενος ἀπέθανεν *fortiter pugnans occubuit.* et sim. unde ἀνδ
natum est et ἀνδραγαθεῖν et ἀνδραγαθήματα. Homeric
ἀνέρες ἔσε, Φίλοι, post Homerum omnes ἄνδρες ἀγαθοί d

Cyrop. VII. 1. 19. εἰ φθάσομεν τοὺς πολεμίους κατα
οὐδεὶς ἡμῶν ἀποθανεῖται. Rectissime Codex D. ἢν φθ
Futurum est φθήσομαι.

Post pauca §. 21. ᾽ΕΠέρχομαι ὑμῖν ἐπικουρήσων iterum
scripturam ᾽Ερχομαι Codex D. obtulit.

Cyrop. VII. 4. 2. οὐδ' ἔπεμψε πώποτε Πέρσην σατράπ
Κιλίκων οὔτε Κυπρίων ἀλλ' ἤρκουν αὐτῷ ᾽ΑΕΙ ΟΙ ἐπιχώρι
λεύοντες. Sententia admonet transponendum esse: οἱ ἀεὶ
λεύοντες noto sensu. Sic et VI. 1. 23. ὡς ἐν ἀσφαλεῖ
μένοντες εἶεν. III. 3. 6. τοῖς ἀεὶ ἀξιωτάτοις. III. 3. 48.
ἔξω οὔσιν. IV. 1. 2. ὧν ἂν ἀεὶ ἔχωμεν, VII. 1. 47.

βασιλεύοντι. VIII. 4. 36. τῷ ἀεὶ καλόν τι ποιοῦντι. VIII. 7. 23. τὸ ἀεὶ ἐπιγιγνόμενον. Adscripsi compluscula quia multi loci et apud alios et apud Xenophontem ad hunc modum emendandi supersunt.

Ecce iterum Crispinus. *Cyrop.* VII. 1. 32. καὶ οὗτοι μὲν ἐνταῦθα ἀνδρες ἀγαθοὶ γενόμενοι κατεκόπησαν [καὶ ἀπέθανον]. Estne multis verbis opus ut vincam multis post Xenophontem saeculis natum esse καὶ ἀπέθανον. Κατακοπῆναι est *multis vulneribus contrucidatum esse*, ut Iulius Caesar, et Iason Pheraeus ὑπὸ νεανίσκων ἔτυπτὰ — ἀποσφάττεται καὶ κατακόπτεται, in *Hellen.* VI. 4. 31. Quam dirum in modum Abradatas fuerit contrucidatus graphice Xenophon ostendit VII. 3. 8—10.

Cyrop. VII. 1. 42. ἔφασαν οἱ Αἰγύπτιοι· τί καὶ καλὸν ἂν ποιοῦντες σωθείημεν (scrib. σωθεῖμεν); καὶ ὁ Κῦρος αὖ πρὸς τοῦτο εἶπεν· [Εἰ] τῶν τε συμμαχομένων μηδένα προδόντες [σωθείητε] τά τε ὅπλα [ἡμῖν] παραδόντες φίλοι τε γενόμενοι τοῖς αἱρουμένοις ἡμᾶς σῶσαι ἐξὸν ἀπολέσαι. Sciolus necessariam ellipsin explendo atque perverse faciendo corrupit omnia. Cogitando supplendum est σωθεῖτε ἄν, non εἰ σωθεῖτε, et ad talem interrogationem τί καὶ καλὸν ἂν ποιοῦντες σωθεῖμεν; qui respondet solo participio utitur. Exemplorum plena sunt omnia, utar uno ut obiter nitium eximam. In Aeschyli *Prometheo* vs. 248. ubi Prometheus dixit:

θνητοὺς ἔπαυσα μὴ προδέρκεσθαι μόρον.

quaerenti Choro:

τὸ ποῖον εὑρὼν τῆσδε φάρμακον νόσου;

respondet, non quod in libris est:

τυφλὰς ἐν αὐτοῖς ἐλπίδας κατῴκισα.

sed κατοικίσας, ut sibi εὑρών et κατοικίσας inter se respondeant. Praeterea apud Xenophontem inutile et frigidum ἡμῖν in verbis τὰ ὅπλα [ἡμῖν] παραδόντες cum bono Codice D. removendum.

Cyrop. VII. 1. 43. μισθὸν ὑμῖν δοίην ἂν πλείονα ἢ νῦν Ἐλαμβάνετε, natura rei postulat λαμβάνετε.

Cyrop. VII. 2. 8. κατασρατοπεδεύσας — ὅπου ἐδόκει ΤΟ ἐπιτηδειό-

τατον εἶναι τῆς πόλεως. Soloecum τό rectissime omittit Codex r. cf. VII. 5. 37. ὡς ὅπου ἐδόκει ἐπιτήδειον εἶναι. et alibi passim.

Cyrop. VII. 4. 3. πιϛὰ δ' ἠξίου γενέσθαι καὶ τοὺς μὲν Κᾶρας ὁμόσαι ἀδόλως τε δέξεσθαι εἰς τὰ τείχη σφᾶς καὶ ἐπ' ἀγαθῷ τῷ Κύρου καὶ Περσῶν· αὐτὸς δὲ [ὁμόσαι θέλειν] ἀδόλως εἰσιέναι [εἰς τὰ τείχη] καὶ ἐπ' ἀγαθῷ τῶν δεχομένων. Fatua et inficeta additamenta reseca, quorum illud compositionem verborum vitiat: ἠξίου ὁμόσαι θέλειν, alterum inepte abundat et verat nobis aures.

Post pauca legitur: εἰσήλΑΤΟ εἰς τὰ τείχη καὶ παρέλαβε τὰ ἐρύματα. Attulit Editor locos, ubi ἐκπηδᾶν legitur. Frequens est ἐκπηδᾶν et ἀποπηδᾶν et εἰσπηδᾶν de iis qui *se raptim proripiunt* aut *necopinato aliquo irrumpunt*, sed nemo sic verbo εἰσάλλεσθαι utitur. Vera lectio est in Codice D. εἰσῆλΘΕΝ εἰς τὰ τείχη, nisi forte olim fuerit: εἰσῆλθέ ΤΕ εἰς τὰ τείχη καὶ παρέλαβε τὰ ἐρύματα. Eodem verbo in eadem re utitur §. 5. νομίζω ἐπὶ κακῷ εἰσεληλυθέναι Καρῶν.

Duo futilissima emblemata furcellis expellenda sunt *Cyrop.* VII. 5. 20. ἡμεῖς δὲ θαρροῦντες εἰσίωμεν [μηδὲν Φοβούμενοι εἶσιν] ἐννοούμενοι ὅτι οὗτοι — ἐκεῖνοί εἰσιν οὓς ἡμεῖς — ἐνικῶμεν. et post pauca §. 22. εἰ δέ τις τοῦτο ἐννοεῖται [ὃ δὴ λέγεται Φοβερὸν εἶναι τοῖς εἰς πόλιν εἰσιοῦσι] μὴ ἐπὶ τὰ τέγη ἀναβάντες βάλλωσιν, ubi vel orationis infantia sequiorem Graeculum arguit.

Bis dele interpolatum προηγόρευε *Cyrop.* VII. 5. 34. et 36. comparato loco simillimo VII. 5. 31.

Cyrop. VII. 5. 38. ἦκον ἀμήχανοι τὸ πλῆθος καὶ ὠθουμένων περὶ τοῦ προσελθεῖν μηχανή τε πολλὴ καὶ μάχη ἦν. Sensu vacuum est μηχανή et videtur scriba alias res agens et ἀμήχανοι quod praecedit ἔναυλον ἔχων id dedisse pro ΤΑΡΑΧΗ τε πολλὴ καὶ μάχη ἦν, ut in tali re assolet.

Cyrop. VII. 5. 47. νῦν δ' ἐπειδὴ καὶ ὁ φιλοπονώτατος πόλεμος ΑΝΑπέπαυται, δοκεῖ μοι ἡ ἐμὴ ψυχὴ ἀναπαύσεώς τινος ἀξιοῦν

τυγχάνειν. Affert Editor Cottae dictum de bello Mithridatico Plut. *Lucull.* 5): τὸν Μιθριδατικὸν πόλεμον οὐ πεπαῦσθαι ἀλλ' ἀναπεπαῦσθαι. sed uti debebat eo loco ad Xenophontem turpi errore liberandum. Quod bellum *confectum* est πέπαυται, quod *intermissum* ἀναπέπαυται. Cyrus autem nunc gravissimum bellum plane confectum debellatumque habebat. audi modo §. 53. νῦν δὴ νενικήκαμέν τε τὴν μεγάλην μάχην καὶ Σάρδεις καὶ Κροῖσον ὑποχείριον ἔχομεν καὶ Βαβυλῶνα ᾑρήκαμεν καὶ ΠΑΝΤΑ κατεσράμμεθα. Itaque Xenophon scripserat ὁ Φιλοπονώτατος πόλεμος Πέπαυται et importunum ΑΝΑ natum est ex sq. ΑΝΑπαύσεώς τινος τυγχάνειν.

In lepido loco vicino VII. 5. 50. μόνον οὐκ ἐν ταῖς ἀγκάλαις περιφέρομεν αὐτοὺς [ἀγαπῶντες] illepidum ἀγαπῶντες sine mora expelle. Dixi de eo loco diligentius alibi.

Palmaris est Mureti emendatio in *Cyrop.* VII. 5. 70. ubi in libris est: ἐπιμελητέον ὅπως ΜΗΝΤCΩCΙ (μηνύσωσι) τὴν τῆς ἀρετῆς ἄσκησιν. Felicissime Muretus ὅπως μὴ ἀνήσουσι τὴν τῆς ἀρετῆς ἄσκησιν, ut in §. 75. ὁπόταν τις αὐτῶν ἀνῇ τὴν ἄσκησιν. Repererat in Codice Budensi ὅπως μὴ ἀνήσΩCΙ: solent enim Graeculi futuri formam post ὅπως et ὅπως μή in coniunctivum convertere etiam cum turpi barbarismo. Supersunt loci innumerabiles et apud reliquos scriptores Atticos et apud Xenophontem ubi ὅπως et ὅπως μή scribarum vitio suum futurum amisit. Homines docti satis habent formas *barbaras* eliminare ut in *Cyrop.* VIII. 1. 1. ὅπως μήποτε αὐτοὺς τἀγαθὰ ἐπιλείψΕΙ pro ἐπιλείψῃ, sed eodem iure reliqua quoque emendata oportuit.

Quoniam tot loci etiamnunc eo genere mendorum vitiati circumferuntur pauca addam. Scribae et παραδιορθωταί (nam qui vulgo *correctores* audiunt ea quae corrigere volunt ut plurimum depravare solent) sicubi ὅπως et ὅπως μή cum *futuro* iunctum vidissent mutata vocali aut diphthongo futurum in coniunctivi aoristum deformabant. Non metrum, non sententia, non certus Graecitatis usus homunciones retinet: ἄμετρα et ἀδιανόητα et βαρβαρικά multa in Antiquorum scripta passim invexerunt. In *Nubibus* vs. 258.

ὥσπερ με τὸν Ἀθάμανθ' ὅπως μὴ θύσετε.

et optimus Ravennas et caeteri omnes ὅπως μὴ θύσΗτε exhibet In *Cyrop.* V. 1. 26. οἱ μὲν οὖν ἄλλοι ὅπως ποιήσουσιν αὐτὶ ἐροῦσιν. duo optimi Codices AG. contra sententiam ποιήσΩσ offerunt.

Certum est ubicumque ὅπως et ὅπως μή in oratione elliptic *iubendi* et *vetandi* notionem habent futuri usum esse *necessarium* et *perpetuum*, ὅπως παρέσει μοι, ὅπως μὴ ἐρεῖς, ὅπως μου μὴ κατερεῖς et sim. Quid nostri correctores? Saepe de suo βλέπε vel ὁρα addunt, saepissime coniunctivi formam aut Graecam aut barbaram substituunt, ut in *Cyrop.* I. 3. 18. ὅπως μὴ ἀπολεῖ in libris est ἀπόλῃ. VII. 1. 18. ὅπως δὲ κράτιστοι φανεῖσθε, libri φανῆσθε, quorum illud soloecum est, hoc prorsus barbarum. Et in his quidem ubi fraus perpluit docti homines rationi magis quam librorum auctoritati obtemperant, sed ubi in eodem mendi genere verbi forma saltem Graeca est abstinent manum, ut in *Cyrop.* I. 2. 5. προσατεύσουσιν ὅπως καὶ οὗτοι τὰ καθήκοντα ἀποτελῶσιν, ubi latet Attica forma futuri ἀποτελΟΥσιν, multisque aliis locis eadem de causa eadem loquendi forma reponenda est, qua veteres usos satis constat. Omnino suspicaces esse debemus in iis omnibus, in quibus recentioris aetatis συνήθεια a veterum usu diversa abibat. Sunt enim suapte natura homines ad suam dicendi consuetudinem εὐεπίφοροι et vetustis novicia substituunt Iuvat id in *Cyropaedia* in uno mendorum genere demonstrare Sunt quaedam futurorum formae, quae *Atticae* appellantur quia apud sequiores formam mutaverunt: καλῶ, γαμῶ, γαμοῦμαι, τελῶ, ἐλῶ Attica sunt, καλέσω, γαμήσω, γαμηθήσομαι τελέσω, ἐλάσω Graeculorum. Est ea formarum diversitas certa et perpetua. Nemo Veterum καλέσω, γαμήσω cet. dicebat, sequiores numquam forma καλῶ, γαμῶ cet. utebantur. Hucusque igitur res est simplicissima, et quemadmodum hominum, sic etiam linguarum aetates, ex formis facile cognoscerentur, modo stolidi correctores a monumentis Veterum impuras manus abstinuissent. Sedulo de vetere usu eruditi Ἀττικισταὶ exposuerunt. Ἐκ τῶν Ἀττικῶν Ὀνομάτων Aelii Dionysii apud Photium haec supersunt:

Καλοῦμεν ἀντὶ τοῦ καλέσομεν.

Καθαιρήσετε, οὐ καθελεῖτε.

Οὐκ ἐγκαλεῖς (Codex οὐκ ἐντελεῖς) ἀντὶ τοῦ οὐκ ἐγκαλέσεις

multa his similia apud Moeridem leguntur: Ἀλεῖς — ἀλέσεις g. 17. Διαβιβῶ — διαβιβάσω pag. 124. Ἑλῶ — ἑλάσω pag. 146. καλῶ — καλέσω pag. 216. Quas Pierson. pag. 17. admiratur *glossas per totum Suidae opus veluti totidem gemmulas dispersas*" iendum est omnes Aelii Dionysii esse, cuius Ὀνόματα Ἀττικά, bi nos Photii Lexicon in lacunis destituit, Suidas Photiana mnia describens solus servavit, in his:

Ἁλῶ ἀντὶ τοῦ ἁλέσω. Φιλύλλιος.

Ἀναβιβῶμαι ἀντὶ τοῦ ἀναβιβάσομαι. Ἀμειψίας.

Ἀναπετῶ ἀναπετάσω. Μένανδρος.

Nunc in *Cyropaedia* correctores isti quid egerint spectemus. 4. 20. pro ἑλῶ ἑλάσω dederunt. Futurum esse παρακαλεῖ II. 5. 23. non viderunt: itaque salvum evasit, sed II. 3. 22. ro καλεῖς apparet καλέσεις. Fugit eos futurum esse γαμεῖ V. 2. 12. et γαμοῖτο VIII. 5. 19. et abstinuere manus. Sed futurum γαμεῖς VIII. 4. 20. in γαμήσειας corruperunt, ut τελοῦσιν VIII. 6. 3. in τελέσουσιν. et in *Cyrop.* I. 6. 3. διατελῶ ἐπιμελόμενος in διατελέσω converterunt. Sic et Atticum ἀχθέσομαι passim refingunt in ἀχθήσομαι et ἀχθεσθήσομαι. vide ad ἀχθέσει VIII. 4. 11.

Omnibus his locis nunc Xenophontis manus aut servata est aut restituta, sed passim apud alios Atticos vitiosae Graeculorum lectiones pertinaciter haerent.

Cyrop. VII. 5. 74. οἳ νομίζουσι τὸ μὲν πονεῖν ἀθλιώτατον, τὸ δὲ ἀπόνως βιοτεύειν ἡδυπάθειαν. Ipsa concinnitas sententiae ducit ad ἀθλιότητα pro ἀθλιώτατον, et sic in optimo libro D. diserte scriptum est. Notum est compendium, unde huiusmodi confusiones (— ότατος — ώτατος et — ότητος — ότητα) oriantur.

Verissimum est quod legitur in *Cyrop.* VII. 5. 80. τοσούτῳ τἀγαθὰ μᾶλλον εὐφραίνει ὅσῳ ἂν μᾶλλον προπονήσας τις ἐπ' αὐτὰ Ἀπίῃ, sed ut sit Graeca oratio expuncta praepositione scribendum ἐπ' αὐτὰ Ἴῃ. Quis est in tali re verbo ἀπιέναι locus?

Cyrop. VIII. 1. 1. πολλάκις — κατενόησα ὅτι ἄρχων ἀγαθὸς οὐδὲν διαφέρει πατρὸς [ἀγαθοῦ]. οἵ τε γὰρ πατέρες προνοοῦσι τῶν παίδων ὅπως μήποτε αὐτοὺς τἀγαθὰ ἐπιλείψει κτὲ. Apage mihi

insulsum additamentum ἀγαθεῦ. Tenerrimi affectus est nomen πατήρ, in quo sunt omnia, ut in πατὴρ δ' ὡς ἤπιος ἦεν. Continuo sequitur: οἱ πατέρες πρωτεῦσι τῶν παίδων, non οἱ ἀγαθοὶ τῶν πατέρων. Sic et in *Cyrop.* VIII. 2. 9. — πατὴρ καλούμενος. et VIII. 8. 1. ὡς πατέρα ἐτέθεντο. Herodotus III. 89. λέγουσι Πέρσαι ὡς Δαρεῖος μὲν ἦν κάπηλος, Καμβύσης δὲ δεσπότης, Κῦρος δὲ πατήρ. Non poenitebit cum his componere optimi Plinii Epistolam V. 19.

Cyrop. VIII. 1. 4. εὑρήσετε — (τὴν πόλιν) τὴν μάλιστα τοῖς ἄρχουσιν ἐθέλουσαν πείθεσθαι ταύτην ἥκιστα τῶν πολεμίων ἀναγκαζομένην Ὑπακούειν. Verbum ὑπακούειν cum genitivo coniunctum cum Graecitatis natura et ingenio pugnat. Legitur tamen saepe in libris nostris sed ubique cum vitio ambulat irrepsitque aut pro Ἐπακούειν aut pro simplici ἀκούειν. Ὑπακούειν est *vocatum venire*, *vocatum* aut *citatum respondere*, habetque semper et ubique dativum in frequentissimo omnium usu. *Dicto audientem esse* dicitur ἀκούειν, ut in vetere oraculo:

εὔδαιμον πολίεθρον ἑνὸς κήρυκος ἀκοῦον.

et in lepido versu Solonis:

εἰπεῖν μοι Κριτίῃ ξανθότριχι πατρὸς ἀκούειν.

neque aliter Xenophon *Cyrop.* VIII. 6. 1. τοὺς χιλιάρχους — οὐκ ἄλλου ἢ ἑαυτοῦ ἐβούλετο ἀκούειν.

Ἀκούειν igitur et πείθεσθαι idem significat et inter se permutantur. Solon ubi iusserat Critiam πατρὸς ἀκούειν addidit:

οὐ γὰρ ἁμαρτινόῳ πείσεται ἡγεμόνι.

Xenophon quoque in eadem sententia duobus verbis diversis usus scripserat τοῖς ἄρχουσι πείθεσθαι et τῶν πολεμίων Ἀκούειν.

Verbum insiticium corrumpit locum in *Cyrop.* VIII. 1. 6. ὡς δὲ τότε ἔδοξεν οὕτω καὶ νῦν ἔτι [ποιοῦσιν] οἱ κατὰ τὴν Ἀσίαν ὑπὸ βασιλεῖ ὄντες θεραπεύουσι τὰς τῶν ἀρχόντων θύρας. Expunge ποιοῦσιν et omnia recte et ordine procedent.

Cyrop. VIII. 1. 7. ταὐτὰ καὶ οἱ μετ' ἐκεῖνον βασιλεῖς [νόμιμα] ἔτι καὶ νῦν διατελοῦσι ποιοῦντες. Scribendum arbitror: ταῦτα - βασιλῆς expuncto νόμιμα vel quod in D. est ὡς νόμιμα, in quo etiam clarius scholii forma conspicitur.

Multas vidi absurdas interpolationes sed non memini me umam vidisse absurdiorem quam in *Cyrop.* VIII. 1. 44. Xenophon erat: *ὥςε καὶ οὗτοι (οἱ δοῦλοι) αὐτὸν ὥσπερ οἱ ἄριςοι πατέρα ἐλαυν ὅτι ἐπεμέλετο αὐτῶν*, deinde multis post saeculis homo aecus nescio quis *Φιλελεύθερος* indignabundus non optime aece adscripsit: *ὅπως ἀναμφιλόγως ἀεὶ ἀνδράποδα διατελοῖεν.* aec multi adhuc magna gravitate pro Xenophonteis legunt: ΑΤΕΡΑ *ἐκάλουν ὅτι ἐπεμέλετο αὐτῶν ὅπως ἀναμφιλόγως* ΑΕΙ ΝΔΡΑΠΟΔΑ *διατελοῖεν.* Mancipium et *ἀνδραποδώδης* sit necesse st qui talem *patrem* non exsecretur.

Cyrop. VIII. 1. 47. *τὸ μὲν* ΠΕΡΙ*ελέσθαι αὐτῶν τὰ ὅπλα — πεδεκίμασεν. Arma adimere* constantur dicitur *παραιρεῖσθαι τὰ πλα*: itaque ex bono Codice D. dudum ΠΑΡ*ελέσθαι* receptum portuit.

Cyrop. VIII. 2. 5. *ἀνάγκη τὸν ἐν βραχυτάτῳ διατρίβοντα οὗτον καὶ ἄριςα διηναγκάσθαι τοῦτο ποιεῖν.* Nihil Editorem offendit *ἀνάγκη διηναγκάσθαι*, nisi quod *„abundantius dictum"* adponet. Remoto intolerabili pleonasmo sententia suadente rescribendum *ἀνάγκη — τοῦτον* ΩC *ἄριςα ἐξεργάσασθαι τοῦτο*, expuncto *ποιεῖν*, ut paullo post: *ἀνάγκη ταῦτα — πολὺ διαφέροντως ἐξεργάσασθαι* (sic D.) *ἔκαςον.*

Cyrop. VIII. 3. 6. *ἐπεὶ δὲ ςκοπούντοιν αὐτοῖν ταὐτὰ συνέδοξεν κέλευσε τὸν Φεραύλαν ἐπιμεληθῆναι ὅπως ἂν* ΟΤΤΩ *γένηται ὕριον ἡ ἔλασις* [*ὥσπερ ἔδοξε καλῶς ἔχειν*]. Sciolus, qui ultima e suo addidit, non intellexit *οὕτω* ad praecedentia referri, *τως ὡς αὐτοῖν ςκοπούντοιν συνέδοξεν.*

Simile emblema expellendum VIII. 3. 34. *οὕτω δὴ τότε ὑπὸ ὑρου καταςαθεῖςα ἔλασις* [*οὕτως*] *ἔτι καὶ νῦν διαμένει* [*ἡ βαςιλέως ἔλασις*]. In margine de more adscriptum est *ἡ βαςιλέως λαςις* ut passim etiam in nostris libris quod est in textu memorabile verbo in libri ora indicari solet.

Manifestum in paucis tenemus Graeculi additamentum in *Cyrop.* VIII. 3. 35. *ἐκπώματα αὐτῷ — ἐμπιμπλὰς προὔπινε* [*καὶ*

ἐδωρεῖτο]. Nesciebat homo quid esset προπίνειν τί τινι. Satis hunc errorem refutavimus in *Nov. Lectt.* pag. 396.

Cyropaed. VIII. 3. 37. ποίων πλουσίων; τῶν μὲν οὖν σαφῶς ἀποχειροβιΩτων. Sumsit vocabulum ab Herodoto III. 42. οὐκ ἐδικαίωσα Φέρειν ἐς ἀγορὴν καίπερ ἐὼν ἀποχειροβίΟτος, namque sic omnes boni Codices exhibent, non — Ωτος. Eadem forma Xenophonti quoque ex Cod. D. reddenda. Sunt enim haec ex nomine βίοτος composita, ut ἀβίοτος εὐβίοτος. In Euripidis *Hippolyto* 821. in libris est:

κατακονὰ μὲν οὖν ἀβίΩτος βίος.

contra metrum et sententiam. Recte emendatum ἀβίΟτος βίος, ut ἄδωρα δῶρα et sim. Sic et qui *victum manibus quaerit* ἀποχειροβίΟτος appellari debuit.

Cyrop. VIII. 3. 44. ὅσις οὖν ἰσχυρῶς χρήμασιν ᾕδεται εὖ ἴσθι τοῦτον καὶ δαπανῶντα ἰσχυρῶς ἀνιᾶσθαι. Quis ferat soloecum εὖ ἴσθι ἀνιᾶσθαι? Emendaverim: εὖ ἴσθ' ΟΤΙ τοῦτον — ἀνιᾶσθαι ΑΝΑΓΚΗ.

Simili modo corrigendus locus VIII. 7. 12. ἃ σάΦ' ἴσθι τῇ εὐΦραίνεσθαι πολλὰς ἀσχολίας παρέχΕΙΝ, imo vero ἴσθ' ὅτι — παρέχΕΙ.

Cyrop. VIII. 4. 6. τὸν Κῦρον — εἴ τι ἡδὺ δόξειε λαβεῖν μηδὲν τούτων μόνον καταδαπανᾶν ἀλλ' ἔργον ἔχειν δεόμενον τούτου κοινωνεῖν τοὺς παρόντας. Ultima sensu cassa sunt. Tres libri TON δεόμενον servant. Scrib. ἔργον ἔχειν τὸν δεόμενον τούτου κοινωνεῖν, expuncto τοὺς παρόντας, quod nescio quis propter sqq. καὶ τῶν ἀπόντων importune adiecit.

Cyrop. VIII. 4. 23. καὶ ταῦτα μὲν δὴ οὕτω διεσκώπΤΕΤΟ. Tralaticio errore scriptum pro διέσκωπτο. Sexcenties sic videbis in libris plusquamperfecti formam in imperfecti depravatam. ἐπέμπετο pro ἐπέπεμπτο, ἠγγέλλετο pro ἤγγελτο similiaque permulta, sed loci cuiusque sententia numquam te incertum aut dubium relinquet.

Cyropaed. VIII. 7. 17. οὐδὲ γὰρ νῦν τοι τήν γ' ἐμὴν ψυχὴν

ιρᾶτε, ἀλλ' οἷς διεπράττετο τούτοις αὐτὴν ὡς οὖσαν κατεφωρᾶτε. dit hic locus vitium, quod ex Ciceronis interpretatione (*de enect.* 22.) deprendi facile potest et emendari: „*Nec enim dum rem vobiscum animum meum videbatis; sed eum esse in hoc corpore ex iis rebus, quas gerebam, intelligebatis.*" Animadvertisne haec apud Ciceronem recte dici, apud Xenophontem non item? Nondum etiam? Si apud Ciceronem legeretur *ex iis rebus quas gerebat*, probaresne? Minime gentium, inquis. Itaque Xenophonti quoque redde suum διεπραττOMHN pro διεπράττετο.

Cyropaed. VIII. 7. 28. πάντας δεξιωσάμενος CTNεκαλύψατο καὶ οὕτως ἐτελεύτησεν. Nemo veterum sic loquitur, 'ϵNεκαλύψατο omnes constanter dicebant. In usu frequentissimo semper ἐγκεκαλύφθαι et ἐκκεκαλύφθαι dici videbis, ut paullo ante: ὅταν δ' ἐγὼ 'ϵΓκαλύψωμαι. et alibi passim. Satis est videre viros doctos ad Aristophanis *Plutum* 707.

μετὰ ταῦτ' ἐγὼ μὲν εὐθὺς 'ϵNεκαλυψάμην.

et imprimis Dawesium *Miscell. Crit.* pag. 209. Quia συν- et ἐν- in libris vix discernuntur et sequiores praeter usum Veterum συγκαλύπτομαι dicebant, hoc contagio tacta sunt scripta antiquorum, ut in Xenophontis *Symposio* I. 14. CTΓκαλυψάμενος κατέκειτο, sed in usu certo scribarum errores contemnimus.

C. G. C.

Hippocratis locus correctus.

Legebatur apud Hippocratem in Galeni libris (XVIII. 1. 307) οὐ μέντοι διισχυριϵIΩ γε εἰ ὀλισθάνοι ἂν ἢ οὔ. Magna gravitate Galenus interpretatur pag. 309. τὸ ἰσχυριείω δηλοῖ τὸ ἰσχυρικῶς ἔχω παραπλησίως τῷ ὀψείω δηλοῦντι καὶ αὐτῷ τὸ ὀπτικῶς ἔχω et apponit Homeri versum:

τῷ β' οἵγ' ὀψείοντες ἀϋτῆς καὶ πολέμοιο.

Ergo neque ipse nec caeteri interpretes vulgatae vitium perspexerant. Male abundat una literula, namque Hippocrates *futurum* Ionicum posuerat: οὐ μέντοι διισχυριέω γε.

C. G. C.

ADVERSARIA CRITICA AD DEMOSTHEN

Cap. I.

De Codice Parisino S.

Quum nuper feriatus animi relaxandi et exhilarandi Parisios viserem celeberrimum unum omnium Demo Codicem otiose meo arbitratu per dies complusculos v Non quaerebam novas lectiones, quae forte supe aciem fugissent. Tam praeclare et luculenter eximius κεκαλλιγράφηται et tanta cura Bekkerus messem et in dorfii gratiam Fredericus Dubnerus meus, (quo neque diorem quemquam neque magis industrium et in Cod excutiendis oculatiorem hominem videre me memini) collegit nihil propemodum ut addi posse videatur, sed ho bam potissimum primum ut ex Codicis ipsius inspectic Demosthenem emendandum mente liberiore et perspic uterer (qui eximius fructus est palaeographicae faculta diuturna librorum veterum lectione partae et corrobo deinde ut correctorum artes et fraudes quam diligentissim sem investigarem, de quibus erit infra dicendi locus.

Primum in gratiam et commodum eorum, quibus praestantissimum omnium librum adire et consulere cont quid in eo contineatur ita indicabo ut facile sit que Demosthenis locum statim reperire et explorare.

Fol. 2. Recto.

Δημοσθένους ὀλυνθιακὸς Α.

Ἀντὶ πολλῶν ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι

explicit fol. 4. verso. Manus recentior subscripsit

ΗΗ|Δ|ΔΙΙ.

Fol. 5. R.

Ὀλυνθιακὸς Β.

Ἐπὶ πολλῶν μὲν ἄν τις ἰδεῖν ὦ ἄν

expl. fol. 8. R. subscriptum est:

ΗΗ|Δ|ΔΔΔΔΙΙ.

Fol. 8. R. columna II.

Ὀλυνθιακὸς Γ.

Οὐχὶ ταὐτὰ παρίσταταί μοι γιγνώ

expl. Fol. 12. R.

ΗΗΗΔΔΠ.

Fol. 12. R. col. II.

Δημοσθένους κατὰ Φιλίππου.

Εἰ μὲν περὶ καινοῦ τινος πράγμα

expl. Fol. 17. v.

ΗΗΗΗ|Δ|Δ.

Fol. 18. R.

περὶ τῶν ἐν χερρονήσωι.

Ἔδει μὲν ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι τοὺς

expl. Fol. 24. v.

|Η||Δ|ΔΔΔΔ.

Fol. 25. R.

περὶ ἀλοννήσου.

Ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι οὐκ ἔστιν ὅ

expl. Fol. 28. R.

ΗΗΗΔΔΔΔΠ

τόμος Α.

Φιλιππικοὶ λόγοι ς.

ΧΧΗΗ|Δ|ΔΔΔΠ.

Fol. 28. R.

περὶ τῆσ εἰρήνησ.

Ὁρῶ μὲν ὦ ἄνδρεσ ἀθηναῖοι τὰ

expl. Fol. 31 v.

ΗΗΠΙ.

Fol. 31. v.

κατὰ Φιλίππου Β.

Ὅτ' ἂν ὦ ἄνδρεσ ἀθηναῖοι λόγοι

expl. Fol. 34. v.

ΗΗ|Δ|ΔΔΔΔ.

Fol. 35. R.

κατὰ Φιλίππου Γ.

Πολλῶν ὦ ἄνδρεσ ἀθηναῖοι λό

expl. Fol. 41 v.

|Η||Δ|ΔΔΔ.

Fol. 41 v.

κατὰ Φιλίππου Δ.

Καὶ σπουδαῖα νομίζων ὦ ἄνδρεσ

expl. Fol. 49 R.

|Η|ΗΔΔΔΙΙΙΙ.

Fol. 49. R.

πρὸσ τὴν ἐπιστολὴν τὴν Φιλίππου.

Ὅτι μὲν ὦ ἄνδρεσ ἀθηναῖοι Φι

expl. Fol. 51 v.

Η|Δ|ΔΔΔΔΠΙ.

Fol. 51. v.

κατὰ ἀνδροτίωνοσ παρανόμων.

Ὅπερ εὐκτήμων ὦ ἄνδρεσ δικα

expl. Fol. 61 R.

|Η|ΗΗ|Δ|ΔΔΔ.

Fol. 61. R.

κατὰ τιμοκράτουσ παρανόμων.

Τοῦ μὲν ἀγῶνος ὦ ἄνδρες δικαϛαὶ

expl. Fol. 85 R. sine subscriptione.

Fol. 85. R.

κατὰ ἀριϛοκράτους.

Μηδεὶς ὑμῶν ὦ ἄνδρες ἀθηναῖ

expl. Fol. 110 v. nihil subscriptum.

Fol. 111. R.

περὶ τῆς ἀτελείας πρὸς λεπτίνην.

Ἄνδρες δικαϛαὶ μάλιϛα μὲν εἰ

expl. Fol. 130 R.

X|H|HΠIIII.

διώρθωται μετρίως.

Fol. 130 v.

κατὰ μειδίου περὶ τοῦ κανδύλου.

Τὴν μὲν ἀσέλγειαν ὦ ἄνδρες δικα

expl. Fol. 157 v.

XXIII

διώρθωται μετρίως.

Fol. 157. v.

Δημοσθένους ὑπὲρ τοῦ ϛεφάνου.

Πρῶτον μὲν ὦ ἄνδρες ἀθηναῖ

expl. Fol. 196 v.

XX|H|HH|Δ|ΔΠIII.

Fol. 197 R.

περὶ τῆς παραπρεσβείας.

Ὅση μὲν ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι

expl. Fol. 235 v.

XXXHH|Δ|ΔΔΔ.

ἀντεβλήθη manu recent.

Fol. 235. v.

κατὰ ἀριϛογείτονος.

Πάλαι καθήμενος ὦ ἄνδρες.

expl. Fol. 246. R. nihil subscriptum.

Fol. 246. v.

B.

expl. Fol. 249 R. nihil subscriptum.

Fol. 249 v.

κατὰ νεαίρας.

expl. Fol. 265. R.

XHHHH|$\overline{\Delta}$|I.

Fol. 265. R.

παραγραφὴ ὑπὲρ Φορμίωνος.

expl. Fol. 271 v. nihil subscriptum.

Fol. 272. R.

κατὰ στεφάνου ψευδομαρτυριῶν.

expl. Fol. 301 R.

|$\overline{H}$|HH|$\overline{\Delta}$|ΔΔΔΔIII.

Fol. 301 R.

κατὰ στεφάνου ψευδομαρτυριῶν δεύτερος.

manu recentiore.

expl. Fol. 304 R. nihil subscriptum.

Fol. 304 R.

παραγραφὴ πρὸς πανταίνετον.

expl. Fol. 310 v. nihil subscriptum.

Fol. 311 R.

παραγραφὴ πρὸς ναυσίμαχον καὶ ξενοπείθη.

expl. Fol. 314 R.

HH|$\overline{\Delta}$|ΔΔ.

Fol. 314 v.

παραγραφὴ πρὸς ζηνόθεμιν.

expl. Fol. 317 v. nihil subscriptum.

Fol. 318 R.

πρὸς ἀπατούριον παραγραφή.

expl. Fol. 322 v. nihil subscriptum.

Fol. 323 R.

πρὸσ Φορμίωνα περὶ δανείου.

expl. Fol. 329 R. nihil subscriptum.

Fol. 329 R.

πρὸσ τὴν λακρίτου παραγραφήν.

expl. Fol. 334 v.

ΗΗΗΗΔΔΔ.

Fol. 335 R.

προοίμια.

expl. Fol. 352 R.

ΧΗΗΗ[Δ]ΔΔ.

Fol. 352 R.

ἐπιστολαί.

περὶ τῆσ ὁμονοίασ.

παντὸσ ἀρχομένωι σπουδαίου

expl. Fol. 354 R.

ΗΔΔΔΠ.

Fol. 354 R.

περὶ τῆσ θηραμένουσ βλασφημίασ.

Δημοσθένησ τῆι βουλῆι καὶ

expl. Fol. 355 v.

ΗΙ.

Fol. 355 v.

περὶ τῆσ ἰδίασ καθόδου.

xpl. Fol. 358 R.

ΗΗΔΠΙΙ.

Fol. 358. v.

πρὸσ ἡρακλέοδωρον.

xpl. Fol. 359 R.

ΔΔΔΔ.

Fol. 359 R.

περὶ τῶν λυκούργου παίδων.

expl. Fol. 363 v.

|H|HHH|Δ|ΔΔ.

Fol. 364 R.

κατὰ ἀΦόβου ἐπιτροπῆς.

A.

expl. Fol. 372. R.

|H|H|Δ|ΔΔΔ manu prima.
διώρθωται manu recentiore.

Fol. 372. v.

κατὰ τοῦ αὐτοῦ.

expl. Fol. 375 R.

HHΔΔΔΔ.

Fol. 375 v.

sine titulo.

Εἰ μὴ πρότερόν μοι δίκης γε

expl. Fol. 382 v. nihil subscriptum.

Fol. 382 v.

πρὸς ὀνήτορα ἐξούλης.

expl. Fol. 387. R.

Fol. 387 R.

πρὸς ὀνήτορα ἐξούλης B.

expl. Fol. 388 v.

HΔΔΔΔ manu pr.
διώρθωται man. recent.

Fol. 389 R.

κατὰ κόνωνος αἰκίας.

expl. Fol. 394. v.

HHHH|Δ|Δ.

Fol. 395 R.

κατὰ διονυσοδώρου.

expl. Fol. 401 R. nihil subscriptum.

διώρθωται manu prim.

Fol. 401 R.

κατὰ ὀλυμπιοδώρου βλάβησ.

expl. Fol. 408 R.

διώρθωται manu pr.

Fol. 408. R.

κατὰ εὐέργου καὶ μνησιβούλου
ψευδομαρτυριων.

expl. Fol. 418 v. nihil subscriptum.

Fol. 418. v.

πρὸσ καλλικλέα.

expl. Fol. 422 v.

διώρθωται manu pr.

Fol. 422 v.

πρὸσ πολυκλέα Α.
περὶ τριηραρχήματοσ.

expl. Fol. 430 v. nihil subscriptum.

Fol. 430 v.

περὶ τοῦ ϛεφάνου τῆσ τριηραρχίασ.

expl. Fol. 433 R.

ΗΗΠΗ (sic). leg. ΗΗΠΙΙ.

Fol. 433 v.

πρὸσ νικόϛρατον περὶ ἀνδραπόδων
ἀπογραφῆσ ἀρεθουσίου.

expl. Fol. 437 R.

ΗΗΠΙ.

Fol. 437. R.

πρὸσ τιμόθεον ὑπὲρ χρέωσ.

expl. Fol. 444 R. nihil subscriptum.

Fol. 445 R.

πρὸσ κάλλιππον.

expl. Fol. 448 v.

HHHΔΔIII.

Fol. 448 v.

πρὸσ βοιωτὸν
περὶ τοῦ ὀνόματοσ.

expl. Fol. 453 R.

HHH|$\overline{\Delta}$|ΔΔΔ.

Fol. 453 v.

πρὸσ βοιωτὸν περὶ προικόσ.

expl. Fol. 460 v.

|$\overline{H}$||$\overline{\Delta}$|ΔΔ.

Fol. 461 R.

πρὸσ σπουδίαν ὑπὲρ προικόσ.

expl. Fol. 464 v.

διώρθωται man. pr.

Fol. 464 v.

πρὸσ Φαίνιππον.

expl. Fol. 468 V. nihil subscriptum.

Fol. 469 R.

πρὸσ μακάρτατον περὶ αγνιου κλήρου.

expl. Fol. 477 R.

|$\overline{H}$|H|$\overline{\Delta}$|ΔΔ.

Fol. 477. V.

πρὸσ λεωχάρη.

expl. Fol. 485 R.

|$\overline{H}$|HΔΔΔΔ.

Fol. 485 V.

ἔφεσισ πρὸσ εὐβουλίδην.

expl. Fol. 493 R.

|$\overline{H}$||$\overline{\Delta}$|ΔΔΔΔ.

Fol. 494. R.

ἔνδειξισ κατὰ θεοκρίνου.

expl. Fol. 502 V.

διώρθωται man. pr.

Fol. 503 R.

ἐρωτικόσ.

expl. Fol. 509 V.

$|\overline{H}||\overline{\Delta}|\Delta\Delta\Delta$.

Fol. 510 R.

ἐπιτάφιοσ.

expl. Fol. 514. V.

HHHHIIII.

Fol. 515 R.

περὶ συντάξεωσ.

expl. Fol. 519 R.

HHΔΔΔ. man. recent.
διώρθωται man. recent.

Fol. 519 R.

περὶ τῶν συμμοριῶν.

expl. Fol. 524 R.

$HHH|\overline{\Delta}|\Delta\Delta\Delta\Delta$.
διώρθωται man. pr.

Fol. 524 R.

ὑπὲρ μεγαλοπολιτῶν.

expl. Fol. 527 V.

$HH|\overline{\Delta}|\Delta\Delta\Delta\Delta$IIIH (sic) leg. ΠIII
διώρθωται man. recent.

Fol. 528 R.

ὑπὲρ τῆσ τῶν ῥοδίων ἐλευθερίασ.

expl. Fol. 532 R.

HHHΔΔΔΔΠII.
διώρθωται man. recent.

Fol. 532 V.

περὶ τῶν πρὸσ ἀλέξανδρον συνθηκῶν.

explicit fol. 533 recto in fine his verbis:

ἔρχομαι τῶν κατὰ τὰσ συνθή
κασ· ἔσι γὰρ γεγραμμένον

in folio eodem verso manus recens admodum supplevit eiusd orationis reliqua ἐάν τινεσ τὰσ πολιτείασ κτἑ.

Cap. II.

De locis quibusdam apud Demosthenem emendandis.

Olynth. I. pag. 10. 2. *copias quam primum comparandas ce* inquit, *quae Olynthiis opem ferant et mittendam legationem*, ἃ ταῦτ' ἐρεῖ καὶ παρέσαι τοῖς πράγμασιν, ὡς ἔσι μάλισα τ δέος μὴ πανοῦργος ὢν καὶ δεινὸς ἄνθρωπος πράγμασι χρῆσθαι ΤΡΘΨΗΤΑΙ καὶ παρασπάσηταί τι τῶν ὅλων πραγμάτων.

Haeremus omnes in τρέψηται, quod quum sit sine controve corruptum nemo adhuc quidquam repperit quod simul sentent accommodatum esset et aliquam probabilitatis speciem habe Requiritur manifesto verbum, in quo calliditatis et astutiar subdoli Philippi notio insit: itaque ΚΛέψῃ τε καὶ παρασπάσῃ τι emendandum. Vides quam commode κλέπτειν et παρασπᾶσ τι coniungantur et notum est Philippi malas artes et frau κλέμματα appellari solere, ut pag. 236, 2. τὸ πρῶτον κλέμ μὲν Φιλίππου, δωροδόκημα δὲ τῶν ἀδίκων τούτων ἀνθρώπων θεοῖς ἐχθρῶν. Sic omnia optime procedunt. *Mittenda legat* inquit, *quae Olynthios faciat certiores auxilia ipsis decreta ess mox adfore;* ex qua re simul liquido apparet hanc esse *prim* Demosthenis de Olynthiis orationem, quoniam Dionysii Halic nassensis errore controversia quaedam de harum orationum ord nata est. Nondum sciebant Olynthii Atheniensibus placu sibi ferre opem. Hoc igitur primum Atheniensium leg mandatur, deinde ut iis omnibus quae a Philippo agere praesto essent caverentque ne quas Philippus de more falla strueret, quod ne faceret homo callidus et in rebus gera acer ante omnia dicit Orator esse metuendum. ἔσι μάλισα τ δέος μὴ πανοῦργος ὢν ἄνθρωπος κλέψῃ τι τῶν ὅλων πραγμά

Sitne - ϵ an - AI ubique scribendum non est quaerendum ex libris Mss. Sexcenties etiam in Parisino S ϵ et AI ita confunduntur ut vel inepta vel soloeca vel barbara exeat oratio. Ego dicerem quidem de re omnibus notissima nisi superessent apud Demosthenem loci ex huius rei observatione certo remedio sanandi. Perinde est in Codice S scribaturne in futuris - *σεται* an - *σετε*, in infinitivis - *σθαι* an - *σθε*, quae ubique inter se stolidissime confusa videbis, ut vix sit operae pretium in his librorum discrepantias commemorare. Nonne fatuum est, ut hoc utar, admoneri in cod. S. semel et iterum *ἀναγνώσετϵ* pro *ἀναγνώσεται* apparere? et leguntur passim his similia perinde stolida et absurda. Sed reiecto librorum testimonio sana mente et iudicio utendum ut statuatur sitne — *σθαι* an - *σθε* legendum. Dabo locos ubi haec confusio turbas dederit et addam nunc nondum eo mendo liberatum.

Pag. 130. 3. *εἰ δ' οἴεσθε Χαλκιδέας τὴν Ἑλλάδα σώσειν ἢ Μεγαρέας, ὑμεῖς δ' ἀποδράσεσθϵ τὰ πράγματα οὐκ ὀρθῶς οἴεσθε.* Sic libri omnes, optime et verissime S *ἀποδράσεσθAI*.

Pag. 579. 28. *ἐμὲ οἴεσθ' ὑμῖν εἰσοίσειν, ὑμεῖς δὲ νεμεῖσθϵ; ἐμὲ οἴεσθε τριηραρχήσειν, ὑμεῖς δ' οὐκ ἐμβήσεσθϵ;* Sic S et reliqui ad unum omnes. Rectissime Bekkerus de suo *νεμεῖσθAI* et *ἐμβήσεσθAI* reposuit. Compara locum pag. 580. 10. *νομίζεις ὑμᾶς μὲν ἀνέξεσθαί σου, αὐτὸς δὲ τυπτήσειν; καὶ ἡμᾶς μὲν ἀποψηφιεῖσθαί σου, σὺ δὲ οὐ πεύσεσθαι;*

Ad hanc lucem facile est emendare locum pag. 115. 20. *ὑμᾶς δὲ ἐὰν μὲν ἀμύνησθε ἤδη σωφρονήσειν φημὶ, ἐὰν δ' ἐάσητε οὐδὲ τοῦθ' ὅταν βούλησθε δυνήσεσθϵ ποιῆσαι.* Certumne est ex loci compositione *δυνήσεσθAI* esse ab Oratore profectum? Utrumque enim *σωφρονήσειν* et *δυνήσεσθαι* a verbo *φημί* pendere manifestum est.

Pag. 12. 10. *ἂν μὲν γὰρ ὅσ' ἄν τις λάβῃ καὶ σώσῃ μεγάλην ἔχει* THI TTXHI THN XAPIN, *ἂν δ' ἀναλώσας λάθῃ συνανάλωσε καὶ τὸ μεμνῆσθαι.* Haec est vera et antiqua scriptura. Codices interpolati sunt: in aliis est *μεμνῆσθαι τὴν χάριν*, in aliis *μεμνῆσθαι τῇ τύχῃ τὴν χάριν*, quae ex superioribus verbis male repetita inepte abundant et laedunt aurem.

Pag. 12. 16. *πρὸς γὰρ τὸ τελευταῖον ἐκβὰν ἕκαστον τῶν πρώτ-αρξάντων* [*ὡς τὰ πολλὰ*] *κρίνεται.* Rectissime Dindorf. verba *ὡς τὰ πολλά* in S a manu recentissima addita spuria et expungenda esse iudicavit.

Pag. 13. 7. *τί οὖν* [*τις ἂν εἴποι*] *ταῦτα λέγεις ἡμῖν νῦν*; Et soloecum est et plane supervacaneum *τις ἂν εἴποι.* Saepissime et reliqui omnes et Demosthenes obloquentem sibi aliquem inducunt sine huiuscemodi additamento: satis enim vocis inflexione res intelligitur. ut pag. 16. 23. *ἀλλ' ὥτᾶν οὐχὶ βουλήσεται.* et pag. 36. 15. *ἀλλ' ὥτᾶν εἰ ταῦτα φαύλως τά γ' ἐν αὐτῇ τῇ πόλει νῦν ἄμεινον ἔχει.* et sic persaepe alibi.

Eximia et certa Dobraei emendatio pag. 13. 19. quam nihil sit libris Mss. credendum liquido demonstrat. In libris est: *δέδοικα μὴ τὸν αὐτὸν τρόπον ὥσπερ οἱ δανειζόμενοι ῥᾳδίως ἐπὶ τοῖς μεγάλοις τόκοις μικρὸν εὐπορήσαντες χρόνον ὕστερον καὶ τῶν ἀρχαίων ἀπέσησαν οὕτω καὶ ἡμεῖς* [*ΑΝ*] *ἐπὶ πολλῷ Φανῶμεν ἐρρᾳθυμηκότες καὶ ἅπαντα πρὸς ἡδονὴν ζητοῦντες πολλὰ καὶ χαλεπὰ ὧν οὐκ ἠβουλόμεθα ὕστερον εἰς ἀνάγκην ἐλθωμεν ποιεῖν.* Quis a Dobraeo admonitus non sentit ΑΝ expungi oportere et coniuncta esse *δέδοικα μὴ ἐπὶ πολλῷ Φανῶμεν ἐρρᾳθυμηκότες*? Sed est in eodem loco et alia macula, quam abstergere facile est in verbis *πολλὰ* [*καὶ χαλεπὰ*] *ὧν οὐκ ἠβουλόμεθα.* Periit enim venusta et elegans Atheniensium *εὐΦημία*, quibus de rebus acerbis et molestis consuetum est dicere *πολλὰ ὧν οὐ βουλόμεθα*, vel *ὧν οὐκ ἠβουλόμεθα.*

Excidit vocabulum ad sententiam prorsus necessarium pag. 14. 5. *Φημὶ δὴ διχῇ βοηθητέον εἶναι τοῖς πράγμασιν ἡμῖν τῷ τε τὰς πόλεις τοῖς Ὀλυνθίοις σώζειν καὶ τοὺς τοῦτο ποιήσοντας στρατιώτας ἐκπέμπειν καὶ τῷ τὴν ἐκείνου χώραν κακῶς ποιεῖν καὶ τριήρεσι καὶ στρατιώταις ἑτέροις.* *Duobus* exercitibus rem esse gerendam censet, altero qui civitates Chalcidicas Olynthiorum socias tueatur, altero qui Macedoniam infestet. Pergit: *εἰ δὲ θατέρου τούτων ὀλιγωρήσετε ὀκνῶ μὴ μάταιος ὑμῖν ἡ στρατεία γένηται. εἴτε γὰρ ὑμῶν τὴν ἐκείνου κακῶς ποιούντων ὑπομείνας τοῦτο Ὄλυνθον παρασήσεται ῥᾳδίως ἐπὶ τὴν οἰκείαν ἐλθὼν ἀμυνεῖται,*

ἴτε βοηθησάντων MONON ὑμῶν εἰς Ὄλυνθον ἀκινδύνως ὁρῶν ἔχοντα· ἀλλ' εἴκοι προσκαθεδεῖται [καὶ προσεδρεύσει] τοῖς πράγμασι περιέσαι τῷ χρόνῳ τῶν πολιορκουμένων. Postulat enim ipsa rei natura et sententiae conformatio ut μόνον utrobique ponatur, quamobrem sic supplendum est: εἴτε γὰρ ὑμῶν MO'NON τὴν ἐκείνου κακῶς ποιούντων. Diserte enim hoc dici debet Macedoniam infestari non esse SATIS. *Metuo*, inquit, *ne frustra suscepta sit expeditio sive Macedoniam* TANTUM *bello aggrediemur, sive Olynthiis* TANTUM *auxilium feremus.*

Praeterea eliminandum est vetus glossema προσκαθεδεῖται [καὶ προσεδρεύσει]. Nihil enim interest neque verbo ἰσοδυνάμῳ duplicato acrior aut concitatior exit sententia.

Ibid. pag. 14. 19. ἔξιν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, χρήματα ὑμῖν, ἧκιν ὅσα οὐδέσι τῶν ἄλλων ἀνθρώπων [στρατιωτικά]. Miror unde perineptum et cum loci sententia pugnans στρατιωτικά irrepserit: magis etiam miror quo pacto Editores id ferre tamdiu et concoquere potuerint. Erant enim Atheniensibus illo tempore θεωρικά, non erant στρατιωτικά. Cautissime et formidolose Demosthenes civibus auctor est ut θεωρικά quae essent στρατιωτικά faciant: εἰ μὲν οὖν ταῦτα τοῖς στρατευσομένοις ἀποδώσετε (id est aliis verbis εἰ ταῦτα στρατιωτικὰ ποιήσετε) οὐδενὸς ὑμῖν προσδεῖ πόρου. Sentit autem in quanto periculo versetur et statim addit: τί οὖν; [ἄν τις εἴποι] σὺ γράφεις ταῦτ' εἶναι στρατιωτικά; μὰ Δί' οὐκ ἔγωγε, ubi ἄν τις εἴποι perinde soloecum et superfluum atque supra τις ἂν εἴποι sciolo qui addidit reddendum censeo. Τί οὖν; (nam sic verba disponenda sunt) est obiicientis et contradicentis, ut *ain' vero?*

Egregie Dobraeus correxit locum in vicinia pag. 14 25. ἐγὼ μὲν γὰρ ἡγοῦμαι στρατιώτας δεῖν κατασκευασθῆναι καὶ [ταῦτ' εἶναι στρατιωτικὰ καὶ] μίαν σύνταξιν εἶναι τὴν αὐτὴν τοῦ τε λαμβάνειν καὶ τοῦ ποιεῖν τὰ δέοντα. Verba ταῦτ' εἶναι στρατιωτικά non minus absurde sunt reliquis interposita ac si quis μῆνιν ἄειδε θεά addere voluisset. Unde igitur irrepserunt? Scribae alias res agentis oculi aberrarunt ad ea quae proxime praecedunt: τί οὖν; σὺ γράφεις ταῦτ' εἶναι στρατιωτικά; deinde oblitus est male

repetita delere. Tandem post multa saecula Dobraeus delevit, quem summo iure Dindorfius secutus est.

Pag. 15. 23. *εἰ δὲ τούτων ἀποστερηθήσεται τῶν χρημάτων*· Athenienses constanter *ἀποστερήσομαι* dicebant, ut *τιμήσομαι*, *ζημιώσομαι*, *ὠφελήσομαι*, *ὀνήσομαι*, *ἀδικήσομαι*, quibus Graeculi formas suas longiores substituebant.

Pag. 16. 11. *εἶτ' οὐκ αἰσχύνεσθε εἰ μηδ' ἃ πάθοιτ' ἂν εἰ δύναιτ' ἐκεῖνος ταῦτα ποιῆσαι καιρὸν ἔχοντες* [*οὐ*] *τολμήσετε;* Nullo modo *οὐ* retineri potest. Ne dubites inspice contortas et de nihilo sumtas Schaeferi et Dindorfii interpretationes. Tuentur *οὐ* quia in libris omnibus circumfertur. Quam multi loci sunt et apud alios et apud ipsum Demosthenem, ubi *οὐ* vel *μή* repugnante sana ratione aut addita sunt in libris aut omissa. Videbimus infra.

Si fuisset in libris emendata lectio: *εἰ μηδ' ἃ πάθοιτ' ἂν — ταῦτα ποιῆσαι καιρὸν ἔχοντες τολμήσετε*, et aliquis *οὐ τολμήσετε* reponere voluisset, quis non eum hominem insanire et delirare putaret?

Pag. 17. 5. *καὶ πρόσεσθ' ἡ ὕβρις καὶ ἔτι ἡ τῶν πραγμάτων αἰσχύνη οὐδεμιᾶς ἐλάττων ζημίας τοῖς γε σώφροσιν.* Lepidissime Iulianus in Epistola ad Athenienses pag. 287. c. ita scripsit: *τὸ παθεῖν τε οἶμαι προσῆν καὶ ἔτι ἡ τῶν πραγμάτων αἰσχύνη οὐδεμιᾶς ἐλάττων ζημίας τοῖς γε σώφροσιν.* cf. Mnemos. 1859. pag. 39.

Pag. 21. 16. *σκοπεῖσθε μέντοι τοῦτο ὅπως μὴ λόγους ἐροῦμόνον οἱ παρ' ὑμῶν πρέσβεις ἀλλὰ καὶ ἔργον τι δεικνύειν ἔξουσ — ὡς ἅπας μὲν λόγος ἂν ἀπῇ τὰ πράγματα μάταιόν τι φαίνεται καὶ κενόν, μάλιστα δὲ ὁ παρὰ τῆς ἡμετέρας πόλεως· ὅσῳ γὰ ἑτοιμότατ' αὐτῷ δοκοῦμεν χρῆσθαι τοσούτῳ μᾶλλον ἀπιστοῦσι πάντες αὐτῷ.* Hic imprimis locus declarat quam licenter inepti correctores in libros veteres fuerint grassati. Describam locum ut mihi scribendus esse videtur: *μάλιστα δὲ ὁ παρὰ τῆς ἡμετέρας πόλεως ὅσῳ* KAI *ἑτοιμότατ' αὐτῷ δοκοῦμεν χρῆσθαι.* Dicam primum unde hanc veterem lectionem fuisse repererim, deinde rectissime ita dici demonstrabo. Impostor, qui Demostheni o

nem *πρὸς τὴν ἐπιστολὴν τὴν Φιλίππου* supposuit quum haec Demosthene furto surriperet pag. 158. 16. ita dedit: *ὡς ας μέν ἐστι λόγος μάταιος πράξεων ἄμοιρος γενόμενος, τοσούτῳ μάλιστα ὁ παρὰ τῆς ἡμετέρας πόλεως ὅσῳ δοκοῦμεν αὐτῷ προ- ρότατα χρῆσθαι τῶν ἄλλων Ἑλλήνων*, in quibus antiquae scrip- ae quam restituimus certa vestigia supersunt. *Μάλιστα — ὲ καὶ* cum superlativo optimos testes et auctores habet. Mat- ae §. 462. duo exempla ex Thucydide attulit: I. 68. *προσήκει ᾶς οὐχ ἥκιστα εἰπεῖν ὅσῳ* ΚΑΙ *μέγιστα ἐγκλήματα ἔχομεν.* et 47. *αὐτοὶ μάλιστα ἔθνησκον ὅσῳ* ΚΑΙ *μάλιστα προσῆσαν*, quibus do simillimum locum Demosthenis pag. 227. 8. *πάντων μὲν :ρ ἀποστερεῖσθαι λυπηρόν ἐστι — μάλιστα δὲ τῆς παρ' ὑμῶν εὐνοίας ὶ φιλανθρωπίας ὅσῳπερ* ΚΑΙ *τὸ τυχεῖν τούτων μέγιστόν ἐστιν.* ıdax et impudens interpolatio sic mihi nata esse videtur: — ο *ὅσῳ* ΚΑΙ *ἑτοιμότατα* scribae errore *ὅσῳ* ΓΑΡ *ἑτοιμότατα* dede- nt, quoniam praecedens sententia plane absoluta esse putabatur: ας *μὲν λόγος — μάλιστα δὲ ὁ παρὰ τῆς ἡμετέρας πόλεως.* stituitur ergo nova sententia: *ὅσῳ γὰρ ἑτοιμότατα* — quae ıia manca et imperfecta erat commentus est nescio quis sup- ementum de suo: *τοσούτῳ μᾶλλον ἀπιστοῦσι πάντες αὐτῷ.*

Adhaesit glossema pag. 21. 25. *πολλὴν δὴ τὴν μετάστασιν καὶ γάλην δεικτέον* [*τὴν μεταβολὴν*] *εἰσφέροντας, ἐξιόντας, ἅπαντα ıοῦντας ἑτοίμως, εἴπερ τις ὑμῖν προσέξει τὸν νοῦν.* Ad *τὴν τάστασιν* adscripsit aliquis in margine *τὴν μεταβολήν*, quod ale in textum receperunt alii, unde vulgata scriptura, quae igida et insulsa est, originem duxit. Nihil enim interest inter λλὴν *τὴν μετάστασιν* et *μεγάλην τὴν μεταβολήν*, et optime in li re componuntur *πολλὴν καὶ μεγάλην.*

Pag. 22. 8. *νυνὶ δὲ Θετταλοῖς στασιάζουσι καὶ τεταραγμένοις ὶ τὴν τυραννικὴν οἰκίαν ἐβοήθησεν.* pag. 113. 24. (*ὁ Φίλιππος*) ῖς *παλαιπώροις Ὠρείταις τουτοισὶ ἐπισκεψομένους ἔφη τοὺς στρα- ώτας πεπομφέναι* [*κατ' εὔνοιαν*]· *πυνθάνεσθαι γὰρ αὐτοὺς ὡς σοῦσι* [*καὶ στασιάζουσιν ἐν αὐτοῖς*], *συμμάχων δ' εἶναι καὶ φίλων ληθινῶν ἐν τοῖς τοιούτοις καιροῖς παρεῖναι.* pag. 123. 28. *ἐπειδὰν ἐ πρὸς νοσοῦντας ἐν αὐτοῖς προσπέσῃ καὶ μηδεὶς — ἐξίῃ μηχανή- ατ' ἐπισήσας πολιορκεῖ.* Vide mihi in his ut soleant loci simi-

les ex similibus interpolari. Pag. 22. in aliis libris est [*νοσοῦσι καὶ*] *ϛασιάζουσι καὶ τεταραγμένοις*. Pag. 113. Philippi perfaceti hominis bonum dictum periit. *Aegrotantem amicum visere* Graeci dicunt *ἐπισκοπεῖσθαί τινα*. Hinc Philippi iocus *ἐπισκεψομένους ἔφη τοὺς ϛρατιώτας πεπομφέναι· πυνθάνεσθαι γὰρ αὐτοὺς ὡς νοσοῦσι· συμμάχων δ' εἶναι καὶ φίλων ἀληθινῶν ἐν τοῖς τοιούτοις καιροῖς παρεῖναι*. Corrupit omnem dicti leporem qui *κατ' εὔνοιαν* de suo addidit: haec enim ipsa *εὔνοια* est *τὸ τοὺς νοσοῦντας ἐπισκοπεῖσθαι*, sed plane omnem iocum pessumdedit qui *καὶ νοσοῦσι* de suo adscripsit *καὶ ϛασιάζουσιν ἐν αὐτοῖς*. Feruntur tamen haec in omnibus libris, nisi quod S *ἐν αὐτοῖς* omittit: sed unde propullulaverint ista omnia similium locorum comparatio continuo ostendit.

Quis igitur mirabitur pag. 123. pro *νοσοῦντας ἐν αὐτοῖς* in nonnullis legi *νοσοῦντας ἐν αὐτοῖς καὶ τεταραγμένους*? Quis non statim videt adhaesisse haec ex pag. 22. 8.? Et olim et nunc Demosthenis lectores et admiratores praeclarissimam quamquam *ῥῆσιν* tenebant memoriter et hinc crebro illae confusiones nascebantur.

Dabo alterum exemplum. Legitur pag. 23. 27. *νῦν μὲν ἐπισκοτεῖ τούτοις τὸ κατορθοῦν· αἱ γὰρ εὐπραξίαι δειναὶ συγκρύψαι τὰ τοιαῦτα ὀνείδη*. Sic S et meliores: in aliis est *συγκρύψαι καὶ συσκιάσαι* aut *συγκρύψαι γρ. συσκιάσαι* aut *συγκρύψαι ἀντὶ τοῦ συσκιάσαι*. Unde haec omnia? Nempe ex oratione spuria pag. 155. 22. *νῦν μὲν τὸ κατορθοῦν αὐτὸν ἐπισκοτεῖ πᾶσι τοῖς τοιούτοις· αἱ γὰρ εὐπραξίαι δειναὶ συγκρύψαι καὶ συσκιάσαι τὰς ἁμαρτίας τῶν ἀνθρώπων εἰσίν*, ubi pro *τὰς ἁμαρτίας* in nonnullis legitur *τὰ τοιαῦτα ὀνείδη*. Interpolatores nonnumquam de industria sententiam Demostheni sublectam aliqua diversitate verborum obtegere et sic sua furta dissimulare solent, sed vel sic tamen fraus perpluit.

Ostendimus alibi *παρεῶσθαι* et *παρεωρᾶσθαι* inter se confundi solere. Vera scriptura evasit pag. 23. 14. *παρεῶσθαι καὶ οὐδενὸς εἶναι μέρει τὸν τοιοῦτον*, sed mendosa lectio adhuc circumfertur pag. 655. 15. *ὅλως γὰρ ἡγήσονται παρεωρᾶσθαι μὲν αὐτοί, πρὸς Κερσοβλέπτην δ' ἀποκλῖναι ὑμᾶς*, ubi in S memoratur altera scriptura *γρ. παρεῶσθαι*. Nulla datur optio: *παρεωρᾶσ*

enim est Graeculorum, pro quo veteres παρῶΦθαι dicebant.

Pag. 24. 19. πολὺ γὰρ πλείους ἀΦορμὰς εἰς τὸ τὴν παρὰ τῶν θεῶν εὔνοιαν ἔχειν ὁρῶ ὑμῖν ЄΝούσας ἢ ᾽κείνῳ. Quamquam libri omnes in ἐνούσας fideliter conspirant, tamen perinepta haec lectio est et sine controversia οὔσας emendandum. Vulgata non est minus ridicula ac si quis vellet dicere οἶδά σοι πολλὰ χρήματα ЄΝόντα pro ὄντα. Idem mendum inoleverat pag. 68. 28. οὐ γὰρ δὴ τριήρεις γε ὁρᾷ πλείους αὐτοῖς ἢ ὑμῖν ЄΝούσας. Si fieri potest ὁρᾷ τριήρεις πολλὰς ὑμῖν ἐνούσας etiam magis ridiculum est quam ὁρᾷ χρήματα πολλὰ ὑμῖν ἐνόντα. Nunc quidem liber S lucem attulit, qui solus omnium οὔσας servavit.

Fatui correctores insulsis additamentis eximium locum inquinarunt pag. 25. 14. τί ποιούντων ὑμῶν ὁ χρόνος διελήλυθεν οὗτος; ἴσε γὰρ δήπου τοῦθ᾽ ὅτι μελλόντων [αὐτῶν], ἑτέρους τινὰς ἐλπιζόντων πράξειν, αἰτιωμένων ἀλλήλους, κρινόντων, πάλιν ἐλπιζόντων, σχεδὸν ταὐτὰ ἅπερ νυνὶ ποιούντων [ἅπας ὁ χρόνος διελήλυθεν]. Prior interpolatio ex librorum dissensione arguitur: in caeteris enim est μελλόντων ὑμῶν, in S μελλόντων αὐτῶν, quod inconsiderate receptum: namque ὑμῶν quidem quamquam fatuum et languidum est tamen est sententiae accommodatum, τί ποιούντων ὑμῶν; respondetur μελλόντων ὑμῶν, sed αὐτῶν nullum omnino habet locum. In caeteris concitatae orationis ellipsis γραμματικῶς expleta vexat nobis aures.

Pag. 25. 20. δι᾽ ὧν ἐκ χρηστῶν Φαῦλα τὰ πράγματα τῆς πόλεως γέγονε διὰ τούτων ἐλπίζετε [τῶν αὐτῶν πράξεων] ἐκ Φαύλων αὖτὰ χρηστὰ γενήσεσθαι. Expungenda sunt molesta verba τῶν αὐτῶν πράξεων, quibus verborum concinnitas laeditur, quae inepte abundant et, quod gravissimum est, cum Demosthenis sententia pugnant. Non enim διὰ πράξεών τινων res Atheniensium afflictae erant, sed ὅτι ἐκάθηντο οὐδὲν ποιοῦντες. Itaque διὰ τούτων est διὰ ῥᾳθυμίας καὶ ἀργίας καὶ μαλακίας καὶ δειλίας, et omnino minime διὰ πράξεώς τινος.

Pag. 29. 7. ὁ μὲν οὖν ΠΑΡΩΝ καιρὸς εἴπερ ΠΟΤЄ πολλῆς Φροντίδος καὶ βουλῆς δεῖται. Absurda quidem haec oratio est:

εἴπερ ποτέ, *si umquam antea*, necessario ad ὁ παρὼν καιρός referendum, qui *numquam antea* fuit. Sensit id Dindorfius et „sequi *debebat* (inquit) *si accuratius loqui vellet* εἴπερ τις καὶ ἄλλος.' quasi *non satis accurate loqui* esset inepta et absurda et sensu vacua dicere. Credo mendum subesse et facili negotio corrigendum esse: εἴπερ ΤΙC ποτε.

Quod Demosthenes pag. 30. 6. acriter et significanter dixerat enervavit et fregit adscripta scioli annotatiuncula. Describam locum ut mihi ab Oratore profectus esse videtur: εἰ γὰρ τότ' ἐκεῖσε ἐβοηθήσαμεν ὥσπερ ἐψηφισάμεθα προθύμως οὐκ ἂν ἠνώχλ νῦν ἡμῖν ὁ Φίλιππος. In libris duplex interpolatio cernitur: plerisque additur τότε σωθείς, in S σωθείς tantum. Haec ip diversitas suspicionem fraudis movet. Quid apud animum Oratorem cogitaverit, quid cives in concione suspicarentur, colligi potest ex pag. 656. 22. (οἱ Ὀλύνθιοι) ὑμᾶς, οὓς ἴσασιν ἁπάντ ἀνθρώπων ἥδιστ' ἂν καὶ τοὺς ἐκείνου (Philippi) φίλους καὶ αὐτ τὸν Φίλιππον ΑΠΟΚΤΕΙΝΑΝΤΑC, φίλους πεποίηνται, φασὶ καὶ συμμάχους ποιήσεσθαι. Tam acribus odiis hostem Philippu persequebantur ut eum lubentissime *interfecturi* esse dicerent. Itaque Demosthenes quum hominis opprimendi occasionem civit socordia amissam esse quereretur et vellet dicere ἀπεκτείναμ ἂν τὸν Φίλιππον, maluit εὐφημότερον idem significare verb οὐκ ἂν ἠνώχλει νῦν ἡμῖν ὁ Φίλιππος. Facile est ad intelligendu in huiuscemodi sententia neque σωθείς neque τότε σωθείς co mode addi posse.

Pag. 31. 12. (τοὺς νόμους) τοὺς εἰς τὸ παρὸν βλάπτοντας ὑμ λύσατε. λέγω δὲ τοὺς περὶ τῶν θεωρικῶν σαφῶς οὑτωσὶ καὶ τ περὶ τῶν στρατευομένων ἐνίους, ὧν οἱ μὲν τὰ στρατιωτικὰ τοῖς οἴ μένουσι διανέμουσι [θεωρικὰ], οἱ δὲ τοὺς ἀτακτοῦντας ἀθῴ καθιστᾶσιν. Discrepant libri, quorum alii διανέμουσι θεωρικά ε hibent, alii διανέμουσιν ὡς θεωρικά, vitiose utrumque. Omn sunt in verbis τὰ στρατιωτικὰ τοῖς οἴκοι μένουσι διανέμουσιν, est ἀντὶ στρατιωτικῶν θεωρικὰ ποιοῦσιν.

Vitiose abundat vocabulum in verbis pag. 32. 1. οὐ γάρ ἐ δίκαιον τὴν μὲν χάριν, ἣ πᾶσαν ἔβλαπτε τὴν πόλιν, τοῖς τό

θεῖσιν ὑπάρχειν, τὴν δ' ἀπέχθειαν, δι' ἣς ἂν ἅπαντες πράξαιμεν, τῷ νῦν τὰ βέλτιστα εἰπόντι [ζημίαν] γενέσθαι. Respondent sibi inter se τὴν χάριν ὑπάρχειν et τὴν ἀπέχθειαν γενέσθαι: illa res gratiam peperit, haec odium paritura est, et sicut ineptum est dicere *gratiam* commodum et emolumentum afferre, sic et *odium* damno et detrimento fore. Ipsa ἀπέχθεια satis gravis erat ζημία. Saepe videbis χάριν et ἀπέχθειαν sic inter se opponi, ut pag. 58. 26. οὔτ' ἐκείνου πρὸς χάριν οὔτ' ἐμοῦ πρὸς ἀπέχθειαν.

Pag. 32. 10. ψήφισμα οὐδενὸς ἄξιόν ἐστιν ἂν μὴ προσγένηται τὸ ποιεῖν ἐθέλειν τά ΓΕ δόξαντα προθύμως ὑμᾶς. Quid sibi vult γε in tali re? Nihil prorsus. Non solebant hercle Athenienses Demosthenis aetate ὑπὸ προθυμίας πλείω τῶν δοξάντων ποιεῖν, neque in sententia generali, qualis haec est, ullus extenuanti particulae locum est. In optimo Codice S voculam γε saepius ubi est plane necessaria omissam videbis, nonnumquam ut h. l. contrario errore peccatur.

Pag. 33. 22. εἰ δέ τις ἡμῖν ἔχει καὶ τὰ θεωρικὰ ἐᾶν καὶ πόρους ἑτέρους λέγειν στρατιωτικούς, οὐχ οὗτος κρείττων; [εἴποι τις ἄν]. φήμ' ἔγωγε, εἴπερ ἔστιν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι. Otiosum et iners additamentum vel incommoda sedes arguit. Praeterea στρατιωτικούς mihi vehementer suspectum est. Χρήματα στρατιωτικά et θεωρικά rectissime dicitur, sed πόροι στρατιωτικοί tam vitiosum est atque πόροι θεωρικοί. Satis est πόρους ἑτέρους λέγειν, ut pag. 15. 3. λέγουσι δὲ καὶ ἄλλους τινὰς ἄλλοι πόρους, ὧν ἔλεσθε ὅστις ὑμῖν συμφέρειν δοκεῖ.

Duplici mendo inquinatus est locus eximius pag. 34. 22. quem emendatum apponam: ἐξ οὗ δ' οἱ διερωτῶντες ὑμᾶς οὗτοι πεφήνασι ῥήτορες „τί βούλεσθε γράψω ἵν' ὑμῖν χαρίσωμαι;" προπέπτωται τῆς παραυτίκα χάριτος τὰ τῆς πόλεως πράγματα καὶ τοιαυτὶ συμβαίνει. In libris omnibus haec scriptura circumfertur: τί βούλεσθε; ΤΙ γράψω; ΤΙ ὑμῖν χαρίσωμαι; nisi quod in optimis *barbara* forma χαρίσομαι legitur.

Pag. 35. 19. ἰδίᾳ δ' οὕτω σώφρονες ἦσαν (maiores nostri) καὶ

σφόδρα ἐν τῷ τῆς πολιτείας (id est τῆς δημοκρατίας) ἤθει μένοντες ὥστε τὴν Ἀριστείδου καὶ τὴν Μιλτιάδου καὶ τῶν τότε λαμπρῶν οἰκίαν, εἴ τις ἄρα οἶδεν ὑμῶν ὁποία ποτ' ἐστίν, ὁρᾷ τῆς τοῦ γείτονος οὐδὲν σεμνοτέραν οὖσαν. Multi leguntur apud Demosthenem loci bis terque iisdem paene verbis repetiti, quorum alios Demosthenes ipse repetiit, alios fraudulenti homines qui spe lucri Demostheni orationes spurias supposuerunt magnam partem consarcinatas ex insignioribus quibusdam ῥήσεσιν, quae in genuinis orationibus legebantur. Est operae pretium hos locos componere et inter se comparare, unde et de singulorum locorum vera scriptura optime iudicari potest, et discrepantium lectionum origo et causa et progressus conspici, et librorum quos habemus superstites fides spectari aut vitiositas deprehendi. Demosthenes ipse anno 352 in *Aristocratea* pag. 689. 11. ita dixerat: τὴν Θεμιστοκλέους μὲν γὰρ οἰκίαν καὶ Μιλτιάδου καὶ τῶν τότε λαμπρῶν, εἴ τις ἄρα ὑμῶν οἶδεν ὁποία ποτ' ἐστίν, ὁρᾷ τῶν πολλῶν οὐδὲν σεμνοτέραν οὖσαν.

Eandem sententiam arripuit impostor, qui orationem περὶ συντάξεως a se ex laciniis Demosthenicis conglutinatam Ptolemaeo Philadelpho, aut alii cui regi φιλοβίβλῳ, impenso pretio pro genuina vendidit, neque tantum regem grandi pecunia emunxit sed etiam acerrimo cuique Criticorum veterum Callimachis omnibus et Dionysiis iocularitor sarcinam imposuit, donec tandem Valckenario fraus suboluit, quae nunc est omnibus manifesta. Saepe miratus sum ne in Philippica quarta quidem tam manifestam fraudem olim perpluisse. Nempe tanta vim habet praeiudicata et inveterata opinio, ut omnes perpetuo nesciant se in tenebris sedere donec lucem aliqui afferat. Audiamus nunc impostorem pag. 174. 26. τὰς δ' ἰδέας οἰκίας τῶν ἐν δυνάμει γενομένων οὕτω μετρίας καὶ τῷ τῆς πολιτείας ὀνόματι (id est τῇ δημοκρατίᾳ) ἀκολούθους ὥστε τὴν Θεμιστοκλέους καὶ τὴν Κίμωνος καὶ τὴν Ἀριστείδου [καὶ Μιλτιάδου] τῶν τότε λαμπρῶν οἰκίαν, εἴ τις ἄρ' οἶδεν ὑμῶν (S ὑμῶν οἶδ ὁποία ποτ' ἐστίν, ὁρᾷ τῆς τοῦ γείτονος οὐδὲν σεμνοτέραν οὖσ Videmus igitur Demosthenem quum anno 349 in oratio Olynthiaca laudes maiorum celebraret, quibus esset in publi magnificentia, in privatis modestia et modus, non dubita iisdem verbis uti, quibus quarto abhinc anno eandem sent

tiam cum magno coronae plausu ornasset paucis tantum leviter immutatis, ut pro τὴν Θεμιστοκλέους οἰκίαν καὶ Μιλτιάδου substitueret τὴν Ἀριστείδου καὶ τὴν Μιλτιάδου, multo enim melius Aristidis aediculas, quem in paupertate aetatem egisse constabat, commemoravit quam Themistoclis, qui magnas e bello divitias collegerat: praeterea pro ὁρᾷ τῶν πολλῶν οὐδὲν σεμνοτέραν οὖσαν multo venustius dixit τῆς τοῦ γείτονος. Impostor sua ex utroque loco conflavit pleraque ex *Aristocratea* sumens, nonnullis ex *Olynthiaca* receptis. Si quid mutavit deterius reddidit: optime Demosthenes: ἐν τῷ τῆς πολιτείας ἤθει μένοντες, perperam ille quisquis est: τῷ τῆς πολιτείας ΟΝΟΜΑΤΙ ἀκολούθους, cogitat enim de nomine δημοκρατίας, sed ἀττικισί democratia ἡ πολιτεία appellatur, non contra. Praeterea incautius Cimonem addidit, quem in re lauta vixisse nemo ignorat. Ex eodem loco expungenda sunt verba καὶ Μιλτιάδου in Codice S optime omissa: unde irrepserint perspicuum est, et saepe videbis apud Demosthenem locos similes sic ex locis similibus interpolari et verbis inutilibus augeri, cuius rei infra exempla compluscula proferemus.

Lectionum autem bis terque αὐτολεξεί repetitarum firma et stabilis fides est nec nisi gravissimis de causis sollicitanda. Memini quum mihi pro 'ΟΠΟΙΑ ΠΟΤ' ἐστὶν arrideret ὅΠΟΤ, sed nihil opus: ποῖος et τίς in Attica est *prorsus idem*, nam *qualis* dicitur ποῖός τις, ποῖ' ἄττα. Itaque ὁποία ποτέ est ἥτις ποτέ, et *nescire* quae *sit domus Themistoclis* perinde bene dicitur atque *nescire* ubi *sit*.

Ineleganter compositum est quod legitur pag. 35. 27. ΤΟΤΕ μὲν δὴ τοῦτον τὸν τρόπον εἶχε τὰ πράγματα ἐκείνοις — ΝΥΝΙ δὲ πῶς ἡμῖν ὑπὸ τῶν χρησῶν τῶν ΝΥΝ τὰ πράγματ' ἔχει; Quis eorum, in quibus est aliqua scribendi facultas, frigide repetitum νυνὶ — τῶν νῦν non diligenter vitasset? Potuisset percommode oppositionem ita instituere: 'ΗΜΙΝ δὲ πῶς ὑπὸ τῶν χρησῶν τῶν ΝΥΝ τὰ πράγματ' ἔχει; et ἡμῖν sic ἐκείνοις oppositum suo loco positum esse senties. Ante multa saecula quidam lector Demosthenis in vulgata lectione offendit et alia ratione malo mederi conatus est. Mutavit τῶν νῦν in τούτων, ὑπὸ τῶν χρησῶν τούτων, ut est in duobus libris, quae lectio ut tot aliae in

paucis libris repertae non est ex antiquo monumento propagata, sed a correctore non stulto excogitata. Si quid nosti rectius istis candidus imperti, si non utra coniectura sit potior diiudica. Qui autem consideraverit sqq. OIC *τὰ μὲν ἄλλα σιωπῶ κτἑ.* quod praecedenti ΗΜΙΝ *δὲ πῶς*; respondet, fortasse secundum me feret sententiam.

Quod Graecus lector coniecit *τούτων*, quamquam forte huic loco minus est accommodatum, habet tamen *τὸν Δημοσθενικὸν χαρακτῆρα*, qui saepe solet adversarios in rep. in concione sedentes simpliciter *τούτους* vel *τουτουσί* appellitare, ut in vicinia pag. 36. 10. *οὓς δ' ἐν τῷ πολέμῳ συμμάχους ἐκτησάμεθα εἰρήνης οὔσης ἀπολωλέκασιν* OTTOI, quos oculis vel manu designat. Neglecta huius usus observatio alium locum Oratoris corrupit, ut infra ostendemus.

Quicumque discrepantes librorum scripturas diligenter inspexerit et unde certi errores propullulaverint rimatus fuerit, passim mirabitur quam leves et futiles homunculi illotis manibus antiqua litterarum monumenta temeraverint. Quod Orator cum acerbissima ironia dixerat pag. 37. 7. *καὶ τὸ ἀνδρειότατον τῶν ὑμετέρων αὐτῶν χάριν πρὸς ὀφείλετε*, vide mihi ut nihili corrector vitiaverit: *ἀνδρειότατον* in tali re quid esset miratus de suo audacter supposuit — quid putas? nempe *ἀναιδρότατον* eaque perabsurda coniectura omnes nunc libros obsidet praeter S, qui solus *ἀνδρειότατον* ab interitu servavit, et duos alios, ubi ad *ἀναιδρότατον* annotatur in margine *γρ. ἀνδρειότατον εἰρωνικῶς*. Qui tali loco apud Atticum scriptorem ironiam in *ἀνδρειότατον* non sentit quid tandem eum hominem sentire putemus? Cf. quae de ea re collegimus ad Hyperidis *λόγον ἐπιτάφιον* pag. 100.

Hic quidem locus ex bono libro olim restitutus est: addam alterum e simili correctoris temeritate adhuc fere dixerim vulneratum. Editur pag. 134. 22. *ἀδικεῖ* (Philippus) *πολὺν χρόνον ἤδη* (melius pag. 70. 7. *ἤδη χρόνον*) *καὶ τοῦτ' αὐτὸς ἄρισα σύνοιδεν αὐτῷ, οἷς γὰρ οὖσιν ὑμετέροις ἔχει* XPHCΘAI *τούτοις ἅπαντα τἄλλα βεβαίως κέκτηται*. Interpolatum est ab inepto correctore *χρῆσθαι*. Manus Oratoris servata est pag. 70. 9. unde haec

mpostor descripsit: *οἷς γὰρ οὔσιν ὑμετέροις ἔχει τούτοις πάντα ἄλλα βεβαίως κέκτηται.* Sic est in optimo S: in nonnullis liis scribitur *ἔχει χρῆσθαι* vel *ἔχει χρήσασθαι*, quod unde natum it apparet. Molestum *χρῆσθαι* cui debeatur planum est. Miatus homuncio quid esset *οἷς οὔσιν ὑμετέροις ἔχει τούτοις* — non ntellecta attractione pueris nota pro *ἃ ὄντα ὑμέτερα ἔχει*, *de suo χρῆσθαι* addidit; potuitne indoctius et ineptius?

Aequo animo hoc quoque ferri possit in oratione spuria quum pud ipsum Demosthenem vera et genuina lectio feliciter evaerit. Sed multi alii in optima quaque oratione supersunt, ubi n corrupta scriptura mens et sententia Demosthenis male periit. Non est mihi longe abeundum. Continuo sequitur: *εἰ γὰρ Ἀμφίπολιν καὶ Ποτίδαιαν προεῖτο οὐδ' ἂν οἴκοι μένειν βεβαίως ἡγεῖτο.* Depravatum est *ἡγεῖτο* et hinc de sententia verborum st actum. Emenda *ἡγεῖτΑΙ* et recte se habebunt omnia. *οὐκ ἂν ἡγεῖται οἴκοι μένειν βεβαίως εἰ Ἀμφίπολιν προεῖτο*, ut pag. 39. 26. *οὐκ ἂν ἡγοῦμαι Φίλιππον εἰ τὰ πρῶτα βιασθεὶς ἄκων ἔπραξεν — συνεχῶς ἐναντιοῦσθαι.* et mille loci sunt ubi *δοκῶ*, *ἡγοῦμαι*, *οἶομαι*, *νομίζω*, *ὑπολαμβάνω*, *ἐλπίζω*, *προσδοκῶ* et his imilia habent infinitivum cum *ἄν* coniunctum. Tamen indocti t imperiti correctores passim *ἄν* cum verbo finito iungendum sse opinati *ἡγοῦμαι* (ut hoc utar) in *ἡγούμην* stulte convertunt, ut *δοκεῖς* in *δοκοῖς*, *δοκοίης*, *δοκῇς*, *ἐδόκεις* depravare solent, ut l. l. *οὐδ' ἂν οἴκοι μένειν βεβαίως ἡγεῖτΟ* pro *ἡγεῖται*. Sententia nim manifesto haec est: *Philippus* EXISTIMAT *si Amphipolim eisam faceret se ne in Macedonia quidem tuto* MANERE POSSE, quum vulgata lectio significet *ne domi quidem se tuto* MANERE EXISTIMARET, prorsus perverse et contra Demosthenis sententiam. Fertur tamen mendosa lectio in *omnibus* libris sine ulla varietate.

Inspiciamus nunc eundem locum pag. 134. 22. ab impostore *αὐτολεξεί* descriptum: *εἰ γὰρ Ἀμφίπολιν — προεῖτο οὐδ' ἂν ἐν Μακεδονίᾳ μένειν ἀσφαλῶς* ΕΔΥΝΑΤΟ. Pro *ἐδύνατο* omnes libri exhibent *ἡγεῖτο*, praeter A et S ubi *ἐδύνατο* scriptum est, quae lectio in F pro varia scriptura ad *ἡγεῖτο* apponitur. Nunc interpolatores *ἐπ' αὐτοφώρῳ* tenemus. Eodem opinionis errore pro *ἡγεῖτΑΙ* alius temere *ἡγεῖτο* supposuit, alius peius etiam *ἐδύνατο* rescripsit, uterque sententiae securus.

Complura huius erroris exempla collegimus in *Nov. Lect.* pag. 362 sq. ut Aristoph. *Vesp.* 1404.

εἰ νὴ Δί' ἀντὶ τῆς κακῆς γλώττης πεθέν
πυροὺς πρίαιο σωφρονεῖν ἄν μοι δοκΘΙC.

et in Isocratis Epist. VIII. 9. οὕτω δ' ἄν μοι δοκΘΙτε κάλλις[illegible] βουλεύσασθαι, ubi in libris est (praeter Ravennatem) δοκοῖς [illegible] δοκοίητε. et in Oratione Isocratis V. 40. ὅτε μὲν ἡ πόλις ἡμῶ[illegible]ν — ἐδυνάσευεν οὐδὲν ἂν ἡγοῦμΑΙ περανθῆναι τούτων, sic solu[illegible] Urbinas, caeteri omnes ἡγούμην. Urbinas errat cum caeter[illegible]i I. 12. δι' ὧν ἄν μοι δοκΟΙΗC — πλεῖσον ἐπιδοῦναι, ubi Bekker[illegible] intellexit δοκεῖς verum esse. Attulimus eiusdem mendi nov[illegible] exempla modo ad Xenophontis *Cyropaediam* supra pag. 393 s[illegible]q Nunc videamus qui loci Demosthenis ad hanc lucem corrigen[illegible]d supersint. Editur pag. 192. 4. παρελθὼν πρῶτος ἐγὼ παρήνε[illegible] — ὅτι μοι σωφρονεῖν ἂν δοκΟΙτε εἰ τὴν πρόφασιν - ποιοῖσθε παρασκευάζοισθε — ἀμύνοισθε. Nonne perspicuum est δοκΘΙ[illegible]ε requiri? diserte in S δοκεῖτε scriptum est sed temere spretu[illegible]m. Idem Codex ποιεῖσθε et ἀμύνεσθε exhibet soloece, medium π[illegible]ρασκευάζΟΙσθε illaesum evasit. Sic ubique etiam in optim[illegible]is testibus μέμνασ' ἀπιστεῖν: modo verum soli servant, modo iide[illegible]m titubant, fallunt, mentiuntur. Vidi doctos homines qui Codi[illegible]is S praestantiam stulte mirati eum vitiorum expertem et ἀν[illegible] μάρτητον inepti crederent. Nullum est mendorum genus ta[illegible]m absurdum, cuius non exempla ut in aliis libris Mss. sic et [illegible]in S complura reperiantur. Dabo unum et alterum γεύματος χάρ[illegible]ν. Dixerat Demosthenes severe et graviter pag. 157. 9. οὐδ' αἰσθ[illegible]ά-νονται πάντα καὶ τὰ τῆς πόλεως καὶ τὰ CΦΩN ΑΤΤΩΝ μικ[illegible]οῦ λήμματος πωλοῦντες. quid S? absurde dedit κατὰ τὰσ φων[illegible]ὰς αὐτῶν, quae nemo correxit. Idem pag. 106. 11. pro 'ΘΚΔΘΤ[illegible]Ι (ἐκ δὲ τοῦ) ὀλιγώρως ὑμᾶς ἔχειν - φοβερὸς πᾶσιν Ἕλλησιν (ὁ Φίλιππος), scripsit ἑκάστου ὀλιγώρως ὑμᾶς ἔχειν sine sensu: c[illegible]orrectores tacent. Sed illuc unde digressus sum revertor. Eod[illegible]m mendi genere, de quo agimus, corruptus est locus Demosthe[illegible]is pag. 62. 12. νυνὶ γὰρ Θηβαίοις πρὸς μὲν τὸ τὴν χώραν κεκομίσ[illegible]θαι κάλλισα πέπρακται, πρὸς δὲ τιμὴν καὶ δόξαν αἴσχισα· εἰ γὰρ [illegible]μὴ παρῆλθε Φίλιππος οὐδὲν ἂν αὐτοῖς 'ΘΔΟΚΘΙ εἶναι. Estne lo[illegible]g[illegible] deliberatione opus ut appareat δοκεῖ verum esse, non ἐδόκ[illegible]ει? Thebani Boeotiam recuperaverant non suo Marte sed Phili[illegible]ppi

lio, quae res iis simul commodum et emolumentum, simul itudinem et dedecus attulerat: receperant Boeotiam, sed ope a. Itaque Demosthenes hoc dixit: *ita homines vulgo existi-*, sive *haec hominum fama est, nisi Philippus in Graeciam rasset Thebanos eorum quae nunc haberent nihil habituros e*, idque Graece sonat: *οὐδὲν ἂν δοκοῦσιν ἔχειν*, sive: *οὐδὲν ὑτοῖς δοκϵΙ εἶναι*. Quemadmodum alibi *ἡγοῦμαι* in *ἡγούμην* avatum videmus, sic h. l. *δοκεῖ* in *ἐδόκει*, *quod erat demondum*, ut loquuntur mathematici.

fine genus vitii conspicitur pag. 142. 10. ubi editur: *τοὺς τοίνυν εὐπόρους ταύτῃ χρωμένους τῇ γνώμῃ οὐ μόνον ἡγοῦμαι ἱκαια ποιεῖν ἀλλὰ καὶ τὰ λυσιτελῆ*, et sic in solo S scriptum in caeteris omnibus *ποιεῖν ἄν*. Utra lectio verior est? o modo *ἄν* abesse potuit: satis enim manifestum est locus non laudari quod ita facerent, sed ut id facerent prudenti lio admoneri. *Si sic faciant*, inquit, *non tantum quod iussit sed etiam quod e re sua sit* FACTUROS *arbitror*, sed *ἡγοῦ τὰ δίκαια ποιεῖν ἄν* non est Attica compositio. Dicebant: *μαι τὰ δίκαι' ἌΑΝ ποιεῖν*. Tenuis lineola in ΔΙΚΑΙᾹ discrifacit.

ii huiuscemodi locos semel observaverit passim in Graecis l. alios reperturus est partim a Criticis correctos, partim c inemendatos. Idem hanc omnem lectionis varietatem , *δοκοίη*, *δοκῇ* et sim. omnia non esse unius assis intelliget. mirabitur igitur pag. 642. 2. *πάντες ἀσθενέϛερον ἂν τὸ ον εὑρεῖν ἡγοῦνται*, in uno Codice *ἡγοῦντο* apparere, et quidest huiusmodi pro nihilo ducet.

ıia *χρῆσθαι*, *χρήσασθαι*, *χρήσασθε*, *χρήσεσθε*, *χρήσησθε* perinter se confunduntur corrigi facile poterit locus pag. 37, *ἐὰν οὖν ἀλλὰ νῦν — ἐθελήσητε ϛρατεύεσθαί τε καὶ πράττειν ϛ ὑμῶν αὐτῶν καὶ ταῖς περιουσίαις ταῖς οἴκοι — χρήσΗϹΘϵ, ἂν — τέλειόν τι καὶ μέγα κτήσαισθε ἀγαθόν*. imo vero *θαι*, non *χρήσησθε*: pendet enim ut reliqua ex *ἐθελήσητε*, assim *ϛρατεύεσθαι* vel *ἐξιέναι καὶ εἰσφέρειν* coniunguntur ubi osthenes de civium socordia et inertia queritur. Non co-, non opes Atheniensibus deficiebant si modo uti VELLENT.

Continuo sequitur: *ἴσως ἂν — τῶν τοιούτων λημμάτων ἀπελαγείητε, ἃ τοῖς ἀσθενοῦσι παρὰ τῶν ἰατρῶν σιτίοις διδομένοις ἔοικεν. καὶ γὰρ ἐκεῖνα οὔτ' ἰσχὺν ἐντίθησιν οὔτ' ἀποθνήσκειν ἐᾷ.* Praeclara haec et multum celebrata *ῥῆσις* duobus mendis tamquam maculis deformata est, quorum alterum olim sustuli delendo *ἀσθενοῦσι*. Nempe *τοῖς* manifesto ad *σιτίοις* referendum, nec tamen ullo modo in *τοῖς ἀσθενοῦσι* deesse potest. Itaque Dindorfius in editione minore (Lipsiae apud Teubnerum 1855) pag. XIV. *τοῖς τοῖς ἀσθενοῦσι — σιτίοις διδομένοις* coniecit immemor eorum, quae in maiore editione (Oxonii 1846). pag. I rectissime dixerat: *non committendum putavi ut eloquentissimo oratori infans et contortum alienumque ab Atticorum elegantia affingerem genus dicendi.* Sed salva res erit ubi quis alterum mendum deprehenderit exemeritque. Expromam igitur locum unde verum elici poterit. Legitur pag. 461. 16. *μείζους εἰσὶν αἱ παρὰ τῶν δήμων δωρεαὶ τῶν παρὰ τῶν ἄλλων πολιτειῶν διδομένων.* Diligenter considera rectene haec habeant an secus. Si Demosthenes in ea re participio *διδόμεναι* uti voluisset, ubi tandem collocasset? Dixisset necessario *αἱ παρὰ τῶν δήμων δωρεαὶ διδόμεναι.* Nunc neque hoc dixit neque illud, sed male abundans participium a futili correctore interpolatum est. Optime et *ἀττικισί* dicitur *αἱ παρὰ τῶν δήμων δωρεαί*, ut pag. 476. 2. *ταῖς παρ' ἐκείνου δωρεαῖς*, et passim *ἡ παρὰ θεῶν εὔνοια, ὁ περ' ἐμοῦ λόγος, οἱ παρὰ Φιλίππου πρέσβεις, αἱ παρὰ τοῦ δεῖνος ἐλπίδες* (pag. 52. 24), et multa alia his similia. Itaque optime et *ἀττικισί* dicitur *τὰ παρὰ τῶν ἰατρῶν σιτία* et sic emicat summi Oratoris manus haec: *ἃ τοῖς παρὰ τῶν ἰατρῶν σιτίοις ἔοικεν.* Oculis paene cernimus correctorculos primum *διδομένοις* infercientes deinde *ἀσθενοῦσι*, quasi umquam *τὰ παρὰ τῶν ἰατρῶν σιτία* sanis et valentibus darentur. Sunt haec ipsa per se satis plana et perspicua, non sperno tamen luculentum testimonium ex antiquissimis libris oblatum. In *Prooemiis* a nescio quo rhetore collectis et magnam partem ex Demosthene sumtis legitur pag. 1460. 1. *ὁμοιότατα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῖς παρὰ τῶν ἰατρῶν σιτίοις διδόντες ὑμῖν. καὶ γὰρ ἐκεῖνα οὔτ' ἰσχὺν ἐντίθησιν οὔτ' ἀποθνήσκειν ἐᾷ.* Viden' quid ille in suo libro legerit? Satis igitur diu nos scioli sunt ludificati.

Pag. 38. 24 *ὑμᾶς ἀξιῶ — μὴ παραχωρεῖν τῆς τάξεως, ἣν ὑμῖν οἱ πρόγονοι [τῆς ἀρετῆς] μετὰ πολλῶν καὶ καλῶν κινδύνων κτησάμενοι κατέλιπον.* Haec aliquando in vetusto libro sic scripta fuisse suspicor:

παραχωρεῖν
τῆς τάξεως ἣν ὑμῖν οἱ πρόγονοι τῆς ἀρετῆς
μετὰ πολλῶν καὶ καλῶν κινδύνων
κτησάμενοι κατέλιπον.

Interpretatus est aliquis in ora libri quae esset *ἡ τάξις ἣν ὑμῖν οἱ πρόγονοι κατέλιπον*, deinde ea annotatiuncula irrepsit in textum. Nihil est *ἡ τάξις τῆς ἀρετῆς*, et si quammaxime haec coniungi possent quis serio credat *τῆς ἀρετῆς* illo loco poni potuisse?

Pag. 42. 5 *ἂν ἕκαστος — ὑμῶν — πᾶσαν ἀφεὶς τὴν εἰρωνείαν ἕτοιμος ὑπάρξῃ ὁ μὲν χρήματ' ἔχων εἰσφέρειν, ὁ δ' ἐν ἡλικίᾳ στρατεύεσθαι — τὰ ὑμέτερ' αὐτῶν κομιεῖσθε.* Haec antiqua et vera lectio est, quam in nostris libris inepti hominis additamentum impeditam et molestam reddidit. Editur enim *ἕτοιμος* ΠΡΑΤΤΕΙΝ *ὑπάρξῃ*. Quae est enim istorum socordia, non vidit homo *ἕτοιμος — εἰσφέρειν — στρατεύεσθαι* coniuncta esse et opinatus est in *ἕτοιμος ὑπάρξῃ* infinitivum aliquem *agendi* suppleri oportere.

Quod magna vi et acrimonia vehemens orator dixerat pag. 48. 17 sciolus inepto additamento debilitavit et fregit. Dixerat: *ἃ ἂν ὑμῖν ἀρέσκῃ χειροτονήσατε ἵνα μὴ* MONON *ἐν τοῖς ψηφίσμασι καὶ ταῖς ἐπιστολαῖς πολεμῆτε Φιλίππῳ.* Corrupit omnia qui frigidissime addidit: *ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔργοις.*

Pag. 49. 2 Demosthenes postquam civibus suasit ut classem et copias compararent quae essent perpetuo in armis et sine ulla intermissione ad bellum cum Philippo gerendum praesto forent et Macedoniae semper infestae imminerent, ita pergit: *ὑπάρχει δ' ὑμῖν χειμαδίῳ μὲν χρῆσθαι τῇ δυνάμει Λήμνῳ καὶ Θάσῳ καὶ Σκιάθῳ καὶ ταῖς ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ νήσοις, ἐν αἷς καὶ λιμένες καὶ σῖτος καὶ ἃ χρὴ στρατεύματι πάνθ' ὑπάρχει· τὴν δ' ὥραν τοῦ ἔτους, ὅτε καὶ πρὸς τῇ γῇ γενέσθαι ῥᾴδιον καὶ τὸ τῶν*

πνευμάτων ἀσφαλές, πρὸς αὐτῇ τῇ χώρᾳ καὶ πρὸς τοῖς τῶν ἐμπορίων ϛόμασι ῥᾳδίως ἔϛαι.

Ultima pars huius loci τὴν δ' ὥραν τοῦ ἔτους — ῥᾳδίως ἔϛαι omnem sanam et simplicem interpretationem respuit: est enim in his lacuna, quam si ex imo sententiae fundo et rei natura et verborum compositione in lucem revocaveris omnia erunt expedita. Opponuntur inter se χειμαδίῳ MEN χρῆσθαι et τὴν Δ' ὥραν τοῦ ἔτους * * *. Per totum annum sine intermissione copias illas vult militare et Macedoniae imminere docetque quid sit iis quaque anni tempestate agendum. *Hiberno tempore* recipient se in insulas Macedoniae et Thraciae proximas, tutas et copiosas; τὴν δ' ὥραν τοῦ ἔτους (quod dictum est ut τὸ θέρος, τὸν χειμῶνα) id est *tempore verno et aestivo* * * * exciderunt compluscula, quorum sententiam (nam verba praestare velle dementia est) sic satis commode expleveris: τὴν δ' ὥραν τοῦ ἔτους, ὅτε καὶ πρὸς τῇ γῇ γενέσθαι ῥᾴδιον καὶ τὸ τῶν πνευμάτων ἀσφαλές, πρὸς αὐτῇ τῇ χώρᾳ καὶ πρὸς τοῖς τῶν ἐμπορίων ϛόμασιν (ἐφορμεῖν, ὅθεν τὴν ἐκείνου κακῶς ποιεῖν) ῥᾳδίως ἔϛαι.

Necesse est duos *infinitivos* inter se oppositos fuisse χειμαδίῳ MEN χρῆσθαι et τὴν Δ' ὥραν τοῦ ἔτους (ἐφορμεῖν) aut simile quid.

Pag. 49. 14. ἂν ταῦτα πορίσητε τὰ χρήματα πρῶτον [ἃ λέγω. S ἃ om.) non fert loci sententia additum ἃ λέγω. Recitari iusserat plebiscitum, in quo haec omnia ordine perscripta erant pag. 48. 13. Itaque poterat dicere ἃ γέγραΦα, non ἃ λέγω, sed continuo praecedit ταῦτ' ἐϛὶν ἀγὼ γέγραΦα.

Pag. 53. 26. τῶν ϛρατηγῶν ἕκαϛος δὶς καὶ τρὶς κρίνεται παρ' ὑμῖν περὶ θανάτου, πρὸς δὲ τοὺς ἐχθροὺς οὐδεὶς οὐδ' ἅπαξ αὐτῶν ἀγωνίσασθαι [περὶ θανάτου] τολμᾷ. Vitiose admodum verba περὶ θανάτου ex superioribus repetita sunt. Rectissime dicitur περὶ ψυχῆς κινδυνεύειν sive ἀγωνίζεσθαι, ubi περὶ θανάτου esset absurdum, et κρίνειν, κρίνεσθαι περὶ θανάτου optime habet et usitatissimum est in iudiciis publicis: in bello πρὸς τοὺς πολεμίους sive πρὸς τοὺς ἐχθροὺς ἀγωνίζεσθαι sive μάχεσθαι *capitis periculum* in se continet. Apud Theophrastum *Charactt.* 25. ὁ δειλός dicitur πᾶν μᾶλλον ἢ μάχεσθαι τοῖς πολεμίοις, quia id est capitis peri-

culum adire et, ut Ὁμηρικῶς dicam, τοῦτό γοι κῆρ εἰδεται εἶναι.

Pag. 54. 8 postquam perstrinxerat stoliditatem eorum, qui rumores et rumusculos de Philippi consiliis spargerent quasi sibi notis ita pergit: ἐγὼ δ' οἶμαι μὲν — ἐκεῖνον μεθύειν τῷ μεγέθει τῶν πεπραγμένων — οὐ μέντοι γε μὰ Δί' οὕτω προαιρεῖσθαι πράττειν ὥσε τοὺς ἀνοητοτάτους τῶν παρ' ἡμῖν εἰδέναι τί μέλλει ποιεῖν ἐκεῖνος. Recte et acriter dictum, sed vide quid sequatur: ἀνοητότατοι ΓΑΡ εἰσιν οἱ λογοποιοῦντες. Haeccine putemus Atheniensibus τοῖς πάντων ὀξυτάτοις γνῶναι τὰ ῥηθέντα (pag. 32. 22) ne forte errent necessaria fuisse? Abeat igitur inficetum scholium unde venerat, in libri marginem.

Pag. 58. 16. κατιδὼν Νεοπτόλεμον τὸν ὑποκριτὴν — τὰ παρ' ὑμῶν [διοικοῦντα] Φιλίππῳ [καὶ] πρυτανεύοντα. Audi Harpocrationem v. Πρυτανεύοντα: κυρίως μὲν ἀντὶ τοῦ πρύτανιν ὄντα· ἀντὶ δὲ τοῦ διοικοῦντα Δημοσθένης ἐν Φιλιππικοῖς. Vides unde sit nata frigida interpolatio: adscriptum in margine διοικοῦντα vitio receptum est quo facto καί addiderunt. Non solet Demosthenes in tali re verba ἰσοδύναμα coniungere, sed sicubi vetus vocabulum usu exemtum legeretur apponebat magister novum et omnibus notum.

Pag. 59. 5. Neoptolemus πρὸς ἐκεῖνον (Philippum) ᾤχετο. S. οἴχεται, optime; nuperrime enim post pacem compositam abierat eratque tum cum Philippo, ut de Agathone in *Ranis* dixit Aristophanes οἴχεται ἐς μακάρων εὐωχίαν, erat enim cum rege Archelao.

Acute vidit Dindorfius pag. 61. 14. [σῶς τε εἶναι καὶ κρατεῖν τῶν ἄλλων] pannum esse a magistello assutum.

Pag. 69. 19. ὁ δὲ ταῦτα μὲν μέλλει καὶ μελλήσει γε, ὡς ἐγὼ κρίνω, τοῖς Μεσσηνίοις δὲ καὶ τοῖς Ἀργείοις ΕΠΙ τοὺς Λακεδαιμονίους συμβάλλειν οὐ μέλλει. Ultima verba intelligi non posse satis ostendunt doctorum interpretationes οὐδὲν ὑγιὲς ἔχουσαι. Antiqua scriptura haec erat: τοῖς Ἀργείοις τοὺς Λακεδαιμονίους συμβάλλειν οὐ μέλλει, sed quid esset συμβάλλειν non intellexe-

runt. Igitur alii omnes *συνεισβάλλειν* rescripserunt sine sensu et S perperam *ἐπί* additum habet. Sed *συμβάλλειν* est *committere* ad pugnam, ut saepe *ἀλεκτρυόνας συμβάλλειν* dicitur. Expuncto igitur *ἐπί* locus sanus est et luce clarior.

Pag. 72. 2. *οὐ φυλάξεσθ' ὅπως, ἔφην, μὴ πολέμου ζητοῦντες ἀπαλλαγῆνAI δεσπότην εὕρHTϵ.* Corrigendum esse arbitror *ὅπως μὴ πολέμου ζητοῦντες ἀπαλλαγὴν δεσπότην εὑρήσετε.* Concinnum est in tali re nomen nomini opponere, et quid tritius quam *ἀπαλλαγὴ πολέμου*, ut pag. 275. 26. *οὐκ ἦν τοῦ πρὸς ὑμᾶς πολέμου πέρας οὐδ' ἀπαλλαγὴ Φιλίππῳ*, id est nec bellum conficere poterat nec pacem componere. Praeterea *εὑρήCϵτε* pro *εὕρητε* scribendum quoniam *ὅπως μή* constanter cum futuro componitur: dicebant *φοβοῦμαι μὴ λάβῃ* sed *φοβοῦμαι ὅπως μὴ λήψεται.* Aristophanes *Equitt.* 111.

ἀτὰρ τοῦ δαίμονος
δέδοιχ' ὅπως μὴ τεύξομαι κακοδαίμονος.

Levis error obscurat locum pag. 76. 21. *οὐκ ἔστιν ὅπως αἱ αἰτίαι, ἃς Φίλιππος αἰτιᾶται, τοὺς ὑπὲρ τῶν δικαίων πρὸς ὑμᾶς λέγοντας κωλύσουσι συμβούλους ἡμᾶς γίγνεσθαι ὑπὲρ τῶν ὑμῖν συμφερόντων.* Quis non sentit sic *ἡμᾶς* molestissima sede esse collocatum? Sed salva res est: interpunctionem modo sic corrigas: *ἃς Φίλιππος αἰτιᾶται τοὺς ὑπὲρ τῶν δικαίων πρὸς ὑμᾶς λέγοντας, κτἑ.* Non cogitarunt *αἰτιᾶσθαι* duplicem hunc accusativum habere.

Eadem facilitate emendabis locum pag. 78. 1. *δι' ἀμφοτέρων τῶν ὀνομάτων ὁποτέρῳ ἂν χρῆσθε ὑμεῖς, ἕξετε τὴν νῆσον.* imo vero *ὁποτέρῳ ἂν χρῆσθε, ὑμεῖς ἕξετε τὴν νῆσον.*

Pag. 77. 20. *τί κωλύει καὶ εἴ τινα τῆς Ἀττικῆς λῃσαὶ τόπον καταλάβοιεν — καί τινες τούτους [τοὺς λῃσάς] ἐκκόψειαν, εὐθὺ καὶ τὸν τόπον τοῦτον [οὗ ἦσαν οἱ λῃσαί] — τῶν τιμωρησαμένων τοὺς λῃσὰς γίγνεσθαι;* Agnoscisne stilum futilium magistrorum? Audivi virum perelegantis ingenii et Graece perdoctum Parisiensem professorem ita dicentem: *le jugement de l'oreille n'a pas d'autorité quand il s'agit d'une langue morte.* Lubenter ex eo quaesiverim nihilne eum in vulgata offendat possitque aequa-

animo et aure illaesa audire λῃσαί, λῃσάς, λῃσαί, λῃσάς? Hoc quidem scio numquam eum ipsum in scribendo talia commissurum.

Pag. 84. 20. Φεραίων ἀΦῄρηται τὴν πόλιν καὶ Φρουρὰν ἐν τῇ ἀκροπόλει κατέϛησεν ἵνα δὴ αὐτόνομοι ὦσιν. Quid est ἀΦῄρηται τὴν πόλιν? an ἀνάϛατον πεποίηκεν? Minime, cur enim in arce praesidium imposuisset nisi ut cives intra urbem in officio contineret? Vetus compendium male expletum has turbas dedit.

Erat ἀΦῄρηται τὴν πο̂, id est τὴν πολιτείαν, id est τὴν δημοκρατίαν et simplicissime κατέλυσε τὸν δῆμον.

Pag. 86. 7. τοῦτον τὸν ἄνδρα ἐκεῖνος οὕτω σΦόδρα ὑμῖν ἐβούλετο χαρίσασθαι ὥϛε ἀπέκτεινε καὶ οὐδ' ἀναίρεσιν ἔδωκεν. Haec ipse orator dixerat, deinde magistellus de suo addidit ἵνα ταΦῇ. Lysias ἐν τῷ ἐπιταΦίῳ §. 7. πέμψαντες κήρυκας ἐδέοντο αὐτῶν δοῦναι τῶν νεκρῶν ἀναίρεσιν. Lepidissime Antiphanes apud Athen. pag. 225 D. de piscibus putridis dixit:

σήπονθ' ἕωλοι κείμενοι δύ' ἡμέρας
ἢ τρεῖς· μόλις δ' ἐάν ποτ' ὠνητὴν τυΦλὸν
λάβωσ' ἔδωκαν τῶν νεκρῶν ἀναίρεσιν.

Ἀναιρεῖσθαι τοὺς νεκρούς legitur passim apud omnes, nemo veterum πρὸς ταΦήν aut ἵνα ταΦῶσιν addidit umquam, nisi quod apud Henricum Stephanum Herodiani locus affertur: ὡς μηδὲ νεκρῶν ἀναίρεσιν πρὸς ταΦὴν γενέσθαι δυνηθῆναι διὰ τὸ πλῆθος τῶν πτωμάτων. Sic sequiores loquebantur, unde exstitit interpolatio eo facilior ad deprehendendum quia vetus scriptor ἵνα ταΦείη, non ταΦῇ, dicturus fuisset.

Pag. 113. 13. (ὁ Φίλιππος) Ὀλυνθίοις τετταράκοντ' ἀπέχων τῆϛ πόλεως ϛάδια εἶπεν ὅτι δεῖ δυοῖν θάτερον ἢ ἐκείνους ἐν Ὀλύνθῳ μὴ οἰκεῖν ἢ αὐτὸν ἐν Μακεδονίᾳ, πάντα τὸν ἄλλον χρόνον εἴ τιϛ αὐτὸν αἰτιάσαιτό τι τοιοῦτον ἀγανακτῶν καὶ πρέσβειϛ πέμπων τοὺϛ ἀπολογησομένους. Quod cum bona Editorum pace dictum sit, Philippi verba plane sunt sensu vacua et inepta. Quae est enim in his oppositio ἢ ὑμᾶϛ δεῖ ἐν Ὀλύνθῳ μὴ οἰκεῖν ἢ ἐμὲ ἐν Μακεδονίᾳ? Nulla prorsus. Quid Philippus dixerit facile ex ipsa

re colligitur. Necopinato cum infesto exercitu adest et haec minacia verba iacit: *„aut vobis aut mihi pereundum"*, de salute erit nobis, non de imperio dimicandum, et ut proverbio dicitur ἢ ᾽μ᾽ ἀνάειρ᾽ ἢ ἐγὼ σέ. Aut moriar, inquit, aut oppidum vestrum delebo. Quid est igitur restituendum? Duas literulas addere satis est: δεῖ ἢ ἐκείνους ἐν Ὀλύνθῳ μὴ οἰκεῖν ἢ αὐτὸν ΜΗ ἐν Μακεδονίᾳ. Sunt haec sic satis credo plana et erunt etiam planiora si comparaveris pag. 134. 23. 70. 10. εἰ γὰρ Ἀμφίπολιν καὶ Ποτίδαιαν προεῖτο οὐδ᾽ ἂν ἐν Μακεδονίᾳ μένειν ἀσφαλῶς ἡγεῖται.

Pag. 116. 10. πολλῷ παραδοξότερον ἦν τοσοῦτον αὐτὸν (Philippum) ἐξ ἐκείνου γενέσθαι ἢ νῦν ὅθ᾽ οὕτω πολλὰ προείληφε καὶ τὰ λοιπὰ ὑφ᾽ αὑτῷ ποιήσΑσθαι. Quis praesertim admonitus non continuo animadvertit ποιήσΘεσθαι verum esse? Nempe de *futuri* belli eventu haec dici palam est.

Pag. 118. 23. ὅσα — ἔπασχον οἱ Ἕλληνες ἀλλ᾽ οὖν ὑπὸ γνησίων γ᾽ ὄντων τῆς Ἑλλάδος ἠδικοῦντο, — ὥσπερ ἂν εἰ υἱὸς ΘΝ οὐσίᾳ πολλῇ γεγονὼς [γνήσιος] διῴκει τι μὴ καλῶς. Emenda ΘΠ᾽ οὐσίᾳ πολλῇ noto usu pro *magnarum divitiarum heres aliquando futurus*, quo facto inutile γνήσιος ex praecedentibus male repetitum expunge. Isaeus pag. 80. 2. ἡ μήτηρ ἡ ἐμὴ ΘΝ παντὶ τῷ οἴκῳ ἐπίκληρος ἐγένετο, cui ἐπί reddidit Valckenarius ad Herod VII. 224. Compara locum Isaei pag. 82. 1. πῶς οὐκ ἐπίκληρον ἦν ἐπὶ τούτοις τοῖς χρήμασιν ἡ ἐμὴ μήτηρ;

Est locus pag. 119. 14—19. in S omissus et manu recentiore in margine additus, qui me iudice totus reiiciendus et resecandus est ut ab Oratoris sententia prorsus abhorrens. τί τὴν ἐσχάτης ὕβρεως ἀπολείπει; exclamat. οὐ τίθησι μὲν τὰ Πύθια — κἂν αὐτὸς μὴ παρῇ τοὺς δούλους ἀγωνοθετήσοντας πέμπει; Insigni quaedam haec est Graecorum iudicio contumelia et insolentia et arrogantia et impudentia: ὄλεθρος Μακεδὼν τίθησι τὰ Πύθια. Sed vide quid sequatur: κύριος δὲ Πυλῶν καὶ τῶν ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας παρόδων ἐστὶ καὶ Φρουραῖς καὶ ξένοις τοὺς τόπους τούτους κατέχει. Non est haec Philippi ὕβρις, ut opinor: sed ὑβρισικ. sunt quae post locum interpolatum sequuntur: γράφει δὲ Θεττα

λοῖς ὃν χρὴ τρόπον πολιτεύεσθαι κτἑ. Unde haec irrepsisse putemus? Subiit mihi nonnumquam animum cogitatio haec et his similia apud Demosthenem in S omissa ex Theopompi Φιλεπποικοῖς in margine apposita deinde ut fit in textum se insinuasse. Inspice mihi locum pag. 126. 1. τότε μὲν πέμψας τοὺς μετ' Εὐρυλόχου ξένους, πάλιν δὲ τοὺς μετὰ Παρμενίωνος. Historici est haec minutiora commemorare, non oratoris. Recte igitur haec S omittit. Ex quo alio, quam ex Theopompo, eius rei notitia hauriri potuit?

Removenda est intolerabilis negatio stulte repetita pag. 119. 4. ἀλλ' οὐχ ὑπὲρ Φιλίππου καὶ ὧν ἐκεῖνος πράττει νῦν [οὐχ] οὕτως ἔχουσιν οὐ μόνον οὐχ Ἕλληνος ὄντος — ἀλλ' οὐδὲ βαρβάρου ἐντεῦθεν ὅθεν καλὸν εἰπεῖν.

Pag. 122. 6. ἐκεῖνοι Ζελείτην τινὰ Ἀρθμιον δοῦλον βασιλέως ὅτι τῷ δεσπότῃ διακονῶν χρυσίον ἤγαγεν εἰς Πελοπόννησον — ἐχθρὸν αὐτῶν ἀνέγραψαν. Sic locus legendus est eiecto puerili additamento quod servant libri omnes, qui post βασιλέως addunt: [ἡ γὰρ Ζέλεια ἐστι τῆς Ἀσίας]. quasi vero id quisquam tum nesciret, namque perinde est ac si quis diceret αἱ γὰρ Θῆβαί εἰσι τῆς Βοιωτίας vel ἡ Μαντίνεια τῆς Ἀρκαδίας. Praeterea si quis quammaxime ubi locorum ἡ Ζέλεια sita esse nesciret, non esse Graeciae urbem sciebant omnes et in δοῦλος βασιλέως continuo intelligebant hominem in Perside esse natum.

Quamquam quis poterat Ζέλειαν ignorare qui ab ineunte pueritia Homerum audiverat:

οἳ δὲ Ζέλειαν ἔναιον ὑπαὶ πόδα νείατον Ἴδης
ἀφνειοὶ πίνοντες ὕδωρ μέλαν Αἰσήποιο.

Pag. 125. 6. λέξω δ' ἔργα ἃ πάντες εἴσεσθε. Primum offendit ἔργα miro et inusitato usu positum, deinde futurum εἴσεσθε. Natura rei et dicendi usus ἴσε postulat. Fortasse dixit: λέξω δ' ἃ πάντες ἐπίσασθε.

Pag. 129. 16. οὐδὲ τοῦτ' ἄχρηστον οὐδ' αἱ πέρυσι πρεσβεῖαι αἱ περὶ Πελοπόννησον ἐκεῖναι [καὶ κατηγορίαι], ἃς ἐγὼ καὶ Πολύευκτος — περιήλθομεν. Donec satis constabit κατηγορίας περιϊέναι

absurde dici, non dubitabimus verba καὶ κατηγορίαι vitio nat[illegible] una litura delere.

Pag. 130. 6. ἀγαπητὸν γὰρ ἐὰν αὐτοὶ σώζωνται τούτων ἕκας OI — ἀλλ' ὑμῖν τοῦτο πρακτέον. Literula addita scribendum τούτων ἑκάς OIC, id est τούτων ἑκάσους ἀγαπᾶν δεῖ ἐὰν αὐτοὶ σώζωνται, *horum singulos si ipsi salvi sint praeclare secum actum esse existimare oportet*, ut pag. 175. 14. ἀγαπητὸν ἦν παρ' ἐκείνου τῶν ἄλλων ἑκάς ΩΙ καὶ τιμῆς καὶ ἀρχῆς καὶ ἀγαθοῦ τινὸς μεταλαμβάνειν.

Pag. 120. 14. ἦν τι τότε — ἐν ταῖς τῶν πολλῶν διανοίαις ὃ — ἐλευθέραν ἦγε τὴν Ἑλλάδα. Mendosum est ἦγε. Nemo intelligit quid sit τὴν Ἑλλάδα ἐλευθέραν ἄγειν: sed facile est sententiam oratoris reperire. Erat tum, inquit, in hominum mentibus aliquid, quod efficiebat ut Graecia in libertate viveret. Adde duas literulas et hoc ipsum habebis ἐλευθέρα N ΔΙ ἦγε τὴν Ἑλλάδα. Noto usu διάγειν aut neutrum est *aetatem agere* aut transitivum facere ut aliquis aetatem transigat. Nobilis locus est in oratione *de Corona* pag. 255. 10. ὁ γὰρ τότε πόλεμος — ἐν πᾶσι τοῖς κατὰ τὸν βίον ἀφθονωτέροις καὶ εὐωνοτέροις διῆγεν ὑμᾶς τῆς νῦν εἰρήνης.

Pag. 122. 21. οὐ γὰρ ἂν αὐτοῖς ἔμελεν εἴ τις ἐν Πελοποννήσῳ τινὰς ὠνεῖται καὶ διαφθείρει μὴ τοῦθ' ὑπολαμβάνουσιν. ἐκόλαζον δ' οὕτω καὶ ἐτιμωροῦντο οὓς αἴσθοιντο ὥςε καὶ ςηλίτας ποιεῖν. sic solus omnium S, caeteri οὓς αἴσθοιντο δωροδοκοῦντας. Hoc uno testimonio nitebatur male sana opinio eorum, qui δωροδοκεῖν pro διαφθείρειν ἐπὶ χρήμασι contra sanam rationem et perpetuum veterum usum dici posse asseverabant. Bonum factum quod unus omnium optimus testis absurdam hanc opinionem confutavit. Hoc igitur exemplo moniti cavebimus ne credamus quod cum sana ratione pugnet fieri potuisse, quia unus aut alter Codex huiusmodi quid confirmare videtur.

Manifestum tenemus scioli additamentum pag. 130. 15. ubi S dedit: πρῶτον μὲν οὐ μήποθ' εὕρῃ τοὺς ποιήσοντας, ἔπειτα δέδοικα μὴ πάνθ' ἅμα ὅσα οὐ βουλόμεθα ποιεῖν ἡμῖν ἀνάγκη

γένηται (leg. γενήσεται). Quibus addunt multi libri haec: εἰ γὰρ ἦσαν εὕρηντ' ἂν πάλαι ἕνεκά γε τοῦ μηδὲν ἡμᾶς αὐτοὺς ποιεῖν ἐθέλειν· ἀλλ' οὐκ εἰσίν. Quae si genuina forent saltem post ποιήσοντας collocari debuissent, sed multo satius est pannum hunc Demostheni praesertim in hac acri et animosa oratione abiudicare.

Accedimus ad Philippicam quartam, quam impostor aliquis Atheniensis lucri cupidus callide ex pulcherrima quaque Demosthenis oratione consarcinavit ut Ptolemaeum aliquem aut Pergami regem grandi pecunia emungeret. Quisquis est et ἀττικιστί probe scribebat et in genuinis Demosthenis orationibus diu et multum erat versatus, ut fraus tamdiu latere potuerit, quae nunc suspicione semel a Valckenario mota („*quarta Philippica, quae mihi quidem ex Demostheneis ab alia manu videtur conflata*" in orat. *de Philippo Macedone* pag. 251) omnium oculis patet.

Pag. 133. 22. κατέσκαπτε Πορθμὸν καὶ τυραννίδα ἀπαντικρὺ τῆς Ἀττικῆς ἐπετείχισεν ὑμῖν [ἐν τῇ Εὐβοίᾳ]. Ecquis erit qui futile emblema vel apud hunc impostorem ferri posse putet?

Post pauca sequitur: οὐδὲν ἐφροντίσατε οὐδ' ἐπεγράφητε οὐδϵΝ τούτων. Sic S; caeteri ἐπ' οὐδενί a vetere correctore. Legendum οὐδϵ τούτων.

Pag. 134. 13. κακόνους μέν ἐστι καὶ ἐχθρὸς ὅλῃ τῇ πόλει καὶ τῷ τῆς πόλεως ἐδάφει, προσθήσω δὲ καὶ τοῖς ἐν τῇ πόλει ΘϵΟΙϹ, οἵπερ αὐτὸν ἐξολέσειαν. Qui de Graecorum religione scripturus est nolito quaerere quo pacto Philippus Macedo Atheniensium Deos odisse potuerit aut qui tandem sint οἱ ἐν τῇ πόλει θεοί. Nempe novum hoc Deorum genus ex impostoris nostri cerebro prosiluit. Legerat apud Demosthenem pag. 99. 20. προσθήσω δὲ καὶ τοῖς ἐν τῇ πόλει ΠΑϹΙΝ ΑΝΘΡΩΠΟΙϹ καὶ τοῖς μάλις' οἰομένοις αὐτῷ χαρίζεσθαι, deinde plura addit de Philippi adversus proditores post proditionem odio et resumit institutae sententiae filum pag. 99. 26. οὐδενὶ μέντοι μᾶλλον κτέ. Impostor quum interposita haec omittere vellet tam audacter quam stulte

substituit de nihilo: προσθήσω δὲ καὶ τοῖς ἐν τῇ πόλει (θεοῖς οἵτινες αὐτὸν ἐξολέσειαν), οὐδενὶ μέντοι μᾶλλον κτέ. Itaque ab his οἱ θεολογοῦντες abstineant manum.

Pag. 135. 2. ἥξει πάντα τὰ νῦν βεβιασμένα supra pag. 100. 2. τὰ νῦν CTMβεβιασμένα vitiose. Nullus hic praepositioni locus.

Pag. 135. 4. ἐγὲ γὰρ ὑμεῖς οὐκ αὐτοὶ πλεονεκτῆσαι καὶ κατασχεῖν ἀρχὴν εὖ πεφυκότες ἀλλ' ἕτερον λαβεῖν κωλῦσαι καὶ ἔχοντ' ἀφελέσθαι καὶ ὅλως ἐνοχλῆσαι τοῖς ἄρχειν βουλομένοις καὶ πάντας ἀνθρώπους εἰς ἐλευθερίαν ἐξελέσθαι δεινοί. Eadem supra pag. 100. 4. sed καὶ ἔχοντ' ἀφελέσθαι δεινοὶ — εἰς ἐλευθερίαν Ἀφελέσθαι ἕτοιμοι, quae meliora sunt, sed ἐξελέσθαι ob praecedens ἀφελέσθαι retinendum, quamquam proprie dicitur εἰς ἐλευθερίαν ἀφελέσθαι et ἡ εἰς ἐλευθερίαν ἀφαίρεσις si quis quem in libertatem vindicat.

Pag. 135. 11. πρῶτον μὲν δὴ τοῦτο δεῖ ἐχθρὸν ὑπειληφέναι τῆς πολιτείας [καὶ τῆς δημοκρατίας] ἀδιάλλακτον ἐκεῖνον. Totidem verbis supra pag. 100. 12. Quis tamen admonitus punctum temporis dubitabit stolidum emblema expellere? Quis nescit ἀττικιστί quae caeteris ἡ δημοκρατία dicitur τὴν πολιτείαν appellari solere? et feremus haec pueriliter copulata. Quid in re nota testes producam? Audi tamen Harpocrationem V. Πολιτεία: ἰδίως εἰώθασι τῷ ὀνόματι χρῆσθαι οἱ ῥήτορες ἐπὶ τῆς δημοκρατίας, et vel hunc unum Demosthenis locum inspice in quo versamur pag. 99. 26 (134. 15) οὐδενὶ μέντοι μᾶλλον ἢ τῇ πολιτείᾳ πολεμεῖ — καὶ σκοπεῖ πῶς ταύτην καταλύσει. et post pauca pag. 99. 29. οἶδε γὰρ ἀκριβῶς ὅτι — οὐδὲν ἴσαι αὐτῷ βεβαίως ἔχειν ἕως ἂν ὑμεῖς δημοκρατῆσθε. Itaque qui τῆς δημοκρατίας retinere volet in margine adscribito.

Pag. 136. 25. Φίλιππον δ' αὐτὸν οὐδὲν ἂν ἄλλο οἶMAI MA τοὺς θεοὺς εὔξασθαι ποιεῖν τὴν πόλιν ἢ ταῦτα ἃ νῦν ποιεῖτε. MA ex praecedente - MAI vitio natum novo errori τοὺς θεούς pro τοῖς θεοῖς ortum dedit. Emenda: οὐδὲν ἂν ἄλλο οἶμαι τοῖς θεοῖς εὔξασθαι ποιεῖν τὴν πόλιν. Herod. I. 37. (cf. *Var. Lectt.* pag.

413) *νησιώτας δὲ τί δοκέεις ἀρᾶσθαι ἄλλο ἢ — λαβεῖν Λυδοὺς ἐν θαλάσσῃ*; Quid notius est quam *εὔχομαι τοῖς θεοῖς* cum infinitivo? Demosthenes pag. 94. 29. *εἶθ' ἃ Φίλιππος ἂν εὔξαιτο τοῖς θεοῖς ταῦθ' ἡμῶν τινὲς ἐνθάδε πράττουσιν.*

Pag. 139. 20. *συμβέβηκε δ' εὐτυχήματA ἀπὸ ταὐτομάτου οἷς ἂν χρησώμεθA ὀρθῶς ἴσως ἂν γένοιτο τὰ δέοντα.* S habet *εὐτύχημα ἀπ' αὐτομάτου.* Scribendum *εὐτυχήματ' ἀπὸ ταὐτομάτου* et *χρησώμεθ' ὀρθῶς.*

Pag. 141. 15. *τετρακόσια ἀντὶ τῶν ἑκατὸν ταλάντων προσέρχεται.* Scribebatur *ταλᾶν* et legendum *ἀντὶ τῶν ἑκατὸν τάλαντA.* Recte dicitur *ἀντὶ τῶν ἑκατὸν ταλάντων τετρακόσια προσέρχεται*, sed vulgata compositio vitiosa est.

Pag. 141. 20. *τί οὖν Μαθόντες τοῦτο ὀνειδίζομεν ἀλλήλοις*; Corrige *Παθόντες*, quo mendo nihil frequentius. In *τί παθών* est lenissima quaedam et urbana stultitiae exprobratio, quae *πάθημα* est non *μάθημα.*

Pag. 141. 22. *πλὴν εἰ τῇ παρὰ τῆς τύχης βοηθείᾳ γεγονυίᾳ τοῖς ἀπόροις φθονοῦμεν· οὓς οὔτ' ἂν αἰτιασαίμην ἔγωγε οὔτ' ἀξιῶ.* Non intelligo. Perspicuum esset mihi vocabulo addito *οὔτ' ἄλλον ἀξιῶ.*

Pag. 142. 3. *ὥσπερ τοίνυν ἑνὸς ἡμῶν ἑκάστου* TIC *ἐστι γονεὺς οὕτω συμπάσης τῆς πόλεως κοινοὺς δεῖ γονέας τοὺς *σύμπαντας ἡγεῖσθαι καὶ προσήκει τούτους οὐχ ὅπως ὧν ἡ πόλις δίδωσιν ἀφελέσθαι τι ἀλλ' εἰ καὶ μηδὲν ἦν τούτων ἄλλοθεν σκοπεῖν ὅπως μηδενὸς ὄντες ἐνδεεῖς περιοφθήσονται.* Manifestum est ad sententiae integritatem aliquid desiderari: *quemadmodum*, inquit, *unusquisque nostrum suum sibi habet parentem, sic universae civitatis communes parentes esse ** universos existimare oportet.* Quos tandem? Quos appellat *τούτους* in sqq. *καὶ προσήκει τούτους οὐχ ὅπως ἀφελέσθαι τι κτέ.*? In hac quidem re infelix coniector Reiskius fuit quum pro *τοὺς σύμπαντας* substitueret *τοὺς πένητας*, quod confutari nihil attinet, sed aliud melius quaerendum. Vocabulum fugitivum retrahi poterit ex comparatione quae praecedit:

οὐδὲ γὰρ ἐν ταῖς ἰδίαις οἰκίαις ὁρῶ τῶν ἐν ἡλικίᾳ πρὸς τ
ΠΡΕCΒΥΤΕΡΟΥC οὕτω διακείμενον οὐδ' οὕτως ἀγνώμονα οὐδ' ἄτι
τῶν ὄντων οὐδένα ὥςε εἰ μὴ ποιήσουσιν ἅπαντες ὅσον (sic S) αἰ
οὐ φάσκειν ποιήσειν οὐδὲν οὐδ' αὐτόν. Hi ipsi sunt, quos c
munes civitatis parentes dixit existimari oportere: κοινοὺς
γονέας τοὺς ΠΡΕCΒΥΤΕΡΟΥC σύμπαντας ἡγεῖσθαι καὶ προσ
τούτους οὐχ ὅπως ὧν ἡ πόλις δίδωσιν ἀφελέσθαι τι, ἀλλ'
καὶ μηδὲν ἦν τούτων ἄλλοθεν σκοπεῖν ὅπως μηδενὸς ὄντες ἐνδ
περιοφθήσονται. Sic clara luce splendent omnia: οἱ πρεσβύτ
καὶ οἱ ἀδυνατοῦντες τῷ σώματι μισθὸν ἐκ τοῦ δημοσίου ἔφερον
δύ' ὀβολώ. Qui erat sexagenario maior ex aerario duos numi
accipiebat in diem, promiscue omnes divites pauperesque. E
dixit pag. 141. 15. τετρακόσια τάλαντα προσέρχεται οὐδενὸς ο
ζημιουμένου τῶν τὰς οὐσίας ἐχόντων ἀλλὰ καὶ προσλαμβάνοντ
οἱ γὰρ ΕΤΠΟΡΟΙ πάντες ἔρχονται μεθέξοντες τούτου καὶ κα
ποιοῦσιν. Fuisse aetate grandiores qui οὐδὲν ποιοῦντες aerari
exhaurirent etiam apud verum Demosthenem apparet
38. 10. ἔςι τις ΥΕΞΩ ΤΗC ΗΛΙΚΙΑC ὑμῶν; ὅσα οὗτος ἀτ
τως νῦν λαμβάνων οὐκ ὠφελεῖ ταῦτ' ἐν ἴσῃ τάξει λαμβαν
Omnino videtur nomen τὸ θεωρικόν, τὰ θεωρικά, multis error
ansam dedisse: fieri potest ut antiquitus duobus obolis ex aer
acceptis sedem sibi in theatro emerint, sed postea eo non
quaelibet διανομαί appellari coeptae, in quarum numero
quoque fuit ut senioribus (οὓς κοινοὺς δεῖ γονέας συμπάσης
πόλεως ἡγεῖσθαι) duo nummi in diem ex aerario attribueren
quam largitionem quum nonnulli acriter reprehenderent pers
tus Demosthenes hanc sibi causam defendendam suscepit.

Demosthenes ipse summa ope enisus est ut malesanis la
tionibus finis aut modus imponeretur. ubi scribit pag. 31.
λύειν τοὺς νόμους δεῖ τούτους τοὺς αὐτοὺς ἀξιοῦν οἵπερ καὶ τε
κασιν de Eubulo dicit, quem legis auctorem fuisse sciunt omn

In loco Demosthenis, quo de agimus, leve mendum supe
in verbis ἑνὸς ἡμῶν ἑκάςου TIC ἔςι γονεύς. Graecum est
τις γονεύς, non tamen sic legendum, sed ΕIC (εἷς) ἔςι γον
Frequens haec confusio est. Cf. *Nov. Lectt.* pag. 484.

C. G. COBET.

MNEMOSYNE.

BIBLIOTHECA PHILOLOGICA BATAVA

SCRIPSERUNT

C. G. COBET, C. M. FRANCKEN, H. VAN HERWERDEN,
S. A. NABER, W. G. PLUYGERS, ALII.

COLLEGERUNT

C. G. COBET, H. W. VAN DER MEY.

NOVA SERIES.
VOLUMEN QUARTUM.

LUGDUNI-BATAVORUM,
E. J. BRILL.

LIPSIAE,
HARRASSOWITZ.
1876.

INDEX.

Pag.

ersaria Critica ad Demosthenem. C. G. Cobet. . . . . 1— 47.
Hippocrates. . . . . 47.
laciniis antiquissimi Codicis Strabonis nuper repertis
. G. Cobet. . . . . 48— 57.
δυνατά et ἀδύνατα confusa. . . . . 57.
tiana. J. J. Cornelissen. . . . . 58— 73.
tus Thrasea. ad Plutarchi vitam Catonis Uticensis. C. G. Cobet. 74— 78.
Anyte. . . . . 78.
Strabonem. C. G. Cobet. . . . . 79—112.
Gaii Institutionum Codicem Veronensem. B. J. Polenaar. 113—120.
Galenus. . . . . 120.
Gaii Institutionum Codicem Veronensem. B. J. Polenaar. 121—134.
Galenus. . . . . 134.
acydidea. C. Badham. . . . . 135—145.
Poenuli Plautinae compositione. C. M. Francken. . . . 146—175.
Strabonem. C. G. Cobet. . . . . 176—212.
labus errorum, qui in Codicibus Graecis vulgo circumferun-
ur necdum apud Strabonem correcti sunt. C. G. Cobet. . 213—230.
Iamblichus. . . . . 230.
Galenus. . . . . 231—232.
merica. C. G. Cobet . . . . . 233—284.
Scholium Platonis . . . . . 284.
nandri fragmenta inedita. C. G. Cobet. . . . . 285—293.
otulae ad Athenaeum. H. van Herwerden . . . . . 294—323.
Euripides *Suppl.* 175 . . . . . 323.
Plato . . . . . 323.

Observationes Criticae in Achillem Tatium. S. A. Naber . . 324—352.
Galenus . . . . . 352.
ΟΥΚ interpolatum . . . . . 352.
De locis nonnullis apud Polybium in titulo περὶ γνωμῶν. C. G. Cobet. . . . . 353—375.
Anecdota Bekkeri. . . . . 375.
Ἄτακτα. C. Badham. . . . . 376—377.
Plato in Timaeo. . . . . 377.
Locus Constantini Porphyrogeniti ex Codice archetypo Parisino descriptus. C. G. Cobet. . . . . 378—382.
Galenus. . . . . 382.
De fabulis Aesopicis. S. A. Naber. . . . . 383—441.
Platonica. C. G. Cobet. . . . . 442—449.
Anecdota Bekkeri. . . . . 449.
Menandri fragmentum. C. G. Cobet. . . . . 450—452.

ADVERSARIA CRITICA AD DEMOSTHENEM.

Cap. III.

ΚΑΤΑ ΦΙΛΙΠΠΟΥ Δ.

Pag. 142. 18. *ἐμοὶ γὰρ οὐδεὶς οὕτως ἄθλιος οὐδ' ὠμὸς εἶναι δοκεῖ τὴν γνώμην, οὔκουν Ἀθηναίων γε, [οἶμαι ἀλλ' οὐδὲ τῶν ἄλλων] ὥστε λυπεῖσθαι ταῦτα λαμβάνοντας ὁρῶν τοὺς ἀπόρους.* **Quam** primum absurdum emblema expunge. Mirum non vidisse Editores haec adversis frontibus inter se pugnare. Orator de omnibus hominibus id dicere instituerat, sed ne nimia dicere videretur, ad solos Athenienses hanc benignitatis laudem revocavit. Supervenit postea lector aliquis, candida anima, quo iudice illa laus omnibus hominibus impertiri debebat.

In optimo S non est huius additamenti nec vola nec vestigium.

Simillimum huic additamentum latebat apud Iulianum *ἐν τῷ μισοπώγωνι* pag. 337. B. *ἐμοὶ δὲ ἀπαγορεύει ὁ νόμος ἐπ' ὀνόματος [ὥσπερ οἶμαι καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν] αἰτιᾶσθαι.* Nonne perspicuum est duos hic homines loqui?

Pag. 142. 24. *ὅταν τὸ ἀπὸ τῶν κοινῶν ἔθος ἐπὶ τὰ ἴδια μεταβιβάζοντας ὁρῶσί τινας καὶ μέγαν μὲν ὄντα παρ' ὑμῖν εὐθέως τὸν λέγοντα, ἀθάνατον δ' ἕνεκ' ἀσφαλείας, ἑτέραν δὲ τὴν κρύβδην ψῆφον τοῦ φανερῶς θορύβου.* Perdiderunt oleum et operam omnes, qui hunc locum interpretari conati sunt. Atra nocte premuntur omnia propter unius vocabuli labem, quam si sustuleris lux erit. Emenda: *καὶ μέγαν μὲν ὄντα παρ' ὑμῖν εὐθέως τὸν*

'ΑΝΤΙλέγοντα. *Sunt*, inquit, *qui non tantum publicas opes sed privatas quoque trahant ad sese. Qui* CONTRA DICIT *statim fert plausum et laudibus effertur in coelum, sed in iudicii exitu sententiis iudicum condemnatus esse reperitur.* Iudices PALAM plaudunt primum, sed tandem CLANCULUM eundem hominem tabellis condemnant. Propterea addit: ταῦτ' ἀπιστίαν, ταῦτ' ὀργὴν ἔχει. Novimus istos Atticos iudices,

qui saepe propter invidiam adimunt diviti,
aut propter misericordiam addunt pauperi.

Terent. *Phorm.* II. 1. 46.

Quod autem dixit ἀθάνατον δ' ἕνεκ' ἀσφαλείας imitatus est Libanius in declamatione nuper edita (*Hermes.* 1874. pag. 31. 20): ἀφ' ὧν οὗτος μὲν ἀθάνατος ἕνεκα τῆς παρ' ὑμῖν ἀσφαλείας. Appellatur ἀθάνατος ἕνεκ' ἀσφαλείας reus, qui causam tam bonam habet, ut damnari non posse videatur, in quo iudicum perfidia cernitur.

Pag. 143. 14. ἐξέστητε — τῆς ὑποθέσεως ἐφ' ἧς ὑμᾶς οἱ πρόγονοι κατέλιπον καὶ τὸ μὲν προΐστασθαι τῶν Ἑλλήνων — περίεργον ἐπείσθητε εἶναι, — τὸ δ' ἐν ἡσυχίᾳ διάγειν - θαυμαστὴν εὐδαιμονίαν καὶ πολλὴν ἀσφάλειαν ἔχειν ΟΙεσθε. Vera lectio Ὠιεσθε in S servata est, sed inconsulto spreta. Non hoc enim dicit, quae *nunc* sint Atheniensium opiniones, sed eos paullatim a optimis artibus maiorum descivisse. Non dicit ἐξέστατε κ οἴεσθε, sed ἐξέστητε καὶ ᾠεσθε. In re simillima ᾠεσθε recte leg tur pag. 117. 1. et 117. 11.

Mendose editur pag. 144. 22. ἃ σφαλερῶς ὑμῖν καὶ οὐδαμ ἅπαντα καλῶς ἔχει. In S legitur καὶ οὐδαμῶς ἅπαντ' ἔχ Quid lateat in ΟΥΔΑΜΩϹ frustra adhuc quaero. Perspicuu hoc quidem est correctorem aliquem, qui in eadem difficulta haereret, de suo καλῶς inseruisse, quo nihil proficimus.

Pag. 146. 20. τί ποτ' οὖν — τὸν μὲν οὕτω φανερῶς ἀδικοῦντ - οὐδεὶς πώποτε ΤΟΥΤΟΝ εἶπεν ὡς ἀδικεῖ καὶ πολεμοποιεῖ, τ δὲ μὴ ἐπιτρέπειν — συμβουλεύοντας τούτους πολεμοποιεῖν φασ ὅτι τὴν αἰτίαν τῶν ἐκ τοῦ πολέμου συμβησομένων δυσχερῶν — τοῖς ὑπὲρ ὑμῶν τὰ βέλτιστα λέγειν ΟΙΟμένοις [ἅπαντες om. S

ἀναθεῖναι βούλονται. Surripuit haec Impostor ex pag. 103. 18. τί ποτ' οὖν ἐστὶ τὸ αἴτιον - τὸ τὸν μὲν οὕτω φανερῶς [στρατεύοντα] ἀδικοῦντα — μηδένα ΤΟΤΤΩΝ πώποτ' εἰπεῖν ὡς πόλεμον ποιεῖ, τοὺς δὲ μὴ ἐπιτρέπειν — συμβουλεύοντας; τούτους τὸν πόλεμον ποιήσειν αἰτιᾶσθαι; ἐγὼ διδάξω. ὅτι τὴν ὀργὴν ἣν εἰκός ἐστι γενέσθαι παρ' ὑμῶν, ἄν τι λυπῆσθε τῷ πολέμῳ, εἰς τοὺς ὑπὲρ ὑμῶν λέγοντας τὰ βέλτιστα τρέψαι βούλονται. Ex his igitur illa emendanda scribendumque: οὐδεὶς πώποτε ΤΟΤΤΩΝ pro τοῦτον, ubi οὗτοι de more (vide ad pag. 35. 27.) Demosthenis adversarii sunt et inimici. Ubi semel τούτων repertum est ἅπαντες in sqq. locum tueri non potest et apparet rectissime in S omitti. Non poterat sciolus, quum non videret de quibus tandem τὴν αἰτίαν ἀναθεῖναι βούλονται diceretur, magis importunum vocabulum inserere quam ἅπαντες, quum continuo sequatur: ἡγοῦνται γὰρ ἂν μὲν ὑμεῖς ὁμοθυμαδὸν [ἐκ μιᾶς γνώμης] Φίλιππον ἀμύνησθε, κἀκείνου κρατήσειν ὑμᾶς καὶ αὐτοῖς οὐκέτ' ἔσεσθαι μισθαρνεῖν, quae de patriae proditoribus dici apertum est.

Restat mendum in verbis τοῖς ὑπὲρ ὑμῶν τὰ βέλτιστα λέγειν ΟΙΟμένοις. Quis enim hic verbo *opinandi* οἴεσθαι locus est? In loco genuino est: εἰς τοὺς ὑπὲρ ὑμῶν λέγοντας τὰ βέλτιστα τρέψαι βούλονται. Impostor sententiam eandem aliis verbis vestivit. Quid latet igitur in λέγϵΙΝ ΟΙΟμένοις? Credo λέγϵΙΝ ϵΙΘΙCΜϵΝΟΙC, ut alibi οἱ λέγειν εἰωθότες saepius legitur.

Saepe videbis in orationibus spuriis et in locis ab impostore ex Demosthene descriptis ipsam Oratoris manum fideliter esse servatam, quum in oratione genuina labem aliquam et vitium concepisset. Legitur in oratione περὶ τῶν ἐν Χερρονήσῳ pag. 105. 9. καρπωσάμενοί τινα ἕκαστοι τούτων πλεονεξίαν οἱ μὲν ἤδη πεπόνθασιν ἃ δὴ πάντες ἴσασιν, οἱ δ' ὅ τι ἄν ποτε συμβῇ πείσονται. Arripuit haec impostor qui *Philippicam quartam* conflavit, cuius consuetudo est praeclaros ipsius Demosthenis locos αὐτολεξεὶ in rem suam convertere, quum caeteri fures Demosthenis sententiam aliis atque aliis verbis vestire soleant quo minus sua furta pateant. Legitur autem in *Philippica quarta* pag. 148. 22. καρπωσάμενοί τινα ἕκαστοι τούτων πλεονεξίαν οἱ μὲν ἤδη πεπόνθασιν ἃ δὴ πάντες ἴσασιν, οἱ δ' ὅ τι ἄν ποτε συμβῇ πείσονται. At nihil, dixerit aliquis, haec ab illis differunt: sunt eadem omnia

ne verbo quidem mutato vel transposito. In Editionibus quidem, o bone, et in Codicibus Mss. omnibus praeter unum omnium principem. Nempe in solo S scriptum est: *οἱ μὲν ἤδη πεπόνθασιν ἃ δὴ* ΠΘΠΟΝΘΑCIN. Haec vera et antiqua scriptura est, quam olim utrobique repositam oportuit. Nempe sic loquuntur qui prae pudore aut dolore rem turpem aut acerbam diserte commemorare non sustinent, sed eam audientibus ac probe scientibus intelligendam relinquere malunt, ut Helena in Euripidis *Oreste* vs. 79.

ἔπλευσ' ὅπως ἔπλευσα.

id est *ὅπως δ' ἔπλευσα αἰδοῦμαι μὲν λέγειν, ὑμεῖς δ' εὖ ἴστε*. Similia his larga manu effudit Bloomfield ad Aeschyli *Agamemnonem* vs. 66. *βλαστοῦσ' ὅπως ἔβλαστεν, ἰκόμην ἵν' ἱκόμην, ἔγημε ὡς ἔγημεν, γέγηθ' ὅπως γέγηθα, ὄλωλεν ὡς ὄλωλεν, ἔκυρσεν ἃ ἔκυρσεν*, et alia plura. In oratione populari in simili reticentia vocula ΔΗ apponitur, ut in Aristophanis *Lysistrata* 146.

εἰ δ' ὡς μάλιστ' ἀπεχοίμεθ' οὗ σὺ δὴ λέγεις.

quia *τοῦ πέους* dicere erubescit. Sic igitur *ἃ δή, ὁντινα* ἔ repetito verbo eodem consuetum est dicere. Hoogeveen ad Vigerum p. 27. ex Aristide et Heliodoro affert: *προείλετο ὅντινα δὴ κα προείλετο*, et *ἔδρασεν ὅ, τι δὴ καὶ ἔδρασεν*, sed sunt haec ex antiquis sumta. Demosthenes ipse pag. 208. 2. *ἑκάτεροι μισοῦσ οὓς* ΔΗ *μισοῦσιν*, et sic h. l. *πεπόνθασιν ἃ* ΔΗ *πεπόνθασι* Nihil impedit quo minus in tali re recte dicatur *πεπόνθασιν πάντες ἴσασιν*, ut apud Isocratem *Phil.* pag. 94. B. *ὥσθ' ἡμᾶ μὲν παθεῖν ἃ πάντες ἴσασιν*, sed tenui certoque indicio Δ additum veram lectionem ostendit. Magna igitur habenda est Codici S gratia, qui solus veram lectionem ab interitu servavit.

Pag. 149. 1. *τί ποτ' οὖν ἐκείνως τοῖς ἄλλοις καὶ ὑμῖν οὐ τ αὐτὸν τρόπον προσφέρεται*; Mirifica oppositio: *ἐκείνως — οὐ τ αὐτὸν τρόπον*, sed veram lectionem ab Editoribus repudiatam servavit solus S: *καὶ ὑμῖν τοῦτον τὸν τρόπον προσφέρετα* Usitatum est omnibus dicere: *ἐκείνως μὲν τοῖς ἄλλοις, ὑμ δὲ οὕτω προσφέρεται*, et prorsus idem est *οὕτως* et *τοῦτον τ τρόπον*.

Mendosa scriptura est in loco quem falsarius describit pag. 105. 1[1] *τί ποτ' οὖν ἐκείνως τοῖς ἄλλοις καὶ οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον ὑμῖν προσφέρετα*

Pag. 150. 5. *εἴ τις ἔροιτο· εἰπέ μοι — Ἀριστόδημε, — τί ἂν εἶπΟΙ ΤΙC*; Quia ipse Aristodemus ad haec respondere debet, revoca librorum omnium lectionem *τί ἂν εἶπΟΙC*; Error in uno Codice S commissus propter Codicis auctoritatem praevaluit.

τὸ δ' ἀξίωμα κἂν κακῶς λέγῃς τὸ σὸν
νικᾷ.

Praeterea literula duplicata scribendum: *εἴ τίς C' ἔροιτο* in caeteris est *εἴ τις ἔροιτό σε* praeter Atticae compositionis consuetudinem.

Pag. 150. 26. *ἀλλὰ νὴ Δία παππῴα σοι καὶ πατρῴα δόξα ὑπάρχει, ἣν αἰσχρόν ἐστιν ἐν σοὶ καταλῦσαι, τῇ πόλει δ' ὑπῆρξεν ἀνώνυμα καὶ φαῦλα τὰ τῶν προγόνων. ἀλλ' οὐδὲ τοῦθ' οὕτως ἔχει· σοὶ μὲν γὰρ ἦν κλέπτης ὁ πατὴρ εἴπερ ἦν ὅμοιος σοί, τῇ πόλει δ' ἡμῶν ὡς πάντες ἴσασιν οἱ Ἕλληνες δὶς ἐκ τῶν μεγίστων κινδύνων [ὑπὸ τῶν προγόνων omittit S] σεσωσμένοι.* Ultima pars huius loci labem concepit et intelligi non potest. Coniecerunt viri docti OTC (pro *ὡς*) *πάντες ἴσασιν*, recte, ut opinor. Itaque *ὑπὸ τῶν προγόνων* una litura delendum est. Poterat addi (*ὑπ' αὐτῶν*) *σεσωσμένοι*, sed languide ac frigide. Contra *οὓς* (id est *τοὺς προγόνους ὑμῶν*) *πάντες ἴσασιν* (*ὑπὸ τῶν προγόνων*) *σεσωσμένοι* absurdum est.

Pag. 151. 7. *τὴν πόλιν ἣ προεστήκει τῶν ἄλλων Ἑλλήνων.* Omittit S *ἑλλήνων*, at tu rescribe: *ἣ προεστήκει τῶν Ἑλλήνων.* Passim *ἄλλων* et *ἑλλήνων* inter se permutantur.

Pag. 151. 23. *βλάβης καὶ ἀπάτης λόγος μεσὸς ἀργύριον μὲν τῷ λέγοντι ΠΟΙΗCΩΝ τὰ δὲ πράγματα τῆς πόλεως τοῖς ἐχθροῖς ἐγχειριῶν.* *Ποιεῖν* sive *ἐργάζεσθαι χρήματα* vel *ἀργύριον* ab h. l. alienissimum est. Nondum poenitet correxisse *τῷ λέγονΤΙ ΟΙCΩΝ*. *Φέρειν ἀργύριον* dicitur, ut *κέρδος, ὄνησιν, ὠφέλειαν φέρειν, τιμὴν, κόσμον φέρειν* et similia.

ΠΡΟC ΤΗΝ 'ΕΠΙCΤΟΛΗΝ ΤΗΝ ΦΙΛΙΠΠΟΥ.

Oratiuncula *πρὸς τὴν ἐπιστολὴν τὴν Φιλίππου* levis opella nihili sophistae quo pacto umquam pro Demosthenea potuerit haberi, ut nemo veterum Criticorum ne tenuissimam quidem fraudis

suspicionem conceperit magno opere mirandum est: adeo omnia sunt et in sententiis et in dicendi usu Demosthene indignissima. Qui serio inducere in animum potest Demosthenem, ubi ad fatalem et extremam belli necessitatem esset perventum, ad civem ita dixisse: *ὅτι δὲ χρὴ μήτ' ὀρρωδεῖν ὑμᾶς τὴν ἐκείνου δύναμιν μήτε ἀγεννῶς ἀντιταχθῆναι πρὸς αὐτὸν ἀλλὰ καὶ σώμασι καὶ χρήμασι καὶ ναυσὶ καὶ πᾶσιν ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν ἀφειδῶς ὁρμῆσαι πρὸς τὸν πόλεμον ἐγὼ* (male additum) *πειράσομαι διδάσκειν*. neque sentit adolescentuli potius haec esse apud Rhetorem declamitantis, is in alia qualibet re melius quam in arte Critica studium et operam suam collocaturus est. Quidquid hominum non ex ipso Demosthene surripuit, omnia fere sunt frigida et puerilia, ut in his: *πρῶτον μὲν γὰρ εἰκὸς τοὺς θεοὺς μεγίσου ὑμῖν ὑπάρχειν συμμάχους καὶ βοηθοὺς, ὧν ἐκεῖνος τὰς πίσεις ὑπεριδὼν καὶ τοὺς ὅρκους ὑπερβὰς λέλυκεν ἀδίκως τὴν εἰρήνην*. Potuitne languidius quidquam dicere quam *ἀδίκως*? Post pauca *Rex Persarum* (inquit) *μεθ' ἡμῶν γενόμενος ῥᾳδίως καταπολεμήσει τὴν Φιλίππου δύναμιν*, ubi bellissimum est *ῥᾳδίως*. Unum tantum addam: *oportet* (inquit) *στρατεύεσθαι προθύμως ἅπαντας, χρῆσθαι δὲ στρατηγοῖς ἀμείνοσιν ἢ πρότερον*. praeclarum vero consilium quasi esset tum Athenis tam facile bonos imperatores quam oratores invenire! Dictio qua homo utitur nihilo est melior veluti *αἰτίας οὐκ οὔσας πλασάμενος* quasi dicas *ficta crimina commentus*, quasi vero quis VERA crimina comminisci possit, et *σκορακίζονται καὶ προπηλακίζονται παρὰ τὸ προσῆκον*, ubi plebeium est *σκορακίζονται* et ineptum *παρὰ τὸ προσῆκον*, quasi possit aliquis *κατὰ τὸ προσῆκον προπηλακίζεσθαι*. et pag. 156. 14. *κατὰ πολλοὺς τρόπους ἔλοιτ' ἄν τις οὐχ ἧττον τὴν ἡμετέραν εὐτυχίαν ἢ τὴν ἐκείνου*, ubi perperam *οὐχ ἧττον* dixit pro *μᾶλλον*, credo quia *οὐχ ἧκιστα* dici sciebat pro *μάλιστα*. Praeterea quid est *multis modis* in tali re?

Praeterea *στασιάζειν* pag. 157. 10. pro *στάσιν ἐμποιεῖν*, et *ξενοτροφεῖν* pro *ξένους, ξενικὸν, τρέφειν* et pro *bellum indixit* pag. 157. 20. *προηγόρευκε τὸν πόλεμον*.

Alia insunt a scribis vitiata aut interpolata, quae nunc ordine proferemus.

Pag. 153. 21. *οἱ κατὰ τὴν Ἀσίαν σατράπαι καθεστῶτες ἔναγχος*

μὲν ξένους [μισθοφόρους] εἰσπέμψαντες ἐκώλυσαν ἐκπολιορκηθῆναι Πέρινθον — νυνὶ δὲ — βασιλέα [τὸν Περσῶν] χρήματα χορηγεῖν ἡμῖν προτρέψονται. Melius omisisset καθεζῶτες, quo utitur pro ὄντες praeter usum veterum, sed μισθοφόρους non ipse addidit sed magister aliquis qui non recordabatur milites conducticios blando nomine ξένους appellari, unde ξενικόν, ξεναγεῖν, ξενολογεῖν et sim. dicebantur. Quos appellat homo pag. 155. 2. τοὺς τῶν ξένων ἡγεμόνας hos ξεναγούς veteres dicere solebant. Praeterea Dindorfio praeeunte dele τὸν Περσῶν. Persaepe βασιλεύς in scriptis veterum huiusmodi glossema trahit, sed nusquam ineptius quam h. l. quia praecedit οἱ κατὰ τὴν Ἀσίαν σατράπαι.

Alias res agebat Reiskius quum ad verba ἐκώλυσαν ἐκπολιορκηθῆναι Πέρινθον annotaret „*a nobis, Atheniensibus, puta.*" Haec est enim illa nobilis obsidio Perinthi, quam Philippus summa ope et omnibus viribus expugnare conatus quum incredibili oppidanorum virtute et constantia tum Byzantinorum et Persarum auxilio re infecta abire coactus est. Copiose ex Theopompo describitur a Diodoro Siculo XVI. 74—77, ubi vide quae scripta sunt cap. 75. ὁ βασιλεὺς ὑφορώμενος τὴν τοῦ Φιλίππου δύναμιν ἔγραψε πρὸς τοὺς ἐπὶ θαλάττῃ σατράπας βοηθεῖν Περινθίοις παντὶ σθένει. διόπερ οἱ σατράπαι συμφρονήσαντες ἐξέπεμψαν εἰς τὴν Πέρινθον μισθοφόρων πλῆθος. Ex his et similibus locis facile colligas falsarios, qui has spurias orationes et epistolas composuerunt, multa ex Theopompi historiis sumsisse, de qua re alio loco de industria exponam.

Caeterum vide quam negligenter homo dicat: οἱ κατὰ τὴν Ἀσίαν σατράπαι ἐκώλυσαν ἐκπολιορκηθῆναι Πέρινθον - καὶ βασιλέα χρήματα χορηγεῖν ἡμῖν προτρέψονται. Primum inepte dicitur οἱ κατὰ τὴν Ἀσίαν σατράπαι, deinde ita rem narrat quasi Satrapae suo consilio, non imperio Regis, Perintho tulissent opem. Rectissime contra Theopompus: βασιλεὺς ἔγραψε πρὸς τοὺς ἐπὶ θαλάττῃ σατράπας (hoc verum nomen est) βοηθεῖν Περινθίοις παντὶ σθένει. ita enim factum esse ipsa rei natura satis demonstrat.

Redeo ad pseudo-Demosthenem pag. 153. 27. de rege Persarum dicentem: ὃς τοσοῦτον μὲν κέκτηται πλοῦτον ὅσον οὐδ' οἱ λοιποὶ πάντες, imo vero suadente sententia οἱ λοιποὶ ΣΤΜπαντες, nisi forte lenius Ἅπαντες est corrigendum.

Pag. 156. 15. fortunam Atheniensium cum Philippi fortuna comparans *παρὰ τῶν προγόνων*, inquit, *ἐκ πλείονος χρόνου παρειλήφαμεν τὴν εὐδαιμονίαν οὐ τούτου μόνον ἀλλὰ συνελόντι φράσαι πάντων τῶν ἐν Μακεδονίᾳ βασιλέων*, non intellexit homo absurda se loqui. Apertum est enim genitivos *τούτου* et *τῶν βασιλέων* pendere a verbis *ἐκ πλείονος χρόνου*, unde haec exit sententia: *habemus Athenienses fortunam a maioribus traditam antiquiorem non modo Philippi fortuna sed etiam omnium quotquot in Macedonia reges fuerunt.* Absurdum hoc quidem est: fortuna Atheniensium a maioribus tradita antiquior est quam fortuna Philippi. Nemo id hercle mirabitur, sed hoc mirabile est tam incogitanter aliquem, qui se Demosthenem esse simulet, scribere potuisse. Deinde non minus inepte Philippi fortuna distinguitur ab ea qua caeteri Macedonum reges olim usi fuerunt, quum Atheniensium *εὐτυχία* sive *εὐδαιμονία* (*τύχην* dicebant ipsi Athenienses) ab ultima maiorum memoria repetatur. Sophistici acuminis haec vitia sunt, et haec Demosthenem dixisse opinabantur!

Pag. 156. 20. *πλείους ἀφορμὰς αὐτοῦ πρὸς τὴν τῶν θεῶν εὔνοιαν ἔχομεν.* Constanter Demosthenes *τὴν παρὰ τῶν θεῶν εὔνοιαν* appellare solet, et falsarius haec furatus est ex pag. 24. 19. *πλείους ἀφορμὰς εἰς τὸ τὴν παρὰ τῶν θεῶν εὔνοιαν ἔχειν ὁρῶ ἡμῖν ἐνούσας* (*οὔσας*) *ἢ 'κείνῳ.* Sed optimus S omittit *παρά.* Scio sed hoc quoque scio sexcenties in S nonnulla verba desiderari, sine quibus loci sententia aut dicendi usus nullo modo consistit. Itaque testi uni omnium optimo sed saepe fallenti nisi adstipulante sana ratione non credere praestat.

Postquam Sophista multis argumentis certam de Philippo victoriam esse docuit, candide quaerit pag. 156. 22. *τί ποτ' οὖν ἐκεῖνος ἐν τῷ προτέρῳ πολέμῳ πλείω κατώρθωσεν ἡμῶν; qui fit igitur*, inquit, *ut nobis nihil horum in superiore bello profuerit?* deinde magna usus dicendi libertate (*παρρησιάσομαι γὰρ πρὸς ὑμᾶς.* et *εἰρήσεται γὰρ τἀληθῆ*) respondet: *quia Philippus est pugnax, acer, impiger in rebus gerendis,* ἡμεῖς δὲ οὐδὲν ποιοῦντες ἐνθάδε καθήμεθα et *οὔτε ξενοτροφεῖν ἐθέλομεν οὔτ' αὐτοὶ στρατεύεσθαι τολμῶμεν.* His igitur moribus putat Philippum debellari posse! Sed ad meliora hortatur cives, nulli rei nec publicae nec pri-

vatae parcere iubet, fortiter pugnare et — *χρῆσθαι στρατηγοῖς ἀμείνοσιν ἢ προτέροις*. Haeccine dixisse Demosthenem bello indicto, in quo de salute esset dimicandum, quotus quisque credat? Quod de belli ducibus addit movet risum. Habebant unum solum, praeclarissimum omnium *Φωκίωνα τὸν χρηστόν*, sed non erat blandus et adulari nesciebat. Utebantur tamen eius forti et fideli opera, et hoc ipso tempore, quo haec dici in concione finguntur, cum magna classe Perinthum et Byzantium ex Philippi manibus eripuit sibique et patriae insignem gloriam ac laudem peperit.

Pag. 156. 27. *ἡμεῖς δὲ οὐδὲν ποιοῦντες ἐνθάδε καθήμεθα μέλλοντες ἀεὶ καὶ ψηφιζόμενοι καὶ πυνθανόμενοι κατὰ τὴν ἀγορὰν εἴ τι λέγεται νεώτερον. καίτοι τί γένοιτ' ἂν νεώτερον ἢ Μακεδὼν ἀνὴρ καταφρονῶν Ἀθηναίων καὶ τολμῶν ἐπιστολὰς πέμπειν τοιαύτας οἵας ἠκούσατε μικρῷ πρότερον*. Est operae pretium videre unde haec impostor consarcinaverit. Demosthenes enim dixerat pag. 24. 21. *ἀλλ', οἶμαι, καθήμεθα οὐδὲν ποιοῦντες. — οὐ δὴ θαυμαστόν ἐστιν εἰ στρατευόμενος καὶ πονῶν ἐκεῖνος αὐτὸς — ἡμῶν μελλόντων καὶ ψηφιζομένων καὶ πυνθανομένων περιγίγνεται*. et pag. 43. 7. *ἢ βούλεσθε, εἰπέ μοι, περιϊόντες αὐτῶν πυνθάνεσθαι* [*κατὰ τὴν ἀγορὰν* om. S man. pr.), *λέγεταί τι καινόν; γένοιτο γὰρ ἄν τι καινότερον ἢ Μακεδὼν ἀνὴρ Ἀθηναίους καταπολεμῶν καὶ τὰ τῶν Ἑλλήνων διοικῶν*; Ex his unum apud falsarium mendum eximi debere arbitror et pro *νεώτερον* bis *καινότερον* rescribi. Nam quis nescit quid inter *καινότερον* et *νεώτερον*, *καινοτομεῖν* et *νεωτερίζειν* intersit?

Sed hoc leve vitium est prae turpissimo mendo, quo laborant vicina haec: *καὶ τῷ μὲν ὑπάρχουσι — τῶν παρ' ἡμῖν ῥητόρων τινὲς οἱ τὰς παρ' ἐκείνου δωρεὰς οἴκαδε λαμβάνειν νομίζοντες οὐκ αἰσχύνονται Φιλίππῳ ζῶντες οὐδ' αἰσθάνονται πάντα καὶ τὰ τῆς πόλεως καὶ τὰ σφῶν αὐτῶν μικροῦ λήμματος πωλοῦντες*. Quis non haerebit in *λαμβάνειν νομίζοντες*? Non enim proditores se dona accipere opinabantur, sed satis sciebant. Itaque exortus est olim corrector, qui audacter nodum dissecans pro *λαμβάνειν νομίζοντες* substituit *λαμβάνοντες*, et sic nunc in multis legitur. Nihil sic proficimus, sed elicienda erat vera scriptura ex loco

Demosthenis quem falsarius compilavit. Legitur pag. 80. 26. *οἳ οὐκ αἰσχύνονται Φιλίππῳ ζῶντες καὶ οὐ τῇ αὐτῶν πατρίδι καὶ τὰς παρ' ἐκείνου δωρεὰς λαμβάνοντες* ΟΙΟΝΤΑΙ *οἴκαδε λαμβάνειν τὰ οἴκοι πωλοῦντες.* id est aliis verbis: *τὰς παρ' ἐκείνου δωρεὰς οἴκαδε λαμβάνειν νομίζοντες οὐκ αἰσθάνονται καὶ τὰ τῆς πόλεως καὶ τὰ σφῶν αὐτῶν πωλοῦντες*, quae clara et perspicua sunt. *Οἴκαδε λαμβάνειν* et *τὰ οἴκοι πωλεῖν* contraria sunt: itaque *οἴκαδε λαμβάνειν* est *τὸν ἴδιον οἶκον αὔξειν.* Sic igitur falsarius noster dederat sententiam Demosthenis de more aliis verbis vestiens ad furta tegenda: sed factum est quod assolet: ex simili loco adhaesit *οὐκ αἰσχύνονται Φιλίππῳ ζῶντες*, quo facto ΟΥΔ' *αἰσθάνονται* pro *οὐΚ αἰσθάνονται* necesse erat scribere, et sic nata est vulgata lectio, quam admirari poterit qui volet, sed intelligere nemo poterit umquam.

Pag. 157. 18. - *λογισαμένους ὡς οὐδ' ἐφ' ἡμῖν ἐςὶ τὸ φάσκειν ἄγειν εἰρήνην.* Hoc quidem semper in uniuscuiusque potestate situm est, *τὸ* ΦΑCΚЄΙΝ *εἰρήνην ἄγειν.* Quid multa? Elimina molestum vocabulum et rescribe: *οὐδ' ἐφ' ἡμῖν ἐςὶ τὸ εἰρήνην ἄγειν· ἤδη γὰρ ἐκεῖνος προηγόρευκε τὸν πόλεμον.*

Ubi dixerat pag. 157. 24. oportere *χρῆσθαι ςρατηγοῖς ἀμείνοσιν ἢ πρότερον.* ita pergit: *μὴ γὰρ ὑπολάβῃ τις ὑμῶν δι' ὧν* [*ἐκ χρηςῶν* recte om. S] *ἐγένετο τὰ πράγματα χείρω τὰ τῆς πόλεως διὰ τούτων αὐτὰ πάλιν ἀναλήψεσθαι καὶ γενήσεσθαι βελτίω* Sumta haec sunt ex pag. 25. 19. *εἶθ' οὕτως ἀγνωμόνως ἔχετε — ὥςε δι' ὧν ἐκ χρηςῶν φαῦλα τὰ πράγματα τῆς πόλεως γέγονε διὰ τούτων ἐλπίζετε* [*τῶν αὐτῶν πράξεων* del.] *ἐκ φαύλων αὐτὰ χρηςὰ γενήσεσθαι*: Falsarius ea ad suam rem ita accommodavit ut *δι' ὧν* masculino genere *περὶ τῶν ςρατηγῶν* diceret quum apud Demosthenem neutro genere de Atheniensium inertia et socordia dicta essent.

Pag. 158. 9. *Ἀθηναίους δὲ οἷς πάτριόν ἐςι μηδενὸς ἀκούειν.* In omnibus libris est *ΥΠακούειν*, quod soloecum est, nam *ὑπακούειν* apud veteres regit dativum. Solus S verum servavit. Notabilis haec est lectionis varietas, quia tam saepe *ὑπακούειν* ΤΙΝΟC vitiose legitur. Cf. quae scripsimus ad Xenophontis *Cyropaediam* Mnemos. 1875. pag. 406.

Pag. 158. 13. *Φημὶ χρῆναι παρεσκευάσθαι μὲν πρὸς τὸν πόλεμον, παρακαλεῖν δὲ τοὺς Ἕλληνας μὴ λόγοις ἀλλὰ τοῖς ἔργοις* [*πρὸς τὴν παρ' ἡμῶν.* sic S. caeteri *ὑπὲρ ἡμῶν συμμαχίαν.*] Neque *παρά* neque *ὑπέρ* sanum est. Expuncto emblemate cogitatione supplendum *πρὸς τὸν πόλεμον* aut *ἐπὶ τὸν πόλεμον* (*παρακαλεῖν τοὺς Ἕλληνας*). Saepe in eadem re *παρακαλεῖν* absolute ponitur, veluti pag. 129. 7. *αὐτοὶ παρασκευασάμενοι – τοὺς ἄλλους ἤδη παρακαλῶμεν*, et pag. 129. 22. *οὐ μέντοι λέγω μηδὲν αὐτοὺς ὑπὲρ αὐτῶν ἀναγκαῖον ἐθέλοντας ποιεῖν τοὺς ἄλλους παρακαλεῖν.*

Multum inter se differunt duo impostores, quorum alter *Philippicam quartam* Demostheni supposuit, alter orationem *πρὸς τὴν ἐπιστολὴν τὴν Φιλίππου.* Qui *Philippicam quartam* composuit ex permultis Demosthenis orationibus genuinis locos quosdam insigniores consarcinavit iisdem paene verbis, quibus a Demosthene erant concepti. Contra falsarius qui alteram orationem conflavit tantum non omnia ex una et eadem oratione furatus est ex *Olynthiaca secunda.* Nihil ex *prima*, nihil ex *tertia*, nihil ex caeteris nisi quod *unum* locum pag. 157. 1. sumsit ex *Philippica prima* pag. 43. 8, et *unum* pag. 157. 7. ex oratione *περὶ Ἁλοννήσου* pag. 80. 27. Praeterea, ut sua furta dissimularet, Demosthenis sententias aliis verbis vestivit quasi histrio aliis atque aliis ornamentis indutus idem in scenam prodiens. Nihil ei prodest nam tenetur ubique furti manifestus. Comparato mihi aliquis hos locos: Demosthenes pag. 20. 19. *εἴ τις ὑμῶν οἴεται βίᾳ καθέξειν αὐτὸν τὰ πράγματα τῷ τὰ χωρία καὶ λιμένας καὶ τὰ τοιαῦτα προειληφέναι, οὐκ ὀρθῶς οἴεται. ὅταν μὲν γὰρ ὑπ' εὐνοίας τὰ πράγματα συσχῇ καὶ πᾶσι ταὐτὰ συμφέρῃ τοῖς μετέχουσι τοῦ πολέμου καὶ συμπονεῖν καὶ φέρειν τὰς συμφορὰς καὶ μένειν ἐθέλουσιν ἄνθρωποι· ὅταν δ' ἐκ πλεονεξίας καὶ πονηρίας τις ὥσπερ οὗτος ἰσχύσῃ ἡ πρώτη πρόφασις καὶ μικρὸν πταῖσμα ἅπαντ' ἀνεχαίτισε* [*καὶ διέλυσε*]. Falsarius pag. 154. 5. *οὐκ ἐρῶ μὲν ὡς οὐ — πολλὰ προείληφεν ἡμῶν χωρία καὶ λιμένας καὶ τοιαῦθ' ἕτερα χρήσιμα πρὸς πόλεμον· ὁρῶ δὲ ὡς ὅταν μὲν ὑπ' εὐνοίας τὰ πράγματα συνέχηται καὶ πᾶσι ταὐτὰ συμφέρῃ τοῖς μετέχουσι τῶν πολέμων μένει τὰ συσταθέντα βεβαίως, ὅταν δὲ ἐξ ἐπιβουλῆς καὶ πλεονεξίας ἀπάτῃ καὶ βίᾳ κατέχηται, καθάπερ*

ὑπὸ τούτου νῦν, μικρὰ πρόφασις καὶ τὸ τυχὸν πταῖσμα ταχέως ἅπαντα διέσεισε καὶ κατέλυσεν. Addam alterum: Demosthenes pag. 22. 2. ὅλως μὲν γὰρ ἡ Μακεδονικὴ δύναμις καὶ ἀρχὴ ἐν μὲν προσθήκης μέρει ἐστί τις οὐ μικρά, — αὐτὴ δὲ καθ' αὑτὴν ἀσθενὴς καὶ πολλῶν κακῶν ἐστὶ μεστή. Falsarius pag. 154. 17. ὅλως μὲν γὰρ ἡ Μακεδονικὴ δύναμις ἐν μὲν προσθήκης μέρει ἰσχὺν ἔχει τινὰ καὶ χρῆσιν, αὐτὴ δὲ καθ' αὑτὴν ἀσθενής ἐστι καὶ πρὸς τοιοῦτον ὄγκον πραγμάτων εὐκαταφρόνητος. Vide tertium: Demosthenes pag. 23. 27. νῦν μὲν ἐπισκοτεῖ τούτοις τὸ κατορθοῦν· αἱ γὰρ εὐπραξίαι δειναὶ συγκρύψαι τὰ τοιαῦτ' ὀνείδη· εἰ δέ τι πταίσει τότ' ἀκριβῶς αὐτοῦ ταῦτ' ἐξετασθήσεται. — ὥσπερ γὰρ ἐν τοῖς σώμασιν ἡμῶν (male S om. ἡμῶν) ἕως μὲν ἂν ἐρρωμένος ᾖ τις οὐδὲν ἐπαισθάνεται τῶν καθ' ἕκαστα σαθρῶν, ἐπὰν δὲ ἀρρώστημά τι συμβῇ πάντα κινεῖται, κἂν ῥῆγμα κἂν στρέμμα κἂν ἄλλο τι τῶν ὑπαρχόντων σαθρὸν ᾖ, οὕτω καὶ τῶν πόλεων καὶ τῶν τυράννων, ἕως μὲν ἂν ἔξω πολεμῶσιν ἀφανῆ τὰ κακὰ τοῖς πολλοῖς ἐστίν.

Falsarius pag. 155. 22. νῦν μὲν τὸ κατορθοῦν αὐτὸν ἐπισκοτεῖ πᾶσι τοῖς τοιούτοις· αἱ γὰρ εὐπραξίαι δειναὶ συγκρύψαι καὶ συσκιάσαι τὰς ἁμαρτίας τῶν ἀνθρώπων εἰσίν· εἰ δέ τι πταίσει τότ' ἀκριβῶς διακαλυφθήσεται ταῦτα πάντα· συμβαίνει γὰρ ὥσπερ ἐν τοῖς σώμασιν ἡμῶν· ὅταν μὲν ἐρρωμένος ᾖ τις οὐδὲν ἐπαισθάνεται τῶν καθ' ἕκαστα σαθρῶν· ἐπὰν δὲ ἀρρωστήσῃ πάντα κινεῖται κἂν ῥῆγμα κἂν στρέμμα κἂν ἄλλο τι τῶν ὑπαρχόντων ἢ μὴ τελέως ὑγιαῖνον· ΟΤΤΩ καὶ τῶν βασιλειῶν καὶ πασῶν τῶν δυναστειῶν, ἕως μὲν ἂν ἐν τοῖς πολέμοις κατορθῶσιν ἀφανῆ τὰ κακὰ τοῖς πολλοῖς ἐστὶν κτἑ. Quam sint huiuscemodi loci similes et ad veras lectiones reperiendas et ad fraudes deprehendendas utiles sponte intelligitur. Mendorum originem et progressum tamquam oculis cernimus. Dixerat Demosthenes ἅπαντ' ἀνεχαίτισεν, in libris est ἀνεχαίτισε καὶ κατέλυσεν. Dixerat δειναὶ συγκρύψαι, libri συγκρύψαι καὶ συσκιάσαι. Sic vetus vitium latens pag. 155. 27. deprehenditur. Editur: συμβαίνει γὰρ ὥσπερ ἐν τοῖς σώμασιν ἡμῶν· ὅταν μὲν — οὕτω καί, quae vitiosa est compositio. Ex Demosthenis loco apparet legendum esse ὥσπερ ΓΑΡ ἐν τοῖς σώμασιν ἡμῶν ὅταν — ΟΤΤΩ καὶ τῶν βασιλειῶν κτἑ. expuncto συμβαίνει γάρ. Quum in verbis ὥσπερ γάρ periisset vocula γάρ corrector aliquis συμβαίνει γάρ de suo addidit.

Sed nulla in re falsarius melius de Demosthene meruit quam

servanda vera lectione in *Olynthiaca* II. pag. 21. 16. ubi Codices omnes ad unum hanc scripturam exhibent: *ὡς ἅπας μὲν λόγος ἂν ἀπῇ τὰ πράγματα μάταιόν τι φαίνεται καὶ κενόν, μάλιστα δὲ ὁ παρὰ τῆς ἡμετέρας πόλεως· ὅσῳ ΓΑΡ ἑτοιμότατ' αὐτῷ δοκοῦμεν χρῆσθαι τοσούτῳ μᾶλλον ἀπιστοῦσι πάντες αὐτῷ.* Quid falsarius noster? pag. 158. 16. eandem sententiam paucis tantum verbis mutatis in usum suum convertit: *ὡς ἅπας μέν ἐστι λόγος μάταιος πράξεων ἄμοιρος γενόμενος, τοσούτῳ δὲ μάλιστα ὁ παρὰ τῆς ἡμετέρας πόλεως ὅσῳ δοκοῦμεν αὐτῷ προχειρότατα χρῆσθαι τῶν ἄλλων Ἑλλήνων.* Certum est hunc locum ex illo manasse: negari id non potest. Ergo hinc manifesto agnoscitur manus Oratoris correcto levi errore et expuncto emblemate *μάλιστα δὲ ὁ παρὰ τῆς ἡμετέρας πόλεως ὅσῳ* KAI *ἑτοιμότατ' αὐτῷ δοκοῦμεν χρῆσθαι.* Cf. *Mnemos.* 1875. pag. 424. sq.

Perpetuus Demosthenis imitator Libanius in declamatione nuper primum edita (*Hermes* 1874 pag. 29.) — *περιέσεσθαι τοῦ πάντας μὲν ἐνοχλοῦντος τοὺς εὐδοκιμοῦντας φθόνου, μάλιστα δὲ ὅσῳ καὶ μέγιστα δοκῶ κατορθοῦν ἐμέ.*

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΦΙΛΙΠΠΟΥ.

Sequitur *ἐπιστολὴ Φιλίππου*, quam non magis Philippus Macedo scripsit quam aut tu, qui haec legis, aut ego. Rectissime iudicavit Taylorus apud Dindorfium ad h. l. *„Mihi videntur profecto cum epistola Philippi, tum oratio adversaria multis aliis de causis indignae esse ea tempestate atque antiquitate, quas prae se ferunt.* Eadem est Dindorfii sententia assentientis iis *„qui hanc epistolam ab rege non magis scriptam esse crediderint quam quae orationi* de Corona *sunt insertae eiusdem epistolae. Orationis enim color argumentique tractandi ratio sophistae multo similior est quam regi."*

Apud me quoque nulla est dubitatio quin ex eadem officina et epistola et oratio prodierint. Quod autem commemorat Sophista complura hominum et locorum nomina, quae vulgo ignorantur, facilis est coniectura omnia haec ex Theopompi *Φιλιππικοῖς* esse sumta. Sunt enim haec spuria perantiqua et a Callimacho in tabulas Bibliothecae Alexandrinae redacta (*εἰς τοὺς πίνακας ἀναγραφέντα*) sine ulla suspicione fraudis. Itaque

scripta sunt illis temporibus, quum Theopompi Φιλιππικὰ essent — in omnium manibus.

Nunc epistolam, cuiuscumque est, ordine percurremus [illegible] quid forte emendatione vel interpretatione indiget.

Destituimur in ea re optimi et fidelissimi testis auxilio. In Codice S Epistola Philippi non comparet, quae propterea ali[illegible] quanto mendosior quam reliqua sunt circumfertur.

Pag. 158. 3. ἐπειδὴ πολλάκις μου πρέσβεις ἀποστείλαντος — οὐδεμίαν ἐποιήσασθε ἐπιστροφὴν ᾗμην δεῖν πέμψαι πρὸς ὑμᾶς ὑπὲρ ὧν ἀδικεῖσθαι νομίζω. Desideratur vocabulum unum sententiae prorsus necessarium. Supple ᾗμην δεῖν ΈΠΙΣΤΟΛΗΝ πέμψαι πρὸς ὑμᾶς. Πέμπειν absolute positum dicitur de legatis, ut alibi passim et in hac ipsa Epistola pag. 162. 5. οὔτε τὸ χωρίον οὔτε τοὺς φρουροὺς ἀπεδίδοσαν πέμψαντος ὑπὲρ αὐτῶν ἐμοῦ πολλάκις.

Pag. 158. 6. μὴ θαυμάσητε δὲ τὸ μῆκος τῆς ἐπιστολῆς· πολλῶν γὰρ ὑπαρχόντων ἐγκλημάτων ἀναγκαῖόν ἐστιν ὑπὲρ ἁπάντων δηλῶσαι καθαρῶς. Sophisticum magis quam regium est: μὴ θαυμάσητε τὸ μῆκος τῆς ἐπιστολῆς, et melius talia in fine ponuntur. Incongrua haec sunt in epistola minaci, qua Philippus tot et tantarum iniuriarum impatiens Atheniensibus aperte indicit bellum.

In ὑπαρχόντων pro ὄντων agnoscitur sequior aetas: labente Graecitate nihil interest inter εἶναι, ὑπάρχειν et καθεστάναι, ut supra pag. 153. 21. οἱ κατὰ τὴν Ἀσίαν σατράπαι καθεστῶτες. Tum repetita syllaba lege: πολλῶν γὰρ ὑπαρχόντων ΤΩΝ ἐγκλημάτων.

Pag. 159. 2. οὐ τοῖς παρανομοῦσιν ἐπετιμήσατε ὅτι τὴν δίκην ἀλλὰ τὸν ἀδικούμενον εἵρξατε δέκα μῆνας. Dindorfius molesta verba ὅτι τὴν δίκην eiecit et adscripsit „abesse ab Codd. duobus Augeri." Valeat Augerus cum suis Codicibus, quorum nulla est in Demosthene emendando auctoritas neque ulla habenda ratio, nisi forte alicubi acutam et felicem correctorum veterum coniecturam exhibent. Latet ulcus sed micamus in tenebris.

Sententia fert *οὐ τοῖς παρανομοῦσιν ἐπετιμήσατε, (οὐχ) ὅτι δίκην (παρ' αὐτῶν ἐλάβετε), ἀλλά κτέ.* Fecialem violare impium est facinus. Itaque personatus Philippus dicere potuit: *vos tanti sceleris auctores non reprehendistis*, NEDUM *poenas de iis sumsistis, sed etiam* cet. sed ut in tenebris nihil certi dispicitur.

Pag. 159. 10. *Διοπείθης ἐμβαλὼν εἰς τὴν χώραν Κρωβύλην μὲν καὶ τὴν Τιρίσασιν ἐξηνδραποδίσατο, τὴν δὲ προσεχῆ Θρᾴκην ἐπόρθησεν.* Mirifico errore Reiskius pro *Κρωβύλην* reponebat *Καβύλην* ex Demosthene pag. 100. 22. incogitanter oppidulum in media Thracia longe dissitum in sedem alienissimam transferens. Diopithes ex Chersoneso aggreditur oppidula quaedam in proxima Thracia. *ἡ Τιρίσασις* ubi sita fuerit clare docet Scylacis *περίπλους* cap. 67. *μετὰ δὲ τὴν Χερρόνησον* (orientem versus) *ἐςὶ Θρᾴκια τείχη τάδε· πρῶτον Λευκὴ ἀκτή, Τειρίσασις, Ἡράκλεια κτέ.* Castella haec sunt (*τείχη*), non urbes. Itaque manifestum est *τὴν Κρωβύλην* quoque fuisse castellum *ἐν τῇ Προποντίδι* inter *Λευκὴν ἀκτὴν* et *τὴν Τιρίσασιν*. Iterum quaero, unde haec minutissima homo scire potuit nisi *ἐκ τῶν Θεοπόμπου Φιλιππικῶν*, quem in tali re etiam in tenuissimis diligentissimum fuisse satis ex fragmentis cognoscimus?

Pag. 159. 16. *καὶ ταῦτα τῷ δήμῳ εὐδοκοῦντα ἐποίησεν.* In libris est *εὖ δοκοῦντα*. Plebeium ac novicium *εὐδοκεῖν* Polybio et similibus scriptoribus relinquendum. Quid est igitur legendum? *καὶ ταῦτα τῷ δήμῳ* CTN*δοκοῦντα ἐποίησεν.* Nihil propemodum interest inter $\overline{\text{CT}}$ et ϵT. *Συνδοκεῖν* in tali re notum ac frequens. Perinde est *συνδοκοῦντα* et *συναρέσκοντα* ponere. Dicitur Diopithes haec omnia populo assentiente et probante commisisse.

Pag. 159. 20. *Μεγαρέων· γοῦν Ἀνθεμόκριτον ἀνελόντων εἰς τοῦτο ἐλήλυθεν ὁ δῆμος ὥςε μυςηρίων μὲν εἴργϵIN αὐτοὺς, ὑπομνήμαTA δὲ τῆς ἀδικίας ϒϵCTHCAN ἀνδριάντα πρὸ τῶν πυλῶν.* Rectius *εἴργON* ut *ἔςησαν*, et sic solet noster, ut 160. 8. *ὥςε καὶ πρὸς τὸν Πέρσην πρέσβεις ἀπεςάλκατε.* et 106. 14. *ὥςε πρὸς ἐκεῖνον διαλέγεσθϵ* (optime Dobraeus dedit pro *διαλέγεσθAI*).

Quis credat regem Philippum Atheniensibus hanc historiolam de Anthemocrito tali tempore serio narrasse ut ostenderet impium et sceleratum esse facinus sacrosanctum Fecialem violare aut necare?

Praeterea a Reiskio accipe ὑπόμνημΑ pro ὑπομνήματα. Dindorfius vulgatam retinuit *similia exempla esse* dicens. Si loci depravatis erit credendum, de naturae veritate et simplicitate actum est. Negat sana ratio, libri aiunt; *utri creditis, Quirites*!

Contrario errore peccatum est apud Demosthenem pag. 616, 18. τῶν ἔργων ὧν ὑπόμνημΑ ἦσαν οἱ ϛέφανοι. Addita literula scribendum: ὧν ὑπομνήμΑΤ' ἦσαν οἱ ϛέφανοι.

Pag. 160. 2. καὶ γὰρ ὅτε φανερῶς διεφερόμεθα λῃϛὰς ἐξεπέμπετε, [καὶ] τοὺς πλέοντας ὡς ἡμᾶς ἐπωλεῖτε, τοῖς ἐναντίοις ἐβοηθεῖτε, τὴν χώραν μου κακῶς ἐποιεῖτε. Aut ubique aut nusquam καί interponendum.

Quam ineptum est de longo et molestissimo bello dicere: ὅτε φανερῶς διεφερόμεθα.

Pag. 160. 8. πρὸς τὸν Πέρσην πρέσβεις ἀπεϛάλκατε πείσοντες αὐτὸν ἐμοὶ πολεμεῖν. et post pauca: τοσοῦτον ὑμῖν περίεϛι τοῦ πρὸς ἐμὲ μίσους ὥϛε πρὸς ἐκεῖνον διαλέγεσθε περὶ τῆς ἐπιμαχίας. Verissima haec sunt et a Theopompo sumta.

Ipso Demosthene auctore (in *Phil.* III. pag. 129. 10) annō abhinc tertio legati ad regem Persarum missi sunt. Motum regem legatorum oratio et Satrapis orae maritimae imperatum ut Perinthiis a Philippo obsessis opitularentur.

Sed est vitium in verbis διαλέγεσθε περὶ τῆς ἐπιμαχίας. In libris est περὶ τῆς ἐπισυμμαχίας natum ex ἐπιμαχίας. In uno Codice corrector ἐπιμαχίας emendavit. Recte quidem quisquis est; sed vitiose abundat articulus in περὶ THC ἐπιμαχίας. Ex ipsa rei natura postquam foedus, societas, pax composita est appellantur αἱ σπονδαί, αἱ συνθῆκαι, ἡ συμμαχία, ἡ ἐπιμαχία, ἡ εἰρήνη, sed dum de pace et de caeteris agitur incerto eventu dicitur διαλέγεσθαι περὶ εἰρήνης, περὶ σπονδῶν, περὶ συμμαχίας. Exemplorum plena sunt omnia. Vitium alit locus Aristophanis in *Lysistr.* 983.

κάρυξ ἐγὼν, ὦ κυρσάνιε, ναὶ τὼ σιώ,
ἔμολον ἀπὸ Σπάρτας περὶ TAN διαλλαγᾶν.

Non definio sitne διαλλαγᾶν πέρι an ὑπὲρ διαλλαγᾶν an alio modo scribendum, sed certum est περὶ τᾶν διαλλαγᾶν cum rei natura pugnare. Nostro redde διαλέγεσθε περὶ ἐπιμαχίας.

Personatus Philippus criminatur Athenienses quod a maioribus degenerassent, quoniam regem Persarum in Graeciam adducerent: οἱ πατέρες ὑμῶν, inquit, τοῖς Πεισιστρατίδαις ἐπετίμων ὡς ἐπάγουσι τὸν Πέρσην ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας, ὑμεῖς δ' οὐκ αἰσχύνεσθε ταῦτα ποιοῦντες ἃ διετελεῖτε τοῖς τυράννοις ἐγκαλοῦντες. Suaviter, credo, ad haec Athenienses arrisissent mirati hominis stoliditatem nil interesse putantis inter Pisistratidas patriae proditores τοὺς ἐπάγοντας τὸν Πέρσην ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας ἐπὶ δουλείᾳ et sese ἐπάγοντας βασιλέα ἐπὶ σωτηρίᾳ ἐπὶ τὸν τῆς Ἑλλάδος ἁλιτήριον. Haeccine a Philippo bellum indicente scribi potuisse videri!

Pag. 161. 3. καὶ Σιτάλκου μὲν ἀποθανόντος, ᾧ μετέδοτε τῆς πολιτείας, εὐθὺς ποιήσασθαι πρὸς τὸν ἀποκτείναντα Φιλίαν, ὑπὲρ δὲ Κερσοβλέπτου πόλεμον αἱρεῖσθαι πρὸς ἡμᾶς. De gravissimo errore, quo Σιτάλκης et Κότυς confunduntur, omnia interpretes optime exposuerunt. Qui Philippum ipsum credunt sic errare potuisse, non facile quidquam incredibile esse putabunt.

Legendum esse ἄρασθαι pro αἱρεῖσθαι admonuit Dobraeus, sed Editores non audiunt. Est tamen res certissima; *suscipere bellum* Graece dicitur αἴρεσθαι πόλεμον aut ἀναιρεῖσθαι (non αἱρεῖσθαι), sed quia αἱρεῖσθαι et ἄἴρεσθαι in libris confundi solent circumferuntur etiamnunc manifesto mendosae lectiones, ut h. l. idem vitium recurrit pag. 178. 25. ubi in S legitur: πόλεμον πρὸς αὐτὸν αἱρεῖσθαι, in caeteris rectissime ἄρασθαι. Ἀναιρεῖσθαι τὸν πόλεμον legitur pag. 11. 2. ἀνείλοντο τὸν πόλεμον, et pag. 180. 21. τὸν πόλεμον ἀνελέσθαι. Cf. *Var. Lectt.* pag. 212.

Pag. 161. 24. πῶς οὐκ ἂν εἴην πάντων φαυλότατος εἰ καταλιπὼν τοὺς συμμάχους μᾶλλον ὑμῶν φροντίζοιμι τῶν πάντα μοι τρόπον ἐνοχλούντων [ἢ τῶν βεβαίως μοι φίλων ἀεὶ μενόντων]. Inepte et stulte bis idem dicitur; sed prius necesse est vetus

mendum tollere. Dicit se Cardianis opem tulisse, laborantibus igitur et in periculo versantibus. Itaque *εἰ 'ΘΓκαταλιτὼν τοὺς συμμάχους* dixerat. *Num me veteres socios destituere oportebat* inquit, *et vos potiores habere, qui mihi omnibus modis estis molesti?* Sic emblema sponte excidit.

Pag. 162. 17. *ὑπομείνας μὲν – μὴ προειμένος δέ*, imo vero *προέμενος*. Ubique videbis *προῖεσθαι*, *προέσθαι* et *προεῖσθαι* inter se misceri, similiterque in participiis *προϊέμενος* et *προέμενος* et *προειμένος*. Quid sit quoque loco verum facile *ἐκ τῶν συμφραζομένων* colligitur.

Pag. 160. 7. *εἰς τοῦτο παρανομίας ἀφῖχθε καὶ δυσμενείας ὥστε καὶ πρὸς τὸν Πέρσην πρέσβεις ἀπεσάλκατε*. Offendit Dobraeum haec *παρανομία*, in qua nulla *lex* erat quae violari posset. Itaque coniecit: *εἰς τοῦτο* [*παρανομίας*] *ἀφῖχθε* [*καὶ*] *δυσμενείας*. Sed sequiores Graeculi *παρανομεῖν* ponebant pro *improbe facere* et *παρανομία* ab iis dicitur omnis *improbitas*.

Pag. 162. 21. *γνοὺς ἐγὼ ταῦτα προὐκαλούμην κτἑ*. Connectenda haec sunt de more cum praecedentibus sic: *γνοὺς* [*οὖν*] *ἐγὼ ταῦτα*. In sqq. *ἐὰν μὲν ἐμὴ γνωσθῇ* et *ἐὰν δὲ ὑμετέρα κριθῇ*, non est idem *γνωσθῆναι* et *κριθῆναι*: illud enim est *si* compertum *fuerit meam esse*, illud: *si fuerit* iudicatum *esse vestram*.

Pag. 163. 24. *δοκεῖ παραλογώτατον εἶνΑΙ ΔΙότι κτἑ*. Imo *ver ὅτι*. adhaesit ΔΙ ex praecedente ΑΙ.

Pag. 164. 2. *Φασὶ γὰρ οἱ τῆς πολιτείας τῆς παρ' ὑμῖν ἔμπειροι τὴν μὲν εἰρήνην πόλεμον αὐτοῖς εἶναι, τὸν δὲ πόλεμον εἰρήνην*. Salsum hoc et mordax dictum Sophista sumsit ex Isocratis ad Philippum oratione pag. 96. D. *αἰσθάνομαι γάρ σε* (Philippum) *διαβαλλόμενον ὑπὸ τῶν — τὴν εἰρήνην τὴν τοῖς ἄλλοις κοινὴν πόλεμον τοῖς αὐτῶν ἰδίοις εἶναι νομιζόντων*.

Pag. 165. 2. *πολλάκις γὰρ ἐμοῦ γράΦοντος — ὑπὲρ αὐτῆς* (*τῆς 'ΑμΦιπόλεως*) *ἐγνωκΟΤΘC δικαίως ἔχειν ἡμᾶς, τότε μὲν*

ποιησάμενοι τὴν εἰρήνην ἔχοντος ἐμοῦ τὴν πόλιν κἄτα συμμαχίαν ἐπὶ ταῖς αὐταῖς ὁμολογίαις. Corrigunt ἐγνώκΑΤϵ, sed loci sententia aliud postulat. Non enim disertis verbis Philippi esse Amphipolim Athenienses agnoverant, sed ex certis indiciis et argumentis PATEBAT eos ita sentire: pacem composuerant, deinde et belli societatem iunxerant ea lege ἐφ' ᾧ τε ἔχειν ἑκατέρους ἃ ἔχοιεν, et erat tum Amphipolis in potestate Philippi, unde liquido COLLIGITUR Athenienses in ea sententia esse quam Philippus dicit: quae sententia ut in verbis contineatur supplendum est: ἐγνωκΟΤϵC (φαίνεσθε) δικαίως ἔχειν ἡμᾶς.

Pag. 165. 13. ὡς δὲ προϋπαρχόντων καὶ διὰ τὴν ἐμὴν εὐλάβειαν μᾶλλον ἤδη τοῖς πράγμασιν ἐπιτιθεμένων καὶ καθ' ὅσον ἂν δύνησθε κακοποιούντων, ὑμΑC ἀμυνοῦμαι μετὰ τοῦ δικαίου. Pronomen in ultima parte inutile et supervacuum in priore parte desideratur quum sit necessarium. Itaque corrigendum: κακοποιούντων ὑμΩN, ἀμυνοῦμαι. Opponuntur inter se ὑπάρχειν (Graeculi perperam προϋπάρχειν) et ἀμύνεσθαι sive τιμωρεῖσθαι, ut in noto versiculo:

ὡς οὐχ ὑπάρχων ἀλλὰ τιμωρούμενος.

soletque utrumque verbum absolute sic usurpari.

ΠϵΡΙ CΥΝΤΑΞϵΩC.

Sequitur oratio περὶ συντάξεως, de qua verissime iudicat F. A. Wolfius apud Dindorfium: „*oratio quae inscribitur* περὶ συντάξεως, *Demosthenis non est, sed ex aliis eius, maxime Olynth.* III. *et Aristocratea ab aliquo declamatore consutis pannis confecta.*"

Non est oratio *de rep. ordinanda*, sed περὶ τῶν θεωρικῶν πότερα χρὴ στρατιωτικὰ εἶναι ἢ τῷ δήμῳ διανέμεσθαι. Demosthenis sententia cautissime verbis concepta legitur in prima *Olynthiaca* pag. 14. 25. ἐγὼ μὲν γὰρ ἡγοῦμαι στρατιώτας δεῖν κατασκευασθῆναι καὶ μίαν CΥΝΤΑΞΙΝ εἶναι τὴν αὐτὴν τοῦ τε λαμβάνειν καὶ τοῦ ποιεῖν τὰ δέοντα. Multo etiam acrius de eadem re dixit pag. 38. 17. οὐκ ἔστιν ὅπου μηδὲν πόνοῦσιν ἐγὼ τὰ τῶν ποιησόντων εἶπον ὡς δεῖ νέμειν οὐδ' αὐτοὺς μὲν ἀργεῖν καὶ σχολάζειν καὶ ἀπορεῖν, ὅτι δὲ οἱ τοῦ δεῖνος νικῶσι ξένοι ταῦτα πυνθάνεσθαι. Periculosae plenum opus aleae tum erat haec suadere. Namque

lex erat Eubuli: *ἐάν τις γράψῃ τὰ θεωρικὰ στρατιωτικὰ ποιεῖν θάνατος ἡ ζημία*. Itaque verbis cautissime conceptis censuit *μίαν σύνταξιν δεῖν εἶναι τὴν αὐτὴν τοῦ τε λαμβάνειν καὶ τοῦ ποιεῖν τὰ δέοντα*, et aliis verbis *συνταχθῆναι δεῖν τό τε λαμβάνειν καὶ τὸ τὰ δέοντα ποιεῖν*. Hinc impostor noster pag. 168. 21. *φημὶ δεῖν ὑμᾶς συντετάχθαι καὶ τὴν αὐτὴν τοῦ τε λαβεῖν καὶ τοῦ ποιεῖν ἃ προσήκει* ΣΥΝΤΑΞΙΝ *εἶναι*. Viden' esse eadem fere *αὐτολεξεί*, quae in *Olynthiaca* dixit Demosthenes? Itaque quod addit: *διελέχθην δ' ὑμῖν περὶ τούτων καὶ πρότερον*, eodem spectare manifestum est. Minime obscurum est quid sibi velint hae ambages *μίαν σύνταξιν εἶναι τὴν αὐτὴν τοῦ τε λαμβάνειν καὶ τοῦ ποιεῖν τὰ δέοντα*. Perplexae enim orationis hic sensus est: *οὐ δεῖ λαμβάνειν τοὺς οὐδὲν ποιοῦντας*, itaque malesanis ex aerario largitionibus finem imponi oportere. Militandum esse iunioribus (*τοῖς ἐν ἡλικίᾳ*), senioribus (*τοῖς ὑπὲρ τὸν κατάλογον*) operam aliquam reip. esse praestandam *καὶ πάνθ' ἕξειν καλῶς*. Haec est igitur illa *σύνταξις*, unde fictae orationi nomen est inditum. Percurramus nunc orationis textum mendosiorem multo et insulsis additamentis magis inquinatum, quam sunt reliquae, quae Demosthenis nomen mentiuntur.

Pag. 166. 3. *οὐδέτερόν μοι δοκεῖ τῶν χαλεπῶν εἶναι οὔτ' ἐπιτιμήσαντα τοῖς νέμουσι καὶ διδοῦσι τὰ κοινὰ εὐδοκιμῆσαι παρὰ τοῖς βλάπτεσθαι διὰ τούτων ἡγουμένοις τὴν πόλιν, οὔτε συνεπόντα* [*καὶ παραινέσαντα ὡς δεῖ λαμβάνειν*] *χαρίσασθαι τοῖς σφόδρα ἐν χρείᾳ τοῦ λαβεῖν οὖσιν*. Neque *νέμειν* neque *διδόναι* in ea re recte ponuntur et nihil inter utrumque interest. Requiritur lectio ex utroque conflata: *ἐπιτιμήσαντα τοῖς* ΔΙΑ*νέμουσι τὰ κοινά*, unde notissimum nomen largitionum omnium *διανομαί*. Deinde expunge *καὶ παραινέσαντα ὡς δεῖ λαμβάνειν*, primum quia inepte et stulte abundant post *συνεπόντα τοῖς διανέμουσι*, deinde quia cum sententia pugnant. Poterat dicere *παραινέσαντα ὡς δεῖ* ΔΙΔΟΝΑΙ: nempe *οἱ λαμβάνειν βουλόμενοι οὐδὲν οἶμαι παραινέσεως ἐδέοντο*. Interpretatus est aliquis quid esset *συνεπόντα*, quasi non sexcenties *συναγορεύειν*, *συνερεῖν*, *συνειπεῖν* eo sensu legeretur: sed incredibile dictu est quam puerilia tractarent illi, qui Constantinopoli monumenta literarum veterum legebant et enarrabant.

Sequitur: *οὐδέτεροι γὰρ* [*πρὸς*] *τὸ τῇ πόλει συμφέρον σκοποῦντες οὔτ' ἐπαινοῦσιν οὔτε δυσχεραίνουσι τὸ πρᾶγμα ἀλλ' ὡς ἑκάτεροι χρείας καὶ περιουσίας ἔχουσιν.* Nonne perspicuum est *πρός* esse resecandum? Dicebant *ἀποβλέπειν εἰς* vel *πρός τι*, sed *σκοπεῖν τι*. Saepe *πρός* etiam in S propter compendiolum non intellectum periit, cuius rei infra exempla expromam: nonnumquam contrario errore vitiose abundat.

Pro *περιουσίας* Harpocration in suis libris ΠΑΡ*ουσίας* repperit v. Π*αρουσία*: *ἀντὶ τοῦ περιουσία. Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ συντάξεως.* — *καὶ Κράτης Θηρίοις·*

ἔχοντες εὐπαθῆ βίον
παρουσίαν τε χρημάτων.

Sine controversia libri sui vitio deceptus est: neque enim *παρεῖναι* significat *πλουτεῖν* neque *παρουσία* dici potest pro *περιουσία*. Saepe Harpocrationem vitiosae lectiones in ioculares errores induxerunt. Nemo sine risu leget quae scripsit v. *Ἀπρότων* et v. *Κλιμάζῃ*, ubi coniecit *λῃσῶν* et *βλιμάζῃ*, sed vera lectio est *Παρνόπων* et *Κλιμακίζῃ*. *Παρά* et *περί* iam tum in Codd. confundebantur. vid. Harpocrat. v. *Περίσασις*. Fefellit idem mendum Aelium Dionysium *ἐν τοῖς Ἀττικοῖς Ὀνόμασιν* apud Photium v. Π*αρουσία*: *λέγεται οὕτως ἐπὶ τῆς τῶν παρόντων δαψιλείας, ὡς καὶ ἐν τῷ Πλάτωνος Φάωνι·*

ὡς καὶ νῦν ἔχομεν παρουσίας.

καὶ πολύ ἐστιν ἐπὶ τούτου παρ' αὐτοῖς (male corrigunt *Ἀττικοῖς*). Nemo umquam eo sensu aut dixit aut dicere potuit *παρουσίαν*. Plato Comicus dixerat:

ὡς καὶ νῦν ἔχομεν περιουσίας.

pro praesenti copia, ut pseudo-Demosthenes *ὡς ἑκάτεροι χρείας καὶ περιουσίας ἔχομεν*. Ipsius Dionysii errorem esse sequentia demonstrant. Sed ad orationem revertor.

Continuo sequitur: *ἐγὼ δὲ τοῦτο μὲν οὔτ' ἂν εἰσηγησαίμην οὔτ' ἂν* (sic S) *ἀντείποιμι* [*ὡς οὐ δεῖ λαμβάνειν*]· *παραινῶ μέντοι σκοπεῖν καὶ λογίζεσθαι πρὸς ὑμᾶς αὐτοὺς ὅτι τἀργύριον μέν ἐστι τοῦτο, περὶ* (non *ὑπέρ*) *οὗ βουλεύεσθε, μικρόν, τὸ δ' ἔθος μέγα ὃ γίγνεται μετὰ τούτου*. Sine mora dele absurdum emblema *ὡς οὐ δεῖ λαμβάνειν*. Hoc unum deerat ut post *εἰσηγησαίμην* quoque additum esset *ὡς δεῖ λαμβάνειν*.

Pag. 167. 21. ἵν' εὐπορῆτε καὶ τὰ δέοντα ποιῆτε. Spernitur optima et verissima scriptura, quam habet S in margine: ἵν' ἅμα τ' εὐπορῆτε κτέ.

Pag. 168. 6. πολλὰ τῶν πραγμάτων τὴν ὑμετέραν πεθεῖ παρουσίαν καὶ ἄνευ τοῦ πρὸς τοὺς οἰκείους πολέμΟΤ οἰκείᾳ χρῆσθαι δυνάμει συμΦέρϵIN (alii et S correctus συμΦέρϵI) καὶ πρὸς τἄλλα πράγματα ἀναγκαῖόν ἐςιν. Dindorf. de Wolfii coniectura substituit πολέμΟΤC et quasi nunc omnia essent luce clariora nemo de interpretatione loci verbum unum facit. Primum scribarum errorem animadverte, qui stulte ἄνευ τοῦ - πολέμ coniunxerunt pro ἄνευ τοῦ - συμΦέρειν. Deinde errare pergentes συμΦέρϵI si Musis placet correxerunt. Itaque nunc πρὸς τ οἰκείους πολέμΟΤC legitur. Scire velim quod sit hoc genus belli οἱ οἰκεῖοι πόλεμοι, in quibus *proprio* milite (non conducticio) res sit gerenda. Non dubito dicere quod sentio hanc lectionem esse plane absurdam: *ad bella propria proprio milite utendum*. Opponuntur inter se οἰκεῖος et ἀλλότριος, ut in οἰκείως et ἀλλοτρίως ἔχειν. Contraria sunt οἰκεῖος et ξενικός, ut οἰκείᾳ δυνάμει et ξενικῇ χρῆσθαι. Venit mihi ad haec in mentem lepidae apud Plutarchum historiolae: gloriabatur aliquis se per solos filios suos tragoediam docere posse: habere enim se filium poëtam, filium histrionem, filium musicum, filium scenarum pictorem: ἔχω γάρ, inquit, ποιητὴν οἰκεῖον καὶ ὑποκριτὴν οἰκεῖον καὶ μουσικὸν οἰκεῖον καὶ σκηνογράΦον οἰκεῖον. Cui ridens aliquis: ἐνὸς ἔτι μόνου σοι προσδεῖ, inquit. — τίνος οὖν; θεάτρου οἰκείου. Nihil sic proficimus ad intelligendum qui tandem sint πόλεμοι οἰκεῖοι. Nec mirum, nam numquam in rerum natura fuerunt. Sententia affert lucem: vocabulum unum importune repetitum has turbas dedit. Lege: ἄνευ τοῦ πρὸς τοὺς πολέμους οἰκείᾳ χρῆσθαι δυνάμει συμΦέρειν καὶ πρὸς τἄλλα πράγματα ἀναγκαῖόν ἐςιν. Opponuntur inter se οἱ πόλεμοι et τἄλλα πράγματα: *praeterquam quod est e rep. exercitum ex civibus constantem ad bella gerenda habere, etiam ad reliqua negotia publica necessarium id est.* Nunc demum omnia plana sunt et aperta.

Sequitur εἰ μὲν γὰρ ἡσυχίαν ἔχειν ὑμῖν ἀπέχρη καὶ μηδὲν τῶν Ἑλληνικῶν περιεργάζεσθαι [ὅπως ἔχει] ἄλλος ἂν ἦν λόγος. Nescio

unde invecta sint verba ὅπως ἔχει, sed hoc scio nisi ea deleveris de sententia dicti fore actum. Περιεργάζεσθαι quid sit nemo ignorat et nihil minus est quam *quis sit rerum status* curiose rimari. Erat Atheniensium περιεργία aliquanto sociis et Graeciae molestior. Imperitare omnibus et omnibus iura dare (τὰ δίκαια ὁρίζειν) postulabant, ut statim Orator addidit.

Pag. 168. 11. πρωτεύειν μὲν ὑμεῖς ἀξιοῦτε — τὴν δὴ ταῦτα ἐποπτεύσουσαν καὶ φυλάξουσαν δύναμιν οὔτε κατεσκεύασθε οὔτε κατασκευάζεσθε. Aliquid hic monstri alitur. In libris est:

τὴν δὲ ταῦτα ἐφεδρεύουσαν
ἐφεδρεύσουσαν
ἐφοδεύουσαν
ἐφοδεύσουσαν
ἐποπτεύσουσαν.

In S legitur folio 515. v.

τὴν δὲ ταῦτ' ἐφεδεύουσαν
καὶ φυλάξουσαν δύναμιν

corrector ρ addidit ut esset ἐφεδρεύουσαν et in margine γρ. ἐποπτεύουσαν solemni errore pro ἐποπτεύCυσαν.

Quid est in his veri? ἐποπτεύειν a tali re alienissimum est, sed quod est in S a prima manu ἐΦΘδεύουσαν una literula mutata et praesenti tempore in futurum converso genuinum esse arbitror ἐΦΟδεύσουσαν. Ἐφοδεύειν proprie dicuntur qui *cum tintinnabulis vigilias circumeunt:* diximus aliquid de eo verbo in *Mnemos.* 1875. pag. 296. et nota res est. Itaque ἡ ἐφοδεύσουσα δύναμις copiae sunt, quae socios et amicos omnes ordine circumeunt et sic in officio continent. *Imperare vultis*, inquit, *sed copias quae circumeuntes socios in officio contineant neque paratas habetis neque paratis.*

Sequitur: ἀλλ' ἐπὶ πολλῆς μὲν ἡσυχίας καὶ ἐρημίας (sic leg.) ὑμῶν ὁ Μυτιληναίων δῆμος καταλέλυται, ἐπὶ πολλῆς δὲ [ἡσυχίας] ὁ Ῥοδίων. Quod in omnibus libris est ἐΡΗμίας de scioli coniectura in ἠρεμίας mutatum est. Nollem factum. Ἠρεμεῖν idem est quod μὴ κινεῖσθαι proprie, non figurate, ut ὁ ἵππος ἠρεμεῖ *stat immobilis*, quae notio in hunc locum non cadit. Ἐρημία saepe apud Demosthenem dicitur quum *nemo adest qui prohibere*

possit, veluti pag. 54. 10. *τὴν ἐρημίαν τῶν κωλυσόντων ὁρῶν.* et pag. 36. 2. *ὅσης ἅπαντες ὁρᾶτε ἐρημίας ἐπειλημμένοι.* et pag. 171. 23. *τῆς τῶν ἐναντιωσομένων ἐρημίας ἀπολαύων.*

Praeterea cur importune repetitum *ἡσυχίας* sic inducendum facile intelligitur. Cogitando enim utrumque supplendum in *ἐπὶ πολλῆς μέν — ἐπὶ πολλῆς δέ*, nempe *ἡσυχίας καὶ ἐρημίας*, et est ea ellipsis non tantum elegans sed perpetua et necessaria.

Pag. 169. 8. *τί οὖν, φαίη τις ἄν, ταῦτα νῦν λέγΩ*; In S *τί οὖν ταῦτα νῦν, φαίη τις ἄν, λέγω*; incerta sede volitans emblema vel hinc arguitur. Deinde *φαίη τις ἄν* postulabat, credo, *λέγϵIC*.

Pag. 169. 13. *ἂν μὲν ὑμεῖς νῦν πεισθῆτε τούτων καιρὸν εἶναι [νομίσαντες], ὅταν αὐτῶν εἰς χρείαν ἔλθητε ἕτοιμα ὑπάρξει· ἂν δ' ἀκαιρίαν ἡγησάμενοι παρίδητε, ὅταν δέῃ χρῆσθαι τότ' ἀναγκασθήσεσθε παρασκευάζεσθαι.* Manifestum est *καιρὸν εἶναι* pendere ex *πεισθῆτε*: itaque participio *νομίσαντες* nullus locus est relictus. Rectissime igitur in S omissum est et tamen nescio quomodo ab omnibus retinetur.

Pag. 170. 25. *καὶ νὴ Δία [γε], ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἕτεροί γε λόγοι παρερρυήκασι πρὸς ὑμᾶς ψευδεῖς καὶ πολλὰ τὴν πολιτείαν βλάπτοντες οἷον ἐν τοῖς δικαστηρίοις ὑμῖν ἐστὶν ἡ σωτηρία.* Expungendum est prius *γε*, non posterius, ut Editores fecerunt. Est enim cadentis Graecitatis *καὶ νὴ Δία γε*, ut Dindorfius recte admonuit. Praeclare de ea re exposuit Porsonus in *Adversariis* pag. 33. sqq.

Praeterea supplendum *οἷον (ὅτι) ἐν τοῖς δικαστηρίοις κτἑ.* Οἷον est *veluti*, *exempli gratia* et omisso *ὅτι* verba non constant.

Quid est autem: *ἐν τοῖς δικαστηρίοις ὑμῖν ἐστὶν ἡ σωτηρία κἀδεῖ τῷ ψήΦῳ τὴν πολιτείαν ὑμᾶς Φυλάττειν*? Perspicuum id quidem est, nempe: *„oportet vos condemnare omnes τοὺς ὀλιγαρχικοὺ καὶ μισοδήμους. in eos omnes iudices inexorabiles estote.* et si post pauca addidit: *δεῖ γὰρ ἐν μὲν τοῖς ὅπλοις Φοβερούς, ἐν δ τοῖς δικαστηρίοις Φιλανθρώπους εἶναι.* Nempe *nunc* contra est.

Pag. 171. 10. *εἰ δέ τῳ δοκῶ μείζους ἢ κατ' ἐμαυτὸν λέγειν*

λόγους αὐτὸ τοῦτο ὀρθῶς αὐτῶν ἔχει. Sic S sine sensu. Alii: ὀρθῶς ἔχει αὐτῷ δοκῶ, aut: ὀρθῶς ἔχειν αὐτῷ δοκῶ. Dittographiam vides, ὀρθῶς ἔχει et ὀρθῶς αὐτῷ δοκῶ, quae coaluerunt in unum. Receperim: εἰ δέ τῳ δοκῶ — ὀρθῶς αὐτῷ δοκῶ. Est operae pretium hos locos comparare pag. 20. 19. εἴ τις οἴεται — οὐκ ὀρθῶς οἴεται. pag. 41. 8. εἴ τις οἴεται — ὀρθῶς μὲν οἴεται. pag. 101. 22. εἰ δέ τῳ δοκεῖ - καὶ μάλ' ὀρθῶς δοκεῖ. pag. 130. 4. εἰ δ' οἴεσθε — οὐκ ὀρθῶς οἴεσθε. pag. 137. 23. εἰ δέ τῳ δοκεῖ — καὶ μάλ' ὀρθῶς δοκεῖ. pag. 192. 17. εἰ μὲν ἐγνώκατε — οὐ καλῶς ἐγνώκατε.

Pag. 171. 15. ὅτι δ' οὐδεὶς — ταῦτα λέγει, τὰς προφάσεις ἐγὼ διέξειμι ὑμῖν. Libri omnes ταύταC λέγει ob sq. τὰς προφάσεις. Sensu vacuum esse non sentiunt quum vicina vicinis male accommodant. Correctores tacent: quam probe putas eos homines Demosthenis sententias intelligere?

Pag. 171. 17. *candidati*, inquit, *qui praeturam petunt, nolunt vobis ea dicere, quae ego nunc dico*, δοῦλοι τῆς ἐπὶ τῷ χειροτονεῖσθαι χάριτος περιέρχονται τελεσθῆναι στρατηγὸς ἕκαστος σπουδάζων, οὐκ ἀνδρὸς ἔργον οὐδὲν πρᾶξαι. Perversissimum est τελεσθῆναι στρατηγός. Vidi interpretem omnia prisca et nova miscentem qui putaret esse *strategiae initiari mysteriis*. Nugae! Confusas esse suspicor duas olim lectiones hasce: γενέσθαι στρατηγός et αἱρεθῆναι στρατηγός, quarum haec mihi multo potior videtur. „*Praetor* CREARI *unusquisque cupit, non viri officio fungi.*

Pag. 172. 2. πρότερον μὲν κατὰ συμμορίας εἰσεφέρετε, νυνὶ δὲ πολιτεύεσθε κατὰ συμμορίας. ῥήτωρ ἡγεμὼν καὶ στρατηγὸς ὑπὸ τούτῳ καὶ οἱ βοησόμενοι μεθ' ἑκατέρων τριακόσιοι· οἱ δ' ἄλλοι προσνενέμησθε οἱ μὲν ὡς τούτους, οἱ δ' ὡς ἐκείνους. Hunc locum impostor furatus est ex *Olynthiaca* II. pag. 26. 21. πρότερον μὲν γὰρ εἰσεφέρετε κατὰ συμμορίας (admonet auris transponenda esse ut pag. 172. κατὰ συμμορίας εἰσεφέρετε), νυνὶ δὲ πολιτεύεσθε κατὰ συμμορίας. ῥήτωρ ἡγεμὼν ἑκατέρων καὶ στρατηγὸς ὑπὸ τούτῳ καὶ οἱ βοησόμενοι τριακόσιοι· οἱ δ' ἄλλοι προσνενέμησθε οἱ μὲν ὡς τούτους, οἱ δὲ ὡς ἐκείνους. Nunc mihi diligenter considera ea

quae continuo sequuntur, unde locus in vicinia lucem accipiet: δεῖ δὴ ταῦτα ἐπανέντας καὶ ὑμῶν αὐτῶν ἔτι καὶ νῦν γενομένους κοινὸν καὶ τὸ λέγειν καὶ τὸ βουλεύεσθαι καὶ τὸ πράττειν ποιῆσαι.

Quae sequuntur pleraque omnia ex aliis atque aliis Demosthenis locis consarcinata sunt, ut pag. 172. 12. καίτοι σκέψασθε πῶς ἐπὶ τῶν προγόνων ταῦτ' εἶχεν· οὐ γὰρ ἀλλοτρίοις ὑμῖν παραδείγμασι χρησαμένοις ἔξεσθ' ἃ προσήκει πράττειν εἰδέναι. ex pag. 35. 1. οὐ γὰρ ἀλλοτρίοις ὑμῖν χρωμένοις παραδείγμασιν ἀλλ' οἰκείοις εὐδαίμοσιν ἕξεσι γενέσθαι.

Quae haec excipiunt pag. 172. 14. ἐκεῖνοι Θεμιστοκλέα κτέ. descripta sunt ex *Aristocratea* pag. 686. 4. sed ea tantum comparabo, quae aliquem usum criticum habent.

Legitur pag. 172. 20. μὰ Δί' οὐ χαλκοῦς ἴσασαν — ἀλλ' ὡς ΟΥΔΕΝ αὐτῶν κρείττους ὄντας οὕτως ἐτίμων. Non sensit Sophista se absurda loqui. Quis enim sanus honorem habet τῷ οὐδὲν ἑαυτοῦ κρείττονι ὄντι? Nemo hercle. Saniora dabit ipse Demosthenes pag. 686. 10.

Pag. 172. 24. οὐδὲ τὴν ἐν Μαραθῶνι μάχην Μιλτιάδου, melius pag. 686. 20. τὴν Μαραθῶνι. In Attica Μαραθῶνι est adverbium nec praepositionem admittit. Miltiades ipse apud Eupolidem ita dicit:

οὐ γὰρ μὰ τὴν Μαραθῶνι τὴν ἐμὴν μάχην
χαίρων τις αὐτῶν τοὐμὸν ἀλγυνεῖ κέαρ.

Pag. 173. 1. legitur in S: τὰς μὲν δὴ πολιτικὰς δωρεὰς οὕτως ἐκεῖνοί τε καλῶς καὶ ἡμεῖς οὐκ ὀρθῶς· τὰς δὲ τῶν ξένων πῶς; Est vetus lacuna quam corrector nescio quis explevit post καλῶς inserendo ἔνεμον, et alius ἐδίδοσαν. Exciderat unus versus supplendus ex pag. 686. 26.

οὕτως ἐκεῖνοί τε καλῶς
[καὶ λυσιτελούντως ἑαυτοῖς ἐδίδοσαν]
καὶ ἡμεῖς οὐκ ὀρθῶς.

Nunc magnum nostri Sophistae flagitium aperiemus. pag. 173. 3. ἐκεῖνοι (inquit) Μένωνι τῷ Φαρσαλίῳ δώδεκα μὲν τάλαντα ἀργυρίου δόντι πρὸς τὸν ἐπ' Ἰωνίαν πρὸς Ἀμφιπόλει πόλεμον, διακοσίοις δ' ἱππεῦσι πενέσταις ἰδίοις βοηθήσαντι ΟΥΚ ἐψηφίσαντο πολιτείαν ἀλλ' ἀτέλειαν ἔδωκαν μόνον. Surripuit haec ex *Aristocratea*

pag. 686. 28. *ἐκεῖνοι μὲν — τριακοσίοις δ' ἱππεῦσι — βοηθήσαντι*, haec omnia *αὐτολεξεί* hinc repetita sunt, sed vide quid addat Orator: *οὐκ ἐψηφίσαντο αὐτὸν ἄν τις ἀποκτείνῃ ἀγώγιμον εἶναι* (quod de Charidemo Aristocrates tulerat), *ἀλλὰ πολιτείαν ἔδοσαν καὶ ταύτην ἱκανὴν ὑπελάμβανον εἶναι τὴν τιμήν*. Necdum satis est: sequitur in *Aristocratea: καὶ πάλιν Περδίκκᾳ — τοὺς ἀναχωροῦντας ἐκ Πλαταιῶν τῶν βαρβάρων διαφθείραντι — οὐκ ἐψηφίσαντο ἀγώγιμον εἶναι ἄν τις ἀποκτείνῃ Περδίκκαν, ᾧ βασιλεὺς [ὁ Περσῶν] ἐχθρὸς δι' ἡμᾶς ἀπεδέδεικτο, ἀλλὰ πολιτείαν ἔδωκαν μόνον*. Impostor reliqua ad verbum descripsit, sed in fine de suo dedit: *οὐκ ἐψηφίσαντο πολιτείαν ἀλλ' ἀτέλειαν ἔδωκαν μόνον*. Videmus hominem, ut haec in suos usus convertere possit, pervertere omnia et impudentissime mentiri. Si qui forte supersint qui orationum spuriarum fidem et auctoritatem tueri velint, *πολλοῖς ἀντιλέγειν γὰρ ἔθος περὶ παντὸς ὁμοίως*, huiuscemodi locos diligenter expendere velim.

Pergit falsarius pag. 173. 14. *μεγάλην καὶ τιμίαν, οἶμαι, καὶ σεμνὴν τὴν αὐτῶν* ΠΑΤΡΙΔΑ *ἡγούμενοι καὶ πάσης μείζονα εὐεργεσίας. νῦν δὲ — φθόρους ἀνθρώπους — ποιεῖσθε πολίτας*. Non sunt haec recte cogitata: non enim de *patria* sermo est, sed de *iure civitatis*. *Maiores nostri* (inquit) *civitatem nemini quamvis optime de se merito impertiebantur: nunc homines nequissimos civitate donamus*. Ergo non *πατρίδα* dicere debebat sed *πολιτείαν*, et sic demum intelligi potest *καὶ πάσης* ΜΕΙΖΟΝΑ *εὐεργεσίας*. Optime dicitur: *non est aliud beneficium* CIVITATE *maius*. Substitue PATRIA *maius* et male sana exibit oratio.

Post pauca pag. 173. 22. praeclaram Demosthenis *ῥῆσιν* surripuit ne verbulo quidem mutato ex *Olynthiaca tertia* pag. 37. 10. *ἔστι δ' οὐδέποτε, οἶμαι, μέγα καὶ νεανικὸν φρόνημα λαβεῖν μικρὰ καὶ φαῦλα πράττοντας· ὁποῖ' ἄττα γὰρ ἂν τἀπιτηδεύματα τῶν ἀνθρώπων ᾖ τοιοῦτον ἀνάγκη καὶ τὸ φρόνημα ἔχειν*.

Sequitur locus pag. 173. 28. in quo insignem scribarum et correctorum fraudem manifestis indiciis deprehensam tenemus. Proponam primum locum integrum ut ab auctoris manu profectus est, deinde singulas fraudes refutabo. Legendum est: *Σκέψασθε δὲ ἃ τις κεφάλαια ἂν ἔχοι εἰπεῖν τῶν τ' ἐκείνοις*

(maioribus nostris) *πεπραγμένων καὶ τῶν ὑμῖν, ἂν ἄρ' ὑμῶν αὐτῶν ἀλλ' ἐκ τούτων γε δύνησθε γενέσθαι* Quid est *ὑμῶν αὐτῶν γενέσθαι*? Res perspicua est: *ὑμῶν αὐτῶν γενόμενοι* est *vestri iuris facti*, id est non amplius in aliorum potestate, non amplius ex alieno arbitrio pendentes. Factiones tum in rep. dominabantur, ad quas se singuli applicabant et sic populo nulla erat relicta potestas. *ὑμεῖς δ' ὁ δῆμος – ἐν ὑπηρέτου καὶ προσθήκης μέρει γεγένησθε* pag. 37. 2. quae recoquit noster pag. 175. 17. Itaque *ὑμῶν αὐτῶν γένεσθε* significat *vindicate vos in libertatem ac veterem vestram rerum omnium potestatem recuperate*, *ὅτι ὁ δῆμος δεσπότης τῶν πολιτευομένων ἦν καὶ κύριος αὐτὸς ἁπάντων*, quae recantat impostor pag. 175. 13. Sumtum est dicendi genus a manumissione servorum. Priscianus XVII. 17. (apud Meinek. *Fragm. Com.* IV. 447) „PERSIUS:

vindicta postquam meus a praetore recessi.

et EURIPIDES:

ἐγὼ δ' ἐμός εἰμι."

corrige: *ἐγὼ δ' ἐμὸς νῦν εἰμι*, quod in dramate Satyrico dicebat nescio quis ex servitute recens liberatus. Hoc igitur est: *ἂν ἄρα ὑμῶν αὐτῶν ἀλλ' ἐκ τούτων γε δύνησθε γενέσθαι*. Eodem sensu dicitur pag. 171. 25. *ἂν δ' ὑμεῖς δι' ὑμῶν αὐτῶν ἕκαστα πράττητε*, et hinc mordax dictum: *νῦν δὲ πολιτεύεσθε κατὰ συμμορίας*. Reliquum est ut ostendam *ὑμῶν αὐτῶν γενέσθαι* ab ipso Demosthene ita esse usurpatum. vide pag. 26. 27. *δεῖ δὴ ταῦτα ἐπανέντας καὶ ὑμῶν αὐτῶν ἔτι καὶ νῦν γενομένους κοινὸν καὶ τὸ λέγειν καὶ τὸ βουλεύεσθαι καὶ τὸ πράττειν ποιῆσαι*, quem locum supra ostendimus contingere ea quae Sophista compilavit: ut reliqua illinc sumsit sic etiam hoc: *ἂν ἄρα ὑμῶν αὐτῶν ἀλλ' ἐκ τούτων γε δύνησθε γενέσθαι*. Recurrit idem dicendi genus pag. 42. 10. *συνελόντι δὲ [ἁπλῶς] ἦν ὑμῶν αὐτῶν ἐθελήσητε γενέσθαι — τὰ ὑμέτερ' αὐτῶν κομιεῖσθε*.

His ita satis firmiter stabilitis inspiciamus Codices. In S legitur — *δύνησθε γενέσθαι κρείττους*, in aliis *δύνησθε γενέσθαι βελτίους*. Paene oculis correctores in opere cernimus: alius *κρείττους* addit, alius *βελτίους*, perverse et praepostere uterque. *Κρείττους ἑαυτῶν γίγνεσθαι* dicuntur qui *se ipsos superant* et magis quam umquam antea virtute excellunt. Etiam *βελτίους ἑαυτῶν* dicuntur qui aliquantum in virtute profecerunt. Neutrum

iorum cadit in hunc locum. Reddemus igitur sciolis sua addi-amenta et cavebimus ne temere libris etiam optimis credamus.

Similis interpolatio in eiusdem loci initio animadvertitur. Emendavimus: *σκέψασθε δὲ ἅ τις κεφάλαια ἂν ἔχοι εἰπεῖν τῶν τ' ἐκείνοις πεπραγμένων κτἑ.* In libris est *ἔχοι τῶν πραγμάτων εἰπεῖν.* Tum in S scribitur *εἰπεῖν ἵν' ἀκούσαντες τῶν τ' ἐκείνοις*, in caeteris *εἰπεῖν περὶ τῶν τ' ἐκείνοις.* Manifesto mendosa et interpolata haec sunt. Dicat testimonium ipse Demosthenes pag. 34. 27. *καίτοι σκέψασθε — ἅ τις ἂν κεφάλαια εἰπεῖν ἔχοι τῶν τ' ἐπὶ τῶν προγόνων ἔργων καὶ τῶν ἐφ' ἡμῶν.*

Maiores nostri, inquit, *πολλὰ καὶ καλὰ ἔσησαν τρόπαια ἐφ' οἷς ἔτι καὶ νῦν ἡμεῖς Φιλοτιμούμεθα. καίτοι νομίζετε ταῦτα αὐτοὺς σῆσαι οὐχ ἵνα θαυμάζωμεν ἡμεῖς θεωροῦντες αὐτὰ, ἀλλ' ἵνα* KAI *μιμώμεθα τὰς τῶν ἀναθέντων ἀρετάς.* Libri omnes praeter S *θαυμάζωμεν μόνον* idque reponendum ob sq. *ἵνα* KAI *μιμώμεθα.* Hunc quoque flosculum ex Demosthene decerpsit pag. 201. 2. *χαίρετ' ἀκούοντες ὅταν τις ἐπαινῇ τοὺς προγόνους ὑμῶν καὶ τὰ πεπραγμένα ἐκείνοις διεξίῃ καὶ τὰ τρόπαια λέγῃ. Νομίζετε τοίνυν ταῦτ' ἀναθεῖναι τοὺς προγόνους ὑμῶν οὐχ ἵνα θαυμάζητ' αὐτὰ θεωροῦντες ἀλλ' ἵνα* KAI *μιμῆσθε τὰς τῶν ἀναθέντων ἀρετάς*, ubi ex aliis libris *θεωροῦντες* MONON legendum.

Pag. 174. 10. *ἡμεῖς δ' ὅσης ἅπαντες ὁρᾶτε ἐρημίας ἐπειλημμένοι σκέψασθε εἰ παραπλήσια. οὐ πλείω μὲν ἢ χίλια καὶ πεντακόσια τάλαντα ἀνήλωται μάτην εἰς τοὺς τῶν Ἑλλήνων* 'ΑΠΟΡΟΥC, *ἐξανήλωνται δὲ οἵ τε ἴδιοι πάντες οἶκοι καὶ τὰ κοινὰ τῇ πόλει καὶ τὰ παρὰ τῶν συμμάχων, οὓς δ' ἐν τῷ πολέμῳ συμμάχους ἐκτησάμεθα οὗτοι νῦν ἐν τῇ εἰρήνῃ ἀπολώλασιν.* Partim haec surrepta sunt ex pag. 36. 9. *πλείω δ' ἢ χίλια καὶ πεντακόσια τάλαντα ἀνηλώκαμεν εἰς οὐδὲν δέον, οὓς δ' ἐν τῷ πολέμῳ συμμάχους ἐκτησάμεθα εἰρήνης οὔσης ἀπολωλέκασιν οὗτοι.* Pro *εἰς οὐδὲν δέον* impostor aliud quid substituerat, non hercle *εἰς τοὺς τῶν Ἑλλήνων ἀπόρους*, quo nihil ineptius excogitari potuit. Quis inducere potest in animum Athenienses impendisse (et *frustra* quidem *ἀνήλωται μάτην*) sestertium trecenties sexagies ad sublevandam pauperum in Graecia inopiam. Nugari hoc quidem est. Fertur et altera lectio *ἀποσόλους classes*, quam ego veram esse arbitror

et sic supplendam: *ἀνήλωται μάτην εἰς τοὺς (ὑπὲρ) τῶν Ἑλλήνων ἀποστόλους*. Athenienses saepe magnas classes ad opem Graecis a Philippo petitis ferendam ingenti sumtu compararant, sed quia fere sero veniebant magnae opes frustra erant consumtae. Audi ipsum Demosthenem pag. 50. 4. *καίτοι τί δήποτε νομίζετε — τοὺς ἀποστόλους πάντας ὑμῖν ὑστερίζειν τῶν καιρῶν*; et pag. 92. 28. de classe nequidquam missa: *συμβαίνει δ' ἡμῖν — ὅτε ἂν δαπανήσωμεν* MATHN 'ANHΛΩKENAI.

Pag. 174. 16. *ἀλλὰ νὴ Δία ταῦτα μόνον τότ' εἶχε βέλτιον ἢ νῦν, τὰ δ' ἄλλα χεῖρον*. Emenda *ταῦτα* MEN pro *μόνον*, qui frequens in libris error est. Requiritur *μέν* in huiusmodi concessione et oppositione. *Esto*, concedo *haec olim in meliore statu fuisse, sed* —.

Saepe *μέν* et *μόνον* confunduntur. Pag. 125. 17. *οὐ τοίνυν παρὰ τούτοις μόνON* (sic S. caeteri omnes *μόνοις*) *τὸ ἔθος τοῦτο πάντα κακὰ εἰργάσατο, ἄλλοθι δ' οὐδαμοῦ*. Reponenda est Atticae compositio, qualis est in *καὶ οὐκ ἔγραψα μὲν οὐκ ἐπρέσβευσα δέ*, et scribendum *παρὰ τούτοις* MEN.

Pag. 174. 20. *κόσμον τῆς πόλεως — τοιοῦτον καὶ τοσοῦτον κατέλιπον ἐκεῖνοι* (maiores nostri) *ὥστε μηδενὶ τῶν ἐπιγιγνομένων ὑπερβολὴν λελεῖφθαι. προπύλαια ταῦτα, [ὁ Παρθενών], νεώσοικοι στοαί, τἄλλα*. Tantum non omnes libri (et boni omnes) omittunt *ὁ Παρθενών*, quod irrepsit ex alia Demosthenis oratione pag. 617. 18. *τὸ τῶν ἀναθημάτων — κάλλος, προπύλαια ταῦτα, ὁ Παρθενών, στοαί, νεώσοικοι*.

Pag. 175. 22. *εἴ τις ἀναγνοίη τὰ ψηφίσματα ὑμῶν καὶ τὰς πράξεις ἐφεξῆς διέλθοι οὐδ' ἂν εἷς πιστεύσαι τῶν αὐτῶν εἶναι ταῦτα κἀκεῖνα*, deinde duo exempla affert: *οἷον ἃ πρὸς τοὺς καταράτους Μεγαρέας ἐψηφίσασθε ἀποτεμνομένους τὴν ὀργάδα, ἐξιέναι, κωλύειν, μὴ ἐπιτρέπειν*. et post pauca addit: *ἅπαντα καλά — τὰ ἔργα δὲ τὰ ἀπὸ τούτων οὐδαμοῦ*. Video haec a docto homine referri ad initium belli Peloponnesiaci, sed facile apparet de re recentissima haec dici, quum factum esset plebiscitum atrox, sed irritum. Hoc ipsum enim hoc exemplo probat *ὅτι τὰ μὲν ψηφίσματα καλά, τἄργα δὲ οὐδαμοῦ*. Eodem pertinet quod le-

gitur pag. 34. 8. *turpe est quod facitis* (inquit), *ἐπὶ μὲν Κορινθίους καὶ Μεγαρέας ἁρπάσαντας τὰ ὅπλα πορεύεσθαι, Φίλιππον δ' ἐᾶν πόλεις Ἑλληνίδας ἀνδραποδίζεσθαι.* Turpe esse dicit quod *nunc* cives faciant, non quod maiores *ante saeculum* fecissent. *Adversus Corinthios*, inquit, *et Megarenses fortes estis, Philippi iniurias prae metu devoratis.*

Pag. 176. 16. *πρὸς δὲ τούτοις οὐδ' ἐστὶν ἐφ' ὑμῖν οὐδ' ἂν ἀποστῆναι τῶν Ἑλληνικῶν βούλησθε.* Perturbatus est simplex et naturae loci congruens verborum ordo, qui hic est: *οὐδ' ἂν βούλησθε ἀποστῆναι τῶν Ἑλληνικῶν.* Poterant percommode verba *ἀποστῆναι τῶν Ἑλληνικῶν* etiam post *ἐφ' ὑμῖν* collocari, sed quam nunc sedem obtinent tueri nequeunt.

Quod continuo sequitur: *πολλὰ γὰρ ὑμῖν ἐκ παντὸς τοῦ χρόνου πέπρακται* eodem sensu dictum est quo Fetialis Argivorum in Euripidis *Supplicibus* dicit ad Theseum vs. 586.

πράσσειν σὺ πόλλ' εἴωθας ἥ τε σὴ πόλις.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΣΥΜΜΟΡΙΩΝ.

Pag. 179. 8. *εἰ μὲν ἐναργές* ΤΙ *γένοιτο καὶ σαφές.* Ferri non potest *τι* additum. Quis credat pro *δῆλον* sive *φανερὸν ἐγένετο* dici posse *δῆλόν τι* aut *φανερόν τι*?

Pag. 179. 8. *ἡγοῦμαι γὰρ τοὺς Ἕλληνας εἰ μὲν ἐναργὲς γένοιτο — ὡς βασιλεὺς αὐτοῖς ἐπιχειρεῖ καὶ συμμαχήσειν καὶ χάριν μεγάλην ἕξειν, — εἰ δ' ἔτι ἀδήλου τούτου καθεστηκότος προαπεχθησόμεθα ἡμεῖς δέδια μὴ τούτοις μετ' ἐκείνου πολεμεῖν ἀναγκασθῶμεν.* Sine controversia *προαπεχθησόμεθα* corruptum est. Quid sibi vult in tali re *ἀπεχθάνεσθαι* vel *προαπεχθάνεσθαι*? Nihil plane. Suspicor Demosthenem dedisse: *προΥπΑχθησόμεθα.* Compara pag. 188. 4. *οὔτε Φοβεῖσθαί φημι δεῖν πέρα τοῦ μετρίου οὔθ' ὑπαχθῆναι προτέρους ἐκφέρειν τὸν πόλεμον.* Ὑπάγειν est *in fraudem inducere*, et *ὑπάγεσθαι* dicuntur, qui aut fraude aliqua aut prava cupiditate ad capiendum consilium temerarium impelluntur. Exspectare iubet Athenienses donec omnibus Regis insidiae pateant monetque ne antea inconsiderate et inconsulto ad arma sumenda impellantur. Fefellit nos Codex S pag. 59.

18. — *φενακισμοὺς οἷς* 'Επαχθέντες — *προεῖσθε Φωκέας*, ubi reliqui omnes servant veram lectionem 'Τπαχθέντες.

Pag. 180. 12. *νομίζω τὸν μὲν πόλεμον χαλεπὸν τῇ πόλει, τὸν δ' ἀγῶνα τὸν ἐκ τοῦ πολέμου ῥᾴδιον ἂν συμβάντα.* Quis ita loquitur? Quis verbo *νομίζειν participium* sic addi posse existimat? Nihil est reliquum quam ut rescribatur: *ῥᾴδιον ἂν συμβHNAI.* Haec ipsa scriptura in Codice S reperitur nisi quod scriba ordinem verborum turbavit; *συμβῆναι ῥᾴδιον ἄν* dedit et oblitus est verum ordinem lineolis, ut solet, indicare.

Pag. 181. 14. *οὐδὲν οὖν ἀλλ' ἢ ῥαψῳδήσουσιν οἱ πρέσβεις περιϊόντες. τότε δὲ, ἂν ἄρα ἃ νῦν οἰόμεθ' ἡμεῖς* ΠΡΑΤΤΗΤΑΙ, *οὐδεὶς δήπου τῶν πάντων 'Ελλήνων τηλικοῦτον ἐφ' αὑτῷ Φρονεῖ ὅστις ὁρῶν ὑμῖν χιλίους μὲν ἱππέας, ὁπλίτας δὲ ὅσους ἂν ἐθέλῃ τις, ναῦς δὲ τριακοσίας, οὐχ ἥξει καὶ δεήσεται.* Ad *ῥαψῳδήσουσιν* annotavit Dobraeus: *„sic εἰσήγημα et ποίημα oppon. Isocrat. Epistola* I. 2." Hoc quidem Atticum *ῥαψῳδεῖν* nihil cum poësi commune habet. Festivum et iocosum verbum significat: *nequidquam longam orationem habere* et *multa verba perdere sine ullo fructu*, ut in oratione *κατ' Αριστογείτονος* pag. 770. 10. *ἔγωγ' ὑπολαμβάνω — εἰ μέν εἰσιν ὑμῶν οἱ πλείους οἷοι τοὺς πονηροὺς φιλεῖν* [*καὶ σώζειν* del.] *μάτην ἐρραψῳδηκότας ἡμᾶς ἔσεσθαι, εἰ δ' οἷοι μισεῖν δίκην τοῦτον δώσειν.*

In sqq. haerent Interpretes in *πράττηται*. Dobraeus: *„malim, ἃ νῦν οἰόμεθα ἡμεῖς, πράττητε cum Mss. πράττηται inepte Reiskius."* Relege locum sic scriptum: *ἂν ἄρα ἃ νῦν οἰόμεθ' ἡμεῖς πράττητε*, et multo etiam magis haerebis. Intelligi poterat: *ἂν ἄρα — ΓΕΝηται*, id est *ἐὰν ἄρα βασιλεὺς τοῖς Ἕλλησιν ἐπιβουλεύων φανερὸς γένηται*, sed quicumque totum locum diligenter consideraverit sentiet ea omnia *ἂν ἄρα — πράττηται* insiticia esse et resecanda. Opponuntur inter se NTN *μὲν καλεῖτε πρὸς ὑμᾶς αὐτοὺς τοὺς Ἕλληνας*, sed perditis operam, nemo vobis obtemperat. TOTE *δὲ οὐδεὶς δήπου τῶν πάντων 'Ελλήνων κτέ.* sed quum haec longiore intervallo diremta essent, exortus est nescio quis qui nobis narraret quid esset *τότε δέ*. Idem sequiorum more *πράττηται* dixit pro *γένηται*.

Apud veteres *λέγειν* et *πράττειν*, *τὰ λεγόμενα* et *τὰ πραττόμενα*

μενα inter se opposita sunt, ut ἔργα (πράξεις) et λόγοι, ut in *Vespis* 695.

σὺ δὲ χασκάζεις τὴν κωλακρέτην, τὸ δὲ πραττόμενόν σε λέληθεν.

In ultima parte loci vocabulum necessarium periit. Nihil est enim ὁρῶν ὑμῖν χιλίους ἱππέας, *videns vobis mille equites*, imo vero *esse* et ὄντας. Neque tamen hoc loco participium reponendum esse censeo sed in fine sententiae sic: — ναῦς δὲ τριακοσίας ΟΥCAC οὐχ ἥξει.

Pag. 182. 6. scribendum ex S et Dionysio Halicarn. Tom. VI. pag. 947. ὅσα μὲν πώποθ' ἅπαντες (non ἅπαντες ὑμεῖς) ἠβουλήθητε, et post pauca ἀπεβλέψατε ЄIC (non πρὸς) ἀλλήλους.

Pag. 185. 2. *Sunt*, inquit, *Athenis* divitiae ingentes: ταῦτα δ' οἱ κεκτημένοι τοιοῦτον ἔχουσι νοῦν ὥς' εἰ πάντες οἱ ἐνταυθὶ λέγοντες Φοβοῖεν ὡς ἥξει βασιλεύς, ὡς πάρεσιν, ὡς οὐχ οἷόν τε ταῦτ' ἄλλως ἔχειν, καὶ μετὰ τῶν λεγόντων ἴσοι τὸ πλῆθος τούτοις χρησμῳδοῖεν (optime Reiske χρησμῳδοὶ, nempe Φοβοῖεν) οὐ μόνον οὐκ ἂν εἰσενέγκαιεν ἀλλ' οὐδ' ἂν δείξαιεν οὐδ' ἂν ὁμολογήσαιεν κεκτῆσθαι. Ultima pars loci grave vulnus accepit, sed sanabile tamen. Tacent Interpretes quasi omnia plana et perspicua essent. Quis vero dicet quid sit οὐδ' ἂν ΔЄIξαιεν? Quid multa? Satius est statim tollere mendum. Confunduntur inter se passim δόξειν — δείξειν, ἔδοξα — ἔδειξα, δεδόχθαι — δεδεῖχθαι et sim. Sexcenties id mihi in libris Mss. observatum est etiam apud Demosthenem. Cf. *Var. Lectt.* pag. 125. Iam lux affulget: δόξαιεν Demosthenes dixerat, non δείξαιεν. Eadem opera corrector tenetur fraudis manifestus. Fuerat olim: οὐ μόνον οὐκ ἂν εἰσενέγκαιεν ἀλλ' οὐδ' ἂν δόξαιεν κεκτῆσθαι. Quid notius est quam οὐ δοκεῖν pro *dissimulare? „non tantum* (inquit) *tributum non conferrent sed etiam opes suas dissimularent.*" Pauperes esse se fingebant et tributo ferendo non esse. Factum est ut δόξαιεν in δείξαιεν mutaretur: deinde nescio quis addidit de suo οὐδ ἂν ὁμολογήσαιεν.

Pag. 186. 6. οἵδε μὲν γὰρ (rex Persarum) ΔIAκοσίαις τριήρεσιν, ὧν ἑκατὸν παρεσχόμεθ' ἡμεῖς, τοὺς προγόνους αὐτοῦ χιλίας ἀπολέσαντας ναῦς, ἀκούσεται δὲ TPIακοσίας αὐτοὺς ἡμᾶς νῦν παρε-

σκευασμένους. Libri omnes ad unum exhibent ΤΡΙΑχοσίαις τριήρεσιν, S solus servat id quod Demosthenes dixerat ΔΙΑχοσίας. Mirifica est eruditorum quorundam ratio, quorum alii pro ἑκατόν *corrigebant* διακοσίας, alii post ἑκατόν inserebant ὀγδοήκοντα, credo ne rex Persarum historiae imperitior esse putaretur. Apparet eos non esse oratores neque adeo mores et artes oratorias satis cognitas habere. Demosthenes hoc agit ut appareat classem Atheniensium nunc esse *maiorem* quam fuerit classis universae Graeciae, quae Persarum maiores tanta clade afflixerit. Necesse est ut numero minori respondeat maior. Non poterat dicere τριακοσίαις — τετρακοσίας, quia satis constabat maximam Atheniensium classem *trecentarum* navium fuisse. Ergo erat reliquum ut διακοσίαις diceret, quod obscura doctorum diligentia funditus delevisset, nisi Codex S tulisset opem.

Pag. 186. 17. ἡμῖν δὲ τὸ τῆς χώρας τίμημα ὑπάρχον ἀφορμὴν [ἑξακόσια τάλαντα] ἀκούσεται. Interstrepit sciolus, qui memminerat se legere pag. 183. 5. τὸ τίμημά ἐστι τὸ τῆς χώρας ἑξακισχιλίων ταλάντων. Summo iure Schaeferus ineptum emblema expunxit. Scire velim ecquis sit qui non sentiat quam sit huiuscemodi additamentum absurdum. Tamen in antiquissimis libris inficetum glossema iam comparebat, idque novo mendo auctum. Audi Harpocrationem: Ὅτι ἑξακισχίλια ἦν τάλαντα τὸ τίμημα τῆς Ἀττικῆς Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τῶν συμμοριῶν φησὶν οὕτως· „ἡμῖν δὲ τὸ τῆς χώρας τίμημα ὑπάρχει ἀφορμὴν ΟΚΤΑκισχίλια τάλαντα ἀκούσεται.“ ἤτοι οὖν γραφικὸν ἁμάρτημά ἐστιν κτἑ. Harpocration, ut tu vides, absurda loquitur, sed non suo vitio. Lacuna vetus has ineptias peperit. Notabo paucis quomodo res restitui possit: Ὅτι ἑξακισχίλια ἦν τάλαντα τὸ τίμημα τῆς Ἀττικῆς Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τῶν συμμοριῶν φησὶν οὕτως· („τὸ τίμημά ἐστι τὸ τῆς χώρας ἑξακισχιλίων ταλάντων“) λογισμὸν αὐτῶν διδοὺς ποικίλως (ὡς) καὶ Φιλόχορος ἐν δεκάτῳ Ἀτθίδος· ἐν δὲ τοῖς ἑξῆς τοῦ λόγου φησὶν οὕτως· „ἡμῖν δὲ τὸ τῆς χώρας τίμημα ὑπάρχειν ἀφορμὴν ὀκτακισχίλια τάλαντα ἀκούσεται.“ Nunc demum rectissime additur: ἤτοι ΟΤΝ γραφικὸν ἁμάρτημά ἐστιν κτἑ.

Videmus igitur iam vivo Harpocratione, qui Codicibus Atticianis usus est, et insulsissima additamenta in textum irrepsisse

et scribarum errores (γραφικὰ ἁμαρτήματα) perineptos in libris inolevisse. Quam esset in talibus Harpocration infelix coniector supra vidimus.

Pag. 186. 20. ὑπὲρ ἧς (τῆς Ἀττικῆς) ὡς μὲν τοὺς ἐπιόντας ἀμυνούμεθα οἱ Μαραθῶνι τῶν προγόνων αὐτοῦ μάλις' ἂν εἰδεῖεν. Succurrunt ad haec quae Aeschylus in monumento suo inscribi iussit:

ἀλκὴν δ' εὐδόκιμον Μαραθώνιον ἄλσος ἂν εἴποι
καὶ βαθυχαιτήεις Μῆδος ἐπισάμενος.

sed *futuri* temporis notio ὡς ἀμυνΟΥμεθα ab hoc loco alienissima est. Requiritur praesens ἀμυνόμεθα. Persae qui ad Marathonem depugnaverunt scire non poterant quam fortiter Athenienses *posthac* dimicaturi essent: praesentem virtutem senserant.

Pag. 187. 9. οὐ μὴν οὐδ' ἐκείνῳ συμφέρει ξένΟΥC κρατῆσαι τῶν Ἑλλήνων. Clamat sententia ξένΟΙC esse legendum. Dudum admonuit Dobraeus, τοῖς δ' οὐδὲν μέλει.

Acutissime vidit idem pag. 187. 17. διὰ τὸ μισεῖν αὐτοὺς οὐδ' ἂν ἀληθὲς οὐδὲν ἡδέως [οὐδ'] ἀγαθὸν περὶ αὐτῶν ἀκούσαιτε deleri oportere importunum οὐδέ, quod additum plane oratoris sententiam pessumdedit.

ΥΠΕΡ ΤΗC ΡΟΔΙΩΝ ΕΛΕΥΘΕΡΙΑC.

Pag. 191. 2. ἐπειδὰν γάρ τι δόξῃ καὶ ψηφισθῇ ΤΟΤΕ ἴσον τοῦ πραχθῆναι ἀπέχει ὅσονπερ πρὶν δόξαι. Vitium est in τότε, quia temporis notio in hanc sententiam non cadit. Corrigendum: ΤΟ ἴσον — ὅσονπερ *tantumdem*.

Pag. 197. 5. πρέσβεις ἐλθόντας ἐκ Λακεδαίμονος — ἐψηφίσαντο ἐὰν μὴ πρὸ ἡλίου δύντος ἀπαλλάττωνται πολεμίους κρίνειν. Sententia postulat: *pro hostibus esse habituros*: ergo κρινεῖν scriptum oportuit.

Pag. 198. 21. Κῶν καὶ Ῥόδον καὶ ἄλλας ἑτέρας πόλεις. Sic S. Caeteri καὶ ἄλλας πόλεις ἑτέρας. Sed cum bona scribarum pace non esse hanc Graecam orationem confidenter affirmo. Po-

test alterutrum omitti, dici potest ἄλλας τινὰς πόλεις, sed ἄλλας ἑτέρας πόλεις dici non potest.

Scio me haec scribentem pervulgatam eruditorum opinionem pro nihilo ducere videri. Audi Schaeferum ad h. l.: ἄλλας ἑτέρας: *„idioma viri docti exemplis ita confirmarunt nemo ut recte sic dici nunc dubitet."* Unus est vir doctus, sed omnium princeps, qui omnia veterum testimonia collegit, Porsonus. (*Tracts* pag. 200). Primum Suidam protulit nescius Aelii Dionysii ἐν τοῖς Ἀττικοῖς Ὀνόμασιν hanc esse observationem v. Ἄλλο ἕτερον ἐκ παραλλήλου λέγουσιν (οἱ Ἀττικοί). Μένανδρος Μέθῃ·

εἶτ' οὐκ εἶχεν οὐ πῦρ, οὐ λίθον,
οὐκ ἄλλ' ὁτιοῦν ἕτερον;

Κράτης Παιδιαῖς·

τοῖς δὲ τραγῳδοῖς ἕτερος σεμνὸς πᾶσιν λόγος ἄλλος ὅδ' ἐστίν.

Eximium hoc testimonium est pereruditi ἀττικιστοῦ, qui ipse Cratetis fabulas et Menandri sedulo lectitaverat, sed vide mihi an ex his Comicorum locis recte colligatur ἐν ἄλλαις ἑτέραις πόλεσιν commode dici potuisse. Interest aliquid inter ἄλλο et ἕτερον, ut inter *aliud* et *diversum*. In Euripidis *Supplicibus* 583.

πολλοὺς ἔτλην δὴ χἀτέρους ἄλλους πόνους.

hoc dicit Theseus *multos se alios et diversi generis labores exantlasse*. Sic igitur Menander quoque dixit: *„an igitur non ignem non lapidem, neque quidquam aliud diversi generis habebat?"* quae se defenderet scilicet. Sic et Cratetis verba accipienda sunt *„habent etiam aliud diversi generis Tragici omnes quod cum magna gravitate dicant."* Deinde quod Porsonus Aristophanis fragmentum attulit ex Athenaeo pag. 117. c.

ἄλλα δὲ τοιαῦθ' ἕτερα μύρι' ἐκιχλίζετο.

memineris τοιαῦθ' ἕτερα significare ὅμοια καὶ παραπλήσια τούτοις, *alia sexcenta* HUIUSCEMODI. Denique locum Demosthenis unum et unum Platonis expromit corruptum utrumque, ubi ἄλλα ἕτερα pro ἄλλ' ἄττα scriptum est. Restat denique Demosthenis locus, quo de agimus, neque plura quam haec apud Graecos scriptores reperiuntur. Itaque quoniam ἐν ἄλλαις ἑτέραις πόλεσιν *in aliis civitatibus diversi generis* significans ab Oratoris sententia abhorret, reliquum est ut scripturam hanc mendosam esse statuamus et habeamus pro certo ἄλλος ἕτερος, ἄλλο ὁτιοῦν ἕτερον et similia numquam ἐκ παραλλήλου dicta fuisse.

Etiam alibi sic scribae apud Demosthenem peccarunt, vid. pag. 1031. 24. et pag. 1281. 26. ubi pro *ἕτερον ἐγκαλεῖν οὐδὲν ἔχοντες*, S dedit *ἑτέραν τινὰ ἄλλο*, et alius *ἕτερόν τι ἄλλο*, quae merito nemo curavit.

Pag. 198. 23. (*πόλεις*) *ὑπὲρ ὧν πολλοὺς* [*κινδύνους*] *καὶ καλοὺς ἀγῶνας οἱ κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους Ἕλληνες ἐποιήσαντο.* Nescio unde molestum et importunum *κινδύνους* natum sit, sed hoc scio sine mora esse expungendum, ut coniungantur *πολλοὺς καὶ καλοὺς ἀγῶνας.* Rectissime enim dicitur *ποιεῖσθαι ἀγῶνα*, sed *κίνδυνον ποιεῖσθαι* nihil est.

Pag. 200. 7. *ἐχρῆν γὰρ — τὴν αὐτὴν ἔχειν διάνοιαν ὑμᾶς περὶ τῆς ἐν τῇ πολιτείᾳ τάξεως ἥνπερ περὶ τῆς ἐν ταῖς στρατείαις ἔχετε. τίς οὖν ἐστὶν αὕτη; ὑμεῖς τὸν ΛΕΙποντα τὴν ὑπὸ τοῦ στρατηγοῦ τάξιν ταχθεῖσαν ἄτιμον οἴεσθε προσήκειν εἶναι καὶ μηδενὸς τῶν κοινῶν μετέχειν.* ΧΡΗ *τοίνυν καὶ τοὺς τὴν ὑπὸ τῶν προγόνων τάξιν ἐν τῇ πολιτείᾳ ΛΕΙποντας καὶ πολιτευομένους ὀλιγαρχικῶς ἀτίμους τοῦ συμβουλεύειν ὑμῖν αὐτοῖς ποιεῖσθαι.* ΝΤΝ *δέ κτέ.* Facile est ad intelligendum *ΛΙπόντα τὴν τάξιν* dici debere, ut *ῥίψας τὴν ἀσπίδα, ἀποβαλὼν τὰ ὅπλα* et sim. Dicuntur enim haec de iis qui praesidio *cesserunt*, clypeum *abiecerunt*, arma *amiserunt*, non de eo tempore quo quis praesidio *cedit*, abiicit *clypeum*, arma *amittit.* Haerebant fortasse in sqq. *τοὺς τὴν – τάξιν λείποντας καὶ πολιτευομένους.* Non sentiebant enim ex ipsa rei natura *aoristum* cum *praesente tempore* nunc componi debuisse. Loquitur enim de iis qui *λιπόντες τὴν τάξιν ὀλιγαρχικῶς πολιτεύονται.* Praeterea ipsa argumentationis ratio et oppositum ΝΤΝ *δέ* postulant ut pro ΧΡΗ *τοίνυν* imperfectum 'ΕΧΡΗΝ restituatur.

Quod continuo sequitur: *νῦν δὲ τῶν μὲν συμμάχων τοὺς τὸν αὐτὸν ἐχθρὸν καὶ Φίλον ὑμῖν ὁμωμοκότας νομίζετε εὐνοϛάτους, τῶν δὲ πολιτευομένων οὓς ἴϛε σαΦῶς τοὺς τῆς πόλεως ἐχθροὺς ῥηθέντας τούτους πιϛοτάτους ἡγεῖσθε.* Acris ac vehemens sententia lacuna laborat. Periit verbum, unde pendebant accusativi *τὸν αὐτὸν ἐχθρὸν καὶ Φίλον.* Olim Wolfius coniecit post *ὑμῖν* excidisse *ἕξειν.* Alio meliore verbo erat utendum· Nondum me poenitet supplevisse *τὸν αὐτὸν ἐχθρὸν καὶ Φίλον ὑμῖν* ΝΟΜΙΘΕΙΝ

ὁμωμοκότας. Certum enim in ea re et constans dicendi genus est τὸν αὐτὸν ἐχθρὸν καὶ φίλον νομίζειν. Multa exempla collegimus in *Nov. Lectt.* pag. 519. ad locum Xenophontis in *Anabasi* II. 5. 39. ὁμόσαντες ἡμῖν τοὺς αὐτοὺς φίλους καὶ ἐχθροὺς νομιεῖν. In singulari numero dixit Aeschines in *Ctesiph.* § 100. πρέσβεις οἵτινες δεήσονται τὸν αὐτὸν Ἀθηναίοις φίλον καὶ ἐχθρὸν νομίζειν.

Pag. 200. 22. οὐχ ὅ τι τις κατηγορήσει τούτων — χαλεπὸν εὑρεῖν, ἀλλ' ἀφ' ὁποίων λόγων — ἐπανορθώσεταί τις ἃ νῦν οὐκ ὀρθῶς ἔχει [τοῦτ' ἔργον εὑρεῖν]. Quae auris haec ferre potest? Quis nostrum ita scripsisset? Remove igitur emblema tam inutile quam molestum.

ΥΠΕΡ ΜΕΓΑΛΟΠΟΛΙΤΩΝ.

Pag. 202. 10. εἴ τις αὐτῶν ἀφέλοι τὸ γιγνώσκεσθαι καὶ τὸ τῇ φωνῇ λέγειν Ἀττικῶς, πολλοὺς ἂν οἶμαι τοὺς μὲν Ἀρκάδας, τοὺς δὲ Λάκωνας αὐτῶν εἶναι νομίσαι. Vivo Demosthene nemo Graecorum ἔλεγεν Ἀττικῶς. Athenienses ἔλεγον ἀττικιστί. Hoc ipsum reponi oportere diligenter ostendi in *Nov. Lectt.* pag. 100. Quamquam res satis manifesta est tamen vix quisquam, opinor, mihi esset assensus, nisi testem veterem produxissem. Collegit nescio quis Προοίμια maximam partem ex Demosthene sumta et in Demosthenis Codices recepta. Ducta sunt ex libris pervetustis et complures bonas lectiones sola servant, ut h. l. τὸ τῇ φωνῇ λέγειν ἀττικΙCTI pag. 1424.

Pag. 203. 5. Λακεδαιμονίους δὲ εἰ ποιήσονται τὴν Ἀρκαδίαν ὑφ' ἑαυτοῖς καὶ Μεγάλην πόλιν Αἱρήσουσι πάλιν ἰσχυροὺς γενήσεσθαι. Haec est vulgata lectio αἱρήσουσι, pro qua S optime ΑΝαιρήσουσι servavit. Perverse enim dicitur: *si Arcadiam subegerint* ET *Megalopolim ceperint*, quoniam nisi capta Megalopoli Arcadia potiri non poterant: sed Arcadia capta Megalopolin *delere* et *solo aequare* volebant, ἀναιρεῖν καὶ διοικίζειν κατὰ κώμας, ut olim Mantineam. Audi ipsum pag. 210. 4· ἐὰν μὲν ΑΝαιρεθῶσι καὶ διοικισθῶσιν (οἱ Μεγαλοπολῖται) ἰσχυροῖς Λακεδαιμονίοις εὐθὺς ἔσιν εἶναι. Eadem opera in Argumento orationis sive Li-

banii est sive cuiuscumque repone cum Dindorfio *μὴ περιορᾶν ἈΝαιρεθεῖσαν Μεγάλην πόλιν.*

Pag. 204. 14. *νῦν μὲν – δόξετε – τὴν εἰρήνην σπουδάζειν εἶναι βεβαίαν ὑπὲρ ἧς* [*ἐκινδυνεύσατε*] *καὶ παρετάξασθε.* Acute vidit Dobraeus dixisse Demosthenem: *ὑπὲρ ἧς* ΚΑΙ *παρετάξασθε*, et peridoneis exemplis hoc dicendi genus illustravit. Nihil interest inter *παρατάττεσθαι, κινδυνεύειν* et *μάχεσθαι*: itaque frigidum est et Demosthene indignum haec componere in eo loco ubi nihil est cur quis excandescat et aestu dicendi rapiatur.

Bis vocula *νῦν* importune inserta est pag. 204. 23 *εἰ δὲ τοὺς βοηθήσαντας ἂν ἡμῖν* [*νῦν*] *ἐπ' αὐτὸν ἐχθροὺς κτησόμεθα.* et pag. 204. 26. *τὸ δ' ἐχθροὺς ἡμῖν Λακεδαιμονίους ἔσεσθαι* [*νῦν*] *ἐὰν ποιώμεθα συμμάχους τοὺς Ἀρκάδας κτέ.* Ponitur *νῦν* in oppositione (*νῦν — τότε*) sive ea diserte expressa est, sive ex contexta oratione sponte intelligitur. Alterum *νῦν* Dobraeus expunxit, prius incerta sede per libros volitans perinde delendum.

Pag. 204. 27. — *μόνοις οὐδ' εἰπεῖν ἐξεῖναι νομίζω τοῖς πείσασιν ὑμᾶς ὅτ' ἐκινδύνευον Λακεδαιμόνιοι βοηθεῖν* [*αὐτοῖς*]. Languidum et prorsus inutile *αὐτοῖς* in margine Codicis S appositum tolli oportet. Praeterea eam sedem occupat quam nullo modo huiuscemodi pronomina omni vi destituta apud bonum scriptorem obtinere possunt.

Pag. 205. 2. *ἔπεισαν ὑμᾶς πάντων Πελοποννησίων ἐλθόντων ὡς ὑμᾶς καὶ μεθ' ὑμῶν ἀξιούντων ἐπὶ τοὺς Λακεδαιμονίους ἰέναι, τούτους* (male ex S receptum *τοὺς*) *μὲν μὴ προσδέξασθαι* (*καὶ διὰ τοῦθ' ὅπερ ἦν ὑπόλοιπον αὐτοῖς* ΈΠΙ *Θηβαίους ἦλθον κτέ.* Mendosum est *ἐπὶ Θηβαίους ἦλθον.* Sexcenties *ἰέναι ἐπί τινα* apud omnes legitur significans semper idem *aggredi, adoriri aliquem, in aliquem impetum facere*, ut in hac ipsa oratione pag. 204. 3. *ταύτην ἂν ἕλωσιν ἴασιν ἐπὶ Μεσσήνην.* et in hoc ipso loco *ἐπὶ τοὺς Λακεδαιμονίους ἰέναι.* Dici potest *πρὸς Θηβαίους, παρὰ Θηβαίους, ὡς Θηβαίους*, sed *ἐπὶ Θηβαίους* eo sensu dici non potest.

Pag. 205. 8. *οὐδ' ἂν ὑμεῖς ἠθελήσατε δήπου σώζειν αὐτοὺς εἰ τοῦτο προὔλεγον ὑμῖν ὅτι σωθέντες ἐὰν μὴ ποιεῖν ὅ, τι βούλονται.* (S. *βούλωνται*) *πάλιν αὐτοὺς ἐᾶτε* [*καὶ ἀδικεῖν*], *οὐδεμίαν ὑμῖν χάριν ἕξουσι τῆς σωτηρίας.* Emenda *ποιεῖν ὅ, τι* ΑΝ *βούλωνται.* Saepissime *ἄν* incertum qua de causa in Codice S omittitur. In ipso limine offendit scribens *ἐπὶ πολλῶν, ὦ ἄνδρες* pro *ἐπὶ πολλῶν* ΑΝ. Animose et odiose dicitur *ὅ, τι ἂν βούλωνται* de iis, qui ex sua libidine *facinus quodlibet* perpetrant, itaque miror quo pacto manifestum emblema *καὶ ἀδικεῖν* acutos Dobraei oculos (nam caeteri non sunt admodum suspicaces aut libris nimium credunt) effugere potuerit. Vertat mihi aliquis locum Demosthenis in linguam suam et sentiet se ea verba retinere non posse. Quod enim semel recte et acriter enunciatum est idem insulse et inficete languidiore verbo repetitum in suis verbis non feret: idque Demosthenem tulisse putemus!

Videmus *ἄν* male omissum, ostendam et vitiose additum pag. 1041. 21. *ποιεῖ ὅ τι ἂν βούληται οὐχ ὅ τι* ΑΝ *οἱ νόμοι κελεύωσιν.* S *κελεύουσιν*, optime, at tu dele *ἄν*, quod non fert sententia, quoniam legum praecepta non sunt indefinita.

Pag. 205. 20. *εἰ* [*συμμάχους ποιησόμεθα* Ἀρκάδας ΚΑΙ] *ταῦτα πράξομεν, μεταβάλλεσθαι δόξει καὶ οὐδὲν ἔχειν πιστὸν ἡ πόλις.* Nunc quidem Dobraeus vigilavit et alienum pannum resecandum esse verbulo monere satis habuit. Et est, credo, res satis manifesta nec multis verbis indiget. Paullo ante dixerat Orator pag. 205. 14. *τὸ τοὺς* Ἀρκάδας *ἡμᾶς συμμάχους ποιήσασθαι*, nunc de eadem re dicit: *εἰ ταῦτα πράξομεν.* Addidit aliquis puerilia haec *συμμάχους ποιησόμεθα* Ἀρκάδας, quae in alienissimam sedem irrepserunt, quoniam ΚΑΙ *ταῦτα πράξομεν* sic plane sensu vacuum est. Sed ut in re perspicua parco verbis.

Nonnumquam Codex S nos fallit et pro vera lectione vitiosam exhibet neque Editores satis hoc agunt et caecum ducem sequuntur. Est in omnibus libris pag. 206. 2. haec optima lectio: *φανήσεται τὰ πράγματα διὰ τοὺς* ΑΕΙ *πλεονεκτεῖν βουλομένους μεταβαλλόμενα, οὐχ ἡ πόλις ἡμῶν.* Solus S dissentit et *ἀεὶ διὰ τούς* exhibet ordine vitioso, quod male receptum est. Saepe *ἀεί* sic post articulum collocatum etiam in S mutat sedem.

Iterum fallit S in vicinia pag. 206. 9. ὀψὲ γὰρ ἂν φιλάνθρωποι γένοιντο. Incongruum est γένοιντο: ridens enim hoc dicit: *nam sero quidem haec* ESSET NATA *benignitas*, non NASCERETUR. Itaque revocandum quod est in aliis omnibus: φιλάνθρωποι γεγονότες εἶεν.

Postquam enumeravit civitates Graecas, quibus Spartani gratificati essent, ita pergit pag. 206. 12. ἵν' ἐπειδὰν ἴωσιν ἐπὶ Μεσσήνην αὐτοὶ συστρατεύωνται πάντες [αὐτοῖς] οὗτοι καὶ βοηθῶσι προθύμως. Resecto αὐτοῖς locus est sanus et integer.

Sequitur ἢ δοκῶσιν ἀδικεῖν περὶ ὧν ἔφασαν ἕκαστοι σφῶν αὐτῶν εἶναι συμψήφους λαβόντες ἐκείνους μὴ τὴν ὁμοίαν αὐτοῖς [χάριν] ἀποδιδόντες. Est aliquid inter *parem gratiam referre* et *par pari referre*. Illud Graece dicitur ἀντιχαρίζεσθαι, hoc τὴν ὁμοίαν ἀποδιδόναι, quod quia in utramque partem trahi potest aliud quid quam χάριν est cogitando supplendum. Herodotus IV. 119. ὑμεῖς ἐπεκρατέετε Περσέων καὶ ἐκεῖνοι τὴν ὁμοίην ὑμῖν ἀποδιδοῦσι. VI. 21. παθοῦσι δὲ ταῦτα Μιλησίοισι πρὸς Περσέων οὐκ ἀπέδοσαν τὴν ὁμοίην Συβαρῖται. VI. 62. τὴν ὁμοίην διδόναι, et post pauca: τὴν ὁμοίην ζητέων φέρεσθαι παρ' ἐκείνου. Eodem modo dicitur *societatem iungere* ἐπ' ἴσῃ τε καὶ ὁμοίῃ, et frequens in Attica quoque ἐπ' ἴσης. Iubebimus igitur sciolum suum χάριν sibi habere.

Plane assentior Dobraeo pag. 206. 16. ἐγὼ δὲ νομίζω τὴν πόλιν καὶ χωρὶς τοῦ καθυφεῖναί τινας Λακεδαιμονίοις ['Αρκάδων] Ὠρωπὸν ἂν κομίσασθαι. evidens additamentum expellenti. „*imo de Messeniis agitur*". inquit. Vide et absonam compositionem τινὰς Λακεδαιμονίοις 'Αρκάδων.

Non inutile est animadvertere sciolorum emblemata passim meliorum librorum testimoniis damnata. Est luculentum exemplum in vicinia pag. 206. 18. καὶ μετ' ἐκείνων, ἂν τὰ δίκαια ποιεῖν ἐθέλωσι, καὶ μετὰ τῶν ἄλλων. Annotaverat aliquis in margine μετ' ἐκείνων esse βοηθούντων (ἐκείνων). Recte quidem quisquis est, sed quis tandem talia nescit? Nunc in omnibus libris praeter S legitur: καὶ μετ' ἐκείνων, ἂν τὰ δίκαια ποιεῖν ἐθέλωσι βοηθούντων καὶ μετὰ τῶν ἄλλων.

Pag. 206. 26. *οὐ γὰρ ἂν ἡγοῦμαι περὶ τούτου μόνον ἡμῖν εἶναι τὸν λόγον πρὸς ἐκείνους. ἀλλ' ἐάσω τό γ' ἐπελθὸν εἰπεῖν μοι· περὶ πολλῶν δ' ἂν οἶμαι κίνδυνον ἡμῖν γενέσθαι.* Qua usus erat vehemens orator *ἀποσιωπήσει*, eam et scribae et editores prorsus obscurarunt. Scribe: — *ἡμῖν εἶναι τὸν λόγον πρὸς ἐκείνους· - - - -*, tum post breve silentium: *ἀλλ' ἐάσω τό γ' ἐπελθὸν εἰπεῖν μοι*. ut in oratione *pro Corona*. pag. 226. 18. *ἀλλ' ἐμοὶ μέν - - - -, οὐ βούλομαι δὲ δυσχερὲς εἰπεῖν οὐδὲν ἀρχόμενος τοῦ λόγου*. Demosthenes igitur quum dixisset: *ἀλλ' ἐάσω τό γ' ἐπελθὸν εἰπεῖν μοι*, et sic gravissimi periculi et discriminis de salute suspicionem in civium animis movisset, verbum amplius non addidit et transiit ad aliud argumentum. Tum pro Demosthene sero nati magistelli sententiam ab eo de industria silentio oppressam de suo supplentes adscripserunt: *περὶ πολλῶν δ' ἂν οἶμαι κίνδυνον ἡμῖν γενέσθαι.* Frustra in his Dobraeus *περὶ πολλοῦ* coniecit: una litura haec omnia deleri oportet multis post Demosthenem saeculis interpolata ab eo, qui ne intellexerat quidem id quod summus orator *ἐναργέστατα* expresserat.

Pag. 207. 2. *βουλομένων δὲ γενέσθαι φίλων* [*αὐτῶν*] *ἵνα τοὐναντίον εὖ ποιῶσιν ἡμᾶς βασκαίνειν καὶ σκοπεῖν ἐξ ὅτου τρόπου μὴ γενήσονται.* Pronomen *αὐτῶν*, quod boni scriptores in huiusmodi loco solent omittere, eo loco positum est ut vel hoc indicio spurium et insiticium esse patefiat.

Sequitur pag. 207. 5. *καὶ μὴ γιγνώσκειν ὅτι ὅσῳ ἂν σπουδαιότερους τούτους περὶ Θηβαίους γεγενημένους ἀποδείξωσι τοσούτῳ πλείονος ὀργῆς αὐτοὶ δικαίως ἂν τυγχάνοιεν εἰ τοιούτων συμμάχων τὴν πόλιν* [*ὅτ' ἐφ' ὑμᾶς προτέρους ἦλθον ἢ Θηβαίους*] *ἀπεστέρησαν.* Scio esse quibus non facile persuadeatur praeclaras Demosthenis orationes futilibus futilium hominum annotatiunculis esse deformatas, sed nunc mihi dari velim quantumvis pertinacem vulgatae scripturae defensorem ac vindicem, sed eundem Graece scientem et iudicandi facultate praeditum, et magna me spes tenet fore ut eum in meam sententiam pertraham futili Graeculo deberi verba *ὅτ' ἐφ' ὑμᾶς προτέρους ἦλθον ἢ Θηβαίους*. Primum mihi animadvertito quam importuno loco sint interposita ut arctissime coniungenda *εἰ τοιούτων συμμάχων τὴν πόλιν ἀπεστέ-*

μησαν ineptissimum in modum dirimant. Praeterea cogitato ex superiore loco pag. 205. 2. esse repetita, ubi dixerat: *Peloponnesii omnes (Arcades, Argivi, Elidenses) ad societatem vobiscum ineundam venerant, sed reiecti et spreti, quod unum erat reliquum, ad Thebanos se contulerunt.* Denique spectato mihi quam male Graece haec enunciata sint: ἐΦ' ὑμᾶς προτέρους ἦλθον ἢ Θηβαίους, quum vellet dicere ὡς ὑμᾶς ἦλθον πρότερον εἶθ' ὅτε οὐδὲν αὐτοῖς προσείχετε πρὸς τοὺς Θηβαίους ἐτράποντο. His igitur omnibus de causis manifestum emblema auctori suo relinquamus.

Vehementer mihi de vitio suspecta sunt quae sequuntur pag. 207. 10. ἀλλ' οἶμαι ταῦτα μέν ἐςι δεύτερον ἀνθρώπων βουλομένων ἑτέρων ποιῆσαι τούτους συμμάχους. Primum δεύτερον quid sit non exputo. Aiunt esse pro τὸ δεύτερον. Ne sic quidem intelligi potest. Reliqua sic composita sunt ut vix semel iterumque relectis quasi per transennam dispicias quid tandem dicatur, et hunc ferme ordinem verborum institui debere suspiceris βουλομένων τούτους (οὐχ ἑαυτῶν ἀλλ') ἑτέρων συμμάχους ποιῆσαι. Haec autem tanto opere a Demosthenis stilo diversa sunt, ut etiamsi corrigere nequeas, hoc unum tamen sat scias longe aliud ab Oratore dictum et scriptum olim fuisse.

Pag. 207. 30. Ἡδέως δ' ἂν πυθοίμην τῶν λεγόντων καὶ τοὺς Θηβαίους μισεῖν Φασκόντων καὶ τοὺς Λακεδαιμονίους πότερα ἑκάτεροι μισοῦσιν οὓς δὴ μισοῦσιν ὑπὲρ ὑμῶν καὶ τοῦ συμΦέροντος ὑμεῖν ἢ ὑπὲρ μὲν Λακεδαιμονίων Θηβαίους, ὑπὲρ δὲ Θηβαίων Λακεδαιμονίους ἑκάτεροι. Misere prima pars huius loci vexata est sed sententia Oratoris tam perspicua est et aperta, ut statim antiqua scriptura pelluceat, quae haec est: ἡδέως δ' ἂν πυθοίμην ΚΑΙ τῶν τοὺς Θηβαίους μισεῖν Φασκόντων καὶ τῶν τοὺς Λακεδαιμονίους πότερα ἑκάτεροι μισοῦσιν κτἑ. Eadem fere ratio Schaefero placuit, neque ulla datur optio.

Pag. 208. 18. τὰς μὲν Θεσπιὰς καὶ τὸν Ὀρχομενὸν καὶ τὰς Πλαταιὰς κατοικίζεσθαι Φῶμεν δεῖν καὶ συμπράττωμεν αὐτΟΙC καὶ τοὺς ἄλλους ἀξιῶμεν. Nihil esse potest certius quam Demosthenem dixisse συμπράττωμεν αὐτΟΙ καὶ τοὺς ἄλλους ἀξιῶμεν, quam lectionem ex Feliciano Dobraeus protulit. Non laudo

Dindorfium, qui quum plurimas veteres annotationes ad Demosthenem taediosas ac nemini quidquam profuturas recoxerit, bonam partem eorum, quae unus omnium longe praestantissimus Dobraeus bonae frugis plena annotavit, silentio praeteriit, ut h. l. evidentem Dobraei emendationem ne commemorat quidem, sed ex Schaeferi Apparatu apponit: „ἀξιῶμεν] *subaudi* συμπράττειν." quo quid puerilius?

Pag. 208. 23. ἐπὶ τῇ προφάσει τῇ Πλαταιῶν καὶ Θεσπιῶν. Codex S τῆι πλατεων καὶ θεσπιων, in caeteris plerisque πλαταιέων et θεσπιέων scribitur. Plurimae formae veteres Atticae in S quoque ad Graeculorum συνήθειαν deformatae leguntur. Nomina in -εύς praecedente vocula aut diphthongo -αεύς, -αιεύς, -ιεύς, -οεύς in Attica *perpetuo* contrahebantur. Dicebant Πλαταιῆς, Πλαταιῶν et Πλαταιᾶς, Στειριῶς, Στειριᾶ, Λευκονοῶς, Λευκονοᾶ, Κυδαθηναιῶς, Κυδαθηναιᾶ similiterque in similibus omnibus. Fere semper Codices exhibent formas Graeculorum resolutas. Deprehenditur fraus multis modis: aut enim vetusta scripturae menda intus servant formas veteres, aut confundunt scribae Πλαταιαί et Πλαταιεύς, Θεσπιαί et Θεσπιεύς. ut h. l. ἐπὶ προφάσει τῇ ΠΛΑΤΑΙΩΝ καὶ ΘΕСΠΙΩΝ *urbium* nomina sunt, non *civium*. Tamen Πλαταιέων et Θεσπιέων substituerunt. Quam nihil scribae cogitent ostendit πλατεων. In his omnibus correctores omnes, veteres ac novi, dormiunt. Harpocration v. Παιανιεῖς: „— Δημομέλη τὸν Παιανιέα." Δίδυμος γραπτέον εἶναί φησι Παιανέα χωρὶς τοῦ I. Absurdum vitium Dindorfius imposuit. Lege Παιανιᾶ χωρὶς τοῦ Ε. Etiam hodie ubique vitiose Παιανιέα et similia omnia scribi solent, credo, *propter fidem veterum membranarum*, quae in his tantum non ubique vitiatae sunt.

Pag. 209. 6. οἱ δέ φασι μὲν αὐτοῖς οὐκ εἶναι σήλας ἀλλὰ τὸ συμφέρον εἶναι τὸ ποιοῦν τὴν φιλίαν. Pessime mulcatus locus est ut absurda loqui Demosthenes videatur. Non poterant negare Megalopolitani esse apud se σήλας de more positas, in quas leges foederis incisae essent: idque et per se perspicuum est et confirmat Demosthenes statim dicens de iisdem: φημὶ δεῖν τούτους ἀξιοῦν καθαιρεῖν τὰς σήλας, id est Thebanis foedus et socie

tatem renunciare. Sed quamquam verba corrupta sunt sententia tamen facile apparet, quam primus perspexit Dobraeus: *„olim correxi* (inquit), *Φασὶν οὐ ϛήλας ἀλλὰ — deleto scholio."* Assentitur Dindorfius neque ego dissentio, nisi quod articulum additum oportere arbitror. Dixerat Orator: *δεῖν* TAC *ϛήλας καθελεῖν αὐτοὺς τὰς πρὸς Θηβαίους.* Itaque pergit dicere: *οἱ δέ Φασιν οὐ* TAC *ϛήλας ἀλλὰ* TO *συμφέρον εἶναι τὸ ποιοῦν τὴν φιλίαν.*

Pag. 209. 19. *εἰ μὴ ἐθελήσουσιν ἄγειν εἰρήνην οἱ Λακεδαιμόνιοι δῆλοι δήπου πᾶσιν ἔσονται οὐχ ἵνα Θεσπιαὶ κατοικισθῶσι [μόνον] ποιούμενοι τὴν σπουδήν, ἀλλ' ἵνα τοῦ πολέμου περιεϛηκότος Θηβαί-*OIC *τὴν Πελοπόννησον ὑφ' ἑαυτοῖς ποιήσωνται.* Additum *μόνον* sententiam loci plane pervertit: eo *praetextu* Lacedaemonii utebantur: Thespias instaurari nil morabantur, sed Peloponneso potiri cupiebant. Praeterea corrigendum: *περιεϛηκότος Θηβαί*OTC, nempe *περιεϛάναι* sive proprie sive figurate significat *ab omni parte* cingere, circumdare, urgere, imminere *accusativum* postulat.

Pag. 210. 4. *ἐὰν μὲν ἀναιρεθῶσιν — ἐὰν δὲ σωθῶσιν* ᵛAPA, et similiter post pauca: *ἂν μὲν καταπολεμηθῶσιν οἱ Θηβαῖοι — ἂν δ' ἀνενέγκωσιν* ᵛAPA, et iterum *ἂν* ᵛAPA *σωθῶσιν* operae pretium est videre quam notionem appositum *ἄρα* sententiae addat. Nempe adiectum *ἄρα* indicat rem perincertam et parum probabilem esse videri, ut *ἐὰν σωθῶσιν ἄρα* significet: si salvi fuerint, *quod ego futurum non arbitror sive quod non est veri simile fore.* Ponamus eos salvos fore *quamquam id non esse expectandum puto.* Propterea addidit: *ἐὰν δὲ σωθῶσιν ἄρα, ὡς ἤδη τι καὶ παρ' ἐλπίδας ἐξέβη.*

In his ipsis latet foedum emblema pag. 210. 15. *ἂν δ' ἀνενέγκωσιν ἆρ' οἱ Θηβαῖοι [καὶ σωθῶσιν] ἀλλ' οὖν ἀσθενέϛεροι γ' ἔσονται.* Dissentiunt libri: in S est *καὶ σωθῶσιν*, in caeteris melioribus *καὶ σωθῶσι καὶ μὴ πέσωσιν.* Omnia haec spuria et insiticia sunt. Quid esset *ἀνενέγκωσιν* in margine interpretabantur et de more glossemata haec in textum se insinuarunt. Praecedit: *ἐὰν δὲ σωθῶσιν ἄρα*, sequitur: *ἂν ἄρα σωθῶσιν*, et variandae orationis causa *ἀνενεγκεῖν* (*emergere*) eodem sensu quo *σωθῆναι* positum est. Ecquis igitur serio credit *ἂν δ' ἀνενέγκωσι*

καὶ σωθῶσιν a bono scriptore dici potuisse? ne a malo quidem, ut ego arbitror.

Pag. 210. 18. ἡμῖν συμμάχων γεγενημένων τῶνδε καὶ δι' ἡμᾶς σεσωσμένων. In S diserte scriptum vidi Fol. 527 verso: δι' ἡμᾶς σεσωμένων (non σεσωσμένων). Esse hanc veterem Atticam formam ostendimus ad Platonis *Critiam* Mnemos. 1875. pag. 190.

Sequitur: ὥςε πανταχῇ συμφέρει μήτε προέσθαι τοὺς Ἀρκάδας μήτε δι' αὐτοὺς περιγεγονέναι δοκεῖν. Dobraeus προεῖσθαι corrigebat, sed passivum praesens προΐεσθαι est melius. Saepe haec inter se misceri supra ostendimus.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΠΡΟΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΝ.

Pag. 212. 16. οἶμαι δ', εἰ ἦσαν κατὰ τὸν νυνὶ χρόνον οἱ Πεισιστρατίδαι καί τις ἐβιάζετο κατάγειν αὐτοὺς ἁρπάσαντας ἂν ὑμῶν τὰ ὅπλα πάντα κίνδυνον ὑπομεῖναι ἀντὶ τοῦ ΠΑΡΑδέξασθαι. Quisquis haec scripsit, Hyperides an quis alius, scripserat ἀντὶ τοῦ ΚΑΤΑδέξασθαι. Quemadmodum enim κατάγειν et κατιέναι sexcenties apud omnes *de exulibus* ponuntur, sic civitas quae exules *recipit* certo et proprio usu dicitur eos ΚΑΤΑδέχεσθαι. Multa sunt huius usus apud Oratores et alios exempla.

Pag. 213. 17. διὸ καὶ κατάγειν τὸν Ἀλέξανδρον αὐτούς. Imo vero καταΓΑΓεῖν. Passim haec confusa videbis, etiam in hoc ipso loco pag. 213. 14. πολεμίῳ χρησόμεθα τῷ καταΓΑΓόντι, S κατάγοντι vitiose, ut vides. cf. et pag. 213. 27.

Mendum sexcenties alibi sublatum pertinaciter haesit pag. 216. 21. πῶς δεῖ χρῆσθαι τοῖς δεσποτικῶς καὶ ἀσελγῶς διακειμένοις καὶ διὰ τέλους τὰ μὲν ἐπιβουλεύουσι, τὰ δὲ ΠΡΑττουσι καὶ καταγελῶσι τῆς κοινῆς εἰρήνης. Sine mora corrige: τὰ δὲ ΠΡΟΣΤάττουσι. Paullo ante legitur pag. 216. 11. ἐκ προστάγματος ἄλλους κατήγαγεν, ubi liber unus πράγματος habet, sed correctum.

Pag. 216. 28. κἂν μέν τι ᾖ πρὸς τῶν ἐχθρῶν [κατὰ τῆς πόλεως] ἐν τοῖς ὅρκοις, τοῦτο μὲν ἰσχυρὸν ἀεὶ ποιήσουσιν· ἐὰν δέ τι

ἡμέτερον ἢ [κατ' ἐκείνων] ἅμα δίκαιον καὶ συμφέρον κτέ. Male ex superiore loco repetitum est κατὰ τῆς πόλεως. Si quid est πρὸς τῶν ἐχθρῶν non attinet dicere id esse κατὰ τῆς πόλεως. Eadem de causa κατ' ἐκείνων delendum.

Pag. 217. 4. οὐδεὶς ὑμῖν ἐγκαλέCEI ποτὲ τῶν Ἑλλήνων — ἀλλὰ καὶ χάριν ἕξουσιν. Athenienses non alia forma futuri utuntur quam contracta καλῶ, συγκαλῶ, ἐπικαλῶ, ἐγκαλῶ, Graeculi contra καλέσω et ἐγκαλέσω et similia dicebant. Obtrudunt igitur antiquis suam συνήθειαν ubi intelligebant καλῶ esse futurum, ut h. l. ἐγκαλεῖ - ἕξουσιν, sed multi loci sunt ubi nisi hoc agas futurum non statim agnoveris. Haec igitur intacta ex illorum manibus elabuntur. vid. pag. 59. 1. δεινὸν εἴ τις ἐγκαλεῖ, futurum est ut pag. 203. 18. δεινὸν εἰ - αἱρησόμεθα, et passim. Scribis nil subolet et ἐγκαλεῖ in tuto est. Evasit προκαλεῖσθε pag. 458. 25. et συντελεῖ pag. 465. 2. et sic alibi plura.

Pag. 219. 20. ᾤοντο ἅμα τε ναυπηγήσεσθαι ἐνταῦθα καὶ πληρώσεσθαι — ἐν ταῖς κοιναῖς ὁμολογίαις διειρημένOT μηδὲν τούτων εἰσδέχεσθαι. Quis non mihi concedet olim διειρημένON scriptum fuisse? Mirum est quam saepe talia imperiti Graeculi temeraverint. Mirum etiam est Editores tam saepe in talibus alias res agere. Unum nunc proferam pag. 941. 20. οὗτοι δ' οἱ μιαρώτατοι ἀνθρώπων ἁπάντων γεγραμμένOT διαρρήδην ἐν τῇ συγγραφῇ Ἀθήναζε πάλιν ἥκειν τὰ χρήματα εἰς Χίον ἐπέτρεψαν καταχθῆναι. Corrig. γεγραμμένON διαρρήδην, QUUM ESSET *diserte scriptum*. Plura alias.

C. G. COBET.

HIPPOCRATES.

(Tom. III. pag. 11. Ermer.).

Χρὴ δὲ διὰ τρίτης ἐρείδειν τοῖσι νάρθηξι — οὕτω τῇ γνώμῃ ἔχοντα ὡς οἱ νάρθηκες φυλακῆς εἵνεκα τῆς ἐπιδέσιος προσκέΩνται ἀλλ' οὐ τῆς πιέξιος εἵνεκεν ἐπιδέωνται. Leg. οὕτω THN γνώμHN ἔχοντα ὡς — προσκέOνται — ἐπιΔΕΔΕνται. Namque οὕτω τὴν γνώμην ἔχοντα est οὕτω γιγνώσκοντα, οὕτως ὑπολαμβάνοντα; itaque ὡς = ὅτι indicativum postulat. Ἐπιδέδενται est in libris tantum non omnibus. C. G. C.

DE LACINIIS ANTIQUISSIMI CODICIS STRABONIS NUPER REPERTIS.

Nuperrime prope Romam reperta sunt folia quaedam palimpsesta perantiqui Codicis Straboniani litteris uncialibus exarati, de quo nonnulla retulit GIUSEPPE COZZA monachus Basilianus in libello inscripto *„Dell' antico Codice della Geographia di Strabone scoperto nei Palimsesti della Badia di Grottaferrata."* Pervenit in meas manus libellus quum totus essem in Strabonis lectione et emendatione, et sane magnam mihi movit exspectationem, sed (dicam enim candide et libere quod sentio) magna spe excidi, namque ἄνθρακες ἡμῖν ὁ θησαυρὸς ἀνεπέφηνεν.

Equidem Editorem GIUSEPPE COZZA bonum virum et bonum monachum esse lubens credo, sed immemorem eum esse video veteris proverbii:

ἕρδοι τις ἣν ἕκαστος εἰδείη τέχνην.
quam quisque norit artem in hac se exerceat.

Plane enim impar et imparatus ad haec studia accessit (ut olim INVERNIZZI illotis manibus Aristophanis Codicem Ravennatem contrectavit), neque tantum Graece non satis peritus est, sed iudicandi de his rebus facultatem nullam habet. In iis quae ex uno alteroque folio Codicis descripsit non tantum nihil fere est quod Straboni prosit, sed menda tam multa et tam inepta insunt ut tali auxilio carere sit melius. Atque haec se in lucem edere scribit *„perchè dal clero d' Italia si concorresse anche con questa singolare novità alla prossima Esposizione Geographica mondiale di Parigi."* Si quid illi credimus: *„questa scoperta dovrà esser salutata come uno dei più nobili acquisti per*

patrimonio della geografia, dell' archeologia, della letteratura et lla storia."

Quid dignum tanto tulit hic promissor hiatu?

Meram hanc esse — dicamne ἀλαζονείαν an εὐήθειαν? — ciam ut suo quisque iudicio constituere possit. Quod autem axime scire cupias, quot supersint veteris libri folia et quae rtes aut particulae Straboniani operis in iis contineantur, ea re verbum nullum facit, sed brevem locum ex initio ri IX et paginam tripartito divisam ex libro VIII describere tis habuit. Uterque locus praeter lacunam in priore latentem, qua infra dicemus, satis emendate in optimo Codice Pario A. scriptus est et fere sine ulla offensione legitur. Itaque n est magno opere mirandum nihil propemodum ex vetusto ro palimpsesto prodiisse, quod aliquem habeat usum aut quo nomine sit memorabile, multoque magis mirari oportet dicem tam antiquum mendis et erroribus tam putidis esse pertum. Sed, ut ipse iudicare possis, describam duo fragnta ab Editore ex omnibus delecta. Ordiar ab initio libri . Non utar litteris quadratis sive uncialibus nisi γεύματος στιν aut in scriptura incerta et ambigua, in caeteris sequar n morem, quo nunc omnes in scribendo uti solemus.

ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ

Θ

ΠΕΡΙΩΔΕΤΚΟΣΙΔΕΤΗ
ΠΕΛΟΠΟΝΝΗΣΟΝ
ΠΡΩΤΟΝΕΦΑΜΕΝ
ΚΑΙΕΛΑΧΙΣΤΗΝΤΩ
ΣΤΝΤΕΘΕΙΣΩΝΤΗΝ
ΕΛΛΑΔΑΚΕΡΡΟΝΗΣΩ
ἐφεξῆς ἂν εἴη τὰς
συνεχεῖς ἐπελθεῖν.
ἦν δὲ δευτέρα μὲν
ἡ προστεθεῖσα τῇ
Πελοποννήσῳ τὴν
Μεγαρίδα, τριτΗΝ

ΔΗ ταύτην προσλαμ
βάνουσιν τὴν Ἀτ
τικὴν καὶ τὴν Βοι
ωτίαν καὶ τῆς Φω
κίδος τι μέρος καὶ
τῶν Ἐπικνημιδί
ων Λοκρῶν ὧς ε

ex libro VIII

columna I

ΠΛΕΘΟΝΑΚΙCΔΕΠ(ολε)
ΜΗCΑΝΔΙ(α τας απο)
CΤΑCΕΙC ΤΩΝ ΜΕCCΗ
νίων. τὴν μὲν οὖν
πρώτην κατάκτη
σιν (αὐτῶν) φησὶν
Τυρταῖος ἐν τοῖς
ποιήμασιν αὐτῶν
κατὰ τοὺς τῶν πα
τέρων πατέρας γε
νέσθαι. τὴν δὲ δευ
τέραν καθ' ἣν ἐλά
μενοι συμμάχους
Ἀργείους τε καὶ Ἡ
λείους καὶ Πισά(τας)
ἀπέ ςησαν ΤΑC Ἀρκά
δων μὲν Ἀριςοκράτη τὸν Ὀρχομεν(ί)ων
βασιλέα παρεχομέ
νων στρατηγόν,
Πισατῶν δὲ Παντα
λέοντος τὸν Ὀμφα
λίωνος ἡνίκα φη
σὶν αὐτὸς στρατη
γῆσαι τὸν πόλεμ**
ΟΝ τοῖς Λακεδαιμο
νίοις. καὶ γὰρ εἶναι
φησιν*) ΤΗΕΛΕΓΕΙΑ

*) (ἐκε)ΙΘΕ

ἣν ἐπιγράφουσιν
Εὐνομίαν· Αὐτὸς
>γὰρ Κρονίων καλ
>λιστεφάνου πόσις
>Ἥρης Ζεὺς Ἡρακλεί
>δαις τὴν ΔΕΔΩΚΕ
>πόλι** ΙΑΜΑΠΡΟ
>λιπόντες Ἐρινεὸν
>ἣν (εμόε)ντα εὑρεῖ
>αν Π(έλο)πο(ς νῆ)σον

col. II

>ΑΦΙΚΕΜΕΘΑΩC (τε)
——ΚΤΡ————
————ΙΑ————
————————————
ΦΗCΑΝΤ————
ΤΕΚΑΙΑΦΙΔΝΑΙΟ(ν)
καὶ Καλλισθένει καὶ
ἄλλοις πλείοσιν τοῖς
εἰποῦσιν ἐξ Ἀθηνῶν
ἀφικέσθαι δεηθέν
των Λακεδαιμονί
ων ΠΡΟ ΤΑΤ
Τ ΠΑΡΑΘΗΝΑΙΩ̄
λαβεῖν ἡγεμόνα.
ἐπὶ μὲν οὖν Τ
τοῦ Τυρταίου ὁ δεύ
τερος ὑπῆρξεν πό
λεμος. τρίτον δὲ
καὶ τέταρτον συ
ςῆναί φασιν (ἐν ὧι)
κατελύθησαν (παντε)?
ΛΕΩC οἱ Μεσσή(νιοι).
ὁ δὲ πᾶς παράπλους
ὁ Μεσσηνιακὸς ςά
διοι ὀκτακ(όσιοί που)
κατακολπίζον(τι).

ἀλλὰ γὰρ (εἰς πλείω)
λόγον τοῦ μετρίου)
πρό(ϊμεν ἀκολου)
30. θοῦντες (τῶι πλή)
θει τῶν (ἱστορου)
μένων (περὶ χώρας)
ἐκλελ(ειμμένης)
τῆς πλ(είσης, ὅπου)
35. γε καὶ (ἡ Λακω)νι(κὴ)
ΛΕΙΠ(ανδρεῖ κρινομέ)
νη (πρὸς) τὴν (πα)
38. (λαιὰν ε)ὐανδ(ρίαν)

column. III

ἔξω γὰρ τῆς Σπάρ
της αἱ λοιπαὶ πολί
(χ)ναι τινές εἰσιν (πε)
(ρὶ τριάκο)ντα τ(όν)
5. ἀ(ρι)θμόν· τὸ δὲ πα
λαι(όν φασιν ἐκα)
ΤΟΝΠΑΛΙ* ΑΤΤΗΝ
καλεῖσθαι καὶ τὰ ἑ
κατ(όμβ)αια (διὰ τοῦ)
10. το (θύεσθ)αι κατ' ἔτος
παρ' (αὐτ)οῖς. ἔστιν
δ' οὖν μετὰ τὸν Μεσ
σηνιακὸν κόλπ(ον)
ὁ Λ(α)κ(ω)νικ(ὸς) μετα
15. ξὺ Ται(νάρου κα)ὶ Μα
λ(εῶν ἐκκλίνων μι)
(κρὸν ἀπὸ μεσημβ)
(ρίας πρὸς ἕω. διέ)
(χουσιν δὲ σταδί)
20. (ους ἑκατὸν τριά)
(κοντα αἱ Θυρίδες)
(τοῦ Ταινάρου ἐν)
(τῶι Μεσσηνιακῶι)
(οὔσαι κόλπωι ῥο)

25. (ώδης κρημνός. τού)
Τ Ω Ν Δ Τ Π(έρκειται)
τὸ Ταΰγετον. (ἔ)
στιν δ' ὄρος μικρ(ὸν)
(ὑ)πὲρ (τῆς) θαλά(ττης)
30. (ὑψηλόν) τε καὶ ὄρ(θι)
(ον συνάπτον κατὰ)
(τὰ προσάρ)κτια μ(έρη)
τ(αῖς Ἀρκ)αδικ(αῖς)
ὑπωρείαις ὥστε (κα)
35. (ταλεί)πεσθαι μετ(α)
(ξὺ α)ὐλῶνα καθ' (ὃν ἡ)
(Μ)εσσηνία (σ)υν(ε)
38. (χὴς ἐ)στι(ν τῇ ι).

ANNOTATIO.

Ad initium libri noni. vs. 2. Codex: Πελοπονγησονπρωτονεφαμεν. Kramer. Πελοπόννησον ἣν πρώτην ἔφαμεν.

vs. 5. Cod. συντεθεισων. Kr. συντιθεισῶν.

vs. 6. Cod. κερρονησων. Kr. χερρονήσων.

vs. 10. Cod. προστεθεισα. Kr. προστιθεῖσα.

vs. 12. Cod. τριτηνΔΗ (correct. δε) ταυτηνπροσλαμβανουσιν. Kr. τρίτη δὲ ἡ πρὸς ταύτῃ προσλαμβάνουσα.

Ad locum ex libro VIII. cap. 10. pag. 362 Casaub.

Columna I.

vs. 7. Cod. εντοισποιημασιναυτων. Kr. om. αυτων. Fefellit hominem praecedens κατακτHCINATTΩN.

vs. 16. Cod. pr. manu καιπισα(τασ)ϛησανταϛ. Corrector addidit απε ut esset απεϛησαν, et TAC expunxit. Kr. καὶ Πισάτας ἀπέϛησαν.

vs. 17. Cod. αριϛοκρατη. Kr. Ἀριϛοκράτην.

vs. 18. τονορχομενων (sic.) Kr. Ὀρχομενοῦ. Melius est Ὀρχομενίων.

vs. 22. prima manus dedit πανταλεοντοϛ, corrector supra οϛ posuit α et OC expunxit.

vs. 25. Cod. στρατηγησαιτονπολεμ * * ΟΝ. Male repetitum ON punctis notatum ut delendum.

vs. 27. Cod. καιγαρεινααιφησιν (εκειθεν in marg. add.) τηελεγεια. Kr. καὶ γὰρ εἶναί φησιν ἐκεῖθεν ἐν τῇ ἐλεγείᾳ.

vs. 33. Cod. ζευσηρακλειδαιστηνδεδωκε. Kr. τήνδε δέδωκε.

us. 35. Cod. πολι * * ΙΑΜΑπρολιποντες. Kr. πόλιν οἵσιν ἅμα προλιπόντες.

Columna II.

vs. 1. Cod. ΑΦΙΚΘΜΕΘΑΩC
— — ΚΤΡ — — — —
— — Ι Α — — — —
— — — — — — —
ΦΗCΑΝΤ — — — —
ΤΘΚΑΙΑΦΙΔΝΑΙΟ(ν).

Kr. ἀφικόμεθα. ὥς' ἡ ταῦτα ἠκύρωται τὰ ἐλεγεῖα ἢ Φιλοχόρῳ ἀπιστητέον τῷ φήσαντι Ἀθηναῖόν τε καὶ Ἀφιδναῖον. Pro ἠκύρωται τὰ in optimo libro est ἠκύρωται ὄντα, et fugit Editores egregia Porsoni emendatio (in *Advers.* pag. 39.) ὥςε ταῦτα ἀκυρωτέον τὰ ἐλεγεῖα. Fuerat ΑΚΤΡΩΤΑΙΟΝ ε et αι confusis.

Suspicor in antiquo libro hanc olim scripturam fuisse:

ΑΦΙΚΟΜΕΘΑΩΣΤΕ
ηαΚΤΡωτεον την
ελεγΙΑΝ η φιλοχο
ρωι απιστητεον
ΦΗΣΑΝΤΙ αθηναιον

atque hanc ipsam esse Strabonis manum: ὥςε ἡ ἀκυρωτέο τὴν ἐλεγείαν ἢ Φιλοχόρῳ ἀπιστητέον φήσαντι Ἀθηναῖόν τε κ Ἀφιδναῖον.

vs. 10. Cod. δεηθεντωνλακεδαιμονιωνΠΡΟ** ΤΑΤΤ*παραθηναιων Kr. δεηθέντων Λακεδαιμονίων κατὰ χρησμὸν ὃς ἐπέταττε παρ' Ἀθηναίων. Fuerat προσέταττε omisso κατὰ χρησμὸν ὅς.

vs. 15. Cod. επιμενουν*** Ττουτυρταιου. Kr. ἐπὶ μὲν οὖν τοῦ Τυρταίου. Videtur fuisse: επιμενουν ΑΤΤΟΥτουτυρταιου.

vs. 18. Cod. τριτονδεκαιτεταρτονσυστηναιφασιν(ενωι)κατελυθησαν** ΛΕΩCοιμεσσηνιοι. Kr. κατελύθησαν οἱ Μεσσήνιοι. Editor coniecit (παντε)λέως et Strabonem induxit Ionice loquentem.

Fuerat κατελυθησανΤϵΛϵΩϹ, idque reponendum κατελύθησαν τελέως.

vs. 36. ΛϵΙΠ(ανδρεῖ) Codex et Kramerus solemni errore pro λιπανδρεῖ.

Columna III.

vs. 5. Cod. τοδεπαλαι (decem literae perierunt) τονπἆλι * αυτηνκαλεισθαι. Kr. τὸ δὲ παλαιὸν ἑκατόμπολίν φασιν αὐτὴν καλεῖσθαι. In Codice fuerat: τοδεπαλαι(ονφασινεκα)τονπἆλιν.

vs. 10. Cod. κατετοσπαραυτοισ. Kr. παρ' αὐτοῖς κατ' ἔτος.

vs. 34. Cod. υπωριαις. Kr. ὑπωρείαις Passim etiam nunc apud Strabonem I scribitur ubi ϵI erat scribendum, et contra, ut supra ἐλεγIAN.

Iam tu vides nihil in his inesse quod laeti et grati a vetusto libro accipiamus, nihil quod faciat ad Strabonem emendandum. In libro IX quidquid a vulgatis discrepat vitiosum est sine ulla exceptione: πρωτονεφαμεν pro ἣν πρώτην ἔφαμεν, συντεθεισων pro συντιθεισῶν, κερρονησων pro χερρονήσων, προστεθεισα pro προστιθεῖσα, τριτηνδἠταυτηνπροσλαμβανουσιν pro τρίτη δ' ἡ πρὸς ταύτῃ προσλαμβάνουσα. Indignae memoratu sunt hae omnes varietates, et sine damno haec pars palimpsesti Codicis olim perire potuisset.

In longiore fragmento libri VIII quid lucri fecimus? Sicubi Codex a vulgata scriptura discedit tantum non omnia menda sunt eaque futilissimi generis et luce indigna. Fueritne in col. II. 2. vera lectio ἢ ἀκυρωτέον admodum incertum est, et sine Codicis auxilio Porsonus Strabonis manum repperit. In caeteris nihil est quod suscipere velis praeter hoc UNUM, ut Col. II. 18. legatur κατελύθησαν τελέως, ubi caeteri libri τελέως omittunt.

I nunc et crede Editori dicenti: *„La discoperta di un anticchissimo testo della Geografia di Strabone è di alta importanza, non solo per gli studi classici e filologici ad accertar la purità del testo, ma eziandio per quelli geografici e storici."*

Ne verbum quidem in his verum est et merae sunt hae indocti hominis hallucinationes, ut in eum conveniat dictum Electrae ad fratrem aegrotantem:

μέν', ὦ ταλαίπωρ', ἀτρέμα σοῖς ἐν δεμνίοις,
ὁρᾷς γὰρ οὐδὲν ὧν δοκεῖς σάφ' εἰδέναι.

Restat ut unum Editoris errorem refellamus et simul gravem Codicum Strabonis omnium etiam Palimpsesti labem patefaciamus. Initio libri IX legitur: *περιωδευκόσι δὲ τὴν Πελοπόννησον, ἣν πρώτην ἔφαμεν καὶ ἐλαχίσην τῶν συντιθεισῶν τὴν Ἑλλάδα χερρονήσων.* Reprehendit Editor Interpretes, qui *ἐλαχίσην* vertunt *minimam*. „*Qui* (inquit) *le versioni dicono il Peloponneso* minimam *delle penisole dell' Ellade. Ma come può dirsi tale, mentre ne è la maggiore?*" Magnam hanc difficultatem pro sua linguae Graecae peritia sic removet: „*L' errore dei traduttori nacque dal prender ἐλάχιστος nel solo significato di* minimo; *e non altresì d'* infimo *e di* estremo; *eppure tal' è il significato anche nel comparativo e nel positivo, come è a vedere in Henrici Stephani Thesaurus Linguae Graecae.*"

Sed sic uno avulso errore non deficit alter. Nempe Peloponnesus sic facta est paeninsularum simul *prima* et *extrema*; quid igitur loci reliquis supererit? Nihil attinet haec serio refutare. Satis perspicue Strabo duobus locis dixerat in *secunda* paeninsula et *primam* contineri et aliam Graeciae partem, agrum Megarensem; in *tertia primam* et *secundam* inesse et novam reliquae Graeciae partem Atticam et Boeotiam et partem Phocidis et Locrorum, qui Epicnemidii appellantur; et ita deinceps. Itaque culpa vacant Interpretes putantes Peloponnesum solam esse *minorem* quam Peloponnesum adiecta Megaride, aut Peloponnesum cum Megaride, Attica, Boeotia, et parte Phocidis et Locrorum. Non poterat tamen Strabo planius et disertius dicere quam sic: VIII. pag. 334. *ἡ τῶν τόπων θέσις – χερρονήσοις μεγάλαις διαπεποικιλμένη, ὧν ἐκ διαδοχῆς* ΑΤΘΡΑ ΤΗΝ ΘΤΘΡΑΝ *ἔχει. ἔστι δὲ πρώτη μὲν ἡ Πελοπόννησος —, δευτέρα δὲ ἡ* ΚΑΙ ΤΑΤΤΗΝ *ἔχουσα —, τρίτη δ' ἡ* ΚΑΙ ΤΑΤΤΗΝ *περιέχουσα κτἑ.* et libro IX. pag. 390. *τὴν Πελοπόννησον, ἣν πρώτην ἔφαμεν καὶ ἐλαχίσην. — ἣν δὲ δευτέρα μὲν ἡ προστιθεῖσα τῇ Πελοποννήσῳ τὴν Μεγαρίδα· τρίτη δ' ἡ* ΠΡΟΣ ΤΑΤΤΗΙ ΠΡΟΣλαμβάνουσα *τὴν Ἀττικήν κτἑ.* Itaque *ἡ ἐλαχίση* significat semper et ubique idem, et sic, credo, Peloponnesus erat harum omnium paeninsularum *minima*, ut rectissime Strabo de Pelo-

ponneso scripserit pag. 334. δεῖ δ' ἀπὸ τῆς ἐλαχίστης ἄρξασθαι, ἐπιφανεστάτης δέ.

Non erat operae pretium iocularem hunc boni monachi errorem redarguere, nisi eadem opera magna labes initio libri IX deprehendi posset. Strabo quae libro VIII. pag. 334 scripserat de *quatuor* paeninsulis eadem in libro IX repetenda esse existimavit. De *prima* et *minima* absolverat; commemorat *secundam*, addit *tertiam*, de quibus eadem dicit quae supra iam dixerat. Deinde necopinato omissa *quarta*, quae erat omnium maxima, (τετάρτη δ' ἡ ἀπὸ τοῦ Ἀμβρακικοῦ κόλπου διὰ τῆς Οἴτης καὶ τῆς Τραχινίας εἰς τὸν Μαλιακὸν κόλπον καθήκοντα ἔχουσα τὸν ἰσθμὸν καὶ τὰς Θερμοπύλας adiecta paeninsula tertia pag. 334.) creditur scripsisse: ὥστε τὸν Κρομμυῶνα Μεγαρέων εἶναι καὶ μὴ Κορινθίων. Nonne, si quis hoc agit, luce clarius est unum minimum folium intercidisse, in quo de *quarta* paeninsula scripserat et deinde de Megaris et agro Megarensi coeperat narrare, quo loco verba: ὥστε τὸν Κρομμυῶνα Μεγαρέων εἶναι κτέ. rectissime erant posita, quae nunc tamquam de coelo delapsa inextricabilem difficultatem pariunt. Perierunt in ea lacuna partim τὰ Μεγαρικά, et quae nunc supersunt ad *tertiam* paeninsulam pertinent τὴν πρὸς τῇ Πελοποννήσῳ καὶ τῇ Μεγαρίδι προσλαμβάνουσαν τὴν Ἀττικὴν καὶ τὴν Βοιωτίαν καὶ τῆς Φωκίδος τι μέρος καὶ τῶν Ἐπικνημιδίων Λοκρῶν.

Quo melius appareat lacuna et quid in ea perierit intelligatur considera mihi hunc locum in libro IX, pag. 391, ubi Strabo Atticae fines determinat. Indicatis duobus lateribus ita pergit: τὸ δὲ λοιπὸν ἤδη τὸ προσάρκτιόν ἐστι πλευρόν, ἀπὸ τῆς Ὠρωπίας ἐπὶ δύσιν παρατεῖνον μέχρι τῆς Μεγαρίδος ἡ Ἀττικὴ ὀρεινὴ πολυώνυμός τις διείργουσα τὴν Βοιωτίαν ἀπὸ τῆς Ἀττικῆς, ὥσθ', ΩΣΠΕΡ ΕΙΠΟΝ ΕΝ ΤΟΙΣ ΠΡΟΣΘΕΝ, ἰσθμὸν γενέσθαι τὴν Βοιωτίαν ἀμφιθάλαττον οὖσαν τῆς ΤΡΙΤΗΣ χερσονήσου τῆς λεχθείσης ἀπολαμβάνοντα ἐντὸς ΤΑ πρὸς τῇ Πελοποννήσῳ τήν τε Μεγαρίδα καὶ τὴν Ἀττικήν. — ταύτας οὖν διέξιμεν ἀναλα(βόντες.....π)αραλίας, ἀΦ' ἧσπερ ἀπελίπομεν.

Μετὰ ΔΗ Κρομμυῶνα ὑπέρκεινται τῆς Ἀττικῆς αἱ Σκειρωνίδες πέτραι κτέ. Quo rectius hoc loco utamur prius eximendum est scripturae vitium et supplenda lacuna. Manifestus enim error

inest in verbis: *ἀπολαμβάνοντα ἐντὸς τὰ πρὸς τῇ* Πελοποννήσῳ. Interpres: *„intus coërcet partes* AD PELOPONNESUM *sitas."* Fideliter vertit Graeca; id ipsum enim significat *τὰ* ΠΡΟΣ *τῇ* Πελοποννήσῳ, sed prorsus id alienum est a Strabonis sententia, qui dixerat *τὸν ἰσθμὸν τοῦτον* in se continere *tertiam* paeninsulam, id est Peloponnesum, Megaridem, Atticam, BOEOTIAM. Quid igitur? Expunge duas literulas et omnia habebunt optime. Deleto articulo *τά* scribendum: *ἀπολαμβάνοντα ἐντὸς πρὸς τῇ* Πελοποννήσῳ *τήν τε* Μεγαρίδα *καὶ τὴν* Ἀττικήν, id est: *„*PRAETER *Peloponnesum agrum Megarensem quoque et* Atticam." Sic omnis est sublata difficultas.

Superest lacuna, quam nullo negotio certo supplemento sarcire possis optimum ducem, Strabonem ipsum, secutus. Strabo enim quemadmodum pag. 595. scribit: *πρότερον δὲ ὑπογραπτέον τοὺς τόπους ἀπὸ τῆς παραλίας ἀρξαμένους ἀφ' ἧσπερ* Ἐλίπομεν, sic h. l. dederat: *ἀνκλα(βόντες ἀρξάμενοι ἀπὸ τῆς π)αραλίας, ἀφ' ἧσπερ* ΑΠελίπομεν, quae litterae exactissime lacunae spatium implent. Eadem opera illo loco restitue: *ἀφ' ἧσπερ* Ἀπελίπομεν, quod est eo sensu necessarium, non *ἐλίπομεν*.

Nunc locum emendatum diligenter inspiciamus. Quo refertur: *ὅπερ εἶπον ἐν τοῖς πρόσθεν*? Non ad librum VIII. ubi pag. 334. tertia Chersonesus esse dicitur *ἡ καὶ ταύτην* (secundam) *περιέχουσα, ἧς ἰσθμὸς ἀπὸ τοῦ μυχοῦ τοῦ* Κρισαίου *κόλπου μέχρι Θερμοπυλῶν*, sed ne verbo quidem memorat *ἰσθμὸν γενέσθαι τὴν* Βοιωτίαν *ἀμφιθάλαττον οὖσαν*. Sed dixerat hoc in libri IX initio, quem locum magna lacuna absorbsit [1]).

Quo refertur: *ἀρξάμενοι ἀπὸ τῆς παραλίας, ἀφ' ἧσπερ ἀπελίπομεν*? Sine controversia ad descriptionem orae maritimae, quae initio libri post enumerationem paeninsularum fuerat instituta et deinde interrupta. Pervenerat in ea descriptione usque ad *Κρομμυῶνα*: itaque intermissam narrationem sic redorditur: *μετὰ* ΔΗ *Κρομμυῶνα κτέ*. Ex hac ipsa deperdita orae maritimae descriptione tenuis particula servata est haec: *ὥστε τὸν Κρομμυῶνα Μεγαρέων*

1) Non fugit id Casaubonum, qui ad *ὅπερ εἶπον ἐν τοῖς πρόσθεν* annotavit: *Ubi? Non enim eo loco ubi divisit Graeciam in peninsulas. Nam ibi longe aliter describebatur linea isthmum huius tertiae peninsulae efficiens. Sane si hoc supra dictum fuit* LOCUS HODIE DESIDERATUR".

εἶναι καὶ μὴ Κορινθίων, quae caeteris circa submersis sola emergit. Dixerat de illa aetate qua Crommyon erat in Megarensium ditione, nam postea omnium consensu Corinthiorum dicitur fuisse, quod Strabo ipse confirmat pag. 380. ἡ δὲ Κρομμυὼν ἔστι κώμη τῆς Κορινθίας, ΠΡΟΤΕΡΟΝ δὲ τῆς Μεγαρίδος, ἐν ᾗ μυθεύουσι τὰ περὶ τὴν Κρομμυωνίαν ὗν.

Patefacta igitur certis indiciis lacuna videamus ecquid forte sit in palimpsesto Codice auxilii. Nihil prorsus. Diserte scriptum est:

ΤΩΝΕΠΙΚΝΗΜΙΔΙ
ΩΝΛΟΚΡΩΝΩCΤΕ

et sequebatur ut in vulgatis: τὸν Κρομμυῶνα Μεγαρέων εἶναι κτέ. Nonne igitur

carbones ut aiunt pro thesauro invenimus?

Itaque valere iubemus Palimpsestum ἐπειπόντες τὸ Εὐριπίδειον·

Ψευδεῖς ὄνειροι, χαίρετ', οὐδὲν ἦτ' ἄρα.

C. G. COBET.

Δυνατά ET ἀδύνατα CONFUSA.

Galenus XVIII. 2. pag. 338. ἄχρηστά τε γὰρ ἅμα καὶ δυνατὰ τοὐπίπαν ἐστὶν εὑρίσκεσθαι τὰ κατὰ τὰς ἀμφιβόλους λέξεις εἰρημένα. Clamante sententia repone Ἀδύνατα.

FLAVIUS JOSEPHUS.

De bello Iud. II. 20. 1. πολλοὶ τῶν ἐπιφανῶν Ἰουδαίων ὥσπερ βαπτιζομένης νεὼς ἀπενήχοντο τῆς πόλεως. Periit necessaria praepositio. Scrib. ὥσπερ ΈΚ βαπτιζομένης νεώς nota in comparationibus forma.

De bell. Iud. IV. 5. 3. τὸ μὲν Πιθανὸν τῶν κατηγορουμένων διεχλεύασε. dixerat plane contrarium τὸ μὲν Ἀπίθανον.

De bell. Iud. IV. 7. 2. τὴν χώραν ἐπόρθουν ἅπασαν προσΔΙΑφθειρομένων αὐτοῖς καθ' ἡμέραν ἐκασταχόθεν οὐκ ὀλίγων. expuncta praepositione scribe προσφθειρομένων, quod consuetum verbum est in re turpi et flagitiosa, ut et φθείρεσθαι et περιφθείρεσθαι. Idem verbum reponendum IV. 9. 4. πρὸς τὴν – εὕροιαν τῶν κατορθωμάτων ἐφθείροντο οἱ δυνατοί, imo vero ΠΡΟCεφθείροντο.

C. G. C.

CURTIANA.

Q. Curtii Rufi de gestis Alexandri Magni libri VIII ed. Car. Timoth. Zumptius (ed. maior).

III. 5. 17. *Erat Dareo mite ac tractabile ingenium, nisi suam naturam plerumque fortuna corrumperet.*

Aptissime Walchius in Emendationibus Livianis p. 98 in *nisisuam nisi insitam* latere monuit. At sequentia quoque levi emendatione indigent. Offendit enim *plerumque*. Fortuna nimirum aut corrumpit hominis naturam, aut non corrumpit; fieri potest, ut corruptela illa nunc conspicua fiat, nunc lateat, absurde vero fortuna aliquem hominem plerumque corrupisse dicitur, quia inde sequeretur, eundem interdum non corruptum fuisse. Quamobrem corrigendum est *nisi insitam naturam, u t plerumque, fortuna corrumperet*, i. e. ut plerumque fieri solet. Cf. IV. 3. 20: *causa ei paupertatis, sicut plerisque, probitas erat.*

IV. 4. 22. *Habitus hic vestis ... cum isto squalore permutandus tibi est. Ablue corpus illuvie a e t e r n i s q u e sordibus squalidum: cape regis animum.*

Aliquantum displicet *aeternisque sordibus*, etsi haud scio an in oratione magis tumida et ampullata, quam quae h. l. legitur, quodammodo illa verba ferri possent. At iure mireris, cur solae sordes aeternae dictae sint, neque illuvies eodem gaudeat epitheto. Equidem genuinam lectionem esse existimo *ablue corpus illuvie v e t e r n o q u e squalidum*. Ludi magister nescio quis ut vocabulum *veterno*, paulo inusitatius explicaret, in margine adscripsit *sordibus*. Quae vox quum in contextum forte irrepsisset, scriba, ut locum mendo purgaret, illum descripsit,

quomodo nunc circumfertur. *Veternus* i. e. squalor diu collectus et inveteratus, legitur apud Columellam IV. 24. 6: *Muscus, qui.... situ et veterno macerat*, et apud Apuleium Met. IX. 13: *Corium veterno atque scabiosa macie exasperati.*

IV. 15. 20. *Non tamen defecere animis Tyrii, quamquam ab ingenti spe destituti erant; sed coniuges liberosque devehendos Carthaginem tradiderunt, fortius quicquid accideret laturi, si carissimam sui partem extra sortem communis periculi habuissent.*

Qui habendi verbum h. l. tuendum putat, facile, credo, sibi persuadebit, non plusquamperfectum, sed imperfectum a sententia postulari. Quum vero *habuissent* ex *haberent* depravatum esse verisimile non sit, corrigendum esse credo *statuissent.*

IV. 27. 19. *Ipse, ne oris quidem colore mutato, supprimi sanguinem et vulnus obligari iussit. Diu ante ipsa signa vel dissimulato vel victo dolore perstiterat; cum suppressus paulo ante sanguis medicamento, quo retentus erat, manare longius coepit et vulnus, quod stupens adhuc dolorem non moverat, frigente sanguine intumuit.*

Nonnulla in his corruptelae suspicionem movent. Primum pro *medicamento* malim *ligamento* col. Tacit. An. 15. 54: *vulneribus ligamenta, quibusque sistitur sanguis, parare.* Tum pro *longius largius* corrigendum esse haud dubitanter affirmare ausim. Deinde vero pro inepto *stupens* substituendum est *tepens.* Iam olim Acidalius hanc veram esse lectionem viderat, quam tamen improbat Zumptius, codicum auctoritatis nusquam non acerrimus defensor „nam — ita scribit — non tepet vulnus, sed sanguis". Non hercle tales nugas vir doctissimus vendidisset, si paulo accuratius in Curtio legendo esset versatus. Legitur enim IV. 57. 17: *calidis adhuc vulneribus aberat dolor*, et VIII. 37. 29: *cruore siccato frigescens vulnus aggravaret dolorem.*

IV. 31. 23. Postquam Iovis Hammonis templum descriptum est, haec adduntur: *Id, quod pro deo colitur, non eandem effigiem habet, quam vulgo diis artifices accommodaverunt: umbilico maxime similis est habitus, smaragdo et gemmis coagmentatus.*

Scribendum puto *umbilico maxime similis est, ambitus smaragdo et gemmis coagmentatus.* Apud Diodorum enim, eandem effigiem describentem (17, 50, 60) haec leguntur: τὸ τοῦ θεοῦ ξόανον ἐκ σμαράγδου καί τινων ἄλλων περιέχεται. Praeterea vero

habitus, quo in primis forma et figura animantium significatur, minime in effigiem umbilico similem cadere videtur.

IV. 32. 31. *Et Macedones, assueti quidem regio imperio, sed in maiore libertatis umbra, quam c e t e r a e g e n t e s, immortalitatem affectantem contumacius, quam aut ipsis expediebat, aut regi, averati sunt.*

Quicunque paulo accuratius haec legerit, facile videbit, post *gentes* participium desiderari, quo sententia suppleatur. Fortasse lacuna exstet. Tamen corrigere malim *in maiore libertatis umbra, quam c e t e r i d e g e n t e s.* Verbum *degere* a Curtiano scribendi genere non abhorrere docet locus, qui legitur VIII. 33. 33: *Illi, qui in urbibus publicis moribus degunt.*

IV. 37. 16. *Nec sane alius ad Orientis plagam tam violentus invehitur, multorum torrentium non aquas solum, sed etiam saxa secum trahens. Itaque a celeritate, qua defluit, Tigri nomen ei inditum.*

Post *alius* propter literarum quandam similitudinem *amnis* excidisse suspicor.

IV. 38. 20. *Praecipuus erat labor eorum, qui humeris onera portabant: quippe cum semetipsos regere non possent, in rapidos gurgites incommodo onere auferebantur, et dum sua quisque spolia consequi studet, maior inter ipsos, quam cum amni, orta luctatio est, cumulique sarcinarum passim fluitantes pleroque perculerant. Rex monere, ut satis haberent arma retinere, cetera se redditurum. Sed neque consilium, neque imperium accipi poterat: obstrepebat hinc metus, p r a e t e r h u n c invicem nutantium mutuus clamor.*

Vide, quaeso, an non Curtius re vera scripserit *obstrepebat hinc metus p r a e d a e, h i n c invicem nutantium mutuus clamor.* Cf. V. 16. 28: *hinc morientium gemitus, hinc ad suos recurrentium miserabilis facies.*

IV. 41. 24. Darei uxoris morte nunciata Alexander acerrimo dolore captus uberrimas profudisse lacrimas narratur et funere sumptuoso mortuam honorasse. Deinceps additur: *Semel omnino eam v i d e r a t, nec ut ipsam, sed ut Darei matrem videret.*

Scribendum est *v i s e r a t.*

IV. 47. 4. *Parmenio, peritissimus inter duces artium belli, furto, non proelio opus esse censebat: intempesta nocte opprimi posse hostes: discordes moribus, linguis, ad hoc somno et improviso periculo territos, quando in nocturna trepidatione coituros?*

Inepte, ni fallor, hostes *somno territi* dicuntur. Post *somno* excidisse videtur vel *graves*, vel *impeditos*, vel cognatae significationis vocabulum.

IV. 61. 11. *Alii qua brevissimum patebat iter, alii divisos saltus et ignotas sequentibus calles petebant.*

Immo potius *devios saltus*; cf. VI. 42. 20. *alii se interficiunt, alii in devios montes vastasque solitudines fugiunt.*

V. 2. 13. *Ipsi amnes ex Armeniae montibus profluunt, ac magno deinde aquarum divortio iter, quod coeperunt, percurrunt.*

Pro *percurrunt* scribendum est *pergunt.*

V. 3. 23. *Rex, armatis stipatus, oppidanorum turbam post ultimos pedites ire iussit: ipse cum curru urbem, ac deinde regiam intravit.*

Cum curru urbem intrare haud dubie ab usu Latini sermonis alienum est. Delendum est *cum*, quod facile per dittographiam ex sequenti *curru* oriri potuit.

V. 5. 35. Pensiles horti, qui Babylone erant, postquam descripti sunt, haec adduntur: *Syriae regem, Babylone regnantem, hoc opus esse molitum memoriae proditum est, amore coniugis victum, quae desiderio nemorum silvarumque in campestribus locis virum compulit amoenitatem naturae genere huius operis imitari.*

Veram lectionem esse suspicor *generis huius opere imitari.*

V. 8. 13. *Consedit deinde in regia sella multo excelsiore quam pro habitu corporis. Itaque cum pedes imum gradum non contingerent, unus ex regiis pueris mensam subdidit pedibus.*

Absurde editur *imum*. Minime hercle mirandum fuisset, si, postquam Alexander in regia sella excelsa consedit, pedes imum gradum non contingerent. Re vera autem sella tam excelsa fuit, ut rex sedens ne in summo quidem gradu pedes ponere posset; quamobrem pro *imum* restituas *summum*. Contraria res est IV. 12. 4, ubi pro *summa tabulata* Madvigius (Adv. Crit. II. p. 531) correxit *ima tabulata.*

V. 9. 19. *Ac forte Macedonicas vestes, multamque purpuram, dono ex Macedonia sibi missam, cum his, quae confecerant, tradi Sisygambi iubet: omni namque honore eam et filii quoque pietate prosequebatur: admonerique iussit, ut si cordi quoque vestis esset, conficere eam neptes suas assuefaceret, donoque se doceret dare.*

Madvigius (Adv. Crit. II. p. 532) scribendum esse recte mo-

nuit *si cordi ei quoque vestis esset.* At ne postrema quidem verba intacta relinquenda videntur. Etenim cur, quaeso, Alexander una cum vestibus et purpura etiam mulierculas Sisygambi tradi iussit, quae vestes confecerant? Nempe ut illae neptes eius vestes texendi tingendique artem docerent. Scribas igitur *donoque se quae docerent dare.*

V. 9. 22. *Quotienscunque ad te veni, donec ut considerem annueres, restiti.*

Et h. l. διττογραφία vitium peperit. Corrige *donec ut considerem annueres, steti.* Cf. VI. 32. 2; VIII. 20. 21.

V. 13. 7. *Medus ad mare ad meridiem versus, minor amnis eo quem accepit, evehitur.*

Displicet *ad* prave repetitum. Scribas velim *ad mare meridiem versus.*

V. 17. 3. *Nullam virtutem regis istius magis, quam celeritatem, laudaverim: relictis pedestribus copiis, tota nocte cum equitibus, itineris tanto spatio fatigatis, ad Araxen prima luce pervenit.*

V. *istius* absurde h. l. *regis* additum corruptelae suspicionem movet. Quid Curtius re vera scripserit haud obscurum esse puto. Etenim *magis* deest in plerisque codd. iisque optimis. Quidni ergo restituamus *nullam virtutem regis iustius, quam celeritatem laudaverim?*

V. 17. 7. Postquam narravit, prope Persepolin Alexandro agmen Graecorum captivorum obviam venisse, a Persis foede mutilatorum, ita Curtius pergit: *Plures igitur lacrimas commovere, quam profuderant ipsi, quippe in tam multiplici variaque fortuna singulorum, intuentibus similes quidem sed tamen dispares poenas, quis maxime miserabilis esset, liquere non poterat. Ut vero Iovem illi* [i. e. Alexandro] *tandem Graeciae ultorem aperuisse oculos conclamavere, omnes pari supplicio affecti sibi videbantur. Rex abstersis, quas profuderat lacrimas, bonum animum habere iubet, visuros urbes suas coniugesque.*

Mirum quantum sententia hic obscurata est. Scilicet tum demum omnes captivi pari supplicio affecti sibi visi esse narrantur, postquam Iovem ultorem Alexandro oculos aperuisse conclamarunt. Inepte, opinor. Iam enim ante eam conclamationem idem iis visum erat; nam in praecedentibus legitur: *similes quidem sed tamen dispares poenas intuentibus, quis maxime*

miserabilis esset, liquere non poterat. Potius crediderim, Alexandrum conclamatione illa ita motum esse, ut captivos bonum animum habere iuberet. Hoc idem ipse Curtius, credo, significavit. Verba enim *omnes — videbantur* glossema sunt ad praecedentia *quis — poterat*, quod nescio quo modo in contextum irrepsit. Quo sublato habebis emendatam sententiam: *Ut vero Iovem illi..... aperuisse oculos conclamavere, rex..... bonum habere animum iubet.*

V. 19. 17. *Dignum esse omni malo, qui erubesceret fortuito: tristem enim de mortalitate ferre sententiam, et desperare misericordiam, quia ipse alteri denegaturus sit.*

Legendum *qui eam* [i. e. misericordiam] *ipse alteri denegaturus sit.*

Paulo post (§ 19) haec leguntur: *Quin illi ex hoc carcere erumperent: alium domi esse coeli haustum, alium lucis aspectum.*

Sententia postulat, ut pro *illi* legatur *ilico.*

V. 22. 1. *Ceterum ingentia animi bona..... haud tolerabili vini cupiditate foedavit.*

Pro *ingentia* malim *ingenita.* Eodem mendo laborabat olim locus V. 19. 19: *mores, sacra, linguae commercium etiam a barbaris expeti: quae ingentia ipsi omissuri sint sua sponte.* Vera lectio *ingenita* Freinshemio debetur.

V. 22. 2. *Hoste et aemulo regni reparante cummaxime bellum, nuper subactis quos vicerat, novumque imperium aspernantibus, de die inibat convivia, quibus feminae intererant,* [non quidem quas violari nefas esset, quippe pelices], *licentius quam decebat cum armato vivere assuetae.*

Verba, quae uncis inclusi, expungenda censeo; fatuum enim et insulsum quendam monachum olent. Accedit, quod, si genuina essent, post *licentius, tamen* s. *vero* carere non possemus. Deinde pro *vivere* scribendum est *bibere;* nam si locus intactus relinquatur nullo modo intelligi potest quod est in sequentibus *et ipsa temulenta.* Continuo enim haec sequuntur: *Ex his una Thais, et ipsa temulenta, maximam apud omnes Graecos initurum gratiam affirmat, si regiam Persarum iussisset incendi.*

In sequentibus (§ 4) haec leguntur: *Ebrio scorto de tanta re ferenti sententiam unus et alter, et ipsi mero onerati, assentiuntur. Rex quoque avidior fuit, quam patientior: Quin igitur ulciscimur Graeciam et urbi faces subdimus?*

Legas quaeso *avidior v i n i quam patientior.*

V. 30. Narrat Curtius, Patronem, Graecorum mercenariorum ducem, Dareo aperuisse consilium, quod Bessus et Nabarzanes de eo interficiendo iniissent. Expressis verbis tradit eum remotis arbitris sine interprete Graeco cum rege collocutum esse. Capite autem 31, § 7 in hunc modum pergit: *Bessus, quamquam erat Graeci sermonis ignarus, tamen stimulante conscientia indicium profecto Patronem detulisse credebat: et i n t e r p r e t i s r e l a t o s e r m o n e g r a e c i exempta dubitatio est.*

Extrema verba vitiosa sunt, quia, ut supra monui, sine interprete Graeco Patron Dareo rem detulerat. Quamobrem corrige sodes *et i n t e r p r e t e s c e l a t o s e r m o n e g r a e c o exempta dubitatio est.* Etenim non amplius Besso dubium fuit, quin Patron rem prodidisset, postquam audivit, illum, quem nonnisi Graeco sermone uti posse sciret, remotis interpretibus cum rege colloquium habuisse.

V. 33. 13. Postquam Dareum, iam a custodibus destitutum, mori maluisse narravit, quam salutis viam tentare, haec addit: *Persae, ad illos clamore perlato, attoniti metu, nec arma capere, ne in Bactrianos inciderent, nec quiescere audebant, ne impie desererе regem viderentur. Varius ac dissonus clamor s i n e d u c e et i m p e r i o totis castris referebatur.*

Verba *sine duce ac sine imperio* librarii nescio cuius negligentia e suo loco migrarunt. Scripserat Curtius, nisi fallor, *nec arma capere, ne sine duce ac sine imperio in B. inciderent.*

V. 34. 16. *Rex.... nulla externa ope admota, captivus servorum suorum, in sordidum vehiculum* [pellibus undique contectum] *imponitur.*

Verba, quae uncis inclusi, ocius delenda videntur, quippe quae huc translata sint ex § 20: *Et ne forte cultu regio posset agnosci, sordidis pellibus vehiculum intexerant.*

V. 16. 11. *Mardorum erat gens confinis Hyrcaniae, cultu vitae aspera et latrociniis assueta. Haec sola nec legatos miserat, nec videbatur imperata factura. Itaque rex indignatus, si una gens posset efficere, ne invictus esset, impedimentis cum praesidio relictis, i n v i c t a manu comitante procedit.*

Incredibile dictu est, quanta molestia viros doctos illud *invicta* affecerit. Zumptius, alioquin in codicum verba iurare

solitus, eo processit audaciae, ut importunum id epitheton vocaverit. Affirmat se *delecta manu* legere malle, quod tamen in contextum recipere non ausus est. Ceterorum coniecturas a Zumptio prolatas, commemorare supersedeo. Parum equidem dubito, quin *invicta* ortum sit ex *mixta*. Haec enim leguntur apud Arrianum III, 24: ἀναλαβὼν τούς τε ὑπασπιστὰς καὶ τοὺς τοξότας καὶ τοὺς Ἀγριᾶνας καὶ τὴν Κοίνου καὶ Ἀμύντου τάξιν καὶ τῶν ἑταίρων ἱππέων τοὺς ἡμισέας καὶ τοὺς ἱππακοντιστάς κ. τ. λ.

VI. 16. 16. *Crebri namque nodi duraverunt stipites, et in se implicati arborum rami, suspensis circulis similes, lento vimine frustrabantur ictus.*

Potius crediderim, ramos in se implicatos suspensis *vinculis* i. e. laqueis similes fuisse. Cf. § 15: *occulti ramorum velut laquei perpetua saepe iter cludunt.*

VI. 21. 10. Milites graviter tulisse traduntur, Alexandrum superbiam et luxuriem regum Persicorum aemulari coepisse: *Haec* — ita legitur — *luxu et peregrinis infecta moribus veteres Philippi milites, rudis natio ad voluptates, palam aversabantur, totisque castris unus omnium sensus ac sermo erat, plus amissum victoria, quam bello esse quaesitum. Tum maxime vinci ipsos dedique alienis moribus et externis: tantae morae pretium, domos quasi in captivo habitu reversuros.*

Ad *tantae morae pretium* Zumptius haec annotat: „Videntur haec integerrima, sed vulnus subest gravissimum et medecinae si quod aliud egens." *Pretium*, quod primum in editione Aldina legitur, in omnibus codd. deest. De ceteris autem dubiis vocabulis in hunc modum libri mss. variant: *quoque tantae more — quod tantae more — quo tantae more — quo dante more — quo tante more.* Quibus omnibus adducor, ut veram lectionem esse credam: *quoque tandem ore domos quasi in captivo habitu revisuros?* — *Revisuros* et *reversuros* in MSS. permutata videntur eodem modo quo alias *divisus* et *diversus.*

VI. 23. 31. *Flammam in ora hostium ventus ferebat, fumus ingens velut quadam nube absconderat coelum. Sonabant incendio silvae, atque ea quoque, quae non incenderat miles, concepto igne, proxima quaeque adurebantur.*

Coniicio *exundabant incendio silvae* coll. Sil. Ital. 14. 62:

Flammarum exundat torrens; Stat. Theb. 12. 431: *exundat diris vertice flammae.*

VI. 33. 12. *Orbitas quoque mea* [quod sine liberis sum] *spernitur. Sed errat Philotas In vobis liberos, parentes, consanguineos habeo.*

Expungendum est molestum emblema, quod uncis saepsi.

Eiiciendum quoque est *nequicquam*, quod legitur VI. 42. 15: *Dum corripitur..... gentium iura nequicquam apud surdas aures invocabat.* Cf. Propertius II. 16 13: *De te quodcunque ad surdas mihi dicitur aures;* Ibid. 13. 48: *Iuppiter et surda neglegit aure preces.*

VI. 42. 16. *Ac primo quamquam hinc ignis, illinc verbera..... ingerebantur, non vocem modo, sed etiam gemitus habuit in potestate; sed postquam intumescens corpus ulceribus flagellorum ictus.... ferre non poterat.... dicturum se, quae scire expeterent, pollicetur.*

Pro *ulceribus* corrige *vulneribus*, nam ulcus sponte nascitur, vulnus ictu infligitur.

VII. 7. 15. Alexander Polydamanta in Mediam missurus, ut Parmenionem, vitae suae insidiantem, interimeret, *scelere*, inquit, *Parmenionis omnes pariter appetiti sumus, maxime ego ac tu, quos amicitiae specie fefellit.... Proficiscere in Mediam et ad praefectos meos litteras scriptas manu mea perfer. Velocitate opus est, qua celeritatem* [*famae*] *antecedas.*

Voc. *famae*, quod in omnibus codd. deest, antiquissimis debetur editoribus. Nescio an melius fecissent, si edidissent *qua sceleris celeritatem antecedas.* Voc. enim *sceleris* ob priorum sequentis vocabuli literarum similitudinem facillime intercidere potuit.

Fere eisdemmodi vitium exstat VII. 16. 11: *Obstat metus aliis cupiditas, nonnumquam naturalis eorum, quae excogitaveris, amor.*

Corrigendum est *obstat metus aliis, aliis cupiditas.*

VII. 23. 33. *Tandem ut deiicerent, fundamenta murorum ab imo moliuntur, ne quod urbis vestigium exstaret.*

Insulsum additamentum *ut deiicerent* non Curtii, sed ludi magistri ingenio debetur.

VII. 27. 20. *Statuerat autem parcere urbi conditae a Cyro, quippe non alium gentium illarum magis admiratus est, quam hunc regem et Semiramim.*

si placet *non alium regem g. i. magis admiratus est, quam Semiramim.*

35. 29. *Iurando gratiam Scythas sancire ne credideris: eadem, iurant. Graecorum ista cautio est, qui pacta consig- deos invocant: nos religionem in ipsa fide n o v i m u s.*

s *norimus* nimis leve et frigidum videtur. Malim *nos reli- in ipsa fide p o n i m u s* i. e. fides data nobis pro religione est.

4. 37. *Quomodo igitur a s i a m e t i a m cum istis iunioribus i? Verum est, ut opinor, quod avunculum tuum in Italia constat, ipsum in viros incidisse, te in feminas.*

iam, quo vel Zumptius se offendi confitetur, minime ex- dubito. Per dittographiam enim eamque mendosam est ex praecedenti *asiam.*

5. 43. *Iam tantum irae conceperat rex, quantum vix so- erre potuisset. Enimvero olim mero sensibus v i c t i s, ex ente prosiluit.*

victis corrige *v i n c t i s.* Provoco ad Propertianum (III. 3. *iuvat et multo mentem vincire Lyaeo.*

11. 6. Spitamenes ab uxore, cuius immodico amore t, monitus, ut victori Alexandro se dederet, quum prodi ret, abire eam e conspectu iussit *addito metu mortis, si eius obtulisset et ad desiderium levandum noctes agere inter coepit. Sed penitus haerens amor fastidio praesentium* [i. e. n] *accensus est. Itaque rursus uni ei deditus, orare non ut t a l i consilio abstineret, patereturque sortem, quamcunque ma fecisset: sibi mortem deditione esse leviorem.*

is *t a l i* mutila et decurtata vox est. Verborum sententia, *l i* scribatur requirit.

simile mendum occurrit VIII. 15. 13: *Duo milia mili- ue lixarum calonumque p e s t i s illa consumpsit.* Pro *pestis* lum est *tempestas.* Cf. 14. 5.

15. 15. *Forte Macedo gregarius miles, seque et arma sustandem in castra pervenerat.*

, opinor, *seque et arma v i x sustentans*, nam in sequen- militem illum frigore torpuisse legimus.

17. 7. *Nec Macedonum haec erat culpa, nemo enim illorum ex patrio more l a b a r e sustinuit, sed Graecorum, qui nem honestarum artium malis corruperant moribus.*

In his *labare* ferri nullo modo potest, „nam — ita Zumptius scribit — *sustinere* et ab aliis scriptoribus et a Curtio non solet coniungi, nisi cum infinitivo activo: sustineo facere, aut non sustineo facere aliquid, non: fieri aliquid sustineo.... Haec causa fuit, cur Palmerius mallet *libare*". Equidem genuinam scripturam esse suspicor *laxare* sive *relaxare*, quod verbum sententiae aptum et consentaneum est.

VIII. 23. 25. *Quidam adiiciunt, cum Hermolaus apud eum quoque verberatum se a rege quereretur, dixisse Callisthenen, meminisse debere eos iam viros esse: idque ad consolandam patientiam verberum, an ad incitandum iuvenum dolorem dictum esset, in ambigo fuisse.*

Potius Curtium scripsisse crediderim ad *consolandam impatientiam verberum. Impatientiam* dictum esse puta pro intolerantia; Cf. Plin. XI. 23. 27: *frigorum impatientia;* Suet. Cal. 23: *impatientia nauseae. Consolandam* valere *levandam*, exemplis comprobare profecto nil opus est.

VIII. 24. 1. *Nos.... occidendi te consilium inivimus, quia non ut ingenuis imperare coepisti, sed quasi in mancipia dominarēs.*

Corrigendum *dominari.*

VIII. 24. 7. *Obstrepunt subinde cuncti Hermolao; pater supremum strinxerat ferrum, percussurus haud dubie, ni inhibitus esset a rege.*

Pro inepto *supremum* substituas quaeso *super eum.* Cf. Livium *stricto super capita consultantium gladio;* adde Val. Max. VIII. 7. E. 7: *strictoque super caput gladio.*

VIII. 29. 20. *Post haec consilium dimisit, tradique damnatos hominibus, qui ex eadem cohorte erant, iussit. Illi ut fidem suam saevitia regi approbarent, excruciatos necaverunt.*

Sententia flagitat, ut corrigatur *saevienti regi approbarent.*

VIII. 30. 11. *Ethimantus, crebris flexibus subinde curvatus, ab accolis rigantibus carpitur: ea causa est, cur tenues reliquias iam sine nomine in mare emittat. Multis praeter hos omnibus tota regio dividitur, sed ignobilibus, quia non adeo interfluunt.*

Ultima verba quid sibi velint non prorsus intelligo, nec satis capio, quomodo Zumptius hanc iis significationem attribuere potuerit: „non longe fluunt, priusquam cum ceteris maioribus amnibus miscentur", ita ut *inter* ad spatium pertineat, quod

est inter ortum et finem eorum amnium. Equidem illos amnes ideo ignobiliores fuisse coniicio, quia eorum aqua, eodem modo quo Ethimanti ab accolis irrigandi causa carperetur, itaque antiquitus h. l. scriptum fuisse *quia non alveo integro fluunt.*

VIII. 41. 3. *Indi, sive odio ducis, sive gratiam victoris inituri, Ericen fugientem adorti interemerunt, caputque eius atque arma ad Alexandrum detulerunt. Ille facto impunitatem dedit, honorem denegavit* [exemplo].

Extremum vocabulum a Curtio abiudicandum est. Nisi omnia fallunt, commentatori debetur, qui in margine annotare necesse habuit, quamobrem Alexander honorem facto denegaverit.

IX. 8. 15. *Modo quis beluas offerentes moenium speciem, quis Hydaspen amnem, quis cetera auditu maiora, quam vero, sustinere posse credebat? Olim hercule fugissemus ex Asia, si nos fabulas debellare potuissent.*

Pro *debellare* rectius, opinor, *depellere* scripseris.

IX. 10. 29. *Perque et mea in vos et in me vestra merita .... oro quaesoque, ne .... alumnum commilitonemque vestrum, ne dicam regem, deseratis. Cetera vobis imperavi; hoc unum debiturus sum.*

Immo vero *petiturus sum*, nam continuo haec sequuntur: *Et is vos rogo, qui nihil umquam vobis praecepi, quin primus me periculis obtulerim* cett.

IX. 26. 24. *Nondum feminam aequavimus gloria, et iam nos laudis satietas cepit? Dii faveant, maiora adhuc restant.* Praetulerim *di si faveant.*

IX. 40. 13. *Famem deinde pestilentia secuta est: quippe insalubrium ciborum novi suci, ad hoc itineris labor et aegritudo animi vulgaverant morbos.*

Pro *novi* substituendum erit *noxii.*

X. 2. 11. *Nuntiabant autem quaedam audita, alia comperta: insulam ostio amnis subiectam auro abundare, inopem equorum esse.*

Scribendum est *ostio amnis obiectam.*

X. 7. 6. *Exules ..... recipi ab omnibus Graecorum civitatibus, quis pulsi erant, iussit .... Soli Athenienses, non suae modo, sed etiam publicae vindices* [*libertatis*], *colluvionem ordinum hominum quia aegre ferebant... prohibuere finibus.*

Nollem Zumptius molestum asyndeton *ordinum hominum* hic Curtio obtrudisset, in libris enim mss. ad unum omnibus legitur *ordinem*. Coniicio ante *ordinem* lacunam exstare, quae aptissime suppleri possit scribendo *colluvionem extra ordinem hominum*.

X. 8. 11. *Adeo ille exercitus, tot ditissimarum gentium victor, plus tamen victoriae, quam praedae, deportavit ex Asia.*

In antiquissimis libris fuisse suspicor TAMENGLORIAE, librarium vero nescio quem ex NGLORIAE effecisse VICTORIAE. Saniorem sine dubio habebis sententiam scribendo *plus tamen gloriae quam praedae deportavit.*

X 12. 12. *Mox deinde cum stirpem generis mei latius propagare cuperem, uxorem Darei filiam duxi, proximisque amicorum auctor fui ex captivis generandi liberos: ut hoc sacro foedere omne discrimen victi et victoris excluderem.*

Non tantum, opinor, Alexander victi et victoris discrimen excludere voluit; quod enim excluditur post aliquod tempus redire possit. Imo potius discrimen illud funditus tollere et delere in animo habuit, quare scribendum est *eluerem*.

X. 15. 10. *Nec maestorum solum, sed etiam indignantium voces exaudiebantur, tam viridem et in flore aetatis fortunaeque invidia deum ereptum esse rebus humanis. Vigor eius et vultus educentis in proelium milites, obsidentis urbes, evadentis in muros, fortes viros pro contione donantis occurrebant oculis.*

Corrige sodes *vigor oris et vultus*. Os et vultus saepius uno tenore leguntur; cf. Cic. Dejot. 2. 5. *in tuo ore vultuque acquiesco;* Plin. Ep. II. 13. *Mira .... in ore ipso vultuque suavitas;* Ibid. V. 16. 9. *Non minus mores eius, quam os vultumque referebat;* Tac. Agr. 14. 16. *ore vultuque tristi.* De utriusque vocabuli discrimine cf. Doederlinus, Synon. IV. 320. sq.

X. 16. 12. *Et cum diu nunc in veneratione, nunc in desiderio regis haesissent, in ipsos versa miseratio est. Macedonia profecti ultra Euphraten in mediis hostibus novum imperium aspernantibus destitutos se esse cernebant; sine certo regis herede publicas vires ad se quemque tracturum.*

Ante Zumptium vulgo edebatur *sine certo regis heredo, sine herede regni*, quod in optimis legitur codicibus. Zumptius posteriora verba omisit, quia ei ad priora, interpretandi causa vel tamquam varia lectio, adscripta viderentur. Mihi verosi-

milior coniectura videtur, Curtium scripsisse *sine certo regis herede, sine sede regni.*

X. 20. 13. *Tum Ptolemaeus, Digna prorsus est soboles, inquit, quae Macedonum imperet genti, Roxanes vel Barsinae filius! cuius nomen quoque Europam dicere pigebit, maiore ex parte captivi.*

Non satis intelligo, quomodo filius, ab Alexandro ex Roxane vel Barsina susceptus, maiore ex parte captivus merito appellari potuerit. Veram lectionem esse coniicio *materna ex parte.*

X. 26. 9. *Et pristina quidem regiae species manebat: nam et legati gentium regem adibant et copiarum duces aderant et vestibulum satellites armatique compleverant. Sed ingens sua sponte maestitia ultimae desperationis index erat.*

Quia *sua sponte* cum sequenti *erat* coniungendum esse vix credibile est, perpetuus autem et constans loquendi usus, ut cum verbo aliquo coniungatur, postulat, pro *ingens*, nisi fallor, substituendum est *ingruens.*

X. 30. 8. *Sed difficile erat eo contentos esse, quod obtulerat occasio: quippe sordent prima quaeque, cum maiora sperantur.*

Dubito, num *prima quaeque* h. l. ferri possit. *Primum quodque* enim vel ad continuationem seriemque rerum refertur, ita *ut* valeat fere *primum hoc, deinde illud* (cf. Cic. N. D. 3. 3; de Inv. 1. 21.), vel ad tempus, quum eas res notat, quae quo citius adsunt, eo sunt gratiora. Neutra vero harum significationum huius loci sententiae accommodari potest; quare corrigendum existimo *optima quaeque* i. e. *omnia bona.*

X. 31. 10. *Et non aliis quam Mesopotamiae regione fervidior aestus existit, adeo ut pleraque animalia, quae in nudo solo deprehendit, extinguat.*

Legendum est *non alibi quam in M. regione.* Numquam enim apud Curtium ablativus absolute ponitur ad locum designandum.

J. J. CORNELISSEN.

PAETUS THRASEA.

AD

PLUTARCHI VITAM CATONIS UTICENSIS.

Reperta sunt nuper a GUSTAVO KOENNECKE archivario Marburgensi folia quaedam membranacea Codicis Latini, quae HENRICUS NISSEN in *Indice Lectionum Academiae Marburgensis* edidit in lucem. Narrat Editor rogatum sese cuius scriptoris hae reliquiae esse viderentur non dubitasse respondere *„nobilissimum esse scriptorem, quem Plutarchus in vita Catonis Uticensis enarranda secutus sit."*

Deinde in fine libelli timide suspicionem iacit horum fragmentorum auctorem esse „PAETUM THRASEAM *virum plane libera republica dignum.*" Hinc fama sparsa est Paeti Thraseae fragmenta prodiisse in lucem, quae quum ad meas quoque aures pervenisset fragmenta haec curiosius inspexi et vidi doctum hominem nubem pro Iunone amplexum.

Satis est haec folia cum Plutarchi vita Catonis componere ut statim intelligas *misellam hanc esse libri Plutarchei interpretationem Latinam aevo medio a clerico nescio quo sermone semibarbaro conscriptam.*

Res est tam manifesta et evidens ut nihil opus sit singula operose excutere et serio redarguere.

Prima fragmenti verba haec sunt:

„ * et ludos inspicere purpurea veste. verum haec senatus decreta Cato ipse deprecatus Niciam regis servum petiit a senatu manumitti."*

Plutarchi verba sunt cap. 39. (*ἡ βουλὴ ἐψηφίσατο τῷ* Κάτωνι *στρατηγίαν ἐξαίρετον δοθῆναι*) *καὶ τὰς θέας αὐτὸν ἐν ἐσθῆτι περιπορφύρῳ θεάσασθαι. Ταῦτα μὲν οὖν ὁ* Κάτων *παρῃτήσατο,* Νικίαν *δὲ τὸν οἰκονόμον τῶν βασιλικῶν ἐλεύθερον ἔπεισε τὴν βουλὴν ἀφεῖναι.*

Postquam satis constabit Latinum esse *ludos* INSPICERE et *ludos spectare* PURPURRA VESTE et *senatus decreta* DEPRECARI et PETIIT *a senatu* NICIAM MANUMITTI, tum demum erit operae pretium inquirere in reliqua. Donec autem haec omnia absurda esse intelligemus et non nisi ab homine plumbeo in Latinis sic scribi potuisse,

ψεῦδός κεν φαῖμεν καὶ νοσφιζοίμεθα μᾶλλον.

Utilius est abiectis his fragmentis locos ex vita Catonis compluscules paullo emendatiores proponere quam in Sintenisii Editione leguntur.

Cap. 2. *οἷον εὐτύχημα τῆς Ἰταλίας ὁ Πεῖς οὗτός ἐστιν.* Recipere debebat Sintenis, ne Pompaedius Silo inepta loquatur, quod ipse coniecit: *ὅΤΙ Παῖς οὗτός ἐστιν.*

Ibid. *τὸ δὲ παιζόμενον ἦν δίκαι καὶ κατηγορίαι καὶ Ἀγωγαὶ τῶν ἁλισκομένων.* Leg. *Ἀπαγωγαί.*

Cap. 3. tempore proscriptionis Cato puer visebat Syllam et vidit *κεφαλὰς ἐπιφανῶν ἀνδρῶν λεγομένων* ϵΚ*κομιζομένας*, imo vero ϵΙC*κομιζομένας.*

Cap. 6. *μάλιστα προσίε*ΤΟ *πιεῖν.* Scrib. *προσίετο* ΤΟ *πιεῖν.*

Cap. 8. *ὁ δὲ Γέλλιος ἀριστεί*ΑC *καὶ τιμὰς αὐτῷ διαπρεπεῖς ἔγραψεν.* L. *ἀριστεῖ*Α, *praemia militaria.*

Cap. 9. *ἄγε ὅπως — τὴν ὑπόστεσιν ἐμπεδώσ*ΗΙC. Dicebant *ἐμπεδώσεις.*

Ibid. *εἶποντο δ' αὐτῷ — φίλοι τέσσαρες.* [*ὧν ὀχουμένων ἵπποις αὐτὸς* ΑϵΙ *περιπατῶν ἑκάστῳ παρέβαλλεν ἐν μέρει προσδιαλεγόμε-*

νος]. Expunge emblema male repetitum ex cap. 5. ubi pro absurdo ἀεί legitur sanum πολλάκις.

Cap. 10, οὐδὲν ᾤετο πέμπων καὶ γράφων περκίνειν Tralaticius error pro περΑνεῖν.

Lacunula est cap. 16. κατ' οἶκον Ἀθηνοδώρῳ * ἢ κατ' ἀγορὰν τοῖς Φίλοις παρισάμενος. Supple Ἀθηνοδώρῳ (συνών).

Cap. 19. ὥςε ῥήτορα μϵΝ δίκῃ τινὶ κτέ. Suppl. 'ϵΝ δίκῃ τινί, *in iudicio quodam.*

Cap. 25. leg. μνησθέντι μοι τῶν γυναικῶν. in libris est μοιΤΟ τῶν γυναικῶν.

Cap. 28. τὸν Κάτωνα — οὐ περιεῖδε Μουρήνας ὁ τὴν δίκην Φυγὼν ὑπ' αὐτοῦ [καὶ κατηγορηθείς], ἀλλά κτέ. puerile additamentum non est a Plutarchi manu. Tolles hiatum ex Cod. c. τὴν δίκην ὑπ' αὐτοῦ Φυγών.

Cap. 32. ὤμΝΤϹαν οὖν ἅπαντες ἐξ ἀνάγκης. Sententia postulat ὤμΟϹΑΝ *iurarunt* in legem, non *iurabant.*

Cap. 40. – ψηΦισαμένΟΤ· παρανόμως μὲν οὖν δήμαρχον αἱρεθῆναι τὸν Κλώδιον. Corrigunt μὲν οὐ, at repetita syllaba legendum: ΟΤ παρανόμως μὲν οὖν κτέ.

Cap. 41. καὶ πρῶτος μὲν ὁ προΦαίνων 'ϵΠΙϹΤΑϹ τῷ Δομιτίῳ πληγεὶς καὶ πεσὼν ἀπέθανεν. Scrib. ὁ προΦαίνων ΠΑΙϹ τῷ Δομιτίῳ. *puer praelucens*, ut apud Sueton. Aug. cap. 29. Eodem vocabulo in re eadem utitur Dio Cassius 39. 31. ὁ παῖς ὁ τὸν λύχνον προΦέρων ἐσΦάγη.

Cap. 42. διὰ τοῦ ψηΦίσματος τὸ [διδόναι δίκας] ἀνυπεύθυνον κατασκευάσαντες. expuncto emblemate locus est integerrimus. Adscripserat ad τὸ ἀνυπεύθυνον olim aliquis τὸ μὴ διδόναι δίκας.

Cap. 46. οἱ δὲ ᾐδοῦντο τοῦ Κάτωνος τὸ αὐςηρὸν — ὁρῶντες

ἡσυχῇ μεταβάλλον εἰς διάχυσιν. Noluit Editor recipere certam emendationem ἤδοντο pro ᾐδοῦντο. Non minus certum est cap. 17. Plutarchum scripsisse: ὥϛε τὸν δῆμον ἥδεσθαι (non αἰδεῖσθαι) τοὺς οἰομένους ἀποϛερήσειν ἐκτίνοντας ὁρῶντα.

Cap. 50. ἐν δὲ ταῖς ὑπατικαῖς ψήφοις μηδεμιᾶς κακουργίας γενομένης ἔγνω ΚΑΙ τῷ δήμῳ προσκεκρουκώς. Scrib. ἔγνωΚϵ τῷ δήμῳ προσκεκρουκώς.

Cap. 53. Ἀσίνιον μὲν οὖν ἔφη δυνατὸς εἶναι Σικελίας ἐκβαλεῖν, ἄλλης δὲ μείζονος ἐπερχομένης δυνάμεως οὐ βούλεσθαι τὴν νῆσον ἐμπολεμῶν ἀπολέσθαι. Rectissime pro ἐν πολέμῳ Sintenis emendavit ἐμπολεμῶν, sed nihil proderit donec pro ἀπολέσθαι reposueris ἀπολέϹαι. Scribebatur ϵΜΠΟΛΕΜΩ, ut mox ἐν ἀγῶνι ΧϵΙΡΩ, ubi editur ἐν ἀγῶνι χείρω. Sintenis repperit χειρῶν, sed non recepit.

Cap. 55. πολλοὶ δὲ καὶ τῶν ἐπιφανῶν ἀνδρῶν ἀπϵΡΡΙΦησαν ἐν Δυρραχίῳ μετὰ Κάτωνος. O absurdam lectionem pro ἀπελείφθησαν!

Ibid. γενομένης δὲ τῆς περὶ Φάρσαλον ἥττης οὕτως ϵϹΤΗ ΤΟΙϹ λογισμοῖς ὁ Κάτων. Emenda: οὕτως ϵΧΡΗΤΟ τοῖς λογισμοῖς. Admodum familiaris haec Plutarcho locutio est. Utitur et alibi passim et in hac vita cap. 59 et 68.

Ibid. ἐν δὲ Λιβύῃ διαγαγὼν τοῦ χειμῶνος ἐξήΓΑΓϵ τὸ ϛράτευμα. Optima est Emperii emendatio ἐξήΤΑϹϵ. Quid lateat in διαγαγὼν τοῦ χειμῶνος frustra quaero.

Cap. 57. οὐκ ἔφη καταλύειν τοὺς νόμους περὶ ὧν τῷ καταλύοντι πολεμοῦσιν. Stephanus καταλύϹειν recte: deinde ΤΠϵΡ ὧν scribendum.

Cap. 59. πολλῶν δ' αὐτοῖς εἰς σωτηρίαν καὶ ἀσφάλειαν ὑποκειμένων καὶ μεγίϛου πρὸς ἄνδρα πολεμεῖν ἐπὶ πολλὰ τοῖς καιροῖς ἀνθελκόμενον. iterata syllaba legendum: καὶ μεγίστου ΤΟΤ πρὸς ἄνδρα πολεμεῖν κτέ.

Cap. 61. *τῶν σωμάτων τὰ μανὰ δέχεται ῥᾳδίως τὴν θερμότ καὶ πάλιν μεθίησι τοῦ πυρὸς ἀπαχθέντος.* L. *ἀπαΡθέντος*, u noto dicto: *πᾶσα γυνὴ τοῦ λύχνου ἀρθέντος ἡ αὐτή ἐστιν.*

Cap. 64. *ἑαυτὸν ἐγνωκὼς ἀνελεῖν — ὠδῖνας εἶχεν ὑπὲρ ἄ ὅπως εἰς ἀσφαλὲς καταστήσας ἅπαντας ἀπαλλάξAITO τοῦ* Barbarum est *ἀπαλλάξασθαι* pro *ἀπαλλαγῆναι*. Emenda *ἀ λάξϵTAI*, ut cap. 2. *ἔπραττον οἱ σύμμαχοι ὅπως μεθέξOTCI πολιτείας*, et sic passim.

Cap. 66. *ὑψηλός ἐστι καὶ ἄτρεπτος καὶ μένειν φησὶ καὶ π τειν ὅ τι ἂν σὺ πράττῃς.* Imo vero: *καὶ μενεῖν φησὶ πράξειν.*

Cap. 67. [*οὐ γὰρ κατεκλίθη πλὴν καθεύδων*] expunge ir assuta ex cap. 56.

Cap. 69. *ἦ που καὶ ὑμῖν δέδοκται βίᾳ κατέχειν ἄνδρα το τον ἡλικίας ἐν τῷ βίῳ*; Nihil est *τοσοῦτον ἡλικίας*. Leg. *ἃ τηλικοῦτον ἐν τῷ βίῳ*;

Ibid. *καίτοι βεβούλευμαι μὲν οὐδὲν ϵΓΩΓϵ περὶ ἐμαυτοῦ δέ με βουλευσάμενον εἶναι κύριον οἷς ἔγνωκα χρῆσθαι.* L. ΠΩ *περὶ ἐμαυτοῦ.*

Cap. 73. fin. *Στατύλλιος δὲ φήσας μιμεῖσθαι* (alii libri *μ σασθαι*) *Κάτωνα — ἐν Φιλίπποις ἀπέθανεν.* Leg. *Στατύλλι Ὁ φήσας μιμήσϵσθαι Κάτωνα.*

C. G. COBET.

ANYTE

in *Anthol. Palat.* VII. 208. 4.

ἐπὶ δ' ΑΡΓαλέαν βῶλον ἔδευσε φόνῳ.

quid est *ἀργαλέα βῶλος*? nihil, opinor. Leg. *ΑΤαλέαν ar*

C. G. C.

AD STRABONEM.

Strabonis Geographica recensuit Gustavus Kramerus. Berolini. 1844—1852.

Στράβωνος Γεωγραφικά. curantibus C. Müllero et F. Dübnero Parisiis 1853.

Vindiciae Strabonianae. Scripsit Augustus Meineke. Berolini. 1852.

Madvigii *Adversaria Critica.* Hauniae. 1871. I. pag. 520 sqq.

Εἰ δὲ πολλῶν πολλὰ προειπόντων ἐπιχειροῦμεν καὶ αὐτοὶ λέγειν περὶ τῶν αὐτῶν οὕπω μεμπτέον. ὑπολαμβάνομεν δ' ἄλλων ἄλλο τι κατορθωσάντων πολὺ μέρος ἔτι τοῦ ἔργου λείπεσθαι, οἷς ἂν καὶ μικρόν τι προσβαλεῖν δυνηθῶμεν ἱκανὴν δεῖ τίθεσθαι πρόφασιν τῆς ἐπιχειρήσεως.

STRABO.

STRABO pag. 2. Casauboni: (Ὅμηρος) οὐ μόνον [ἐν] τῇ κατὰ τὴν ποίησιν ἀρετῇ πάντας ὑπερβέβληται —, ἀλλὰ σχεδόν τι καὶ τῇ κατὰ τὸν βίον ἐμπειρίᾳ τὸν πολιτικόν. In his vocabulum vitiose abundat et contra alterum necessarium periit. Dele ἐν et supple τῇ ΤΩΝ κατὰ τὸν βίον ἐμπειρίᾳ. Neque enim ὑπερβάλλεσθαι ἔν τινι dicitur, neque ἔμπειρος κατά τι pro τινος, et tritum est τὰ κατὰ τὸν βίον.

Pag. 2. κατὰ σύμπασαν τὴν οἰκουμένην [γῆν τε καὶ θάλατταν]. Interpolatus locus est ex pag. 9. χώρα γὰρ τῶν πράξεων ἐστὶ γῆ καὶ (ἡ del.) θάλαττα, — ἥνπερ ἰδίως καλοῦμεν οἰκουμένην.

Rectissime Meinekius deleri iubet pag. 2. Homeri versiculos importune insertos inter: ὡς δ' αὕτως καὶ τὰ ἄστρα et καὶ τοὺς ἀστέρας λελουμένους ἐξ Ὠκεανοῦ λέγει, sed non vidit ut haec

recte coeant duabus literulis repetitis scribendum esse: *καὶ τοὺς ἀστέρας* ΔΕ ΛΕ*λουμένους κτὲ*. Similiter pag. 3. *καὶ αἱ τῶν μακάρων* ΔΕ *νῆσοι κτέ*. pag. 20. *καὶ οἱ πρῶτοι* ΔΕ *ἱστορικοὶ καὶ Φυσικοὶ μυθογράφοι*, et sic alibi passim.

Pag. 2. *καὶ οἱ Φοίνικες ὕστερον οἵπερ καὶ κατέσχον τὴν πλείστην ἀρχήν· μετὰ δὲ ταῦτα Ῥωμαῖοι.* Male componitur *ἡ πλείστη ἀρχή* et sensu vacuum est. Requiro: *κατέσχεν ἐπὶ πλεῖστον* THN *ἀρχήν*, *qui* diutissime *his regionibus* (Hispaniis) *imperitarunt*. Nunc recte additur: *et* deinde *Romani*.

Pag. 3. *οὐδὲ Κράτης οὖν ὀρθῶς γράφει —, βελτίΩΝ δ' Ἡράκλειτος καὶ ὉμηρικώτερΟC ὁμοίως ἀντὶ τοῦ ἀρκτικοῦ τὴν ἄρκτον ὀνομάζων „ἠοῦς καὶ ἑσπέρας τέρματα ἡ ἄρκτος.“* Non quaeritur uter sit eorum *melior*, sed uter *melius* dixerit. Itaque legendum *βέλτι*ON et *Ὁμηρικώτερ*ON. Ipsi Heraclito redde suum *ἑσπέρ*HC.

Pag. 4. Casauboni: *διὰ δὲ τοῦ Ὠκεανοῦ τὸν ὁρίζοντα (Ὅμηρος δηλοῖ), εἰς ὃν καὶ ἐξ οὗ τὰς δύσεις καὶ τὰς ἀνατολὰς ποιεῖται*, adde: *ποιεῖται (ὁ ἥλιος)*. Scribitur *ἥλιος* nota tachygraphica, quam scribae sequioris aetatis non intelligebant. cf. pag. 2. fin. *ἐντεῦθεν (ἐκ τοῦ Ὠκεανοῦ) γὰρ ἀνίσχοντα ποιεῖ τὸν ἥλιον καὶ δυόμενον εἰς τοῦτον*.

Pag. 4 *τοῖς γὰρ πέρασι συνήθη λέγει τὸν Ὠκεανόν*. Optime Madvig. *συνῆΦΘΑΙ*, apte componens pag. 8. *μετεωρολογικῇ τινι πραγματείᾳ καὶ γεωμετρικῇ συνῆφθαι τὸ τῆς γεωγραφίας εἶδος*.

Pag. 4. Homerus de Oceano dixerat:

τρὶς μὲν γάρ τ' ἀνίηστιν ἐπ' ἤματι, τρὶς δ' ἀναροιβδεῖ.

annotat Strabo: *καὶ γὰρ εἰ μὴ τρὶς ἀλλὰ δίς, τάχα τῆς ἱστορίας παραπεσόντος ἢ τῆς γραφῆς διημαρτημένης*. Quid dixerit perspicuum est, quomodo dixerit videndum; nam *παραπίπτειν τῆς ἱστορίας* nihil est. Emenda *παραπ*AICAN*τος*. Polybianum imprimis est *παραπαίειν τινός, τῆς ἀληθείας* et sim. et facillime *ἔπαισε, παρέπαισε, παραπαίσῃ* et sim. in *ἔπ*Θ*σε* caett. depravantur. Complura huius rei exempla collegimus ad Polybium *Mnemos.* 1862. pag. 24.

Eodem modo erratum est pag. 53. ὁ Πύρμος — διεκπαισάμενος διὰ τῶν Ταύρου στενῶν, ubi alii διεκπεσάμενος barbare, unde vetus corrector in Codice B διεκπεσών *emendavit* scilicet. Eadem opera corriges locum pag. 430. διεξέπεσε ταύτῃ πρὸς θάλαττιν ὁ Πηνειός, imo vero διεξέπΑΙσε.

Pag. 7. Ὅμηρος τῆς γεωγραφίας ἦρξεν· φανεροὶ δὲ καὶ [οἱ] ἑπακολουθήσαντες αὐτῷ ἄνδρες ἀξιόλογοι καὶ οἰκεῖοι φιλοσοφίας. Expunge molestum articulum, quo loci sententia perturbatur. Nempe coniungenda sunt φανεροὶ ἑπακολουθήσαντες, ut sententia sit: φανερὸν δὲ καὶ ὅτι ἄνδρες ἀξιόλογοι αὐτῷ ἐπηκολούθησαν.

Post pauca scribe: τὸν δὲ Ἑκαταῖον καταλιπεῖν γράμμα πιστεύόμενον ἐκείνου εἶναι, pro πιστούμενον.

STRABONIS pag. 10. sic scribendus locus est: τὸ μὲν δὴ πλέον (τῆς γεωγραφίας) ΠΕΡΙ τοὺς ἡγεμονικοὺς βίους καὶ τὰς χρείας ἘΣΤΙΝ· ΕΣΤΙ δὲ καὶ τῆς ἠθικῆς φιλοσοφίας καὶ πολιτικῆς τὸ πλέον περὶ τοὺς ἡγεμονικοὺς βίους. Vulgatur e libris: πρὸς τοὺς πολιτικούς — χρείας Ἔτι δὲ καὶ κτέ.

Pag. 13. κατανοήσας τις ἄΛΛως πως, recte Madvig. ἀΜῶς γέ πως. Recte idem pag. 63. reposuit οἰκήσιμον ἀΜῶς γέ πως pro ἄλλως πως. Pag. 276. τοὺς ὁρῶντας ἄλλως γέ πως τὰ τοιάδε. Verissime Coraës ἀΜῶς γέ πως, sed non est receptum. Similiter pag. 761. ἄλλως πως νέμειν βίον κοινόν idem obtulit ἀμωσγέπως, sed Editor non accepit. Cf. *Var. Lectt.* pag. 255 et 367.

Pag. 14. εἰ δ' ἀναγκασθησόμεθά που τοῖς αὐτοῖς ἀντιλέγειν, οἷς μάλιστα ἑπακολουθοῦμεν καΤ' Ἄλλα. Multo melius Strabo dixerat καΤΑ ΤΑλλα, *quos* IN CAETERIS OMNIBUS *maxime sequi solemus.* Reliquos iure se contemnere scribit: οὐ γὰρ πρόκειται πρὸς ἅπαντας ἀντιλέγειν, ἀλλὰ τοὺς μὲν πολλοὺς ἐᾶν, οἷς μηδὲ ἀκολουθεῖν ἄξιον, ἐκείνους δὲ διαιτᾶν, οὓς ἐν τοῖς πλείστοις κατωρθωκότας ἴσμεν.

Similiter emenda pag. 173. κατ' ἄλλα δεινοὺς ἀποφαίνων ὁ Ποσειδώνιος τοὺς Φοίνικας ἐνταῦθα μωρίαν — αὐτῶν καταγιγνώσκει, imo vero καΤΑ ΤΑλλα.

STRABO pag. 15. Ἀπελλῆς δὲ αὐτῷ (Eratostheni) πολύς ἐστι καὶ Βίων, ὃν φησι πρῶτον ἀνθινὰ περιβαλεῖν τὴν φιλοσοφίαν ἀλλ' ΟΜΩC πολλάκις εἰπεῖν ἄν τινα ἐπ' αὐτοῦ τοῦτο·

οἵην ἐκ ῥακέων ὁ Βίων (ἐπιγουνίδα φαίνει).

Non intellexit hunc locum Meinekius in *Vindic. Strabon.* pag. 3. „*Eratosthenes* (inquit) *multum tribuebat Bioni, quem philosophiae floridam vestem induisse dictitabat: at fuit etiam ubi ab eo dissentiret et ἀνθινά pannis cessisse diceret, οἵην ἐκ ῥακέων!*"

Plane enim contra est: ἀνθινὰ περιβαλεῖν est *meretricio cultu induere* et sic philosophiae dignitatem protervitate et scurrilitate minuere et perdere, sed TAMEN idem mirabatur vigorem Bionis ac robur, ut proci in Ulysse quamquam sene pannis obsito vires ac firmitatem corporis admirabundi conspiciebant.

Melius apparebit res si Homeri versum expleveris, nam dicti acumen est in οἵην — ἐπιγουνίδα φαίνει, quae verba aut scriba omisit aut ipse Eratosthenes utpote omnibus notissima (veluti χρύσεα χαλκείων) lectoribus supplenda reliquit.

De cultu meretricio vid. Athen. pag. 521 B. νόμος ἦν τὰς γυναῖκας μὴ ἀνθινὰ φορεῖν — ἐὰν μή τις αὐτῶν συγχωρῇ ἑταίρα εἶναι.

Pag. 15. ἀλλὰ ἐκεῖνα Ἐάσθω. Scribendum et hic et aliis locis Εἰάσθω. Perpetuo enim in tali re et reliqui omnes et Strabo *perfecto* utuntur, εἰρήσθω, γεγράφθω, ἀνερρίφθω κύβος, δεδόσθω, προσκείσθω, ὑποκείσθω, ἀπηλλάχθω, περιῳδεύσθω, προσειλήφθω, et quod plane idem est atque εἰάσθω saepius παρείσθω legitur.

Pag. 16. ὁ δὲ (Ἐρατοσθένης) ἐπήνεγκεν ὅτι ψυχαγωγίας ΜΟΝΟΝ, διδασκαλίας δ' οὔ. Scrib. ψυχαγωγίας ΜΕΝ. Quam saepe in tali re μέν et μόνον confundantur ostendimus ad Demosthenem.

STRABO pag. 17. καὶ οὐχ Ὅμηρος μὲν οὕτω φρονεῖ περὶ τούτων, οὐχὶ δὲ πάντες οἱ πεπαιδευμένοι μάρτυρι χρῶνται τῷ ποιητῇ ὡς ὀρθῶς λέγοντι. Inconcinna haec sunt et male composita. Senties si duas literulas sic duplicaveris ut scribatur: οἱ πεπαιδευμένοι, (οἱ) μάρτυρι χρῶνται. Ponit primum doctos omnes cum Homero consentire, deinde addit argumentum. Frequens

mpositio *οὐ — μὲν — οὐ δέ*, ut in *καὶ οὐκ ἔγραψα μὲν οὐκ ·ρέσβευτα δέ*, etiam apud Strabonem passim legitur vid. Meinek. *Indic.* pag. 178.

Saepissime crases in STRABONIS libris scribae obscurarunt: ısquam molestius quam pag. 19. *φιλειδήμων γὰρ ἄνθρωπος* pro *θρωπος*.

Pag. 19. *οὐ γὰρ ὄχλον γυναικῶν καὶ παντὸς ϰυδαίου πλήθους ·αγαγεῖν λόγῳ δυνατὸν φιλοσόφῳ — πρὸς εὐσέβειαν — ἀλλὰ ῖ καὶ* [*διὰ*] *δεισιδαιμονίας*. Impedita est verborum et compositio sententia. Omnia erunt expedita si *διά* deleveris *„etiam superstitione opus est"* inquit. Eodem sensu *δεῖν* ponitur pag. 11. *ἁλιϛα δὲ δοκεῖ — γεωμετρίας τε καὶ ἀϛρονομίας δεῖν*. et pag. 00. *μηδὲν δεῖν φρουρᾶς „praesidio nihil esse opus"* et aliis ›cis.

Pag. 20. *ὁ ποιητὴς ἐφρόντισε πολὺ μέρος τἀληθοῦς· ἐν δ' τίθει καὶ ψεῦδος*. Recipiendum erat ex Codice A *ἐφρόντιζε*. Imesis *ἐν δ' ἐτίθει* a Strabonis aetate et usu aliena est, sed ıer iocum utitur vocabulis Homericis: *ἐν δ' ἐτίθει δύο κῆρε*, t sim. Saepius Homeri verba Strabonianis intertexta latent, eluti pag. 376. *καὶ μέχρι νῦν εἰσὶν Ἄργος τε Σπάρτη τε*. t pag. 502. *ἀλλὰ τἀγαθὰ ἄσπαρτα καὶ ἀνήροτα Ἅπαντα φύον·ται*, ubi ex Homero repone *πάντα*.

Post pauca pro *ταῖς ἀληθέσι περιπετείαις προσϵΠετίθει μῦθον* ege *προσϵΤΙθει addebat*.

Pag. 23. poëtae (Pindari) locus, qui in proverbium abiit, ic scribendus: *πᾶν ὅ τι* KEN *ἐπ' ἀκαιρίμαν γλῶCCαν ἴῃ κελα·εῖν*, pro *ἄν* et *γλῶτταν*.

Pag. 23. *Δαναὸν μὲν — Ἀτρέα δὲ — μάντεις τε καὶ ἱεροσκο·ουμένους ἀποδείκνυσθαι βασιλέας*. Barbarum plane est *ἱεροσκο·ουμένους*, at tu supple: *ἱεροσκόπου*(C ΓϵNO)*μένους*, ut continuo equitur: *τῶν θεῶν ἕνα ἕκαϛον τῶν χρησίμων τινὸς εὑρετὴν ενόμενον τιμᾶσθαι*.

STRABO pag. 24. — καὶ τοῖς ἄλλοις συγγραφεῦσιν ὅσοι τὰ περιχώρια λέγουσι τὰ περὶ τὴν Ἰταλίαν καὶ Σικελίαν. Redde Straboni suum ὅσοι τὰΠιχώρια. Eodem modo Kramerus pag. 74. pro τουτὶ τὸ γράμμα emendavit τοὐπίγραμμα. Οἱ τὰπιχώρια συγγράφοντες sunt qui *regionatim* vel *oppidatim* res memorabiles conscribunt, Ἰταλικά, Σικελικά, Μεγαρικά, Ἀργολικά et similia, quorum maxima copia vel apud unum Athenaeum reperitur.

Pag. 31. Ἀριστάρχου δὲ τοῦτο μὲν ἐπαινῶμεν, — τὰ δ' ἄλλα ἐπισκοπῶμεν. Lege ἐπαινοῦμεν. Scribae sententia non intellecta exaequanda esse haec opinabantur, et utrobique coniunctivum dederunt.

Pag. 33. Εὐριπίδης ἐν τῷ Φαέθοντι —

Ἥλιος ἀνίσχων χρυσέᾳ ΒΑΛΛΕΙ ΦΛΟΓΙ.

Obtemperatum oportuit Valckenario in *Diatr.* pag. 31. reponenti: χρυσέᾳ ΒΩΛΩΙ ΦΛΕΓΕΙ ex Scholiasta Apollon. Rhod. I. 498. Ἀναξαγόρας μύδρον εἶπε τὸν ἥλιον. — διὸ Εὐριπίδης γνώριμος αὐτῷ γεγονὼς χρυσέαν βῶλον τὸν ἥλιον εἶπεν. et ex Schol. Eurip. *Orest.* 596. Ἀναξαγόρας τὸν ἥλιον μύδρον ἔφη — ᾧ ἀκολουθήσας Εὐριπίδης χρυσέαν βῶλον αὐτὸν εἴρηκεν. Diogenes Laërtius in Anaxagora II. 10. ὅθεν καὶ Εὐριπίδην μαθητὴν ὄντα αὐτοῦ χρυσέαν βῶλον εἰπεῖν τὸν ἥλιον ἐν τῷ Φαέθοντε — Quam recte dicitur χρυσέα βῶλος, tam perversum est *flammam* appellare *auream*.

Pag. 39. τὴν μὲν Ἰνδικὴν οὐκ οἶδεν Ὅμηρος —, τὴν δ' Ἀραβίαν, ἣν εὐδαίμονα προσαγορεύουσιν οἱ νῦν (οἶδε μὲν), τότε δ' οὐκ ἦν πλουσία. Sine mora expelle οἶδε μέν ab Editoribus adiectum de suo. Plane est supervacaneum, quoniam post τὴν Δ' Ἀραβίαν noto usu cogitatione supplendum οἶδεν. Praeterea vitiosam oppositionem inducit in οἶδε ΜΕΝ, τότε Δ' οὐκ ἦν πλουσία.

Pag. 42. ἀπὸ τοῦ εἰς τὴν ἕραν ἐμβαίνειν τοὺς Ἐρεμβοὺς ἐτυμολογοῦσιν. Haeccine deliramenta doctis hominibus et sanis probari potuisse! Etiam hinc apparet Strabonem germanum Stoicum fuisse; cuius rei et alia quaedam saepius apud eum indicia apparent et disertissimum pag. 15. οἱ δ' ἡμέτεροι καὶ

ὄνον ποιητὴν ἔφασαν εἶναι τὸν σοφόν. Ridemus „*Neptunum a* *ndo*" dictum et „*Venerem quia venit ad omnes*," sed nonne rinde absurdum est Ἐρεμβοὶ ἀπὸ τοῦ εἰς τὴν ἔραν ἐμβαίνειν?

Manifesta dittographia pag. 41. effugit Criticorum aciem in s verbis: διὰ τῶν ἐπαίνων τῆς παρ' αὐτοῖς (Sidoniis) [εὐτυχίας ὶ] εὐτεχνίας. Ne dici quidem potest ἡ παρ' αὐτοῖς εὐτυχία o ἡ εὐτυχία αὐτῶν. Caeterum multis exemplis constat τέχνη τύχη a scribis alias res agentibus inter se confundi solere.

Pag. 45. πόθεν Ἦλθε τῷ Ἰάσονι – ἐν μὲν τῇ πατρίδι μηδεμίαν ταλιπεῖν διαδοχήν, Λήμνου δὲ καταςῆσαι κύριον τὸν υἱόν; Mensum est ἦλθε. Sententia postulat: *unde* Iasoni *in mentem nit* —? Itaque reponendum: πόθεν ἐΠῆλθε τῷ Ἰάσονι;

Pag. 49. τοῦ Ξάνθου λέγοντος ἐπὶ Ἀρταξέρξου γενέσθαι μέγαν χμόν. — αὐτὸν δὲ ΕΙΔΕΝΑΙ πολλαχῇ πρόσω ἀπὸ τῆς θαλάτς λίθον τε κογχυλιώδη καὶ τὰ κτενώδεα καὶ χηραμύδων τυπώτα. Absurdum est εἰδέναι ubi sententia manifesto postulat DISSE *se*, et est ἰδεῖν in optimo Codice superscriptum, sed litor argutari maluit, quasi et alibi εἰδέναι pro ἰδεῖν recte et dine diceretur, veluti pag. 175. τῷ ἐν Γαδείροις καὶ ἡμεῖς ΙΔΑΜΕΝ ὅμοιον ἐν Αἰγύπτῳ, ubi bonus liber εἴδομεν servavit, od etiam contra omnes libros restitui oportebat. Strabo deni-e *constanter* ἴσμεν solet dicere, non οἴδαμεν. Apertius etiam litor fallitur pag. 13. ὁ μηδὲ εὐθεῖαν γραμμὴν ἢ περιφερῆ δὲ κύκλον ΕΙΔΩC, id est ἐπιςάμενος, non ἰδών.

Pag. 54. ὥςε εἰ διακόψειε τὸ μεταξὺ χωρίον ἐπικλυσθῆναι ἂν ταντα τὸν περὶ Αἴγιναν τόπον καὶ αὐτὴν Αἴγιναν καὶ [αὐτὰς] ς πλησίον νήσους. Dele importunum αὐτάς. Contra revoca cessarium articulum: καὶ αὐτὴν ΤΗΝ Αἴγιναν.

Pag. 56. Ἵππαρχος δ' αἰτιᾶται τί δήποτε οὐχὶ τῇ κατὰ τὰς ήλας ἐκρύσει μεθιςαμένη ἐκεῖσε ἡ καθ' ἡμᾶς θάλαττα συμμεθίςΑ τὴν σύρρουν αὐτῇ γενομένην τὴν Ἐρυθράν. Pro συμμεθίςα liores libri συμμεθιςάναι servant. Frustra corrigunt συμμεθίςα, ia manifestum est *praesens* tempus requiri, quod quum senti-

rent veteres correctores alius *συμμεθίσησι* de suo reposuit, alius *συμμεθισᾷ*. Latebat *συμμεθισάνΘΙ*. Sequiores pro *ἱσάναι* aut *ἱσᾶν* dicebant aut *ἱσάνειν*. cf. *Nov. Lectt.* pag. 152. Strabo in multis formis vitiosam aequalium *συνήθειαν* sequitur, ut alio loco ostendemus.

Pag. 58. *Ποσειδῶνος ἀσφαλίου ἱερόν*. Barbarum est *ἀσφάλιος*, ut *μεγάλιος* et *καθάριος*. Graecum est *ἀσφάλΘΙος*, *μεγάλΘΙος*, *καθάρΘΙος*. Aristophanes noto loco:

οἷς Ποσειδῶν ἀσφάλειός ἐστιν ἡ βακτηρία.

Sexcenties apud Kramerum et Müllerum ΘΙ et Ι contra constantem dicendi usum confunduntur.

Misere corruptus et truncatus est locus Strabonis pag. 65. (Eratosthenes) *οὐχ ὁρᾶν φησὶ πῶς ἂν εἰς πράγματΑ κατασρέφοι ἡ ζήτησις αὕτη ἀλλὰ μόνον ΘΡΙΝΔΙΑΙΤΩΝΤΩΝ ΜΑΛΛΟΝ κατὰ Δημόκριτον εἶναι*. Insanabile ulcus esset nisi aliunde clara lux affulsisset. Nempe iocoso Democriti dicto alii quoque usi quid dixerit homo hilaris et festivus patefacient. Audi primum Plutarchum in *Symposiacis* pag. 614. *τὰς ψυχὰς αἱ μὲν ἐλαφρᾶ ζητήσεις ἐμμελῶς καὶ ὠφελίμως κινοῦσιν, ἐριδανταίων δὲ κατὰ Δημόκριτον καὶ ἱμαντελικταίων λόγους ἀφετέον*. Compone cum his verba Clementis Alexandrini pag. 328. *ζητήσεις ἐριστικὰς ἐκπορίζοντες λεξειδίων θηρητῆρες, ζηλωταὶ τεχνυδρίων, ἐριδαντέες καὶ ἱμαντελικτέες, ὡς ὁ Ἀβδηρίτης ἐκεῖνός φησιν*. Dudum intellectum est a Plutarcho scriptum esse: *ἐριδαντέων δὲ κατὰ Δημόκριτον καὶ ἱμαντελικτέων λόγους*. Simul luce clarius est in quem errorem se induerit Clemens qui ex *ἐριδαντέων καὶ ἱμαντελικτέων* pro *ἐριδάνται καὶ ἱμαντελίκται* dormitans substituerit *ἐριδαντέες καὶ ἱμαντελικτέες*, de qua re diximus *ἐν τῷ λογίῳ Ἑρμῇ* pag. 207. sqq. Iam vero hoc quoque luce clarius est apud Strabonem in *ἔριν διαιτώντων* latere *ἐριδαντέων* et totum locum sic in integrum restitui oportere, ut scribatur: *οὐχ ὁρᾶν φησὶ πῶς ἂν εἰς πρᾶγμά ΤΙ κατασρέφοι ἡ ζήτησις αὕτη ἀλλὰ μόνον ἐριδαντέων καὶ ἱμαντελικτέων κατὰ Δημόκριτον εἶναι*. Pro *εἰς πρᾶγμά τι κατασρέφει* in vicinia bis dixit *εἰς πραγματικόν τι κατασρέφειν*, quod est plane idem.

Neque nunc difficile est Strabonis manum reperire in sqq.

πότερον οὖν οἱ πρῶτοι διορίσαντες τὰς τρεῖς (ἠπείρους), ἵνα ἀπὸ τῶν ἐσχάτων ἄρξωμαι, ΔΙΑΙΤΩΝΤΕC τὴν ἔριν μὴ κατὰ Δημόκριτον ἀλλὰ κατ' αὐτόν κτέ. Estne perspicuum olim scriptum fuisse: ἐριδάνται ὄντες μὴ κατὰ Δημόκριτον κτέ.?

Strabo fatetur pag. 66. πολλοὺς καὶ τῶν Ἑλλήνων εἶναι κακοὺς καὶ τῶν βαρβάρων ἀγαθούς, καθάπερ Ἰνδοὺς καὶ ΑΡΙΑΝΟΤC, ἔτι δὲ Ῥωμαίους καὶ Καρχηδονίους οὕτω θαυμαστῶς πολιτευομένους. Quam indigni sint hoc honore Ariani Meineke ex ipso Strabone pag. 130 ostendit: χώρα συχνὴ Φαύλως οἰκουμένη διὰ λυπρότητα ὑπ' ἀνθρώπων τελέως βαρβάρων· καλοῦσι δ' Ἀριανούς. Itaque *Armenios* substituebat. Res ipsa declarat Αἰγυπτίους nominari debuisse, quos Strabo laudat et alibi passim et pag. 103.

Pag. 70. περὶ ὧν Ὕτερος τὸν ἕτερον ἐλέγχει, nisi articulum addideris inepte dictum erit. Scribe igitur: Ἄτερος τὸν ἕτερον. Eodem modo et alibi peccatum.

Pag. 73. τὴν Ἀρίαν εὐοινίᾳ ὑπερβάλλειν, ἐν ᾗ γε καὶ εἰς τριγΕΝΕΙαν παραμένειν ἐν ἀπιττώτοις ἄγγεσι τὸν οἶνον. Legendum εἰς τριγΟΝΙαν, sic enim in tali re dici consuetum est, sive de hominibus sermo est, sive de vino. Strabo pag. 179. διὰ τριγονίας ἐκ πολιτῶν γεγονώς. et pag. 190. μέχρι τριγονίας. et pag. 516. de hac ipsa regione dicit: εὐοινεῖ δὲ σφόδρα ἡ γῆ· καὶ γὰρ εἰς τριγονίαν παραμένει ἐν ἀπιττώτοις ἄγγεσιν.

Pag. 78. ἡ ἐξῆς ἔφοδος ἐκ μὴ διδομένου λήμματος οὐκ ἂν ἐπεραίνεΤΟ. Leg. ἐπέραινΕ. Certo enim et constanti usu in ea re περαίνειν ponitur et οἱ περαίνοντες λόγοι. Περαίνεσθαι in foeda libidine usurpatur. Unde iocum ex ambiguo quaesivit philosophus apud Lucianum XXXVII. 15. νεανίσκου ὡραίου ἐρεσχηλοῦντος αὐτὸν καὶ προτείνοντος ἐρώτημά τι σοφιστικὸν καὶ κελεύοντος εἰπεῖν τοῦ συλλογισμοῦ τὴν λύσιν· ἓν, ἔφη, οἶδα, τέκνον, ὅτι περαίνΕΙ. vid. *Var. Lectt.* pag. 40.

Strabo pag. 80. ἀπὸ — ΠερσεπόλΕΩC καὶ τῶν ὁρίων τῆς Περσίδος. Pro καί reponunt μέχρι, at tu ἕως rescribe, quod cur

perierit vides. cf. pag. 21. *τὰ περὶ τὴν Λυκίαν ἕως Πισιδίας*, et alibi saepius.

Pag. 87. *φήσας εἰ μὲν παρὰ μικρὰ διαστήματα ὑπῆρχεν ὁ ἔλεγχος συγγνῶναι ἄν* [*ἦν*]. Expunge molestum *ἦν*, quod verborum compositionem vitiat. Dixit *se veniam daturum fuisse.*

Pag. 90. *κελεύει ἡμᾶς τοῖς ἀρχαίοις πίναξι προσέχειν δεομένους παμπόλλῳ τινὶ μείζονος ἐπανορθώσεως ἢ ὁ Ἐρατοσθένους προσδεῖται.* Imo vero *quam* QUA *Eratosthenis tabula indiget*, *ἢ* ΗC *ὁ Ἐρατοσθένους κτἑ.*

Pag. 96. *διόπερ οὐλότριχας — καὶ προχείλΟΤC καὶ πλατύρινας γεννᾶσθαι.* Graphice Mauros describit sed barbarum est *πρόχειλος.* Nihil aliud ex *τὸ χεῖλος* nasci potuit quam *προχειλής*, quamobrem *προχειλεῖς* restituendum. Ex neutris in — ΟC exeuntibus formatur ingens adiectivorum copia, quae sine ulla exceptione omnia in — *ής* terminantur.

Pag. 101. *ὁ δὲ γνωρίσας οὐχὶ θαυμασΤός; ὁ δὲ πιστεύσας οὐ θαυμασΙώτερος;* Comparativus demonstrat *θαυμάσΙΟC* esse emendandum. *Θαυμάσιος* ironicum est et habet lenem et urbanam derisionem, ut in *ὦ θαυμάσιε.* Hinc intelligimus Strabonem pag. 100. pro *θαυμασΤὸς δὴ κατὰ πάντα ἐστὶν ὁ Ποσειδώνιος*, scripsisse *θαυμάσΙος.*

Post pauca legitur: *ἀλλ' οὐκ ἐΞΟΝ ἦν ἄνευ προστάγματος ἐξ Ἀλεξανδρείας ἀνάγεσθαι.* Scrib. *οὐκ ἐξῆν.*

Pag. 102. laudatur Posidonius quod recte demonstravit *τὸ ἐξαίρεσθαι τὴν γῆν ποτὲ καὶ ἰζήματα λαμβάνειν καὶ μεταβολὰς τὰς ἐκ τῶν σεισμῶν καὶ τῶν ἄλλων τῶν παραπλησίων.* Laudatur quod fieri posse dixit ut Platonis insula Atlantis non sit purum putum commentum (*πλάσμα*), *καὶ τοῦτο οἴεται βέλτιον εἶναι λέγειν ἢ διότι ὁ πλάσας αὐτὴν ἠφάνισεν ὡς ὁ ποιητὴς τὸ τῶν Ἀχαιῶν τεῖχος.* Tangitur his Aristoteles, ut apparet pag. 598 *νεωστὶ γὰρ γεγονέναι φησὶ τὸ τεῖχος* (*ἢ οὐδ' ἐγένετο, ὁ δὲ πλάσας ποιητὴς ἠΦάνισεν, ὡς Ἀριστοτέλης φησίν*). Apertum est ex

his Aristotelem fabulam de Atlantide totam a Platone fictam esse existimare eamque ut alia quaedam Platonis τερετίσματα suaviter ridere, et dixisse, quemadmodum Homerus τὸ τῶν Ἀχαιῶν τεῖχος πλάσας ἠφάνισεν, sic Platonem Atlantidis insulam *finxisse primum* de nihilo et deinde *fluctibus obruisse*. Utrius sententia sit sanior, Posidonii an Aristotelis, non credo esse valde obscurum.

Sequitur: εἰκάζει δὲ καὶ τὴν τῶν Κίμβρων καὶ τῶν συγγενῶν ἐξανάςασιν ἐκ τῆς οἰκείας γενέσθαι κατὰ θαλάττης ἔφοδον οὐκ ἀθρόαν συμβᾶσαν. Qui hunc locum compararunt cum pag. 293. obliti sunt de qua re agatur. Posidonius multis exemplis declaravit saepe fieri aut terrae motu aut similibus quibusdam causis ut terra in altum extollatur, vel considat, vel huiuscemodi magnae mutationes et rerum conversiones fiant. Commemorat Platonis Atlantidem, quam dicit non esse dissimile veri fluctibus submersam et plane obrutam fuisse. Deinde de Cimbris loquitur, nempe ut pateat migrasse eos ex avitis sedibus maris repentino impetu coactos. Quo pacto igitur in hac sententiarum coniunctione scribere potuit id quod docti suspicantur, Cimbros non vim aquarum effugisse, sed latrocinandi causa regiones longe dissitas petivisse. Pugnat id cum Strabonis manifesta sententia. Aliud igitur quaerendum. In libris quod est, lacuna laborat sic fere supplenda:

γενέσθαι κατὰ θα
λάττης ἔφοδον οὐ κ
(ατὰ τὸ εἰωθὸς ἀλλ')
ἀθρόαν συμβᾶσαν.

haec demum cum Strabonis argumentatione bene coeunt et coniectura Posidonii pag. 293 alio spectat, nempe ut ostendat τοὺς Κίμβρους et τοὺς Κιμμερίους τοὺς περὶ τὴν Μαιῶτιν non esse diversos nomine tantum leviter mutato.

Sed gravissimum omnium vitium obsidet ea quae continuo sequuntur. Ponit τὸ τῆς οἰκουμένης μῆκος esse ἑπτά που μυριάδων ςαδίων — ὥςε (φησὶν) ἀπὸ τῆς δύσεως ΕΤΡΩΙ πλέων ἐν τοσαύταις μυριάσιν ἔλθοι ἂν εἰς Ἰνδούς. Interpretes nil suspicantur mali et bona fide vertunt: „*itaque ab occasu* EURO *spirante*

navigans tantum spatium ad Indos perveniat." Olim sensit vitium Bakius meus *de Posidon.* pag. 91. „*Quis unquam ab occidente* EURO *navigavit? Repone* Ζεφύρῳ" Posidonius ipse id sciebat optime, qui ex Hispania traiiciens in Italiam Euro reflante tres menses in hoc itinere consumsit, ut ipse testatur apud Strabonem pag. 212. Sed Ζεφύρῳ non est vera lectio; plane enim otiosa est et inutilis Zephyri in ea re commemoratio. Aliud quid latet. In libris est εὖρωι πλέων, εὖρος πλέων, εὖρο πλέη. Scripserat Strabo ut in tali re solet: ὥστε ἀπὸ τῆς δύσεως ЄΥΘΥΠΛΟΩΝ (εὐθυπλοῶν) — ἔλθOIC (vel ἔλθοι ἄν TIC) εἰς Ἰνδούς. Qui Strabonem lectitarunt meminerunt quam saepe εὐθυπλοίᾳ et εὐθυπλοεῖν in simili argumento dicat, ut pag. 498. διέχει δὲ — εὐθυπλοοῦσι δισχιλίους σταδίους. et pag. 595. ἔστι δὲ τὸ μῆκος — εὐθυπλοούντων ἑξήκοντα σταδίων, et sic nihil difficultatis superest.

Strabo pag. 102. θετικὴν ποιούμενος τὴν ζήτησιν πρὸς οὐδὲν χρησίμΩC. Graeci constanter dicebant πρὸς οὐδὲν χρήσιμON, et Strabo loquitur ut omnes solebant.

Admirabilis est Madvigii emendatio pag. 110. ἀνατέλλοντα μὲν γὰρ ὁρᾷ ἥλιον —, τίνα δὲ τρόπον οὐκ ἐπισκοπεῖ. — τάχα δ' ἐπισκοποῖ (meliores libri ἐπισκοπεῖ) μὲν ἄν τι, δόξει δ' ἐν τοῖς μαθηματικῶς λεγομένοις. Felici acumine hinc eruit: τάχα δ' ἐπισκοπεῖ μὲν, ἀντιδοξεῖ δὲ τοῖς μαθηματικῶς λεγομένοις· Trita verba sunt ὁμοδοξεῖν et ἀντιδοξεῖν.

Pag. 116. τὴν Βρεττανικὴν ἔχειν δυνάμενοι Ῥωμαῖοι κατεφρόνησαν. — πλέον γὰρ [ἂν] τῶν τελῶν δοκεῖ προσφέρεσθαι νῦν ἡ φόρος δύνATAI συντελεῖν. Rectissime ἄν expunxerunt, sed non senserunt in vicinia cum sententiae damno ἄν desiderari. Lege ἢ ὁ φόρος δύνAIT' ᾶN συντελεῖν. Idem error in eadem re commissus est pag. 200. τοὐλάχιστον μὲν γὰρ ἐνὸς τάγματος χρήζοι ἂν (Britannia) καὶ ἱππικοῦ τινὸς ὥστε καὶ φόρους ἀπάγεσθαι παρ' αὐτῶν, εἰς ἴσον δὲ καθίστATO ΠAN τὸ ἀνάλωμα τῇ στρατιᾷ τοῖς προσφερομένοις χρήμασι. Rectissime Kramer. emendavit καθίστAIT' AN τὸ ἀνάλωμα.

STRABO pag. 121. ὅπερ εἶπε Δημοσθένης ἐπὶ τῶν περὶ Ὄλυνθον (πόλεων), ἃς οὕτως ἠφανίσθαι φησὶν ὥςε μηδ' εἰ πώποτε ὠκΙCθησαν γνῶναι ἄν τινα ἐπελθόντα. Mendosum est ὠκίσθησαν. Demosthenes pag. 117. 20. δύο καὶ τριάκοντα πόλεις ἐπὶ Θρᾴκης ἐῶ, ἃς ἁπάσας οὕτως ὠμῶς ἀνῄρηκεν (ὁ Φίλιππος) ὥςε μηδ' εἰ πώποτ' ὠκΗθησαν προσελθόντ' εἶναι ῥᾴδιον εἰπεῖν. Saepius ut in aliorum libris sic et apud Strabonem H et IC confunduntur. vid. Meinek. *Vindic.* pag. 60. ubi recte νυμφοςολΗθείσας emendavit pro νυμφοςολΙCθείσας.

STRABO pag. 135. τὰ δ' ἐπέκεινα — οὐκέτι χρήσιμα τῷ γεωγράφῳ ἐςίν. ὁ δὲ βουλόμενος καὶ ταῦτα μαθεῖν καὶ ὅσα ἄλλα τῶν οὐρανίων Ἵππαρχος μὲν εἴρηκεν, ἡμεῖς δὲ παραλείπομεν διὰ τὸ ΤΡΑΝΟΤΕΡΑ εἶναι τῆς νῦν προκειμένης πραγματείας, παρ' ἐκείνου λαμβανέτω. Cur se Strabo astronomica haec omittere scribit? An διὰ τὸ τρανότερα εἶναι, vel ἀτρανότερα aut ἀμαυρότερα, ut Madvigio videtur *Advers. Crit.* pag. 531? Nihil minus, sed quia ad rem suam nihil faciebant: οὐκέτι χρήσιμα τῷ γεωγράφῳ ἐςίν. et post pauca: οὐδὲν ὄντας πρὸς τὴν γεωγραφίαν. Itaque corrigendum: διὰ τὸ ΑΛΛΟΤΡΙΑ εἶναι, *quia sunt a proposito meo* ALIENA.

Recurrit idem mendum in vicinis: ΤΡΑΝΟΤΕΡΑ δ' ἐςὶ καὶ τὰ περὶ τῶν περισκίων καὶ ἀμφισκίων καὶ ἑτεροσκίων, ἃ φησι Ποσειδώνιος, ΌΜΩC γε καὶ τούτων τό γε τοσοῦτον ἐπιμνηςέον. Haec quoque a Strabonis consilio *abhorrebant:* Ἀλλότρια δ' ἐςὶν — ὅμως γε κτέ.

Scriba alias res agens facile potuit ΤΟΑΛΛΟΤΡΙΑ et ΤΡΑΝΟΤΕΡΑ inter se permutare.

Pag. 137. ἔχει δὲ ςαδίων ἑξακισχιλίων ὁμοῦ τὸ μῆκος. Ut constanter σχεδόν τι Strabo scribit, sic et ὁμοῦ τι ubi *fere*, *propemodum* postulat sententia. Saepe ὁμοῦ τι in libris recte legitur, saepius τι negligenter ut h. l. omissum est. vid. pag. 190 et 358.

STRABO pag. 138. θύειν δ' οὐκ εἶναι νόμιμον οὐδὲ νύκτωρ ἐπιβΑΙΝΕΙΝ τοῦ τόπου· — ἀλλὰ τοὺς ἐπὶ θέαν ἥκοντας ἐν κώμῃ πλησίον νυκτερεύειν εἶτ' ἐπιβΑΛΛΕΙΝ ἡμέρας. Absurdum est

ἐπιβάλλειν, sed quid Strabo scripserit vides. Occupavit, ut nunc video, Müllerus emendare ἐπιβαίνειν ἡμέρας.

Pag. 139. σοφώτατοι δ' ἐξετάζονται τῶν Ἰβήρων οὗτοι (Turdetani) καὶ γραμματικῇ χρῶνται (id est *litterarum usum habent* sive *tenent scribendi artem*, γραμμάτων ἔμπειροί εἰσιν), καὶ τῆς παλαιᾶς μνήμης ἔχουσι συγγράμματα καὶ ποιήσεις καὶ νόμους ἐμμέτρους ἑξακισχιλίων ἐτῶν, ὥς φασιν. Meineke: „*quis credat tanta antiquitate Iberos gloriatos esse? at scribendum sine dubio* ἑξακισχιλίων ἐΠῶν." Apud barbaros quidem in tali re gloriandi nec pudor nec modus est, neque cogitavit Meineke cur ὥς φασι sit additum, quibus verbis satis indicat Strabo horum se nihil credere.

In eadem re Graeci non sunt multo saniores quam barbari. Plato in *Timaeo* pag. 23. E. serio videtur credere sacerdotibus quibusdam Aegyptiis magna cum gravitate dicentibus: παρ' ἡμῖν ἐν τοῖς ἱεροῖς γράμμασιν ὀκτακισχιλίων ἐτῶν ἀριθμὸς γέγραπται, et fabulam de insula Atlantide ex tam vetustis literarum monumentis ad Solonis aetatem propagatam et Posidonius et Strabo veram esse credebant. vid. Strabonem pag. 102.

Pag. 140. τὸ τῆς ΦωσΦόρου ἱερόν, ἣν καλοῦσι ΛΟΤΚΕΜ ΔΟΤΒΙΑΝ. Retinuerat non semel, sed bis formam Latinam λοῦκεμ δουβίαM. Divisim scribe pag. 213 Νόβουμ Κώμουμ.

STRABO pag. 142. τὸ περιττεῦον τῶν καρπῶν ἀπεμπολεῖται ῥᾳδίως. Faex Graeculorum dicebat ἀπεμπολεῖν, aut etiam peius ἀπεμπωλεῖν, de forma πωλεῖν cogitantes. Strabo ut omnes veteres ἀπεμπολᾶται dixerat.

Pag. 144. de Turdetanorum opibus Strabo: καὶ κηρὸς δὲ — ἐξάγεται καὶ κόκκος πολλὴ καὶ μίλτος οὐ χείρων τῆς Σινωπικῆς [γῆς]. Dele γῆς, nam cogitando supplendum μίλτου, ut recte post pauca scribitur: οὐ χείρων τῆς Ποντικῆς.

In vicinia quis credat Strabonem scribere potuisse: ἄφθονος δὲ καὶ βοσκημάτων ΑΦΘΟΝΙΑ παντοίων? at tu corrige: ἄφθενος — ΦΟΡΑ παντοίων. Compara pag. 145. φορᾶς τῆς βαλάνου γενομένης φορὰν καὶ τῶν θύννων εἶναι. et pag. 197. de Druidis:

Δρυΐδαι δὲ — δικαιότατοι νομίζονται, — τὰς δὲ φονικὰς δίκας μάλιστα τούτοις ἐπετέτραπτο δικάζειν. ὅταν τε Φορὰ τούτων ἡ Φορὰν καὶ τῆς χώρας νομίζουσιν ὑπάρχειν. Mirifico errore Meineke Φορὰ τούτων ita accepit quasi esset Φορὰ τῶν φονικῶν δικῶν. Τούτων est τῶν Δρυϊδῶν, ut apud Demosthenem noto loco Φορὰ προδοτῶν.

Praeterea flagitante sententia lege νομίζουσιν ὑπάρξειν.

Deinde quae de *cuniculis* scribit, quos scite γεωρύχους λαγιδίας appellat, componenda sunt cum Polybii et Posidonii testimoniis apud Athenaeum pag. 400 sqq.

In loco de cuniculorum venatione leve vitium adhaesit. Editur: γαλᾶς ἀγρίας Φιμώσαντες παρίασιν εἰς τὰς ὀπάς. imo vero παριᾶσιν, ne ipsi venatores in cuniculorum subterraneas latebras introiisse dicantur.

Strabo pag. 145. ad Carteiam pisces ingentes capi narrans addit: ἐν δὲ τοῖς ἐξωτέροις τόποις καὶ μείζους ὀγδοήκοντα μνῶν τὴν σμύραιναν καὶ τὸν γόγγρον, ταλαντιαῖον δὲ τὸν πολύποδα. Intelligisne quid sit μείζους ὀγδοήκοντα μνῶν? Non opinor, quia non de *magnitudine* piscium sed de *pondere* sermo est, ut in ταλαντιαῖον δὲ τὸν πολύποδα. Scriptum erat 'ΟΓΔΟΗΚΟΝΤΑΜΝΩΝ, quod male divisim scripserunt ὀγδοήκοντα μνῶν quum uno verbo ὀγδοηκοντάμνων scriptum oporteret, ut δίμνως, τρίμνως, δεκάμνως, εἰκοσίμνως. Deinde, ut fit, error errorem peperit et μείζους est a correctore interpolatum.

Pag. 146. οὐχ ἥκιστα [ἀλλὰ καὶ μάλιστα] ἀποδέξαιτ' ἄν τις — τὸ περὶ τὰς μεταλλείας εὐφυές. Sine mora delendum insulsum emblema. Perinde est ac si diceretur: μάλιστα ἀλλὰ καὶ μάλιστα, namque inter μάλιστα et οὐχ ἥκιστα nullum prorsus discrimen est.

Multa eorum quae Strabo h. l. ex Posidonio descripsit, etiam a Diodoro ex eodem descripta sunt omisso nomine libro V et nonnulla indidem Athenaeus expromsit: quibus omnibus inter se comparatis Strabonis oratio hic illic emendatior fieri poterit. Athenaeus scribit pag. 233. E. τὸ μέντοι γε πολὺ τούτου βαθείαις καὶ κακοπάθοις (κακοπαθέσι) μεταλλείαις εὑρίσκεται κατὰ τὸν

Φαληρέα Δημήτριον ἐλπιζούσης τῆς πλεονεξίας ἀνάξειν ἐκ τῶν μυχῶν τῆς γῆς αὐτὸν τὸν Πλούτωνα· χαριεντιζόμενος γοῦν φησὶν ὅτι „πολλάκις καταναλώσαντες τὰ φανερὰ τῶν ἀδήλων ἕνεκα ἃ μὲν ἔμελλον οὐκ ἔλαβον, ἃ δ' εἶχον ἀπέβαλον, αἰνίγματος τρόπον ἀτυχοῦντες." Strabo pag. 147. πραττίθησι (Posidonius) τὸ τοῦ Φαληρέως ὅτι φησὶν ἐκεῖνος ἐπὶ τῶν Ἀττικῶν ἀργυρείων οὕτω συντόνως ὀρύττειν τοὺς ἀνθρώπους ὡς ἂν προσδεκώντων αὐτὸν ἀνάξειν τὸν Πλούτωνα. Haec quidem sana sunt sed vitium conceperunt vicina: ἐκείνοις μὲν (Atheniensibus) αἰνίγματι ἐοικέναι τὴν μεταλλείαν· ὅσα μὲν γὰρ ἀνέλαβον, φησὶν, οὐκ ἔλαβον, ὅσα δὲ εἶχον ἀπέβαλον. Sensu cassa haec sunt, sed vera lectio ab Athenaeo sumenda: ὅσα μὲν γὰρ ΥΕΜΕΛΛΟΝ οὐκ ἔλαβον.

Post pauca scribit Strabo: τὴν δὲ γῆν ταύτην φέρειν τοὺς ποταμούς· τὴν δὲ σκαλίσι τὰς γυναῖκας διαμώσας πλύνειν ἐν ἠθητηρίοις πλεκτοῖς * ἐπὶ κίσην. Boni libri πλεκτοῖς επιστην sine sensu, sed nihilo melius est ἐπὶ κίσην, quod docti homines reposuerunt. Posidonius apud Athenaeum l. l. dicit: τὰ τοπάμια τὰ τυχόντα ψήγματα χρυσοῦ καταφέρει καὶ ταῦτα γυναῖκες καὶ ἄνδρες ἀσθενεῖς τὰ σώματα σὺν ταῖς ἄμμοις ὑποψήχοντες διισᾶσι καὶ πλύναντες ἄγουσιν ἐπὶ τὴν χώνην. Itaque Straboni redde: πλύνειν ἐν ἠθητηρίοις πλεκτοῖς (εἶτα ἄγειν) ἐπὶ ΤΗΝ ΧΩΝΗΝ.

Quod scribit Strabo ibid. τούτοις δὲ ὑπεράγαν λυσιτελῆ (εἶναι τὴν μεταλλείαν. male Meineke λυσιτελεῖν)· τοῖς μὲν χαλκουργοῖς τέταρτον μέρος ἐξάγουσι τῆς γῆς τὸν χαλκὸν, τῶν δὲ ἀργυρευόντων τῶν ἰδιωτῶν ἐν τρισὶν ἡμέραις Εὐβοϊκὸν τάλαντον ἐξαίρουσι apud Diodorum sic scribitur V. 36. οἱ μὲν ἐργαζόμενοι τὰ χαλκουργεῖα τὸ τέταρτον μέρος χαλκοῦ καθαροῦ ἐκ τῆς ὀρυττομένης γῆς λαμβάνουσι, τῶν δ' ἀργυρευόντων τινὲς ἰδιωτῶν ἐν τρισὶν ἡμέραις Εὐβοϊκὸν ἐξαίρουσι τάλαντον. unde Straboni reddidit Meineke: τῶν δὲ ἀργυρευόντων τισὶν ἰδιωτῶν.

Mendosa est in proximis Strabonis oratio haec: καὶ πρὸς τοὺν ἐν αὐταῖς ἁπαντῶντας ποταμοὺς πολλάκις τοῖς Αἰγυπτίοις ἀναντλούντων κοχλίαις. De eadem re Diodorus V. 37. ἐνίοτε δὲ καὶ κατὰ βάθος ἐμπίπτουσι ποταμοῖς ῥέουσιν ὑπὸ τὴν γῆν. — ἀπαρύτουσι γὰρ τὰς ῥύσεις τῶν ὑδάτων τοῖς Αἰγυπτιακοῖς λεγομένοις κοχλίαις, οὓς Ἀρχιμήδης ὁ Συρακόσιος εὗρεν ὅτε παρέβαλεν εἰς Αἴγυπτον. Nisi complura apud Strabonem exciderunt restitui

poterit sententia si *πρός* expunxeris, ut coniungantur *καὶ τοὺς ποταμοὺς — ἀναντλούντων.*

Apud Strabonem pag. 149. egregie Madvigius *Adv. Crit.* pag. 532. in loco conclamato insperatam lucem nobis attulit supplendo lacunam in hunc modum: — *τῶν ἐκ τοῦ Τρωϊκοῦ πολέμου περιγενομένων.* (*Τῶν γὰρ Τρωϊκῶν χρονίων γενομένων*) *καὶ ἐπ' ἴσης κακωσάντων τούς τε πολεμηθέντας καὶ τοὺς ἑλόντας τὴν Τροίαν — συνέβη τοῖς τε περιλειφθεῖσι — ΚΑΤΑ λῃστείας τρέπεσθαι καὶ τοῖς Ἕλλησιν.*

Pag. 150. *συνέβη τοῖς περιλειφθεῖσιν ἀπελθοῦσιν ἐκ τῶν κινδύνων* ΚΑΤΑ *λῃστείας τρέπεσθαι.* Mendosum est *κατά.* Usitatum est et caeteris et Straboni dicere ΠΡΟC vel 'ΕΠΙ *λῃστείας τρέπεσθαι*, ut pag. 193. *ἐπὶ λῃστείαν τραπέσθαι.* pag. 180. *τετραμμένων ἤδη πρὸς πολιτείας καὶ γεωργίας.* et sic alibi passim.

Pag. 155. *αἱ γυναῖκες δὲ ἐν — ἀνθιναῖς ἐσθήσεσι διάγουσιν.* Tralaticium in libris mendum hoc est ut 'ΕCΘΗCΙ convertatur in formam *barbaram ἐσθήσεσι.* ut in Lucae *Euang.* XXIV. 4. et alibi passim.

Pag. 158. *καὶ λιμένι καὶ λίμνῃ κεκόσμηται* (Carthago nova) *καὶ τοῖς* [*τῶν ἀργυρίων*] *μετάλλοις, περὶ ὧν προειρήκαμεν.* Graecum est *τὰ ἀργυρεῖα, τὰ χρυσεῖα argentifodinae, aurifodinae* et sim., sed nemo *τὰ τῶν ἀργυρείων μέταλλα* umquam dixit vel dicere potuit. *Ἀργύρου* et *χρυσοῦ μέταλλα* recte dicitur, sed *ἀργυρείων μέταλλα* absurdum est. Itaque dele ineptum emblema et nihil desiderabis in verbis: *τοῖς μετάλλοις, περὶ ὧν εἰρήκαμεν.*

Pag. 162. *τὸ δὲ τελευταῖον οἱ Νομαντῖνοι πολιορκούμενοι* Δ*ιεκαρτέρησαν πλὴν ὀλίγων τῶν ἐνδόντων τὸ τεῖχος.* Sine controversia mendosum est *διεκαρτέρησαν* Itaque Meineke *'Απεκαρτέρησαν* reponebat; sed *ἀποκαρτερεῖν* certo et constanti et frequentissimo usu de iis dicitur qui *sua sponte cibo abstinent* et *vita inedia finiunt.* Historia Numantinorum postulat ut rescribatur: *οἱ Νομαντῖνοι — λιμῷ διεφθάρησαν*, et sic demum intelligitur *πλὴν ὀλίγων.*

Scribit Strabo de Celtiberis pag. 163. ἄγριοι οἱ κατὰ κώμας οἰκοῦντες — αἱ δὲ πόλεις ἡμεροῦσιν οὐδ' αὗται (leg. αὐταὶ) ῥᾳδίως. Frustra Madv. *Adv.* 534. coniicit εὐημεροῦσιν. Ἡμεροῦσιν enim non accipitur pro ἡμεροῦνται sed pro ἡμέρους ποιοῦσιν. De feritate morum Strabo loquitur: „*rustici* (inquit) *sunt agrestes et urbes nec ipsae emolliunt mores.*" Praeterea εὐημερεῖν de oppido non dicitur. Homines εὐημεροῦσι qui *populo placent*, oratores, poëtae, histriones.

Passivum ἡμεροῦσθαι legitur pag. 126. καὶ τὰ Φαύλως οἰκούμενα καὶ λῃστρικῶς ἡμεροῦται.

Pag. 166. ἡ δὲ λοιπὴ (Ἰβηρία) Καίσαρός ἐστι· πέμπονται δ' Ἀπ' αὐτοῦ δύο πρεσβευταί. Pessime sic editur pro Τπ' αὐτοῦ. Passim sic in Strabone peccatur, et nonnumquam contra. Vid. pag. 182. γυμνοῦσθαι καὶ ὅπλων καὶ ἐσθῆτος Ἀπὸ τῆς ἐμπνοῆς. pag. 244. φθειρομένους Ἀπὸ τῶν ἀναφερομένων ἀέρων. pag. 248. Ἀπὸ δὲ τοῦ ἤχου τοὺς ἐν τῇ ἠπείρῳ φεύγειν. Contra pag. 271. ὀνομάσθαι δ' Τπὸ Ἀμφιλόχου male pro ἀπό. Sexcenties alibi sic peccatur.

Pag. 170. ἐνταῦθα δὲ θύσαντας μὴ γενομένων καλῶν τῶν ἱερείων ἀνακάμψαι πάλιν. et post pauca: μὴ γενομένων δὲ πάλιν καλῶν τῶν ἱερείων ἐπανελθεῖν οἴκαδε. Bis reponendum ἱερῶν pro ἱερείων. Solemnis haec et perfrequens in libris confusio est. Est tamen aliquid inter *sacra* et *victimas*. cf. *Nov. Lectt.* pag. 477. et 736.

Pag. 175. πλημμυρεῖν γὰρ ἔσθ' ὅπου ΤΕ καὶ χωρὶς ὄμβρων καὶ χιόνων. Expungi volunt τε, at tu scribe ἔσθ' ΟΤΕ, *nonnumquam*, *interdum*, idem quod ἐνίοτε. Non est huius loci *alicubi* ἔσθ' ὅπου.

Strabo pag. 176. scribit praeter Aquitanos reliquos Gallos non esse omnes ὁμογλώττους ἀλλ' ἐνίους μικρὸν παραλλάττοντας ταῖς γλώτταις· καὶ πολιτεία δὲ καὶ οἱ βίοι μικρὸν ἐξηλλαγμένοι εἰσίν. Scribendum: — γλώτταIC. AI πολιτεῖAI δὲ καὶ οἱ βίοι. Molestum καί ortum est ex ICAI. Requiritur pluralis et articulus abesse non potest.

STRABO pag. 180. de aquis Sextiis scribit: *Σέξτιος — κτίσας πόλιν ὁμώνυμον ἑαυτοῦ τε καὶ τῶν ὑδάτων τῶν θερμῶν.* Pro *ΟΜώνυμον* legendum *ΕΠώνυμον*, ut pag. 185. *ὁ Ὀξύβιος λιμὴν ἐπώνυμος τῶν Ὀξυβίων Λιγύων*, et alibi passim. Facillime distinguuntur *ὁμώνυμος* et *ἐπώνυμος* vel hoc indicio quod *ὁμώνυμος* ex rei natura *dativum* postulat, *ἐπώνυμος genitivum*. Quam facile haec confundantur ostendet Meineke *Vindic.* pag. 197. Sic et pag. 544 mendose editur: *ὁμώνυμος τῆC Cυνῳκικυίας Ἄμαςρις* pro *τῇ συνῳκικυίᾳ*.

Pag. 180. *συχνὰ τῶν ἀκροθινίων, ἃ ἔλαβον καταναυμαχοῦντες ΑΕΙ τοὺς ἀμφισβητοῦντας τῆς θαλάττης ἀδίκως.* Non est simile veri Massilienses in omnibus proeliis navalibus contra omnes *semper* victores fuisse. Transpone *ἀεί* in hunc modum: *καταναυμαχοῦντες τοὺς ΑΕΙ ἀμφισβητοῦντας.* Saepe *ἀεί* post articulum sic collocatum mutat sedem, ut ad Xenophontis *Cyropaediam* et ad Demosthenem ostendimus.

STRABO pag. 181. postquam dixit primum Massiliae, deinde per totam Galliam, studia literarum et eloquentiae florere scribit: *σοφισὰς γοῦν ὑποδέχονται τοὺς μὲν ἰδίᾳ, τοὺς δὲ *πόλεις* κοινῇ μισθούμενοι.* Interpretes molestum *πόλεις* una litura delendum censuerunt, sed unde tandem irrepsisse putemus? Periit praepositionis sigla legendumque: *τοὺς δὲ (κατὰ) πόλεις κοινῇ* Etiam apud Strabonem ea de causa *κατά* et *πρός* aut confunduntur inter se aut pereunt. *Κατὰ πόλεις* eo sensu et apud alios et apud Strabonem frequens est.

Pag. 182. *ἅπασα μὲν οὖν — ἡ χώρα προσήνεμός ἐςι, διαφερόντως δ' εἰς τὸ πεδίον τοῦτο τὸ μελαμβόρειον καταιγίζει πνεῦμα βίαιον καὶ φρικῶδες. φασὶ γοῦν σύρεσθαι καὶ κυλινδεῖσθαι τῶν λίθων ἐνίους, κατακλᾶσθαι δὲ τοὺς ἀνθρώπους ἀπὸ τῶν ὀχημάτων καὶ γυμνοῦσθαι καὶ ὅπλων καὶ ἐσθῆτος ἀπὸ* (leg. *ὑπὸ*) *τῆς ἐμπνοῆς.* Alienum est a loci sententia *κατακλᾶσθαι frangi, comminui*, requiritur manifesto *deiici, praecipitem dari;* itaque *κατασπᾶσθαι* rescribendum.

Eundem auctorem, quem Strabo, sequitur in ea re Diodorus Siculus V. 26. sed nihil est in eo auxilii, ubi scribit: *πνεῖν*

εἰάθησιν ἄνεμοι τηλικαύτην ἔχοντες σφοδρότητα καὶ δύναμιν πρὸ — καθόλου δὲ κατειγίζοντες λάβρως ἀποπέζουσιν ἀπὸ μὲν τῶν ἀνδρῶν τὰ ὅπλα καὶ τὰς ἐσθῆτας, ἀπὸ δὲ τῶν ἵππων τοὺς ἱππο-βάτας. Sed nihil teste opus; κατασπᾶν est in ea re proprium et saepius eo sensu apud Strabonem legitur, ut pag. 520. ὑπ' ὀρνίθων καταπταμένους ἀπὸ τῆς κλίνης ἴδοσιν.

Apud Strabonem pag. 183 in fragmento Aeschyli ad Heraclem Prometheus ita dicit:

ἰδὼν δ' ἀμηχανοῦντά σ' ὁ Ζεὺς οἰκτερεῖ.

metrum manifesto corruptum est neque quidquam proficiunt coniectura Meinekii in *Vind. Strabon.* pag. 42.

ἰδὼν δ' ἀμηχανοῦντά CE Ζεὺς οἰκτερεῖ,

in quo similiter contra certam legem metricam a Porsono indagatam in quinta sede spondeus est. Suspicor dedisse poëtam:

ἰδὼν δ' ἀμηχανοῦντά σ' οἰκτερεῖ πατήρ.

Adscripserat ad πατήρ nescio quis ὁ Ζεύς, et hinc vitiosa scriptura orta est quum levis corrector pro οἰκτερεῖ ὁ Ζεύς substituisset: ὁ Ζεὺς οἰκτερεῖ.

Strabo scribit pag. 187. *Nemausus habet ius Latii: itaque qui aediles aut quaestores Nemausi fuissent cives Romani fiebant;* διὰ δὲ τοῦτο οὐδ' ὑπὸ τοῖς πρOCTάγμασι τῶν ἐκ τῆς Ῥώμης στρατηγῶν ἐστὶ τὸ ἔθνος τοῦτο. Codices ut solent πράγμασι pro προστάγμασι dederunt. Solemnia verba sunt εἶναι ὑπὸ τοῖς προστάγμασιν, ut εἶναι ὑπὸ ταῖς ῥάβδοις *esse sub iure virgarum* [1]). Memorabilis locus est pag. 184. Ἀντίπολις — κριθεῖσα πρὸς τοὺς Μασσαλιώτας καὶ ἐλευθερωθεῖσα τῶν παρ' ἐκείνων προσταγμάτων. et pag. 197. νυνὶ δὲ προσέχουσι τοῖς τῶν Ῥωμαίων προστάγμασι, *nunc Romanorum imperio parent.*

Sed toto coelo diversum est quod legitur pag. 304. ἀσκήσει καὶ νήψει καὶ τῷ προσέχειν τοῖς ΠΡΑΓΜΑCΙΝ ὀλίγων ἐτῶν μεγάλην ἀρχὴν κατεCτήσατο καὶ τῶν ὁμόρων τοὺς πλείστους ὑπέταξε τοῖς Γέταις, ubi Kramerus non satis hoc agens προστάγμασι

---

1) Diod. Sic. XXXVII. 12. 3. οὐ γάρ εἰμι Ῥωμαῖος ἀλλ' ὑμιCὸC ὑμῖν ὑπὸ ῥάβδοις τεταγμένος, ubi leg. ὁμοίΩC ὑμIN.

dedit. Quid sit προσέχειν τοῖς πράγμασιν et quam sit hoc utile illi, qui magno imperio velit potiri, vide apud Demosthenem pag. 41. 6. et 43. 14. Praeterea pro κατεCτήσατο iubente loci sententia repone κατεΚτήσατο.

Editur apud STRABONEM pag. 188. τοὺς θησαυροὺς τοὺς εὑρεθέντας παρ' αὐτοῖς (Tectosagis) ὑπὸ ΣΚΙπίωνος τοῦ στρατηγοῦ τῶν Ῥωμαίων ἐν πόλει Τολώσῃ, et post pauca: προσαψάμενον δ' αὐτῶν τὸν ΣΚΙπίωνα διὰ τοῦτο ἐν δυστυχήμασι καταστρέψαι τὸν βίον. Notissimum est aurum Tolosanum *„quod causa excidii Caepioni exercituique eius postea fuit"* Iustin. 32. 3. cf. Gell. N. A. 3. 9. Notissima Q. Servilii Caepionis clades et calamitas. Itaque nulla est dubitatio quin Strabo scripserit Καιπίωνος et Καιπίωνα. Cur igitur non est receptum? quia *„contra Codices consentientes nomen illud inferre non licet"* respondet Kramerus. Ain' vero? Nonne omnes quibus utimur Strabonis Codices ex uno fluxerunt eoque mendosissimo et mutilo? Nonne ingens est locorum numerus apud Strabonem ubi *certam* librorum omnium labem *certa* emendatione sanatam videmus? Quae est igitur haec malesana religio? Accedit quod pervulgata haec nominum confusio est. Plutarchus in *Lucullo* cap. 27. ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἡ μετὰ Σκηπίωνος ἀπώλετο στρατιὰ συμβαλοῦσα Κίμβροις, recte correxerunt μετὰ Καιπίωνος. et sic multis aliis locis. vide Sintenis. ad Plutarchi *Caton. min.* cap. 1.

Simili errore pag. 140 in libris est Καπίωνος πύργος, ubi vera forma sine ulla librorum reverentia olim revocata est.

Pag. 189. τινὰ τῶν Φορτίων πεζεύεται ταῖς ἁρμαμάξαις. Strabo pro ἅμαξαι solet ἁρμάμαξαι dicere etiam de *plaustris*, quibus aut vinum aut aliae merces omne genus asportantur, ut pag. 214. οἶνον ἐπὶ ξυλίνων πίθων ἁρμαμάξαις ἀναθέντες. et pag. 291. ταῖς ἁρμαμάξαις ἐπάραντες. et pag. 207. τὰ Φορτία κομίζουσιν ἁρμαμάξαις. Etiam de curribus, in quibus οἱ νομάδες habitant, ut pag. 294. τοῖς γέρροις (*cratibus*) τῶν ἁρμαμαξῶν. De plaustris etiam pag. 314 εἰς ἣν αἱ ἁρμάμαξαι κατάγονται. Caeteri scriptores ἁμάξας appellant, ut Diodorus Siculus V. 26. ἁμάξαις κομίζοντες τὸν οἶνον. Ergo vitiose apud Strabonem editur pag. 307. ἐν ταῖς Ἁμάξαις ἐν αἷς διαιτῶνται, pro ΑΡΜαμάξαις.

Pag. 194. τούτων δὲ (τῶν ἐθνῶν) ἐπιφανέστατόν ἐστι τὸ τῶν Ἀρουέρνων καὶ τὸ τῶν Κυρνούτων, δι' ὧν ἀμφοῖν ἐνεχθεὶς ὁ Λείγηρ εἰς τὸν Ὠκεανὸν ἔξεΙCΙ. Flumen in mare non ἐξέρχεται, sed ἐξίησι, quod repone.

Praeterea scribe ὁ Λίγηρ, nam prima brevis est. Ubique apud Strabonem I et ΘΙ confunduntur, ut in Λεῖρις, Σεῖρις, Ὄσειρις, Ταπόσειρις, et contra.

Pag. 198. τὸ ἀπὸ τῆς μάχης ἀπιόντας τὰς κεφαλὰς τῶν πολεμίων ἐξάπτειν ἐκ τῶν αὐχένων τῶν ἵππων, κομίσαντας δὲ προπατταλεύειν * τὴν θέαν τοῖς προπυλαίοις. Φησὶ γοῦν Ποσειδώνιος αὐτὸς ἰδεῖν ταύτην πολλάκις. Transpone in hunc modum: προπατταλεύειν τοῖς προπυλαίοις. Φησὶ γοῦν Ποσειδώνιος αὐτὸς ἰδεῖν ταύτην τὴν θέαν πολλάκις. Eadem narrat Diodorus V. 29. τῶν δὲ πεσόντων πολεμίων τὰς κεφαλὰς ἀφαιροῦντες περιάπτουσι τοῖς αὐχέσι τῶν ἵππων — καὶ τὰ ἀκροθίνια ταῦτα ταῖς οἰκίαις προσηλοῦσιν ὥσπερ ἐν κυνηγίαις τισὶ κεχειρωμένοι θηρία. Sine controversia haec et complura alia in libro V a Posidonio sumsit.

Pag. 199. καὶ τοῦτο δὲ τῶν θρυλουμένων ἐστὶν ὅτι πάντες Κελτοὶ ΦΙΛΟΝΘΕΙΚΟΙΤΘ εἰσὶ καὶ οὐ νομίζεται παρ' αὐτοῖς αἰσχρὸν τὸ τῆς ἀκμῆς ἀφειδεῖν τοὺς νέους. Diu et multum me hic locus frustra torsit, nam quid dixerit Strabo satis perspicuum est, quo modo id dixerit e vocabulo corrupto elicere non possum. Locus ex Posidonii *Historiis* sumtus est. Praeter Strabonem duo alii scriptores eodem testimonio usi sunt sine nomine auctoris. Audi primum Athenaeum pag. 603. Α. Κελτοὶ δὲ τῶν βαρβάρων καίτοι καλλίας ἔχοντες γυναῖκας παιδικοῖς μᾶλλον χαίρουσιν ὡς πολλάκις ἐνίους ἐπὶ ταῖς δοραῖς μετὰ δύο ἑρωμένων ἀνακαύεσθαι. Audi nunc Diodorum V. 32. γυναῖκας δ' ἔχοντες εὐειδεῖς ἥκιστα ταύταις προσέχουσιν ἀλλὰ ποὸς τὰς τῶν ἀρρένων ἐπιπλοκὰς ἐκτόπως λυσσῶσιν. εἰώθασι δὲ ἐπὶ δοραῖς θηρίων χαμαὶ καθεύδοντες ἐξ ἀμφοτέρων τῶν μερῶν παρακοίτοις συγκυλίεσθαι. τὸ δὲ πάντων παραδοξότατον τῆς ἰδίας εὐσχημοσύνης ἀφροντιστοῦντες τὴν τοῦ σώματος ὥραν εὐκόπως ἑτέροις προΐενται καὶ τοῦτο αἰσχρὸν οὐχ ἡγοῦνται, ἀλλὰ μᾶλλον ὅταν τις αὐτῶν χαριζομένων μὴ προσδέξηται τὴν διδομένην χάριν ἄτιμον ἡγοῦνται. Vides ea quae Posidonius eleganti simplicitate enunciasset ab inepto scriptore

Diodoro turgida oratione depravari; παιδικοῖς μᾶλλον χαίρουσιν ille dixit, at Diodorus: πρὸς τὰς τῶν ἀρρένων ἐπιπλοκὰς ἐκτόπως λυσσῶσιν, et similiter in reliquis. De Strabonis sententia igitur nulla esse potest dubitatio; si dixisset τῆς ὥρας (pro τῆς ἀκμῆς) ἀφειδεῖν nemini fuisset obscurum. Quid latet ergo in Φιλονεικοιτε? Frustra equidem quaesivi, quaerat alius, nam quod Meineke coniecit *Vind.* pag. 45. ἡδονικοί nemini placiturum opinor.

Addo de eodem (nam vere θρυλούμενον est) testimonium Aristotelis *Polit.* II. 8. sic fere dicentis: οὐ γυναικοκρατοῦνται οἱ Κελτοὶ ἀλλὰ φανερῶς (προ)τετιμήκασι τὴν πρὸς τοὺς ἄρρενας συνουσίαν.

Pag. 203. κατέλυσαν ἅπαντας καὶ διέταξαν αὐτοὶ τὰς πολιτείας ἐπισήσαντες ΦόΒον. Spernitur bona correctio in Aldinam recepta ἐπισήσαντες ΦόΡον. Dici non potest ἐφίσάναι Φόβον pro ἐμβάλλειν, sed Φόρον ἐφίσάναι optime habet, ut pag. 821. ἐφῆκεν αὐτοῖς καὶ τοὺς Φόρους, οὓς ἐπέσησεν.

Pag. 206 insere articulum: πάντας δ' ἐπώλησε Τερέντιος Οὐάρρων ὑπὸ δόρυ καταστρεψάμενος αὐτοὺς στρατηγός. Restitue naturae ordinem sic: ἐπώλησεν ὑπὸ δόρυ Τερέντιος Οὐάρρων Ὁ καταστρεψάμενος αὐτοὺς στρατηγός.

Pag. 206. τῆς δὲ πρὸς τοὺς Ἰταλιώτας τῶν λεσῶν τούτων χαλεπότητος λέγεταί τι τοιοῦτον. Unde pendet τῆς χαλεπότητος? Non facile dixeris, nam periit vocabulum ex quo olim pendebat. Supple: CHMEION δὲ τῆς — χαλεπότητος.

Pag. 212. οἱ τὴν Ῥωμαίων ποτὲ ἐξ ἐφόδου καταλαβόντες Σένονες. Emendant: τὴν Ῥωμαίων ΠΟΛΙΝ pro ποτέ. Sed nemo sic loquitur, quemadmodum Latine non dicitur *urbs Romanorum*, sed *urbs Roma*. Itaque scribe τὴν ῬώμΗΝ ποτέ. ut pag. 220. τοὺς ἐλόντας τὴν Ῥώμην Γαλάτας κατεπολέμησαν.

Pag. 214. θησαυρὸς γοῦν ἐν ΔελΦοῖς ΣπινΙτῶν δείκνυται. Vera lectio est ΣπινΗτῶν, ut apud Plinium: *ostium* (Padi) *Spinetícum*. cf. pag. 421. Ut Αἴγινα Αἰγινήτης, sic Σπῖνα Σπινήτης dicitur, et ut Αἰγινητικός sic Σπινητικός.

φόβου, ὑπὸ χαρᾶς et similia cum verbo neutro, ut in *Pluto*:

ὡς ἥδομαι καὶ τέρπομαι καὶ βούλομαι χορεῦσαι
ὑφ' ἡδονῆς.

Strabo pag. 230. ἀπὸ τριάκοντα ἢ τεσσαράκοντα μικρῷ πλειόνων τῆς Ῥώμης σταδίων. Expungunt τεσσαράκοντα, sed veram lectionem esse ἀπὸ τεσσαράκοντα ἢ μικρῷ πλειόνων arguunt sequentia: μεταξὺ γοῦν τοῦ πέμπτου καὶ τοῦ ἕκτου λίθου τῶν τὰ μίλια διασημαινόντων: nempe *ad quintum lapidem* stadia sunt quadraginta. Tum deleta praepositione legendum, μίΛΙΑ σημαινόντων, non ΔΙΑσημαινόντων, quod unde irrepserit vides.

Post pauca: οἱ ἱερομνήμονες θυσίαν ἐπιτελοῦσιν —, ἣν καλοῦσιν Ἀμβαρουίαν, non sic, credo, appellabant, sed ἈμβαρουΛΛΙΑ.

Pag. 231. καταπλαγέντες τὴν ἀρετὴν τοῦ τε Ῥωμύλου καὶ τῶν μετ' ἐκείνΟΤ βασιλέων, imo vero μετ' ἐκεῖνΟΝ.

Mira narrat Strabo p. 232. de literis Alexandri et Demetrii Poliorcetae ad Romanos datis, quos criminantur praedones Antiates in Graeciam misisse. Negant eos oportere ἐν μὲν τῇ ἀγορᾷ Διοσκούρων ἱερὸν ἱδρυσαμένους τιμᾶν, — εἰς δὲ τὴν Ἑλλάδα πέμπειν τὴν ἐκείνων πατρίδα τοὺς λεηλατήσοντας. Transpone ΤΟΤC τὴν ἐκείνων πατρίδα. Non facile credam Demetrium Poliorcetam, nedum Alexandrum, scivisse templum Castoris esse in foro Romano.

Pag. 235. de aedificiis in urbe Roma: — πρὸς τὰς οἰκοδομίας, ἃς ἀδιαλείπτους ποιοῦσιν αἱ συμπτώσεις καὶ ἐμπρήσεις καὶ μεταπΡάσεις. Optime Madvig. μεταπΛάσεις. Nullam dubitationem relinquunt ea, quae continuo sequuntur: καὶ γὰρ αἱ μεταπράσεις (-πΛάσεις) ἑκούσιοί τινες συμπτώσεις εἰσὶ καταβαλλόντων καὶ ἀνοικοδομούντων πρὸς τὰς ἐπιθυμίας ἕτερα ἐξ ἑτέρων.

Barbaram formam recepit Kramerus pag. 235. ubi *cohortes vigilum*, in quibus Latini Iuniani merebant, appellantur στρατιωτικὸν ἐκ τῶν ἀπελευθερΙΩΤΩΝ. Quam primum revoca ἀπελευθέρΩΝ.

Pag. 236. τὸ Μυσώλειον ἐπὶ κρηπῖδος ὑψηλῆς λευκΟλίθου. Leg. λευκοῦ λίθου. Post pauca: καὶ οὗτος λίθου λευκοῦ, et passim de marmoreis.

Pag. 239. ταῖς μὲν ἄλλαις πόλεσι [πλεῖσον] τὸ εὐερκὲς πρὸς ἀγαθοῦ τίθεται, Πραινεστίνοις δὲ συμφορὰ γεγένηται. Dele molestum et sensu vacuum πλεῖσον e dittographia natum.

Strabo pag. 242. κρείττων ὢν πάσης καὶ ὀρύζης καὶ ἐν ὀλίγῳ σιτικῆς τροφῆς. Duarum literularum transpositio dabit veram lectionem, quae haec est: ἐνὶ λόγῳ.

Pag. 245. τοιαῦτα μὲν οἱ πρὸ ἡμῶν ἐμυθολόγουν, νυνὶ δὲ — ἅπαντ' ἐκεῖνα 'ΘΦάνη μῦθος. Vera lectio est 'ΑΝεφάνη μῦθος. Habet enim hoc verbum certam sedem *in fraude vel errore patefacto*, et *si quem spes aut exspectatio fefellit*, ut in proverbio: ἄνθρακες ἡμῖν ὁ θησαυρὸς ἀναπέφηνεν. Lucianus in Timone cap. 1 ἅπαντα γὰρ ταῦτα λῆρος ἤδη ἀναπέφηνε καὶ καπνὸς ποιητικὸς ἀτεχνῶς ἔξω τοῦ πατάγου τῶν ὀνομάτων. Iocose Plato *de Rep.* pag. 334. A. κλέπτης ἄρα τις ὁ δίκαιος ἀναπέφανται, quod erat imprimis παράδοξον et praeter exspectationem omnium.

Pag. 248. τὸν 'Επωμέα λόφον. ἐν μέσῃ τῇ νήσῳ TINαγέντα ὑπὸ σεισμῶν ἀναβαλεῖν πῦρ. Poëticum est τινάσσειν et γῆς τινάκτωρ. Praeterea τιναγῆναι omnino non est Graecum sed τιναχθῆναι. Vera lectio ex ipsis Codicibus sumi potest, nempe 'Ραγέντα.

Strabo pag. 249. Sylla πολλαῖς μάχαις καταλύσας τὴν τῶν 'Ιταλιωτῶν ἐπανάστασιν τούτους (Samnites) σχεδόν τι μόνους συμμένοντας ἑώρα καὶ ὁμοίως 'ΟΜΟροῦντας. Corrige ὁμοίως ΘΑΡροῦντας.

Strabo pag. 251. exercitu Hannibalis Capuae deliciis enervato ὁ 'Αννίβας ἔφη νικῶν κινδυνεύειν ἐπὶ τοῖς ἐχθροῖς γενέσθαι γυναῖκας ἀντὶ τῶν ἀνδρῶν τοὺς στρατιώτας ἀπολαβών. Scrib. γυναῖκας ἀντ' ἀνδρῶν expuncto articulo, cui nihil hic loci est. ἄνδρες ὄντες εἶτ' ἐγένοντο γυναῖκες.

Pag. 252. ἐντεῦθεν δ' ἘΚπλέοντι τὸν πόντον νῆσος Λευκωσία μικρὸν ἔχουσα πρὸς τὴν ἤπειρον διάπλουν. Recte Kramerus τὸν ΚΟΛΠον, nempe τὸν Ποσειδωνιάτην, sed ἐκπλέοντι inemendatum reliquit. Ἐκπλεῖν cum accusativo componi nequit, at tu corrige ЄΙCπλέοντι τὸν κόλπον. Saepissime in Codd Strabonis ЄΚ et ЄΙC confusa videbis, et εἰσπλεῖν cum accusativo frequens est, ut pag. 84. εἰσπλέοντι τὸν κόλπον. et pag. 126. εἰσπλέοντι τὸν πορθμόν. et pag. 310. εἰσπλέοντι τὸν Βόσπορον, et aliis locis.

Nemo in tali re verbo ἐκπλεῖν utitur, sed ex ipsa rei natura εἰσπλέοντι usurpatur.

Pag. 257. μεμφόμενοι τὸν Ἀπόλλω καὶ τὴν Ἄρτεμιν εἰ τοιούτΟΥ τυγχάνοιεν ἀνθ' ὧν ἐτιμώρουν αὐτοῖς. Lege Ἀπόλλωνα (scribebatur ἀπόλλ̃) et τοιούτΩΝ τυγχάνοιεν.

Strabo pag. 259. flagitia Dionysii in virgines Locrenses edita commemorans ita scribit: συναγαγὼν δὲ τὰς ὡραίας παρθένους περιςερὰς ὁλοπτέρους ἐν τοῖς συμποσίοις ἠφίει κἀκείνας ἐκέλευσε ΓΥρεύειν γυμνάς. Recte Meineke *Vind. Strab.* pag. 60. ΘΗρεύειν reposuit, sed quod ΚΟλοπτέρους pro ὁλοπτέρους reponebat fugit eum ratio: non fuisset enim longa venatio si columbis *pinnas incidisset*, quae alis integris circumvolitantes multum laboris et molestiarum miseris puellis exhibebant. *Columbis alas incidere* est τῶν περιςερῶν τὰ ὠκύπτερα κόπτειν, περικόπτειν: quibus opponuntur αἱ ὁλόπτεροι.

Strabo pag. 260. de Zaleuco scribit: τῶν πρότερον τὰς ζημίας τοῖς δικαςαῖς ἐπιτρεψάντων ὁρίζειν ἐφ' ἑκάςοις τοῖς ἀδικήμασιν ἐκεῖνος ἐν τοῖς νόμοις διώρισεν ἡγούμενος τὰς ΜЄΝ γνώμας τῶν δικαςῶν οὐχὶ τὰς αὐτὰς εἶναι περὶ τῶν αὐτῶν ΔЄΙΝ δὲ τὰς αὐτάς. Manifestam lacunam recte explevit Meineke *Vind. Strab.* pag. 60. in hunc modum: — περὶ τῶν αὐτῶν, (τὰς δὲ ζημίας) δεῖν εἶναι τὰς αὐτάς. Sed non est satis. Iudices enim in poena aestimanda non *semper* dissentiunt. Itaque sic legendum: τὰς μὲν γνώμας τῶν δικαςῶν οὐχὶ τὰς αὐτὰς εἶναι περὶ τῶν αὐτῶν ἈЄΙ, τὰς δὲ ζημίας κτέ. Scribae oculi ab ΑЄΙ ad sequens ΔЄῙ aberrarunt.

STRABO pag. 262. multas in Italia colonias conditas scribit a Graecis ex bello Troiano reversis, ὧν αἱ πλείους ὁμώνυμοι τῶν Τρώων ἐγένοντο. Quam sit absurdum τῶν Τρώων ostendit Meineke, qui acute Strabonis sententiam perspexit et reposuit: ὁμώνυμοι τῶν ποταμῶν ἐγένοντο, sed in unum levem errorem se induit, quem patefacient hi loci pauci de multis: in vicinia legitur: Σύβαριν ποταμῷ τῷ πλησίον ὁμώνυμον. pag. 243. παρρεῖ δὲ ὁμώνυμος τῇ πόλει ποταμός. pag. 447. ἡ ὁμώνυμος τῇ νήσῳ πόλις. pag. 408. ὁμώνυμοι τῷ ποταμῷ τούτων. Itaque nunc quoque scribendum: ὁμώνυμοι τοῖς ποταμοῖς ἐγένοντο.

Misere depravatum legitur pag. 262. oraculum Myscello editum:

Μύσκελλε βραχύνωτε, παρὲκ σέθεν ἄλλο ματεύων
κλάσματα θηρεύεις· ὀρθὸν δ' ὅ τι δῷ τις ἐπαινεῖν.

quum vera lectio apud alios servata haec sit:

Μύσκελλε βραχύνωτε, παρὲκ ΘΕΟΝ ἄλλο ματεύων
κλΑΤματα θηρεύεις· ΔΩΡΟΝ δ' ὅ τι δῷ τις ἐπαίνΘΙ.

quae plana et perspicua sunt: κλαύματα θηρεύεις est *quaeris infortunium*, et ἐπαίνει *contentus esto*.

Pag. 263. (ἡ Σύβαρις) τεττάρων μὲν ἐθνῶν τῶν πλησίον Τπῆ ξεν, inepte pro Ἐπῆρξεν, unde *provinciae* ἐπαρχίαι appellantur. Multis locis eodem modo libri Strabonis corrupti sunt. Criticus modo verum reponunt, interdum errorem intactum relinquunt: vid. pag. 394 et 407.

Pag. 269. commemorat proverbium in sumtuosos: λεγόντων πρὸς τοὺς ἄγαν πολυτελεῖς ὡς οὐκ ἂν ἐκγένοιτο αὐτοῖς ἡ Συρακοσίων δεκάτη. Frustra Strabonis manus quaesita est aliis aliis infeliciter tentantibus. Fefellit omnes lacuna: ὡς οὐκ ἂν ** ΘΙ γένοιτο αὐτοῖς ἡ Συρακοσίων δεκάτη. Sententia verborum quae perierunt facile reperitur: *„non satis habituros"* vel *„sumtibus ne suffecturos"* aut simile quid ὡς οὐκ ἂν (ἄλις ἔχοιεν οὐδ') εἰ γένοιτο κτὲ. aut aliud quid in eandem sententiam.

Pag. 273. καὶ τῶν βαρβαρικῶν δὲ ἐξΗλείφθησαν πολλαὶ (πόλεις), καθάπερ οἱ Καμικοὶ τὸ Κωκάλου βασίλειον. Lege ἐξΕλείφ-

ησαν. Strabo urbes aut regiones ab incolis *desertas* dicere solet ἐκλελεῖφθαι vel ἐκλειφθῆναι. Et ἐκλελεῖφθαι quidem solet integrum servari, aoristus autem non uno loco in ἐξΗλείφθην depravatum vidi. pag. 362. περὶ χώρας ἐκλελειμμένης τῆς πλείσης. Eodem modo peccatum pag. 357. ἐξηλείφθη δὲ καὶ ἀπῆραν οἱ πλείους εἰς Ἐπίδαμνον. et pag. 588. τὸ δὲ μαντεῖον ἐξηλείφθη. Utrobique ἐξϵλείφθη reponendum.

Strabo pag. 275. τὰ μὲν Σελινούντια κατὰ Ἱμέραν ἁλμυρά ἐστιν. Supplent (καὶ τὰ) κατὰ Ἱμέραν. Lenius multo corriges Σελινούντια ΚΑΙ ΤΑ Ἱμέραια.

Pag. 276. [εἰ δὲ ταῦτ' ἐστὶ πιστὰ οὐκ ἀπιστητέον ἴσως τοῖς περὶ Ἐμπεδοκλέους μυθολογηθεῖσιν]. Rectissime iudicavit Meineke haec non ab ipso Strabone scribi potuisse, sed ab *„nasutulo"* lectore in margine sui libri adscripta fuisse.

Pag. 278. ὁ τοῦ Διὸς κολοσσὸς χαλκοῦς μέγιστος μετὰ τὸν ῬοδίΩΝ. Libri meliores: τῶν Ῥοδίων. Leg. μετὰ τὸν ῬόδιΟΝ. Sic enim appellatur et ὁ ἐν Ῥόδῳ, ut in inscriptione:

τὸν ἐν Ῥόδῳ κολοσσὸν ἑξάκις δέκα
Χάρης ἐποίει πήχεων ὁ Λίνδιος.

Historia Partheniarum et Phalanthi pag. 278. scribarum erroribus tanto opere obscurata est ut quid tandem sit actum nemo intelligat. Apparebit autem reperta vera lectione. Editur: ὅσοις (leg. ὅσοι) δὲ κατὰ τὴν στρατείαν παῖδες ἐγένοντο Παρθενίας ἐκάλουν καὶ ἀτίμους ἔκριναν· οἱ δ' οὐκ ἀνασχόμενοι (πολλοὶ δ' ἦσαν) ἐπεβούλευσαν τοῖς τοῦ δήμου. αἰσθόμενοι δ' ὑπέπεμψάν τινας ὡς προσποιήσει Φιλίας ἔμελλον ἐξαγγέλλειν τὸν τρόπον τῆς ἐπιβουλῆς. ΤΟΥΤΩΝ δ' ἦν καὶ Φάλανθος. Haec omnia mendo carent et integerrima sunt. Ergo apparet Phalanthum in eorum numero fuisse, qui subornati a populo *simulata amicitia coniuratorum consilia patefacturi erant.* Quod si firmiter tenebimus emendari poterunt sequentia: Φάλανθος ὅσπερ ϵΔΟΚϵΙ προστάτης ὑπάρχειν αὐτῶν, οὐκ ἠρέσκετο Δϵ ἁπλῶς τοῖς περὶ τῆς *βουλῆC ὀNOMACθεῖσιν. *Phalanthus Partheniarum dux et antesignanus esse* PUTABATUR (inquit), SED *non placebant ei* – SED *non probabat* –

Pag. 194. τούτων δὲ (τῶν ἐθνῶν) ἐπιφανέστατόν ἐστι τὸ τῶν Ἀρουέρνων καὶ τὸ τῶν Κρνσύτων, δι' ὧν ἀμφοῖν ἐνεχθεὶς ὁ Λείγηρ εἰς τὸν Ὠκεανὸν ΞΞΕΙCΙ. Flumen in mare non ἐξέρχεται, sed ἐξίησι, quod repone.

Praeterea scribe ὁ Λίγηρ, nam prima brevis est. Ubique apud Strabonem I et ΕΙ confunduntur, ut in Λεῖρις, Σεῖρις, Ὄσειρις, Ταπόσειρις, et contra.

Pag. 198. τὸ ἀπὸ τῆς μάχης ἀπιόντας τὰς κεφαλὰς τῶν πολεμίων ἐξάπτειν ἐκ τῶν αὐχένων τῶν ἵππων, νομίσαντας δὲ προπατταλεύειν * τὴν θέαν τοῖς προπυλαίοις. Φησὶ γοῦν Ποσειδώνιος αὐτὸς ἰδεῖν ταύτην πολλάκις. Transpone in hunc modum: προπατταλεύειν τοῖς προπυλαίοις. Φησὶ γοῦν Ποσειδώνιος αὐτὸς ἰδεῖν ταύτην τὴν θέαν πολλάκις. Eadem narrat Diodorus V. 29. τῶν δὲ πεσόντων πολεμίων τὰς κεφαλὰς ἀφαιροῦντες περιάπτουσι τοῖς αὐχέσι τῶν ἵππων — καὶ τὰ ἀκροθίνια ταῦτα ταῖς οἰκίαις προσηλοῦσιν ὥσπερ ἐν κυνηγίαις τισὶ κεχειρωμένοι θηρία. Sine controversia haec et complura alia in libro V a Posidonio sumsit.

Pag. 199. καὶ τοῦτο δὲ τῶν θρυλουμένων ἐστὶν ὅτι πάντες Κελτοὶ ΦΙΛΟΝΕΙΚΟΙΤΕ εἰσὶ καὶ οὐ νομίζεται παρ' αὐτοῖς αἰσχρὸν τὸ τῆς ἀκμῆς ἀφειδεῖν τοὺς νέους. Diu et multum me hic locus frustra torsit, nam quid dixerit Strabo satis perspicuum est, quo modo id dixerit e vocabulo corrupto elicere non possum. Locus ex Posidonii *Historiis* sumtus est. Praeter Strabonem duo alii scriptores eodem testimonio usi sunt sine nomine auctoris. Audi primum Athenaeum pag. 603. Α. Κελτοὶ δὲ τῶν βαρβάρων καίτοι καλλίστας ἔχοντες γυναῖκας παιδικοῖς μᾶλλον χαίρουσιν ὡς πολλάκις ἐνίους ἐπὶ ταῖς δοραῖς μετὰ δύο ἐρωμένων ἀναπαύεσθαι. Audi nunc Diodorum V. 32. γυναῖκας δ' ἔχοντες εὐειδεῖς ἥκιστα ταύταις προσέχουσιν ἀλλὰ τοὺς τὰς τῶν ἀρρένων ἐπιπλοκὰς ἐκτόπως λυστῶσιν. εἰώθασι δὲ ἐπὶ δοραῖς θηρίων χαμαὶ καθεύδοντες ἐξ ἀμφοτέρων τῶν μερῶν παρακοίτοις συγκυλίεσθαι. τὸ δὲ πάντων παραδοξότατον τῆς ἰδίας εὐσχημοσύνης ἀφροντιστοῦντες τὴν τοῦ σώματος ὥραν εὐκόπως ἑτέροις προΐενται καὶ τοῦτο αἰσχρὸν οὐχ ἡγοῦνται, ἀλλὰ μᾶλλον ὅταν τις αὐτῶν χαριζομένων μὴ προσδέξηται τὴν διδομένην χάριν ἄτιμον ἡγοῦνται. Vides ea quae Posidonius eleganti simplicitate enunciasset ab inepto scriptore

Diodoro turgida oratione depravari; παιδικοῖς μᾶλλον χαίρουσιν illc dixit, at Diodorus: πρὸς τὰς τῶν ἀρρένων ἐπιπλοκὰς ἐκτόπως λυσσῶσιν, et similiter in reliquis. De Strabonis sententia igitur nulla esse potest dubitatio; si dixisset τῆς ὥρας (pro τῆς ἀκμῆς) ἀφειδεῖν nemini fuisset obscurum. Quid latet ergo in φιλονεικοιτε? Frustra equidem quaesivi, quaerat alius, nam quod Meineke coniecit *Vind.* pag. 45. ἡδονικοί nemini placiturum opinor.

Addo de eodem (nam vere θρυλούμενον est) testimonium Aristotelis *Polit.* II. 8. sic fere dicentis: οὐ γυναικοκρατοῦνται οἱ Κελτοὶ ἀλλὰ φανερῶς (προ)τετιμήκασι τὴν πρὸς τοὺς ἄρρενας συνουσίαν.

Pag. 203. κατέλυσαν ἅπαντας καὶ διέταξαν αὐτοὶ τὰς πολιτείας ἐπισήσαντες ΦόΒον. Spernitur bona correctio in Aldinam recepta ἐπισήσαντες ΦόΡον. Dici non potest ἐφισάναι Φόβον pro ἐμβάλλειν, sed Φόρον ἐφισάναι optime habet, ut pag. 821. ἀφῆκεν αὐτοῖς καὶ τοὺς Φόρους, οὓς ἐπέσησεν.

Pag. 206 insere articulum: πάντας δ' ἐπώλησε Τερέντιος Οὐάρρων ὑπὸ δόρυ καταστρεψάμενος αὐτοὺς στρατηγός. Restitue naturae ordinem sic: ἐπώλησεν ὑπὸ δόρυ Τερέντιος Οὐάρρων Ὁ καταστρεψάμενος αὐτοὺς στρατηγός.

Pag. 206. τῆς δὲ πρὸς τοὺς Ἰταλιώτας τῶν λησῶν τούτων χαλεπότητος λέγεταί τι τοιοῦτον. Unde pendet τῆς χαλεπότητος? Non facile dixeris, nam periit vocabulum ex quo olim pendebat. Supple: CHMEION δὲ τῆς — χαλεπότητος.

Pag. 212. οἱ τὴν Ῥωμαίων ποτὲ ἐξ ἐφόδου καταλαβόντες Σένονες. Emendant: τὴν Ῥωμαίων ΠΟΛΙΝ pro ποτέ. Sed nemo sic loquitur, quemadmodum Latine non dicitur *urbs Romanorum*, sed *urbs Roma*. Itaque scribe τὴν ῬώμΗΝ ποτέ. ut pag. 220. τοὺς ἐλόντας τὴν Ῥώμην Γαλάτας κατεπολέμησαν.

Pag. 214. θησαυρὸς γοῦν ἐν Δελφοῖς ΣπινΙτῶν δείκνυται. Vera lectio est ΣπινΗτῶν, ut apud Plinium: *ostium* (Padi) *Spinelicum*. cf. pag. 421. Ut Αἴγινα Αἰγινήτης, sic Σπῖνα Σπινήτης dicitur, et ut Αἰγινητικός sic Σπινητικός.

Pag. 215. revoca librorum scripturam *Φασὶ δέ τινα τῶν πάνυ γνωριζομένΩΝ ὡς εἴη Φιλέγγυος* pro *γνωριζόμενον*, quae est infelix Krameri coniectura.

Turpe vitium haesit pag. 217. *πληροῦσι πέραN τοῦ μετρίου* pro *πέρΑ supra modum*. Sic et pag. 28 lege *πέρΑ τῶν Παιονικῶν ὀρῶν* pro *πέρΑN*.

Pag. 218. *τοῦ δ' οἴνου τὸ πλῆθος* (in Gallia cis Alpina) *μηνύουσιν οἱ πίθοι· ξύλινοι γὰρ μείζους οἴκΩΝ· εἰσίν*. Adde literulam ut fiat *μείζους οἰκιῶν*. Dolia sane erant ingentia, sed aedes Gallorum neque magnas admodum neque altas fuisse facile hinc intelligas.

STRABO pag. 220. (Romani) *τοὺς μὴ μετέχοντας τῆς ἰσοNΟΜίας εἰς τὰς δέλτους ἐξώριζον τῶν Καιρετανῶν*. imo vero *τῆς ἰσοΠΟΛΙΤείας*, ut pag. 210. *ἀΦ' οὗ μετέδοσαν Ῥωμαῖοι τοῖς Ἰταλιώταις τὴν ἰσοπολιτείαν*, et alibi saepius. Perinde est autem apud scriptores huius aetatis *πολιτείαν* et *ἰσοπολιτείαν* dicere. Veteres constanter *πολιτείαν* appellant.

STRABO pag. 220. *Ἄγυλλα γὰρ ὠνομάζετο τὸ πρότερον ἡ νῦν Καιρέα*. leg. *ἡ νῦν ΚαῖρΕ*, „*quae nunc* Caere."

Post pauca: *δεξάμενοι τὸν οἰωνὸν οἱ Τυρρηνοὶ* TOTTON *ἀλοῦσαν τὴν πόλιν μετωνόμασαν*. Haerent in *τοῦτον*, at tu rescribas *τοῦτο hoc nomine*.

De mancipiis ex Corsica Romam adductis scribit STRABO pag. 224. *ἢ γὰρ οὐχ ὑπομένουσι ζῆν ἢ ζῶντες ἀπΑθείᾳ καὶ ἀναισθησίᾳ τοὺς ὠνησαμένους ἐπιτρίβουσιν*. Philosophorum est *ἡ ἀπάθεια* Hemsterhusius in annot. Ms. „*ἀπειθίᾳ legit Eustath. ad Dion. Perieg. vs.* 458. *vid. I. Fr. Gronov. de Pec. Vet.* IV. *pag.* 32." Vera forma est *ἀπειθείᾳ*, idque sine mora restituendum.

Pag. 228. *τεκμήριον ἄν τις ποιήσαιτο ἀνδρείας καὶ τῆς ἄλλ[ης] ἀρετῆς, ἈΦ' ἧς ἀντέσχον μέχρι πρὸς τὸν παρόντα χρόνον*. Kramerus: „*ἀΦ' qui ferri possit non intelligo.*" Facile credo, sed Strabo dederat *ἙΦ' ἧς*, ut dicitur *ὑΦ' ἡδονῆς, ὑπὸ λύπης, ὑπ*

Φόβου, ὑπὸ χαρᾶς et similia cum verbo neutro, ut in *Pluto*:

ὡς ἥδομαι καὶ τέρπομαι καὶ βούλομαι χορεῦσαι
ὑΦ' ἡδονῆς.

STRABO pag. 230. *ἀπὸ τριάκοντα ἢ τεσσαράκοντα μικρῷ πλειόνων τῆς Ῥώμης σταδίων.* Expungunt *τεσσαράκοντα*, sed veram lectionem esse *ἀπὸ τεσσαράκοντα ἢ μικρῷ πλειόνων* arguunt sequentia: *μεταξὺ γοῦν τοῦ πέμπτου καὶ τοῦ ἕκτου λίθου τῶν τὰ μίλια διασημαινόντων*: nempe *ad quintum lapidem* stadia sunt quadraginta. Tum deleta praepositione legendum, *μίΛΙΑ σημαινόντων*, non *ΔΙΑσημαινόντων*, quod unde irrepserit vides.

Post pauca: *οἱ ἱερομνήμονες θυσίαν ἐπιτελοῦσιν —, ἣν καλοῦσιν Ἀμβαρουίαν*, non sic, credo, appellabant, sed *ἈμβαρουΑΛΙΑ*.

Pag. 231. *καταπλαγέντες τὴν ἀρετὴν τοῦ τε Ῥωμύλου καὶ τῶν μετ' ἐκείνΟΤ βασιλέων*, imo vero *μετ' ἐκεῖνΟΝ*.

Mira narrat Strabo p. 232. de literis Alexandri et Demetrii Poliorcetae ad Romanos datis, quos criminantur praedones Antiates in Graeciam misisse. Negant eos oportere *ἐν μὲν τῇ ἀγορᾷ Διοσκούρων ἱερὸν ἱδρυσαμένους τιμᾶν, — εἰς δὲ τὴν Ἑλλάδα πέμπειν τὴν ἐκείνων πατρίδα τοὺς λεηλατήσοντας.* Transpone TOTC *τὴν ἐκείνων πατρίδα*. Non facile credam Demetrium Poliorcetam, nedum Alexandrum, scivisse templum Castoris esse in foro Romano.

Pag. 235. de aedificiis in urbe Roma: — *πρὸς τὰς οἰκοδομίας, ἃς ἀδιαλείπτους ποιοῦσιν αἱ συμπτώσεις καὶ ἐμπρήσεις καὶ μεταπΡάσεις.* Optime Madvig. *μεταπΛάσεις.* Nullam dubitationem relinquunt ea, quae continuo sequuntur: *καὶ γὰρ αἱ μεταπράσεις (-πΛάσεις) ἐκούσιοί τινες συμπτώσεις εἰσὶ καταβαλλόντων καὶ ἀνοικοδομούντων πρὸς τὰς ἐπιθυμίας ἕτερα ἐξ ἑτέρων.*

Barbaram formam recepit Kramerus pag. 235. ubi *cohortes vigilum*, in quibus Latini Iuniani merebant, appellantur *στρατιωτικὸν ἐκ τῶν ἀπελευθερίΩΤΩΝ*. Quam primum revoca *ἀπελευθέρΩΝ*.

Pag. 236. τὸ Μυσώλειον ἐπὶ κρηπῖδος ὑψηλῆς λευκΟλίθου. Leg. λευκοῦ λίθου. Post pauca: καὶ οὗτος λίθου λευκοῦ, et passim de marmoreis.

Pag. 239. ταῖς μὲν ἄλλαις πόλεσι [πλεῖσον] τὸ εὐερκὲς πρὸς ἀγαθοῦ τίθεται, Πραινεσίνοις δὲ συμφορὰ γεγένηται. Dele molestum et sensu vacuum πλεῖσον e dittographia natum.

Strabo pag. 242. κρείττων ὢν πάσης καὶ ὀρύζης καὶ ἐν ὀλίγῃ σιτικῆς τροφῆς. Duarum literularum transpositio dabit veram lectionem, quae haec est: ἐνὶ λόγῳ.

Pag. 245. τοιαῦτα μὲν οἱ πρὸ ἡμῶν ἐμυθολόγουν, νυνὶ δὲ — ἅπαντ' ἐκεῖνα 'ΕΦάνη μῦθος. Vera lectio est 'ΑΝεΦάνη μῦθος. Habet enim hoc verbum certam sedem *in fraude vel errore patefacto*, et *si quem spes aut exspectatio fefellit*, ut in proverbio: ἄνθρακες ἡμῖν ὁ θησαυρὸς ἀνεπέφηνεν. Lucianus in Timone cap. 1 ἅπαντα γὰρ ταῦτα λῆρος ἤδη ἀνεπέφηνε καὶ κατηγορικὸς ἀτεχνῶς ἔξω τοῦ πατάγου τῶν ὀνομάτων. Iocose Plato *de Rep.* pag. 334. A. κλέπτης ἄρα τις ὁ δίκαιος ἀνεπέφανται, quod erat imprimis παράδοξον et praeter exspectationem omnium.

Pag. 248. τὸν 'Επωμέα λόφον. ἐν μέσῃ τῇ νήσῳ TINαγέντα ὑπὸ σεισμῶν ἀναβαλεῖν πῦρ. Poëticum est τινάσσειν et γῆς τενάκτωρ. Praeterea τιναγῆναι omnino non est Graecum sed τιναχθῆναι. Vera lectio ex ipsis Codicibus sumi potest, nempe 'Ραγέντα.

Strabo pag. 249. Sylla πολλαῖς μάχαις καταλύσας τὴν τῶν 'Ιταλιωτῶν ἐπανάστασιν τούτους (Samnites) σχεδόν τι μόνους συμμένοντας ἐώρα καὶ ὁμοίως 'ΟΜΟροῦντας. Corrige ὁμοίως ΘΑΡροῦντας.

Strabo pag. 251. exercitu Hannibalis Capuae deliciis enervato ὁ 'Αννίβας ἔφη νικῶν κινδυνεύειν ἐπὶ τοῖς ἐχθροῖς γενέσθαι γυναῖκας ἀντὶ τῶν ἀνδρῶν τοὺς στρατιώτας ἀπολαβών. Scrib. γυναῖκας ἀντ' ἀνδρῶν expuncto articulo, cui nihil hic loci est. ἄνδρες ὄντες εἶτ' ἐγένοντο γυναῖκες.

Pag. 252. ἐντεῦθεν δ' ϵΚπλέοντι τὸν πόντον νῆσος Λευκωσία μικρὸν ἔχουσα πρὸς τὴν ἤπειρον διάπλουν. Recte Kramerus τὸν ΚΟΛΠον, nempe τὸν Ποσειδωνιάτην, sed ἐκπλέοντι inemendatum reliquit. Ἐκπλεῖν cum accusativo componi nequit, at tu corrige ϵΙCπλέοντι τὸν κόλπον. Saepissime in Codd Strabonis ϵΚ et ϵΙC confusa videbis, et εἰσπλεῖν cum accusativo frequens est, ut pag. 84. εἰσπλέοντι τὸν κόλπον. et pag. 126. εἰσπλέοντι τὸν πορθμόν. et pag. 310. εἰσπλέοντι τὸν Βόσπορον, et aliis locis.

Nemo in tali re verbo ἐκπλεῖν utitur, sed ex ipsa rei natura εἰσπλέοντι usurpatur.

Pag. 257. μεμΦόμενοι τὸν Ἀπόλλω καὶ τὴν Ἄρτεμιν εἰ τοιούτΟΤ τυγχάνοιεν ἀνθ' ὧν ἐτιμώρουν αὐτοῖς. Lege Ἀπόλλωνα (scribebatur ἀπόλλ̃) et τοιούτΩΝ τυγχάνοιεν.

Strabo pag. 259. flagitia Dionysii in virgines Locrenses edita commemorans ita scribit: συναγαγὼν δὲ τὰς ὡραίας παρθένους περιστερὰς ὁλοπτέρους ἐν τοῖς συμποσίοις ἠΦίει κἀκείνας ἐκέλευσε ΓΤρεύειν γυμνάς. Recte Meineke *Vind. Strab.* pag. 60. ΘΗρεύειν reposuit, sed quod ΚΟλοπτέρους pro ὁλοπτέρους reponebat fugit eum ratio: non fuisset enim longa venatio si columbis *pinnas incidisset*, quae alis integris circumvolitantes multum laboris et molestiarum miseris puellis exhibebant. *Columbis alas incidere* est τῶν περιστερῶν τὰ ὠκύπτερα κόπτειν, περικόπτειν: quibus opponuntur αἱ ὁλόπτεροι.

Strabo pag. 260. de Zaleuco scribit: τῶν πρότερον τὰς ζημίας τοῖς δικασταῖς ἐπιτρεψάντων ὁρίζειν ἐΦ' ἑκάστοις τοῖς ἀδικήμασιν ἐκεῖνος ἐν τοῖς νόμοις διώρισεν ἡγούμενος τὰς ΜϵΝ γνώμας τῶν δικαστῶν οὐχὶ τὰς αὐτὰς εἶναι περὶ τῶν αὐτῶν ΔϵΙΝ δὲ τὰς αὐτάς. Manifestam lacunam recte explevit Meineke *Vind. Strab.* pag. 60. in hunc modum: — περὶ τῶν αὐτῶν, (τὰς δὲ ζημίας) δεῖν εἶναι τὰς αὐτάς. Sed non est satis. Iudices enim in poena aestimanda non *semper* dissentiunt. Itaque sic legendum: τὰς μὲν γνώμας τῶν δικαστῶν οὐχὶ τὰς αὐτὰς εἶναι περὶ τῶν αὐτῶν ΑϵΙ, τὰς δὲ ζημίας κτέ. Scribae oculi ab ΑϵΙ ad sequens ΔϵῙ aberrarunt.

Strabo pag. 262. multas in Italia colonias conditas scribit a Graecis ex bello Troiano reversis, ὧν αἱ πλείους ὁμώνυμοι τῶν Τρώων ἐγένοντο. Quam sit absurdum τῶν Τρώων ostendit Meineke, qui acute Strabonis sententiam perspexit et reposuit: ὁμώνυμοι τῶν ποταμῶν ἐγένοντο, sed in unum levem errorem se induit, quem patefacient hi loci pauci de multis: in vicinia legitur: Σύβαριν ποταμῷ τῷ πλησίον ὁμώνυμον. pag. 243. παραρρεῖ δὲ ὁμώνυμος τῇ πόλει ποταμός. pag. 447. ἡ ὁμώνυμος τῇ νήσῳ πόλις. pag. 408. ὁμώνυμοι τῷ ποταμῷ τούτων. Itaque nunc quoque scribendum: ὁμώνυμοι τοῖς ποταμοῖς ἐγένοντο.

Misere depravatum legitur pag. 262. oraculum Myscello editum:

Μύσκελλε βραχύνωτε, παρὲκ σέθεν ἄλλο ματεύων
κλάσματα θηρεύεις· ὀρθὸν δ' ὅ τι δῷ τις ἐπαινεῖν.

quum vera lectio apud alios servata haec sit:

Μύσκελλε βραχύνωτε, παρὲκ ΘΕΟΝ ἄλλο ματεύων
κλΑΤματα θηρεύεις· ΔΩΡΟΝ δ' ὅ τι δῷ τις ἐπαίνΘΙ.

quae plana et perspicua sunt: κλαύματα θηρεύεις est *quaeris infortunium*, et ἐπαίνει *contentus esto*.

Pag. 263. (ἡ Σύβαρις) τεττάρων μὲν ἐθνῶν τῶν πλησίον Τπῆρξεν, inepte pro Ἐπῆρξεν, unde *provinciae* ἐπαρχίαι appellantur. Multis locis eodem modo libri Strabonis corrupti sunt. Critici modo verum reponunt, interdum errorem intactum relinquunt. vid. pag. 394 et 407.

Pag. 269. commemorat proverbium in sumtuosos: λεγόντων πρὸς τοὺς ἄγαν πολυτελεῖς ὡς οὐκ ἂν ἐκγένοιτο αὐτοῖς ἡ Συρακοσίων δεκάτη. Frustra Strabonis manus quaesita est aliis aliis infeliciter tentantibus. Fefellit omnes lacuna: ὡς οὐκ ἂν ** ΕΙ γένοιτο αὐτοῖς ἡ Συρακοσίων δεκάτη. Sententia verborum quae perierunt facile reperitur: „*non satis habituros*" vel „*sumtibus non suffecturos*" aut simile quid ὡς οὐκ ἂν (ἄλις ἔχοιεν οὐδ') εἰ γένοιτο κτέ. aut aliud quid in eandem sententiam.

Pag. 273. καὶ τῶν βαρβαρικῶν δὲ ἐξΗλείΦθησαν πολλαὶ (πόλεις), καθάπερ οἱ Καμικοὶ τὸ Κωκάλου βασίλειον. Lege ἐξΕλείφθησαν

ιν. Strabo urbes aut regiones ab incolis *desertas* dicere solet λεῖφθαι vel ἐκλειφθῆναι. Et ἐκλελεῖφθαι quidem solet intem servari, aoristus autem non uno loco in ἐξΗλείφθην deratum vidi. pag. 362. περὶ χώρας ἐκλελειμμένης τῆς πλείσης. em modo peccatum pag. 357. ἐξηλείφθη δὲ καὶ ἀπῆραν οἱ ἱcυς εἰς Ἐπίδαμνον. et pag. 588. τὸ δὲ μαντεῖον ἐξηλείφθη. obique ἐξελείφθη reponendum.

STRABO pag. 275. τὰ μὲν Σελινούντια κατὰ Ἱμέραν ἁλμυρά . Supplent (καὶ τὰ) κατὰ Ἱμέραν. Lenius multo corriges ινούντια ΚΑΙ ΤΑ Ἱμέραια.

ag. 276. [εἰ δὲ ταῦτ' ἐcὶ πιcτὰ οὐκ ἀπιcητέον ἴcως τοῖς περὶ πεδοκλέους μυθολογηθεῖcιν]. Rectissime iudicavit Meineke c non ab ipso Strabone scribi potuisse, sed ab *„nasutulo"* ore in margine sui libri adscripta fuisse.

ag. 278. ὁ τοῦ Διὸς κολοσσὸς χαλκοῦς μέγιcτος μετὰ τὸν ΙΩΝ. Libri meliores: τῶν Ῥοδίων. Leg. μετὰ τὸν ΡόδιΟΝ. enim appellatur et ὁ ἐν Ῥόδῳ, ut in inscriptione:

τὸν ἐν Ῥόδῳ κολοσσὸν ἑξάκις δέκα
Χάρης ἐποίει πήχεων ὁ Λίνδιος.

listoria Partheniarum et Phalanthi pag. 278. scribarum erbus tanto opere obscurata est ut quid tandem sit actum nemo lligat. Apparebit autem reperta vera lectione. Editur: ; (leg. ὅcοι) δὲ κατὰ τὴν cρατείαν παῖδες ἐγένοντο Παρθενίας λουν καὶ ἀτίμους ἔκριναν· οἱ δ' οὐκ ἀνακχόμενοι (πολλοὶ δ' ν) ἐπεβούλευcαν τοῖς τοῦ δήμου. αἰcθόμενοι δ' ὑπέπεμψάν τινας ροcποιήcει Φιλίας ἔμελλον ἐξαγγέλλειν τὸν τρόπον τῆς ἐπιβου-ΤΟΥΤΩΝ δ' ἦν καὶ Φάλανθος. Haec omnia mendo carent integerrima sunt. Ergo apparet Phalanthum in eorum nuo fuisse, qui subornati a populo *simulata amicitia coniuratoconsilia patefacturi erant.* Quod si firmiter tenebimus ndari poterunt sequentia: Φάλανθος ὅcπερ ΕΔΟΚΕΙ προcάτης ρχειν αὐτῶν, οὐκ ἠρέcκετο ΔΕ ἁπλῶς τοῖς περὶ τῆς *βουλῆC ΟΜΑCθεῖcιν. *Phalanthus Partheniarum dux et antesignanus* PUTABATUR (inquit), SED *non placebant ei* – SED *non probabat* –

quid igitur? Sententia clamat addi debere: *non placebant ei quae caeteri moliebantur*, vel *non probabat reliquorum consilia*. Quid latet igitur in: οὐκ ἠρέσκετο – τοῖς περὶ τῆς * βουλῆς ΌΝΟΜΑCθεῖσιν? Recte Coraës περὶ τῆς ἘΠΙβουλῆς. Sed νομισθεῖσιν, quod idem coniecit, aut ὁμολογηθεῖσιν vel ἑτοιμασθεῖσιν, quod Meinekio in mentem venit, nihilo meliora sunt quam quod vulgatur. Rescribe τοῖς περὶ τῆς ἐπιβουλῆς CΥΝΟΜΟθεῖσιν. Συνομοθῆναι dicitur ut apud Aristophanem in *Lysistrata*:

τουτὶ τὸ πρᾶγμα πανταχόθεν ξυνομώμοται
ὑπὸ τῶν γυναικῶν.

et τὰ συνομοθέντα sunt *consilia coniuratorum*.

Praeterea pro ἁπλῶς, quod sensu caret, ἄλλως scribendum videtur.

Nunc omnia plana sunt et reliqua nullo negotio emendari possunt. Sequitur: συνέκειτο μὲν δὴ τοῖς Ἰακινθίοις ἐν τῷ Ἀμυκλαίῳ συντελουμένου τοῦ ἀγῶνος ἡνίκα (recte Meineke ἡνίχ' ἂν) τὴν κυνῆν περίθηται ὁ Φάλανθος ποιεῖσθαι τὴν ἐπίθεσιν. γνώριμοι δ' ἦσαν ἀπὸ τῆς κόμης οἱ τοῦ δήμου. Haec omnia sana sunt et integra, sed mendosa sunt quae sequuntur: ἐξαγγείλαντεC δὲ λάθρᾳ τὰ συγκείμενα τῶν περὶ Φάλανθον [καὶ] τοῦ ἀγῶνος ἐνεστῶτος προελθὼν ὁ κήρυξ εἶπε· μὴ ἂν περιθεῖναι κυνῆν Φάλανθον. Apertum est rem acu tetigisse Coraën rescribentem: ἐξαγγειλάντΩN δὲ λάθρᾳ τὰ συγκείμενα τῶν περὶ Φάλανθον, quam certam emendationem Editores reiiciunt quia superiora non intelligebant. Phalanthus enim ipse coniuratorum consilia et constitutum signum clam populo aperuit, οἱ δὲ αἰσθόμενοι ὡς μεμηνύκασι (addε τινες) τὴν ἐπιβουλὴν οἱ μὲν διεδίδρασκον, οἱ δ' ἱκέτευον.

Restant vitia in ultimis: προελθὼν ὁ κήρυξ εἶπε μὴ ΆΝ περιθεῖναι κυνῆν Φάλανθον. In verbis praeconis ἄν additum absurdum est et περιθεῖναι pro περιθέσθαι poni non potest. Neque de praecone dicitur λέγειν sed ἀναγορεύειν. Itaque repone AN suo loco et scribe: ὁ κήρυξ ἈΝεῖπε μὴ περιθέσθαι κυνῆν Φάλανθον.

Pag. 280. (οἱ Λακεδαιμόνιοι) ἐπανελθόντες οἴκαδε τοὺς Παρθενίας οὐχ ὁμοίως τοῖς ἄλλοις ἐτίμων. — οἱ (adde δὲ) συνισάμενοι μετὰ τῶν Εἱλώτων ἐπεβούλευσαν. — τῶν δὲ Εἱλώτων τινεC ἐξαγγείλαντεC τὸ μὲν ἀντεπιτίθεσθαι χαλεπὸν ἔγνωσαν (nempe Lacedaemonii), — τοὺς μέλλοντας δ' αἴρειν τὸ σύσσημον ἐκ τῆς ἀγορᾶς

γιέναι προσέταξαν. Kramerus bona fide credidit recte habere: ἱλώτων τινὲς ἐξαγγείλαντες οἱ Λακεδαιμόνιοι ἔγνωσαν. Appellatur, edo, *nominativus absolutus*, et exempla quaedam proferuntur ex locis vitiosis. Nullus supererit usquam soloecismus si illa robabuntur. Recipiamus igitur τινOC ἐξαγγείλαντOC.

Quis negabit aut quis nescit constructionem verborum saepius mutari in longius protracta oratione aut artificiosius composita, ut alia forma coeperit institui et currente calamo alia exeat, sed τῶν Εἱλώτων τινὲς ἐξαγγείλαντες οἱ Λακεδαιμόνιοι ἔγνωσαν licere absurdum est.

Quod annotat Meineke cum Ephoro consentire Polyaenum *Strateg.* II. 14. ubi est: — προσέταξαν τῷ κήρυκι ἀναγορεῦσαι „οἱ τὸν πῖλον αἴρειν μέλλοντες ἐκ τῆς ἀγορᾶς ἄπιτε." non est id hercle mirandum, nam Polyaenus sua ex Ephoro fideliter descripserat.

Pag 280. οἱ δὲ ϛαλέντες κατελάβονTO TOTC Ἀχαιοὺς πολεμοῦντας τοῖς βαρβάροις. Unice verum est κατέλαβON. Dicebant sequiores καταλαβέσθαι pro *occupare* locum, castellum et sim. sed κατελαβόμην αὐτοὺς πολεμοῦντας nemo umquam Graecorum dixit pro κατέλαβον.

STRABO pag. 280. de Tarentinis scribit: οὐδ' ἐκείνοις (τοῖς ξενικοῖς ϛρατηγοῖς) δ' εὐπειθεῖν ἠδύναντο ἀλλ' εἰς ἔχθραν αὐτοὺς κατϛασαν. Legendum: ἀλλ' εἰς ἔχθραν αὐτOIC καθϵϛασαν. Saepe καθεϛάναι in καθιϛάναι scribae mutare solent.

Pag. 285. πολλὰ δ' εἰρηκότων τὰ μέγιϛα νῦν ἐπισημανούμεθα. Manca est sententia amisso vocabulo necessario. Supple πολλὰ ΠOΛΛΩN εἰρηκότων. „De *Italia*, inquit, *multi multa* dixerunt". Eadem emendatione eget locus pag. 14. quem in fronte huius scriptionis posuimus: εἰ δὲ πολλῶν προειπόντων ἐπιχειροῦμεν καὶ αὐτοὶ λέγειν, imo vero πολλῶν (πολλὰ) προειπόντων. In sqq. editur: πρὸς οἷς ἂν καὶ μικρὸν προσλαβεῖν δυνηθῶμεν, ubi suadente sententia restituimus: οἷς ἂν καὶ μικρόν TI προσBΑΛεῖν δυνηθῶμεν.

Pag. 287. editur: Κελτοὺς τοὺς περὶ τὸν Πάδον ἔπαυσαν τῆς

πολλῆς καὶ ΑΝΘΔΗΝ ἐλευθερίας. Sensu vacuum est ἡ ἀνίδην ἐλευθερία, sed nata est haec lectio ex Editorum errore. In libris est ἄδην, quod sine mora reponendum. Strabo enim saepius Homerico ἄδην utitur pro ἄγαν, et quam Plato appellat noto loco *de Rep.* pag. 564. A. τὴν ΥΑΓΑΝ ἐλευθερίαν eam Strabo suo more τὴν ΥΑΔΗΝ ἐλευθερίαν appellavit. Cf. pag. 575. νύσος ἐπιπεσοῦσα ἐκ τῆς ἄδην πλησμονῆς. et pag. 687 διὰ τοὺς ὄμβρους τοὺς ἄδην *propter imbres nimios.*

STRABO pag. 288. Ἀλβανοί τε καὶ Ἴβηρες παρουσίας δέονται μόνον τῶν ἡγησομένων καλῶς τε κρατοῦνται, νεωτερίζουσι δὲ διὰ τὰς τῶν Ῥωμαίων ΑΠσχολίας. Haec Meinekio non satis bene coire videntur. Me quidem in his nihil offendit. *Si adsunt Romani* (inquit) *aequissimo animo imperata faciunt et imperium petiuntur. Sed rebellant Romanis in aliud bellum implicitis.* Satis est duas literas expungere et scribere διὰ τὰς τῶν Ῥωμαίων Ἀσχολίας.

STRABO pag. 289. de Istro scribit: τελευτᾷ δ' εἰς τὸν Πόντον οὐ πολὺ ἄποθεν τῶν τοῦ Τύρα καὶ τοῦ Βορυσθένους ἐκβολῶν ἐκκλίνων ΠΩC πρὸς ἄρκτους. Pro πως Meineke *Vind. Strabon.* p. 82. ΩC reponebat. Multo etiam lenius corriges: ἐκκλίνων ΤΙ ὡς πρὸς ἄρκτους. Simili modo scribendum pag. 281. ἐκκείμενος εἰς τὸ πέλαγος κατὰ τὰς χειμερινὰς ἀνατολάς, ἐπισρέφων δέ ΤΙ ΩC ἐπὶ τὸ Λακίνιον, pro ἐπισρέφων δέ ΠΩC.

Pag. 290. Germani Gallis sunt παραπλήσιοι καὶ μορφαῖς καὶ ἤθεσι καὶ βίοις —, διὸ ΔΙΚΑΙΑ μοι δοκοῦσι Ῥωμαῖοι τοῦτο αὐτοῖς θέσθαι τοὔνομα. Vitiosum est δίκαια; neque enim δίκαια pro δικαίως dici potest, neque δικαίως sententiae aptum est. Scribo διὸ ΔΗ ΚΑΙ μοι δοκοῦσι κτέ. *quapropter.* Strabo hoc sensu solet dicere διὸ δὴ καί et ᾗ δὴ καί et ὅθεν δὴ καί, et sim. ut pag. 793. ᾗ δὴ καὶ τῷ ζύθῳ χρῶνται. Saepe pro ᾗ δή in libris scribitur ἤδη, quod vitium Coraës et Kramerus sustulerunt pag. 153, 320, 662 et 695.

STRABO pag. 292. περὶ δὲ Κίμβρων τὰ μὲν οὐκ εὖ λέγεται, τὰ δ' ἔχει πιθανότητας οὐ μετρίας. Certum est ex iis quae se-

quuntur Strabonem dedisse Ἀπιθανότητας. Sententia enim manifesto haec est τὰ μὲν ψευδῆ ἐστὶ, τὰ δ' ἀπίθανα. Post pauca in hoc ipso argumento recte dicitur: πῶς οὐκ Ἀπίθανον; Saepius (quamquam est perineptum) vidi πιθανόν et ἀπίθανον confusa. Attuli supra exemplum ex Flavio Iosepho. Nusquam autem stolidior est haec confusio quam ad Iliad. N. 658.

μετὰ δέ σφι πατὴρ κίε δάκρυα λείβων.

ubi annotatur: ἔνιοι δὲ Πιθανῶς μεταγράφουσι·

μετὰ δ' οὖ σφι πατὴρ κίε δάκρυα λείβων.

Pag. 293. τοὺς δὲ Κίμβρους — ἀποκρουσθέντας ὑπὸ τῶν Βοΐων ἐπὶ τὸν Ἴστρον καὶ τοὺς Σκορδίσκους Γαλάτας ΚΑΤΑβῆναι. Nulla in his κατάβασις cogitari potest. Cimbri dicuntur a Boiis repulsi *mutato itinere* Istrum et Scordiscos petiisse. Itaque rescribendum ΜΕΤΑβῆναι.

Nihil hac confusione notius est.

Pag. 298. καί ΠΩC τὸ τῶν ἐμψύχων ἀπέχεσθαι Πυθαγόρειον τοῦ Ζαμόλξιος ἔμεινε παραδοθέν. Non convenit sententiae καί πως. Est haec Strabonis suspicio tantum, quamobrem corrige καὶ ΪCΩC, *et fortasse.*

Strabo pag. 301. ὁ καθ' ἡμᾶς βίος εἰς πάντας σχεδόν τι διατέτακε τὴν πρὸς τὸ χεῖρον μεταβολὴν τρυφὴν καὶ ἡδονὰς καὶ κακοτεχνίας ΕΙC πλεονεξίας μυρίας πρὸς ταῦτ' εἰσάγων. Coniiciunt ΚΑΙ πλεονεξίας. Coalescant in unum male divisa et legatur ΈΚ πλεονεξίας. Contrario errore scribitur pag. 387. ΈΚ δὲ τῶν Ῥυπῶν ἦν ὁ Μύσκελλος pro εἷς.

Pag. 305. Δαρεῖος ὁ Ὑστάσπεω — ἐκινδύνευσε πανστρατιᾷ δίψῃ ΔΙΑΛΤΘΗΝΑΙ. Inseptum est in tali re διαλύεσθαι. Nihil aliud fert et loci sententia et dicendi usus quam δίψῃ διαΦΘΑΡῆναι.

Pag. 306. εἶτα Βορυσθένης — καὶ νῆσος — ἔχουσα λιμΕΝΑ. πλεύσαντι δὲ τὸν Βορυσθένη σταδίους διακοσίους ὁμώνυμος τῷ ποταμῷ πόλις. Sententia manifesto postulat ΆΝΑπλεῖν. Itaque scribe: — λιμΕΝΑ. ΆΝΑπλεύσαντι δέ κτέ. Vides cur ἄνα — perierit.

Pag. 307. ὥστε καὶ ΠΗΛΟΝ εἶναι καὶ ὁδόν. Frigidissime emendant καὶ ΠΛΟΤΝ καὶ ὁδόν. Scita est Madvigii coniectura: ὥςε καὶ ΚΑπηλΘΙον εἶναι καΘ' ὁδόν. *Plaustris mare conglaciatum transeunt* ET EST IN VIA CAUPONA, haud secus atque in terrestri itinere.

Pag. 311. Λεύκωνα δέ φασιν ἐκ τῆς Θεοδοσίας Ἀθηναίοις πέμψαι μυριάδας μεδίμνων διακοσίας καὶ δέκα. In libris est διακοσίων: in Epitome ιέ id est πεντεκαίδεκα Neuter numerus probabilis est, alter enim est iusto minor, alter omnem fidem excedit. Opem feret Demosthenes, quem haud dubie in his auctorem Strabo sequitur, in noto loco *Leptineae* pag. 467. αἱ παρ' ἐκείνου (τοῦ Λεύκωνος) δεῦρ' ἀφικνούμεναι σίτου μυριάδες περὶ ΤΕΤΤΑΡΑΚΟΝΤΑ εἰσίν. Reddamus igitur Straboni: πέμψαι ΜΜυριάδας μεδίμνων, id est τετταράκοντα μυριάδας, et numerum ab correctore suppletum expungamus.

Pag. 327. καταλυθείσης δὲ τῆς Μακεδόνων ἀρχῆς ὑπὸ Ῥωμαίοις ἔπεσεν. Soloeca haec oratio est et nullo modo ferenda. Et certa Graecitatis ratio et constans dicendi usus suadent ut ὑπὸ ΡωμαίΟΤC reponatur.

STRABO pag 327. ὁ δ' Ἡσίοδος·

Δωδώνην Φηγόν τε Πελασγῶν ἔδρανον ϜΗΘΝ.

corrigunt ἦεν, sed neque ἦεν Epicum est sed ἧϊεν, et sententia aliud quid postulat, nempe ϜΙΚΘΝ.

Pag. 338. ἡ αὐτὴ οὖσα τῇ Βοιωνώᾳ (τὴν γὰρ Οἰνόην οὕτω καλεῖν εἰώθασιν. Scribendum τῇ Βοινόᾳ. Elidenses enim digamma retinuerant Ϝοινόα dicentes et Ϝχδύ et similia, pro quo B substitui solet, ut in βχδὺ ὕδωρ et Βοινόα. Similiter pag. 360 Οἴτυλός ἐςι· καλεῖται δ' ὑπό τινων Βαίτυλος. Leg. Βοίτυλος pro Ϝοίτυλος.

Pag. 341. τῷ Ἡρακλεῖ συςρατεῦσαι τοὺς Ἐπειοὺς ἐπὶ Αὐγέαν καὶ συνΑΝελεῖν αὐτῷ τόν τε Αὐγέαν καὶ τὴν ϜΗλιν. Συνανελεῖν de Augea dici potest, sed de Elide tota non potest. Quin igitur legimus: καὶ CΤΝελεῖν pro συνανελεῖν, *una capisse* et Augeam et Elidem.

C. G. COBET.

AD GAI INSTITUTIONUM CODICEM VERONENSEM.

»Res enim sunt parvae prope in singulis litteris ..... occupatae."

Qui Gai Institut. Codicem Veron. novissime exactissima cura contulit, apographumque eius edidit, Guil. Studemund, V. Cl., de ipso Cod. et de libro, ex quo emanavit, (Praefat. p. XX,) praemonuit haecce:

„Cui saeculo tribuendus sit Cod. Gaianus certo dici nequit. Quem tamen ante Iustiniani praeceptum exaratum esse, quo tachygraphorum studia restincta sint, docti et prudentes harum rerum existimatores volunt. Neque confidentius de libro archetypo, ex quo Veron. saeculo p. Chr. n. 5 descriptus videtur, iudicium ferri potest; constat tamen ea aetate exaratum *fuisse*, qua artis notandi studia laetissime vigerent."

Cuius talis viri auctoritate non possum non moveri: videamus tamen an paulo ‚confidentius' de ea re iudicium proferre possimus. Iam statim non vereor ne, prae caeteris, ipse Studemund mihi assentiatur affirmanti, scatere Cod. Ver. mendis, quae ex notis siglisque, quibus et ipse archet. conscriptus esset, originem traxerint. Quin id mihi dabit, quicumque apographum a Viro Cl. editum vel inspexerit, nedum perlegerit, dummodo aliquam vel mediocrem diligentiam adhibuerit. Tum vero etiam frequentiorem et, quod maximum est, constantiorem notarum usum in illo fuisse, quam in Veronensi, vel paucis exemplis probari potest.

Sic in loco, de quo mox uberius agemus p. 29. vs. 8 sqq., —

ubi ad taedium usque *eadem* recurrunt — versu 12 legimus coeptionem, v. 14 coemptionem, v. 15 coemption, v. 17 coemptione. Pag. 191 v. 7 sq. — ubi item nonnulla verba repetuntur, — primum perscriptum est vocabulum pecuniae, in iteratis habemus pec.ae. Pag. 43, 21 et 44, 8, quibus locis agitur de capitis deminutione, pro *dim.* (archetypi) sibi videbatur scriba Veron. Cod. perscribere vocabulum exhibens *dimidia?* Pag. 49, 7, 8, quum oporteret eum scribere, „qui dicebatur praetorius *tutor*, quia *a* praetore urbano datur," exaravit: „qui dicebatur praetorius *tutelae* quia *aut* pr. urbano dat'." Pag. 51, 20, omittens signum $\bar{\chi}$ (= contra), scripsit „si quit mulier *kat.*" Ibidem v. 22 *tutum* posuit pro *tutela* Pag. 72, 15 et 205, 1 *argentum*, vocabulum pro nota habens verbi *argumenti*, scripsit: „si ex auro aut *argumento* vas aliquod feceris", et: „si corpus aliquod petamus uut (= velut), fundum, hominem, vestem, *argumentum.*" Pag. 83, 5 legimus „*tutores habet*," quae verba noster homo sibi videre visus est in *tut. auct.* = tutore auctore[1]). Pag. 93, 2 legitur: *propter contractionem*, sine sensu. Quid legendum est? Habemus iustam in eodem argumento lectionem p. 94, 3: *p* por>ne (= pro portione). Confusa nota $\bar{\chi}$ (= contra) cum simillima syllabae *tio* monstrum istud „propter contractionem" peperit. Idem fere mendum occurrit p. 106, 21 „*damnī contractionem*" pro „*damnationem*". Pag. 163, 5 „re in" pro: „*rei*" scriptum est: scriba litteram *i* habuit pro nota verbi *in*. — „*Trans*" scribitur *tr* inde, quia vocabulum *res* indicatur *r*, habemus p. 163, 12 *tres*scripticiis, pro *trans*scripticiis. Illitteratus ille, quisquis fuit, scripsit v. 10 eiusdem pag. pro „numeratione pecuniae" haec: „*nomen ratione p* (= per) $\bar{e}$ (= est) c-ae (= causae)". Opportune factum est, ut non alius scriba, aeque plumbeus in describendo, (cum neque res neque verba neque litteras neque notas satis sciret,) inde describeret: tunc enim, si haec perscripta legerimus, nisi aliis libris mss. uti potuissemus, vix crimen audaciae fugisset, qui „*numeratione pecuniae*" reponendum esse suaderet pro illis „nomen ratione etc". Quod crimen minus iam metuo, postquam et genus mendorum et causas cognovimus, et liberius

1) *u* et *b* litterarum perpetua est confusio, inde *avet* an(*h*)*abet* sit legendum mentis est discernere, non oculorum.

promam loci emendationem, qui inde pessum datus est, quod iba Cod. nostri *ipse notas non calleret, sed ex vetustiore libro is conscripto describeret.* Gaius, IV. § 11 (p. 190, 19 sq.), stquam duplicem edidit causam nominis actionum, quae apud eres in usu erant, — *legis actiones* enim appellatas esse aut uod legibus proditae erant" aut „quia ipsarum legum verbis ommodatae erant," inde „immutabiles eas observatas esse," , „perinde atque leges ipsas." Deinde sic, si editoribus credum est, pergit: „Unde *cum* qui de vitibus succisis ita isset, ut in actione vites nominaret, *responsum est, eum rem* rdidisse, quia debuisset arbores nominare" etc. Ut taceam lum minime Gaianum esse, et miram coniunctionem „cum i", hoc quaero, quis respondit? quam *rem* perdidit ille actor? iando denique responsum est? Certe enim si tum iurisconltus actori respondisset, nihil perdidisset, neque litem neque es.

In Cod. est: unde *eum*, qui de vilibus (lege: vitibus) succisis egisset, ut in āōne vites nominaret *responsum eum rem perlisse c'* quia debuisset" etc. Gaius ipse scripserit: „Unde m..... *reperim'* perdidisse c̄, (id est: reperimus perdise *causam*), quia etc." Scriba syllabam *rep* habuit pro nota = responsum, et inde istae turbae.

Sed, ut iam redeam, unde digressus sum, quorsum ergo ec spectant? Nimirum eo, ut statuamus, nisi archetypus tis conscriptus fuisset, vix futurum fuisse, ut in Cod. Veron. tas haberemus, ut archetypum non dicamus *„fuisse"*, sed *esse iratum eo tempore, quo artis notandi studia laetissime vigerent.* Et cum iam certo ex mendorum genere, quod in Cod. Veron. nmissum deprehendimus aliquid dignoscere potuerimus, forse per easdem quasi nubes etiam maior affulgebit lux archeo, unde spes sit fore, ut ipsi Gaio hic illic succurrere posius, cuius luminibus stolidum illum scribam saepius offecisse is quam manifestum est.

Considerandum igitur nobis erit duplex quoddam corruptelan genus, quod diversum inter se pariter fere codicem nostrum uinavit: *continuarum vocum frequentes iterationes, eosque tus*, quorum causa est *continentium vocabulorum omissio*, cui ieri adiungendum est illud, quo, *permutatis inter se locis*

sententiarum partes interdum dilaceratas, vocabulave nonnumquam discerpta aut deformata videmus.

Legimus lib. I. § 114 (p. 29 v. 8 sqq.):

„postea (lege: potest) autem coemptionem fa-
9, 10 cere | mulier non solum cum marito suo set etiam | cum
extraneo scl. aut mm̄ (rectius: mm̄ni = matrimonii) c (=
11 causa) facta coemptio di|citur aut fiduciae quae enim cum
12 marito suo | facit coeptionem [ut] aput eum filiae loco sit
13, 14 dicit' | mm̄[ni] c̄ fecisse coemptionem quae vero alte|rius
15 rei causa facit coemptionem quae vero alte|rius rei causa
16 facit coemption. aput eum filiae | loco sit dicitur mm[ni]
17 c̄ fecisse coemptionem qu|ae vero alterius rei causa facit
18 coemptionc̄ | quae vero alterius rei causa facit coempti-
19 one(m?) | aut cum viro suo aut cum extraneo ūū (= veluti)
20, 21 tutelae | evitandae c̄ dicitur fiduciae causa fecisse co|emptionem quod est tale" e. q. s.

Sequitur autem explicatio coemptionis, non quae universe fiduciae causa fit, sed *quae fit tutelae evitandae causa* ut verba: „veluti tutelae evitandae causae" loco suo esse mota pro certo statuere possimus. Grave certe mendum: graviores vero illae molestissimae repetitiones, quas Studemund cum exagitet a temulento scriba esse commissas dicit [1]). Et certe nauseavit: sed tamen fortasse ea fuit archetypi conditio, ut scriba non peracutus, quamquam tam sobrius fuerit, ut per totam vitam temetum ne gustasset quidem, facile in errorem incidere posset. Iam statim enim verisimile est verba: „quae vero alterius rei causa facit coemptionem" iam in archetypo bis exstitisse; nisi enim id dicamus, ne ab ebrio quidem commissum esset, ut postquam, his verbis *bis* scriptis, repetisset descripta illa versu 12 sq. „aput eum" etc., quum tertio in eadem verba incidisset, ea denuo iteraret. Quodsi sumamus haec verba unum versum archetypi, (repetita igitur duos versus) explevisse, ter in continenti singuli versus eodem vocabulo „coemptionem" desinebant; quod vocabulum si (omissa iam in archetypo vocula „*ut*",) finis quoque fuit versus ante verba „aput eum filiae etc." causam habemus, cur, post illa verba bis scripta,

1) Praefationis p. XXIX.

scriba rursus aberraverit ad haec ipsa „aput eum etc.", sic scilicet si locus ille conscriptus fuerit:

ꝛēp>n.
āp. eūm filiae loco st dic
it' m̄m̄ni [1]) c̄ fecisse ꝛēp>n.
q̄ ů al*t*. rei c̄ facit ꝛēp>n.
q̄ ů al*t*. rei c̄ facit ꝛēp>n.

Atque cum hunc locum ita ordinavimus, ut causam molestissimarum repetitionum deprehenderemus, ita demum hoc commode potuimus facere, praesertim cum in archetypo constantem fuisse notarum usum cognovimus, si singulos versus *undevicenis* litteris notisve conscriberemus. Et vide miram quandam consonantiam! Illa verba:

„ūū tutelae evitandae c̄."

quae supra vidimus loco suo esse mota, totidem litteris scribenda erant. Iam ergo videamus, utrum hic numerus modo fictioni nostrae debeatur, an etiam quasi legitimus fuerit singulorum archetypi versuum.

In collatione Mosaic. et Roman. leg. XVI. 11. § 14. — quod caput ex Gaio desumptum est, — haec legimus: „Quod ad feminas tamen attinet, [in] hoc iure aliud in ipsarum hereditatibus capiendis placuit, aliud in caeterorum ab his capiendis. Nam feminarum hereditates perinde (edd. proinde) [ad nos] adgnationis iure redeunt, atque masculorum; nostrae vero hereditates ad feminas ultra consanguineorum gradum non pertinent. Itaque soror fratri sororive legitima heres est: amita vero et fratris filia legitima heres esse *non potest. Sororis autem nobis loco est* etiam mater aut noverca, quae per in manum conventionem apud patrem nostrum ius filiae consecuta est." Eadem haec Gai Lib. III. § 14. (C. V. 128, 24—129, 9). legimus, nisi quod quae verba distinximus „*non* potest .... est" a Cod. desunt. Iam vero haec: n̄ p̂' sororis āt. nob. loco ē (his tritis notis abbreviationibusque scripta.) undeviginti efficiuntur litteris.

1) „*m̄m̄ni causa*" etiam scriba C. Ver. recte scripsit p. 4. v. 13; hic nisi sic scriptum esset, ambiguum erat, utrum legendum esset, „matrimonium causa fecisse coemptionis", an „matrimonii c̄ fecisse coemptionem." Et in talibus, cum ars notandi vigeret, certe diligentiores erant.

In lib. 11 (§ 105. C. V. 79. 12 sqq.) haecce habemus: „In testibus autem" (agitur de testamentis faciendis per aes et libram) „non debet is esse qui in potestate est aut familiae emptoris aut ipsius testatoris, *quia propter veteris iuris imitationem* totum hoc negotium, quod agitur testamenti ordinandi gratia, creditur inter familiae emptorem agi et testatorem" etc. Non multis credo opus est, ut probem Gaium scripsisse: non debet is esse qui in potestate est aut fam. emptoris aut ipsius testatoris, *propter veteris iuris imitationem*; *quia* etc. Sed qui factum esse potuit, ut vocula „quia" sedem mutaret? Ita nimirum si verba „propter veteris iuris imitationem" unum versum effecerunt archetypi, et hoc ipsum „quia" a quo versus sequens incipiendus erat, paululum ordinem evagabatur. At:

p̄p̄ ue*t*is iuris imita*z*n̄.

sunt *undeviginti* litterae!

Collato loco Gai III. § 149 (C. V. p. 167.) cum Iustin. Institutis (3. 25, 2.) videmus ex illo evanuisse haecce: „contra naturam societatis esse existimavit [1]), sed Ser. Sulpicius cuius", quae verba sic scripta:

z̄ naturā societ.is ēē e*t* (= existi)
mavit s' Ser. Sulpicius c'

duo sunt versus *undevicenarum* litterarum.

Iustiniano etiam auctore Gai mancam in Cod. Ver. orationem factam restituere possumus III. § 217. Ut enim ex Inst. IV. 3 § 13 patet illic desunt verba: enim intellegitur, quod quoquo modo corruptum", vel decem et novem formae:

n̄ ītellegit' *q̄* q̈q̊m̊ *z*rupt.

Vix crederetur etiam in vicinia § 218 rursus versum excidisse, nisi et hians oratio sensu careret, et idem Iustinianus nobis ipsa verba et litteras praestaret. Et finem quidem § i 218 editores non potuerunt quin restituerent addentes: „quod prima parte eo verbo usus esset." Omiserunt autem duas litterulas initio § i 219. Ex Inst. IV, 3, 16 enim videmus ibi pro „et" legendum esse [Ca]et. = Caeterum. Periere nempe *undeviginti* litterae:

---

1) non „censuit" ut ab edd. Gaianis praebetur, nescio quam ob causam verbum „existimavit" reicientes.

q̣ ṕma ꝓt. eo *u*bo us*u* ēēt. Ca.

Lib. 11. § 254 init. edebatur adhuc: „Sed rursus, quia heredes scripti, cum aut totam hereditatem aut paene totam restituere rogabantur, adire hereditatem ob nullum aut minimum lucrum recusabant, atque ob id exstinguebantur fideicommissa, Pegaso et Pusione [consulibus] senatus censuit" etc. Apud Studemund inter „$\overline{FC}$" (= fideicom.) et „*Pegaso*" legitur nota „$\bar{p}$" (= post.). Adde ex Iust. 2, 23, 5 litteras 19:

ea Vespasiani Aug. tp̄'cs.

et lege: „postea Vesp. Aug. tempore, consule Pegaso et Pusione" etc. Ita enim, quia senatusconsulto nomen inditum est Pegasianum verisimilius est Gaium scripsisse quam „Peg. Pusione css.

In libro IV, quem librum Studemund statuit non ab eodem scriba scriptum esse, qui priores descripsit, p. 191, 4 sqq. (§ 13) Studem. haec praebet:

4 Sacramenti āō (= actio) generalis erat ad (dele *ad*) quibus
5 ꝑ (= enim) rebus | ut ali*t*. ageretur lege cautum n̄ erat,
6 de his sacra|mento agebatur eaq. āō pinde (= perinde)
7 periculosa erat | _____ (III atque) [1]) h' (= hoc) tem-
8 pore periculosa ē āō cer|tae creditae pecuniae ꝓp (= propter)
9 sponsionem, qua peri|clitatur actor si n̄ debitum petat nam
10 qui victus erat | falsi (I c q (?)** III) [2]) atque h' tempore
11 periculosa ē āō cer|tae creditae pec.ae $\overline{pp}$ sponsionem qua
12 periclita|ret' reus si temere neget, [et $\overline{ꝓp}$] [3]) restipulatio-
13 nem, qua pe|riclitatur actor si n̄ debitum petat, n̄ (falso
14 pro ꝑ = nam) quictus erat | summā sacram̄ti ṗstabat (praestabat) etc.

Quid factum sit videmus: cum debuisset scriba initio versus 9ni (post „*clitatur*") pergere: „*reus si* etc" (vide v. 12, nam quod ibi legitur „*retur* reus" mendo deberi manifestum est,)

---

1) Studem. hic nihil ipse legit, quae uncinis inclusa edidit, debentur schedis Gösch.

2) Ex collatione v. 7 et 10 patet legendum esse: falsi scr̄mti nom. (= falsi sacramenti nomine.)

3) In editionibus tantum „*et*" repetitur sed etiam „*propter*" desideratur. Ab utraque parte periculum erat, suamque habuit causam.

transiit mendose ad ea quae nunc iterum leguntur v. 13°; deinde post versum hunc 9ᵐ descriptum iteravit v.v. 7 et 8 et 9. Causa autem huius confusionis paulo obscurior est. Quae causa statim elucebit, si eadem notis transcripserimus versibus singulis undevicenarum litterarum, primo autem litterarum decem et sex; is enim versus rubricatori destinatus, ideoque brevior esse potuit.

1 Sermnti āō general
2 is erat q̇b. ꝑ rebꝰ ut alis
3 ageret' lege caut. n̄ erat
4 de h's sermnto agebat'
5 eaq. āō ꝑid. ꝑiculosa erat
6 falsi sermnti nom̄e atq.
7 h' tp̄' ꝑiculosa ē āō certae
8 creditae pec. ae p̄p spos. (= sponsionem)
9 q̇ ꝑiclitat' reus si teme
10 re neget et p̄p restip.on. (= restipulationem)
11 q̇ ꝑiclitat' actor si n̄ de
12 bit. petat ꝑ q̇ uictꝰ erat etc.

Sic enim loco constituto vides primum duos versus (9 et 10), *qui ab iisdem inchoabant*, esse omissos. Duobus autem sequentibus descriptis, fieri non potuit, quin scriba oculis deprenderet se nonnulla praetermisisse. Nam cum *et in suo codice et is eo, unde descripsit* verba „*periculosa erat*" et *qui victus erat*" in fine versuum legeret, animadvertit, *in illo duos tantum inter haec vocabula medios esse versus, in hoc non minus quam sex.* Recurrit igitur ad prius „*erat*" et sic iterat v. v. 6 et 7 et 8.

Amstelodami B. J. POLENAAR.
mense Novembri 1875.

(*Continuabitur.*)

GALENUS.

In Protreptico Tom. I. pag. 6. Kühn. ubi de instabili fortuna agit ita dicit: ἔψει δὲ καὶ Πρίαμον καθειργμένον καὶ Διονύσιον ἐν Κορίνθῳ. Priamum *in carcere* (καθειργμένον) nemo vidit et nemo audivit. Lege καθηρημένον.

C. G. C.

AD GAI INSTITUTIONUM CODICEM VERONENSEM.

Continuatur ex Mnemos. pag. 120.

In eiusdem libri IV. § 72 init. ab Huschke V. Cl. edebatur: „praeterea tributoria quoque actio in patrem dominumve [praetoris edicto de tabernae mercibus re]busve constituta est, cum filius servusve etc. Alii aliter lacunam schedarum Bluhmii et Goescheni resarcire conabantur. Et quanto cum periculo viri docti et sagaces divinatorio isto modo in Gaio sint versati Goudsmit, praeceptor meus Clarissimus, multis exemplis collatis [1]) docuit. Hoc autem loco Studem. eruit: (p. 214, 19 sq.) pterea tributoria q̄ actio in patrem dominumve *constituta ē c'* (= cum) *filius erbusve* constituta ē c' filius seruusve! Nempe factum est, quod nulla cuiusquam divinatione excogitari potuit, ut scriba C. Ver. bis eadem referret, sibique, ut sexcentiens, non constans, prima rice ‚serbus' altera ‚servus' scriberet.

Repetitae autem sunt hae undeviginti litterae:

> ›stituta ē c' fil. seru. ue

Ibid. § 102. (p. 224, v. 2 sq.) bis exstant verba: p̄p (= propter) genus āōnis (= actionis) satisdaretur ā (= aut) ꝑsona (lege: p̄p ꝑsonā) q̄ā [2]) (= quia) suspecta sit." Fuerunt duo versus archetypi:

> p̄p genꝰ āō.nis satisdar
> et' ā ꝑ ꝑsoꝑ q̄ suꝰpecta sit.

[1]) Kritische Aanteekeningen op Gaius etc. 1875.

[2]) Nota verbi „*quia*" est q̄ aut q̄a vel proprie q̄a.

Eiusdem libri IV. § 153 collatis iis, quae iam Studemundi editionis p. 239, 4 sq. leguntur cum Instit. 4, 15, 5, videbis legendum esse: „quin etiam plerique putant animo quoque retineri possessionem [quamvis neque ipsi in possessione simus ne]que [1]) nostro nomine alius," cum in Cod. exstent: „quin" etc. rip'sesioneq. nostro nom. alius." Perierunt igitur post *„p'sionē"* undeviginti litterae:

q̄u n'q. ipsi ī p'sion. simu n'.

Quamquam apud Romanos mulieres ut caeterae res possessione acquirebantur, et modo legimus complures fuisse ictos, qui animo quoque possessionem retineri posse defenderent, tamen animo utique retinere *possessionem uxoris* marito numquam licuit. Cautum enim fuit lege XII tab. si qua mulier usu in manum mariti convenire nollet, ut quotannis trinoctium a domo mariti abesset, atque ita cuiusque anni usum interrumperet. Quam legem sic fere refert Gaius Lib. I. § 111, nisi quod verba „a domo mariti" non adduntur. Quid igitur? In versibus, qui hosce antecedunt, iam locus, unde abesse debuerit, commemoratur? Minime, si scilicet editionibus fides est habenda. Ita enim ibi legimus: „Usu in manum conveniebat, quae anno continuo *nupta perseverabat*, quae enim (alii: „quia enim") velut annua possessione usucapiebatur, in familiam viri transibat, filiaeque locum obtinebat. Itaque lege XII tab. cautum erat etc." Mira profecto lex, quae ne uxor nupta perseveraret, non flammeum ricamve deponere eam iussit, sed abesse, unde autem non definivit. Sed in Cod. Ver. (p. 28, 7 sq.) haec ita habemus: „Usu in manum conveniebat, quae anno continuo nupta perseveraban (= perseverabanter) *nam* veluti annua possessione usucapiebatur, in familiam viri transibat etc." Inde mihi quidem persuasum est, in archetypo fuisse:

p̄seuan
ī domo mariti ꝛmorabat' [2])
p̄ etc.

confudisse autem scribam C. Ver. finem versus alterius cum

1) Haec ipsa verba Goudsmit addidit l. l. p. 109.

2) Ut hic „in domo mariti commorari" Gaius pro mea coniectura dixerit, sic habemus apud Ulpian. XI, 27: „in contubernio servi *morari*."

squente. Quae coniectura iam nostram rationem probat, et ab a probatur.

Si de possessione controversia fuerit, et praetor interim fructus licitatione in ea constituerit alterutrum litigantem, „is qui ructus licitatione" — sic legimus IV § 167 — vicit, si non robat, (lege: probarit) ad se pertinere possessionem, sponsionis t restipulationis et fructus licitationis summam poenae nomine, olvere et praeterea possessionem restituere iubetur, et hoc amlius, fructus, quos interea percepit, reddit (lege: „perceperit, eddet")". Deinde Gaius sic perrexit: „Summa enim fructus citationis non pretium est fructuum, sed poenae nomine solvitur." criba Cod. nostri dedit (p. 245, 7 sqq.): „summa e*n̸* [1]) fructus, (quos *i*ea (= intera) *p̸*cepit reddit summa enim fructus) citationis etc.

Hic autem quamquam si scribamus:

„fructus q̊s *i*ea *p̸*ce*p̸*it r
eddet summa e*n̸* fructus"

is sunt undevicenae litterae, ut videri possit scriba a fine alerius versus in initium antecedentis aberrasse, non multum uic rationi tribuamus. Primum quia verisimilius est „fruct*u*" on „fructus" *n̸* non e*n̸* scriptum fuisse; itaque illi numero tres tterae desunt. Tum autem quod causa erroris sufficit, idem erbum in vicinia recurrisse. Idem fere dicendum est de repetione verborum quam p. 164, 10 habemus:

„ali*u*' stipulet' ali*u*' *p̸*mi
ttat et ī nominib*u*' ali*u*'."

Sic prorsus nihil dandum est loco 237, 12, 13, ubi haec gimus: „quod sectores vo*cantur*, q̇ publice bona mer*cantur*, ii publice bona mer*cantur*," quamquam si scribamus:

q̇ publice bona mercant'

sum numerum undeviginti habemus [2]). Alia quoque fuisse causa detur erroris ab ipso scriba uncino indicati p. 94. vv. 16, 17. um enim ille scripsisset v. 16: „si quis intestatus mor", ver-

---

) nota verbi „*enim*" est aut *n̸* aut e*n̸*.

) In archetypo verisimile est vocabulum „*bona*" non perscriptum fuisse sed nota „b̄."

sus 17ⁱ initio, repetens eadem, scripsit: „si quis intestatus' tus sit."

Magis rationem nostram probari puto errore p. 76, vv. 18, 19 (lib. II § 95) commisso, ubi bis referuntur verba, quae commodissime litteris undeviginti scribuntur:

(it̄ ꝑ alienos s̄ūs ī q̇b. n'q ūf,)

„item per alienos servos in quibus neque usumfructum;" quamquam causa iterandi fuit quod praecederet verbum possi*demus*, sequeretur verbum hab*emus*. Quod inde manifestum est, quod scripto demum „habem'," ad „item etc." scriba recurrit. Haec enim si constans fuit norma totius codicis, ut singuli versus undevicenis litteris constarent, fieri non potuit, quin semper litterae, tot litterarum intervallo seiunctae, eundem locum in suo quaeque versu obtinerent aeque distantem a fine et ab initio versuum; et si hae litterae, (eundem locum obtinentes in versibus continuo subsequentibus) etiam eaedem fuerunt, quid mirum est, quod scriba ab alteris ad alteras aberrarit?

In his duobus exemplis iterationum proxime allatis, vidimus scribam ubi iterum pervenit illic ad „mor" syllabam, hic ad verbum „habemus," cum errorem commissum animadvertisset, neque illud „mor," neque hoc „habemus" iterum scripsisse, sed utrumque recte omisisse. Alio autem loco etiam hoc modo auxit turbas. Quem tamen locum post Studem. curas patet magis vexatum esse coniecturis Virorum doctorum quam a scriba pessum datum. Attingam prius quasi per indicem eas coniecturas; quibus opponam, quid in apographo a Studem. edito legatur, et legentes videbimus, quid sit legendum. Sunt libri IV. §§ 62, 63, quas Boecking sic edidit:

„Sunt autem bonae fidei iudicia haec, ex empto vendito, locato conducto, negotiorum gestorum, mandati, depositi, fiduciae, pro socio, tutelae [commo]dati, [pignori]dati [familiae erciscundae, communi dividundo, praescriptis verbis, in his quidem] iudici nullo modo est praeceptum, invicem compensationis rationem habere, scilicet e[i hoc non ipsius] formulae verbis praecipitur etc." Huschke:

„Sunt autem (etc. initium ut apud B.) „pro socio, tutelae [commodati] p[ignori]dati, [familiae erciscundae, communi dividundo, praescriptis verbis.] Iudici [tamen horum iudiciorum]

nsationis rationem habere non [ipsis] formulae verbis prae-
· etc." Alii alias [1]); conspirant autem fere in eo, quod
es, quae *Iustiniani tempore* bonae fidei erant, Gaio obtru-
, parum curantes, temporum tractu, moribus mitigatis,
es multas, olim stricti iuris, in mitiorem formam bonae
traduci potuisse, ut nostro iam tempore omnes, quae
ntractu aut quasi ex contractu descendunt, hanc natu-
nduerunt. Itaque cum Gaium in ea re ex Iustinianeis
itionibus emendare studerent, periculum non evitabant,
eum adulterarent sibique veram iuris civilis historiae scien-
praecluderent [2]). Contra *arbitrium rei uxoriae* addere nole-
eiusque rei rationem dedit Huschke: „quia scilicet acti-
ontrariae suum quoddam ius haberent." („Die rei ux. act.
e er allenfalls übergehn, weil sie hinsichtlich der Gegen-
ungen ein eigenthümliches Recht hat.") At Cicero eam (de
3, 15.) assimulavit fiduciae actioni, quae a Gaio quoque
bon. fid. iudicia ponitur. Idem (Top. 66.) non obscure
cavit eam actionem in primis esse bonae fidei. Sed etiam
ntemnamus oratorem, ipsa Iustiniani imperatoria Maiestas
. IV, 6 § 29, § 2 C. un. de rei ux. act. (5, 13)) mo-
diserte tradens, olim eam actionem fuisse inter bon. fid.
. Tamen dubitabimus? Quin ipsum Gaium quasi ex in-
excitemus, duce Studem., quo ipse Mercurius melior dux
ierit. Legimus C. Ver. p. 212, 3 (med.) sqq.

s̄ at̄ b. f. haec ex ē |
vendito locato conducto negotior' gestorū |
ndati depositi fiduciae p socio tutelae puacu* [3]) |
i depositi fiduciae p socio tutelae pn**e

---

n hoc agimus; sed mira est critica ars, qua, cum iisdem uterentur schedis Cl., tantopere discrepare videamus ea, quae uterque quasi Gaiana ex iis

ea dubitatione, an recte Gaio obtrusae sint hae actiones, nitor auctoritate oris Clarissimi Goudsmit (Krit. Aanteek. p. 89.); quo magis doleo, quod i mihi nullae ab eo sint hastae ministratae ad revindicandam (hoc scilicet nuinam Gai sententiam.

itterae punctis a me notatae, et praesertim eae quibus aliae superscriptae icertae sunt.

Hic paulisper subsistamus, ut ostendamus, — sed quid opus est, ostendamus? Oculis ipsis videmus actionem, quae arbitrium rei uxoriae vocari solet, hic adnumeratam esse nomine *p* (*pro*) *u*[*xor*]*e*, quo nomine „actiones contrariae" iam exceptae sunt. Pergamus igitur:

liuer** |

7 tm iudici nullam invicem compensatio |

8 nis rationem habere ntrarte formulae verbis |

9 ꝑcipit' s' (= praecipitur sed) quia id b. f. iud. (= bonae fidei iudicio) conveniens videtur id of |

10 ficio eius contineri creditur."

Ut dignoscamus, quid hic scriptum exstet, primum opus erit causam quaeramus, cur v^{u}. 6° repetitum videamus paene totum versum 5. Quae causa est? Repetitae sunt litterae:

dati, depositi, fiducia-
e *p* socio tut. *p* uxore.

Iam adde ad alterum versum primas alterius litteras „*dat*'" (= datur) et simul agnoscas et causam erroris et quae iam sequantur: „[datur] libertas tamen iudici nullam invicem compensationis rationem habere; n̄ [*p*] ī (= non enim in) parte formulae verbis praecipitur, sed quia etc.

Eadem pagina, postquam Gaius (§ 64.) contrarium ius docuit eius actionis, „qua argentarius experitur, nam is *cogitur* cum compensatione agere," hac scilicet formula: „si paret Titium sibi X mil. dare oportere *amplius* quam ipse Titio debet," sic iam pergit v. 17 sqq.: „item *de bē c'* deductione agere iubetur; id est, ut in hoc solum adversarius e' (=eius) ꝛdemnet' (= condemnetur) quod su*p*ē (= superest) deducto eo, *q* (= quod) invicem ei bē (= bonorum emptor) defraudatoris nomine debet."

In iis „bē c'" notae sunt tritae verborum: „bonorum emptor cum": sed quid significent hae *de* vel *dc* litterae (nam Studemund „*e*" an „*c*" esset discernere non potuit) ignoramus; certe non significant „sic" quod Huschke — inane additamentum ex mera conictura — edidit. Neglectis his litteris Gaius dixerit, debere bonorum emptorem semper cum deductione agere. Itane? Num etiam si mortui bona emerit? Quid? Si suo nomine agat,

exempli gratia, si per interdictum possessorium bona ipsa, quae emit, petat? Minime; nam Gaius ipse declarat: „quod invicem bonorum emptor *defraudatoris nomine* debet". Quid igitur? Post litteras „*de*" periit *versus archetypi, vel* 19 *litt.*: „fraudatoris utiq. nom̄.e"; sic enim Gaius scripsit: „item defraudatoris utique nomine bon. empt. etc."

Sic in una eademque pag. libri IV, et ex iterationibus et ex omissione eandem fuisse normam archetypi videmus quam antea in libro primo statuimus. Universe autem exempla ubique per totum codicem abundant, nisi quod liber IV, etiam negligentius descriptus quam priores libri, uberrimus fons documentorum est. In ipso initio Gaius in eo est, ut explicet, duo esse genera actionum: in rem et in personam. „In rem actio est, cum aut corporalem rem intendimus nostram esse, aut ius aliquod nobis competere velut utendi, aut utendi fruendi, eundi, agendi, aquamve ducendi, vel altius tollendi prospiciendive. *Actio ex diverso adversario † est negativa.*" Ultima manifestissime manca sunt; non enim quaeritur, utrum actio sit affirmativa an negativa, sed utrum sit in rem, an in personam. Collata § 2 med. Inst. IV, 6, videbis post „adversario" addenda esse: „contraria, nihilominus etiam actio est in rem, quamquam:" quae 19 litterae archetypi fuerunt

x̄ria ꝑomin. ēt. āō ē ī rē q̄q

Ne quis autem putet nimium interesse inter librarii, qui librum IV descripserit, negligentiam et eum qui priores nobis tradiderit, recurramus ad ipsum quasi limen libri I. Ibi (§ 25.) libertinos, qui dediticiorum numero sunt, legimus nullam habere, ut nos dicimus, testamenti factionem passivam; vel ut latine cum Gaio ipso dicam, „nullo modo eos ex testamento capere posse" (ne per fideicommissum quidem), „non magis quam quemlibet peregrinum," cuius rei videtur scilicet ratio addi sic: q̄ n' (= quia nec) ipsi t̄t̄ (= testamentum) facere possunt, secundum id, quod m̄gn̄ placuit."

Quid significat m̄gn̄? m̄g̅ est „ „*magis*;" *n* autem quid est? De „*non*" vel de „*nam*" ne cogitari quidem potest. De n̊ = nobis, quae nota pro nob. *semel, idque in fine* versus, (p. 235, 8) occurrit, minus commode. Non est enim nota concepta, neque

Hic paulisper subsistamus, ut ostendamus, — sed quid opus est, ostendamus? Oculis ipsis videmus actionem, quae arbitrium rei uxoriae vocari solet, hic adnumeratam esse nomine *p* (*pro*) *u*[*xor*]*e*, quo nomine „actiones contrariae" iam exceptae sunt. Pergamus igitur:

liuer** |

7 tm̄ iudici nullam invicem compensatio |

8 nis rationem habere ntrarte formulae verbis |

9 p̀cipit' s' (= praecipitur sed) quia id b. f. iud. (= bonae fidei iudicio) conveniens videtur id of |

10 ficio eius contineri creditur."

Ut dignoscamus, quid hic scriptum exstet, primum opus erit causam quaeramus, cur v^u^. 6° repetitum videamus paene totum versum 5. Quae causa est? Repetitae sunt litterae:

dati, depositi, fiducia-
e *p* socio tut. *p* uxore.

Iam adde ad alterum versum primas alterius litteras „*dat'*" (= datur) et simul agnoscas et causam erroris et quae iam sequantur: „[datur] libertas tamen iudici nullam invicem compensationis rationem habere; n̄ [*p*] ī (= non enim in) parte formulae verbis praecipitur, sed quia etc.

Eadem pagina, postquam Gaius (§ 64.) contrarium ius docuit eius actionis, „qua argentarius experitur, nam is *cogitur* cum compensatione agere," hac scilicet formula: „si paret Titium sibi X mil. dare oportere *amplius* quam ipse Titio debet," sic iam pergit v. 17 sqq.: „item *de bē c'* deductione agere iubetur; id est, ut in hoc solum adversarius e' (=eius) ꝛdemnet' (= condemnetur) quod su*p*ē (= snperest) deducto eo, *q* (= quod) invicem ei bē (= bonorum emptor) defraudatoris nomine debet."

In iis „bē c'" notae sunt tritae verborum: „bonorum emptor cum": sed quid significent hae *de* vel *dc* litterae (nam Studemund „*e*" an „*c*" esset discernere non potuit) ignoramus; certe non significant „sic" quod Huschke — inane additamentum ex mera conictura — edidit. Neglectis his litteris Gaius dixerit, debere bonorum emptorem semper cum deductione agere. Itane? Num etiam si mortui bona emerit? Quid? Si suo nomine agat,

exempli gratia, si per interdictum possessorium bona ipsa, quae emit, petat? Minime; nam Gaius ipse declarat: „quod invicem bonorum emptor *defraudatoris nomine* debet". Quid igitur? Post litteras „*de*" periit *versus archetypi, vel* 19 *litt.*: „fraudatoris utiq. nom̄.e"; sic enim Gaius scripsit: „item defraudatoris utique nomine bon. empt. etc."

Sic in una eademque pag. libri IV, et ex iterationibus et ex omissione eandem fuisse normam archetypi videmus quam antea in libro primo statuimus. Universe autem exempla ubique per totum codicem abundant, nisi quod liber IV, etiam negligentius descriptus quam priores libri, uberrimus fons documentorum est. In ipso initio Gaius in eo est, ut explicet, duo esse genera actionum: in rem et in personam. „In rem actio est, cum aut corporalem rem intendimus nostram esse, aut ius aliquod nobis competere velut utendi, aut utendi fruendi, eundi, agendi, aquamve ducendi, vel altius tollendi prospiciendive. *Actio ex diverso adversario* † *est negativa.*" Ultima manifestissime manca sunt; non enim quaeritur, utrum actio sit affirmativa an negativa, sed utrum sit in rem, an in personam. Collata § 2 med. Inst. IV, 6, videbis post „adversario" addenda esse: „contraria, nihilominus etiam actio est in rem, quamquam:" quae 19 litterae archetypi fuerunt

ẋria ꝑomin. ēt. āō ē ī rē q̄q

Ne quis autem putet nimium interesse inter librarii, qui librum IV descripserit, negligentiam et eum qui priores nobis tradiderit, recurramus ad ipsum quasi limen libri I. Ibi (§ 25.) libertinos, qui dediticiorum numero sunt, legimus nullam habere, ut nos dicimus, testamenti factionem passivam; vel ut latine cum Gaio ipso dicam, „nullo modo eos ex testamento capere posse" (ne per fideicommissum quidem), „non magis quam quemlibet peregrinum," cuius rei videtur scilicet ratio addi sic: q̄ n' (= quia nec) ipsi t̄t (= testamentum) facere possunt, secundum id, quod m̄gn placuit."

Quid significat m̄gn? m̄g est „ „*magis*;" *n* autem quid est? De „*non*" vel de „*nam*" ne cogitari quidem potest. De n̊ = nobis, quae nota pro nob. *semel, idque in fine* versus, (p. 235, 8) occurrit, minus commode. Non est enim nota concepta, neque

Gaius in iure controverso solet docere quid sibi placeat, sed modestissime quid praeceptoribus suis placuerit profert. De $\overset{c}{n}$ (= nunc) non magis apte cogitatur; neque enim verisimile est, tunc temporis graviorem de libertinis, qui dediticiorum numero fuerunt, sententiam praevaluisse, quam statim cum Augustus, lege Aelia Sentia lata, studeret „populum Romanum sincerum atque ab omni colluvione peregrini atque servilis sanguinis incorruptum servare," ut est apud Sueton. in vita Aug. cap. 40.

Sed ut iam hanc litteram *n* negligamus, locus ipse sanus non est. Quid enim? Ideone ii non habebunt ius capiendi ex aliorum testamentis, *quia* ne ipsi quidem habent testamenti faciendi ius? Contraria ratio fortasse rectius se haberet. Apud Ulpianum Tit. XX, 14 haec legimus: „Latinus Iunianus, item is, qui dediticiorum numero est, testamentum facere non potest: Latinus quidem, quoniam nominatim lege Iunia prohibitus est; is autem, qui dediticiorum numero est, quoniam nec quasi civis Rom. testari potest, *cum sit peregrinus*, *nec quasi peregrinus*, quoniam nullius certae civitatis civis est, ut secundum leges civitatis suae testetur." Quibus verbis collatis cum Gaianis: „Hi vero qui dediticiorum numero sunt, nullo modo ex testamento capere possunt, non magis quam quilibet peregrinus," videmus, iis non addendam esse huius rei rationem, sed gravius ius de facultate testandi dediticiis adempta. Itaque sic legendum est: „*quin* nec ipsi testamentum facere possunt, secundum id quod magis placuit." Littera *n* igitur videtur error fuisse in archetypo, et inde *q̧* pro: „q̇n" et „*mgn*" pro „*mg*" in nostro codice exstitisse. Quod ita potuit fieri si *q* littera eundem fere locum in suo versu obtinuit, quem *g* in sequenti. Iam vero „n' ipsi $\overset{m}{t}$. [1]) facere $\overset{o}{p}$' s̄ ⋖ [2]) id *q̧* $\overline{mg}$." Sunt viginti litterae; ut satis appareat, si is numerus fuerit litterarum in singulis versibus, quem statuimus, litteras *g* et *q* eundem ordinem in suo quamque versu necessario obtinuisse.

Eodem modo emendandus est locus II, § 260, (p. 121, 13)

---

1) $\overset{m}{\tau}$ vel $\overset{m}{\tau\tau}$ nota est verbi „*testamentum*."

2) ⋖ nota est verbi „secundum.

i haec exstant: „potest autem quisque etiam res singulas p fc
: per fideicommissum) relinquere velut fundum, hominem, *uc-*
te, argentum, pecuniam et ū (= vel) ipsum heredem rogare etc."
Pro portento *„ucteste"* rectissime editur „vestem", sed qui fac-
m est, ut litterae „ct" eam vestem discinderent?

uestē argentū pec. iā et

deviginti sunt litterae. Cum quis ad „et" interpolaverit *ct*
: caetera), hae litterae in antecedentem versum receptae esse
lentur.

Et hoc *ucteste* nemo explicare potest, licet sit quam cupidissimus
ρὶ καπνοῦ στενολεσχεῖν. Alio autem loco, si dixero, nonnulla
o ordine iam nobis esse tradita, quam ea scripserit Gaius, for-
sse non deerunt, qui mihi obiciant, quae Euthyphron Platonis
crati: *σύ μοι δοκεῖς ὁ Δαίδαλος ἐπεὶ ἐμοῦγε ἕνεκα ἔμενεν ἂν*
ὧθ' οὕτως. Sed equidem talia non esse arbitrii cuiusquam ar-
tror, neque ubi non sit mutandi certa necessitas, voluntatem
ndandam. Videamus igitur an sana ratione mutationem quam
ectamus, defendere possimus. Ad quam rem pauca mihi sunt
legentium memoriam revocanda, ne dicam praemonenda; nota
nt enim omnibus, qui litteras Romanas attigerunt.

Tempore Gaiano, si qua de re inter aliquos controversia fuit,
ea re nisi formula a praetore petita agere non potuerunt. Cuius
rmulae si in ea parte, quae „intentio" appellatur, ab actore
us esset indicatum sibi deberi, quam ei deberetur, actor
usa cecidit: ex. gr. „si paret Aul. Ager. a Num. Neg. Ero-
m et Stichum stipulatum esse," quum ille tantum Erotem
set stipulatus: sin minus in ea parte actor complexus
set, de reliquo non potuit agere intra eiusdem praetoris prae-
ram. Si in ea parte quae „condemnatio" appellatur plus posi-
m esset quam actori deberetur, velut: „Iudex Num. Negid.
l. Agerio C condemna," pro L, reus potuit in integrum re-
tui, ut minueretur condemnatio; sin minus, actor tantundem
sequebatur, quantum in condemnatione fuit. Si in ea for-
lae parte, cui „demonstrationis" nomen inditum est, plus aut
nus esset demonstratum, ex. gr.: „Quod Aul. Ager. a Numer.
gid. Stichum et Erotem emit," quum alterutrum emisset,
ter prudentes ambigebatur et ita Gaius Libri IV § 58 sq.:
· 208, 18 — 209, 8) „Si in demonstratione plus aut minus

positum sit, nihil in iudicium deducitur et ideo reus in integro manet; et hoc est quod dicitur, falsa demonstratione rem non perimi (§ 59). Sed sunt, qui putent minus recte comprehendi, ut qui forte Stichum et Erotem emerit, recte videatur ita demonstrare: Quod ego de te Erotem emi, et si velit de Sticho (alia formula) idem agat, quia verum est, eum, qui duos emerit, singulos quoque emisse; *idque ita maxime Labeoni visum est;* sed si is, qui unum emerit, de duobus egerit falsum demonstrat; idem et in aliis actionibus est veluti commodati et depositi § 60. Sed *nos* apud quosdam scriptum invenimus in actione depositi et denique in caeteris omnibus, quibus damnatus unusquisque ignominia notatur, eum, qui plus, quam oporteret, demonstraverit, litem perdere" etc. Tres igitur fuerunt prudentium de ea re sententiae; prima (§ 58) nullum plane effectum habere, si in cuiuscumque formulae demonstratione vel plus vel minus esset positum; secunda (§ 59) Labeonis, si minus demonstravisset actor, eum hoc consequi quod demonstrasset; si plus, rem in integro manere, quia id demonstratum esset, quod inter litigantes non fuisset; tertia (§ 60), adversus *ultimam partem sententiae Labeonis*, si plus esset demonstratum, distinguendum esse: si damnatus reus ignominia notetur, causa cadere oportere actorem qui plus demonstraverit, in caeteris actionibus rem in integro manere."

Quis autem admonitus non videt, pessime sententiam Labeonis interruptam esse verbis: „idque ita maxime Labeoni visum est," cum etiam eiusdem sententiae pars, quae ea sequitur, ab aliis impugnetur? Sed missum id faciamus; hoc praetermittere non possumus, quod ridiculum in modum ea verba adduntur iis: „quia verum est, eum qui duos emerit, singulos quoque emisse;" quasi vero quod nemo qui sana mente utitur negare potest, id ita Labeoni visum fuerit! An, cum nemo paulo sanior scriptor sic scribat, Gaium, qui omnes ineptias sententiarum quam prudentissime vitet, „praecipuamque curam duxerit" (ut quae de Augusto Suetonius laudavit, iis in Gaium utar) „sensum animi quam apertissime exprimere," tam inconcinne, tam perverse scripsisse dicamus? Sed profecto haec verba „idque ita" si a Gaio profecta sunt, in fine demum §^{i} 59 ea protulit. Praeterea, quid hoc significat, quod Gaius dicit, se tertiam opinionem ipsum

legisse, nisi quod Labeonis sententiam non ipse legit? Non tantum igitur ea verba alieno mihi loco tradita esse videntur, sed etiam mutilata, cum Gaius (*in fine* §^{i} 59 ut diximus) scripserit: „idque ita maxime Labeoni visum *esse* [Nerva (aut quod aliud nomen ibi fuerit,) auctor est]." Unde autem haec corruptio? Ex hac archetypi forma, quam iam animo cernere atque intellegere possumus, et eam intellegemus, si unum hoc sumpserimus, „*emisse*" verbum ultimum fuisse versus undeviginti litterarum. Sic enim mihi videor posse constituere locum in archetypo scriptum:

q̇ duos em
erit sīgulos q̊q. emisse idq. ita
s' si is q̇ unū emerit de du maxime
ob. egerit falsū demōst labeoni
rat id. et ī aliis āōnib. ē uisū [ē ē
ūū modati et depositi Neru ā]ē.

Ab „emisse" usque ad „depositi" vides quatuor versus singulos litterarum undevicenarum esse; quae autem, pro mea coniectura, prius per errorem omissa essent, si in margine ab „emisse" incipiens addere vellet scriba, parem ad quemque versum litterarum numerum (senas scilicet ad singulos) adscribere potuit. Quo constanti ordine coniecturam nostram etiam magis firmari arbitror. Simul videmus, qui factum sit, ut ex ultimis verbis haec „esse Nerva (?) auctor" ab negligentissimo scriba Cod. Ver. praetermitti potuerint.

Qua in re non sum nescius multos fore, qui mihi contradicant. Et profecto res in primis est ardua et periculosa, sine librorum manuscriptorum subsidio aliquid scriptori inferre. Sed multi hoc ita distinguunt, quasi res esset, quae numero aut mensura constaret, non pondere, et si quis duas forte vel tres litteras addendas esse defendit, facile probant, si nonnulla verba, ne audiendum quidem eum esse existimant. Mihi vero nihil plane interesse videtur, utrum quis voculam „sed" intercidisse defendat, an totam Iliadem, sed hoc tantum spectandum, quibus rationibus opinionem suam probare studeat. Et quia saniores criticos mecum facere hac in re confido, unam etiam coniecturam expromam, quae audacior fortasse videbitur. In libro 1, postquam Gaius (§§ 93, 94) docuit, peregrinum, qui sibi libe-

risque suis civitatem Romanam quaesiverit, ideo tamen liberos in potestate non habere, sic pergit: §§ 95, 96 (p. 25, 18 sqq.). „Alia causa est eorum, qui Latii iure cum liberis suis ad civitatem Rom. perveniunt, nam horum in potestate fiunt liberi; quod ius quibusdam peregrinis civitatibus datum est vel a populo Romano, vel a Caesare. aut maius est latium, aut minus; maius est latium, cum et hi, qui decuriones leguntur et ei qui honorem aliquem aut magistratum gerunt, civitatem Rom. consecuntur, minus latium est, cum hi tantum vel qui (sic!) magistratum gerunt ad civitatem Rom. perveniunt: idque compluribus epistolis principum significatur."

Inter „vel a Caesare" et: „aut maius" etc. Studemund addi iubet „sed," Huschke „aliquo. Caeterum." Quam ob rem autem „Caeterum" malit vir Cl. quam „sed" neque ipse dicit neque ego intelligo; „aliquo" autem mihi quidem ἐκ περιουσίας additum esse videtur. Idem Huschke pro „vel qui magistr." scripsit: „qui vel magistr." et sic iam omnia recte se habere putat. Quod ego nego. Mirum est enim discrimen et praeter omnium doctorum opinionem inter latium maius et latium minus, quod hic a Gaio docemur; et ἄτοπον, quod hoc loco videmus in municipiis, qui magistratus gessissent multo dignitate antecessisse caeteris decurionibus, cum Romae quidem semper optimus quisque in senatu sederet. Verum, esto! Miror autem, quod Gaius hic a iure civili declinaverit, ut ius publicum doceret, idque quod ad ius parentium in liberis suis, *quo in argumento versatur, et ad quod continuo recurrit*, prorsus non pertineat. Tum quid tandem voluit hisce: „idque compluribus epistolis principum significatur"? Num *compluribus* epistolis opus erat, ad significandum, latio maiore magistratus et decuriones ad civitatem Rom. pervenire, minore tantum decuriones, cum tamen totum hoc ius „quibusdam" modo peregrinis *civitatibus* esset datum? Iam, cum ante „aut maius est latium etc." ipsa hiante oratione lacuna indicatur, itemque rursus lacunam produnt illa „cum hi tantum vel qui," perpensis omnibus difficultatibus, neque cum Studem. neque cum Huschke de huius loci integritate consentire possum. Neque vero, iterum lectis iis, quae Gaius scripsit ante „aut maius etc.," totum eum locum addendo expedire ita difficile mihi videtur, sic scilicet: „Alia causa est eorum, qui Latii iure etc. fiunt liberi; quod

ius quibusdam peregrinis civitatibus datum est vel a pop. Rom. vel a Caesare,

> [maiuq. latiū adpellat'. ꝑ] (= nam) | ā maiu ē latiū ā min.; maiu | ē latiū c' et hi q̇ decurio|nes legūt' et ei q̇ honorē | aliq. ā mag. gerūt civit. R. | [c' ꝑtib. uxorib.q. ac libis [1]) | ꝛseꝛt'; min. latiū ē c' hi tt [2]) | [ipsi, q̇ decuriones fiūt] | ū q̇ mag. etc.

Vides ter versu undevicenarum litterarum addito, iam nihil desiderari. Sed hoc cum maxime et tota quam de archetypo rationem proposuimus et haec de hoc loco coniectura firmatur, quod, quae in Cod. nostro exstant inter versus a nobis additos, *ea ipsa tritis notis scripta* digeri possint versibus, *qui singuli litteris constent undevicenis!*

Quando archetypus conscriptus sit ignoratur; sed hoc mihi constat, *Tribonianum usum esse exemplari Gai Institutionum, quod ex eodem fonte defluxerit.* Quod ne plane sine documento dixisse videar, unum etiam exemplum superioribus addam. Gaius, 3 § 222, postquam exposuit, domino ita iniuriam fieri per servum, si quis quid atrocius commisisset, quod aperte contumeliam *domini* spectaret" supervacue hoc illustrare videtur verbis: „veluti si quis *alienum* servum verberaverit;" quorum verborum hoc „alienum" vix est ferendum pro: „eius." Iam autem cum haec ipsa excipiantur verbis: „et in hunc casum formula proponitur," qui paulo teretiores aures habet, tantum non in illis: „si quis" etc. *praetorem Romanum* loquentem audit. Permutaverunt igitur ista verba „veluti" etc. sedem suam. Et unde haec mutatio? Videntur in archetypo praetoris verba et hoc „ūū" prius fuisse omissa, deinde alieno loco addita. Scil. *ante* (non *post*) versum *archetypi*: „et ī hūc cas. form. ꝑponit'"; *attamen mendum a Iustin. confirmatur*, vide Instit. IV, 4, 3.

Ne quis autem existimet, archetypum si habeamus, authenticum Gai exemplar a nobis teneri! Certe enim ipse ille liber iam menda contraxit ex eo libro, unde descriptus fuerit. Itaque si hic illic menda adparent, quae hanc rationem non firmant, non ideo iam ipsa refutata mihi videtur. Ut rem alio codice

---

1) De *parentibus, uxoribusque ac liberis* cf. aeris Salpensani Rub. XXI.
2) tt = tantum.

illustrem, nota est Lachmanni coniectura de archetypo Catulli, unde etiam eo poeta iam emendatiore utimur. Per cuius viri Cl. thesin vereor tamen, ut quis illius loci, qui est carm. 64. v.v. 105—111 vel mendum tollat, vel confusionem explicet. Ibi enim legimus:

105 Nam velut in summo quatientem brachia Tauro,
106 Quercum aut conigeram sudanti cortice pinum
107 Indomitus turbo contorquens flamine robur
108 Eruit, (illa procul, radicitus exturbata,
109 Prona cadit, late quast impetus obvia frangens,)
110 Sic domito saevom (?) prostravit corpore Theseus
111 Ne quiquam vanis iactantem cornua ventis.

Poeta scripserat:

v. 105 Nam[que] velut *vanis* quatientem brachia *ventis*
v. 111 Ne quiquam in *summum* iactantem cornua *taurum*."

Et quamquam hoc mihi persuasum est, et quamquam ne ipse quidem causam confusionis explicare possum ex alia ratione, minime tamen credam vel emendationem nostram ratione Lachmaniana refutari, vel ipsam, si haec vera est, aliqua ex parte infractam esse vel infirmiorem redditam.

Amstelodami B. J. POLENAAR.
mense Novembri 1875.

GALENUS.

In *Protreptico* Tom. I. p. 28. athletarum victum reprehendens ait: – ὡς προσηκόντως ἄν τινα ἐπ' αὐτῶν εἰπεῖν·

ἄλλοι μέν ῥα θεοί τε καὶ ἀνέρες ἱπποκορυσταὶ
εὗδον παννύχιοι μαλακῷ δεδμημένοι ὕπνῳ,
ἀλλ' οὐκ ἀθλητὰς κακοδαίμονας ὕπνος ἔμαρπτεν.

ἀνάλογον τοίνυν τούτοις καὶ ἡ τῶν ὕπνων αὐτοῖς ἔχει Συμμετρία· ἡνίκα γὰρ οἱ κατὰ Φύσιν βιοῦντες ἀπὸ τῶν ἔργων ἥκουσι – τηνικαῦθ' οὗτοι διανίσανται τῶν ὕπνων. Clamat sententia pro συμμετρία Galenum dixisse Ἀσυμμετρία.

C. G. C.

THUCYDIDEA.

LIB. I.

Cap. 3. διὰ τὸ μηδὲ Ἕλληνάς πω, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, ἀντίπαλον εἰς ἓν ὄνομα ἀποκεκρίσθαι. — ἀντίπαλον si adverbium est ejusdem est generis atque notissima illa ἡδὺ ὄζειν, σαθρὸν βομβεῖν et cetera. Sed hic intelligi oportet vel ὥςε ἀντιπάλους εἶναι, vel ἅτε ἀντιπάλους ὄντας; quae ut concedamus adverbialiter efferri posse, certe nihil cum illis exemplis commune habent. Scripsit Thucydides ἀντίπαλον ἐς ὄνομα ἀποκεκρίσθαι. ἓν sibi habeat qui infersit.

Ξυνήθη τὴν δίαιταν ἐποιοῦντο aliter accipi nequit, quam quasi scripsisset ἡ δίαιτα ἦν ἐποιοῦντο ξυνήθης τις ἦν. Lege: τὴν ξυνήθη δίαιταν ἐποιοῦντο.

Cap. 83. extr. Legendum videtur καθ' ἡσυχίαν τὰ αὐτῶν προϊδωμεν.

Cap. 84. καὶ δύναται μάλιςα σωφροσύνη ἔμφρων τοῦτ' εἶναι. Malim τούτων, sc. τῶν ἅμα ἐλευθέραν καὶ εὔδοξον τὴν πόλιν νεμομένων. Quod sequitur, δι' αὐτὸ intellige διὰ τὸ νέμεσθαι κ. τ. ἐ. *Modestia cum sano judicio conjuncta facilius apud eos reperitur qui libera et gloriosa civitate fruuntur.* Ibid. Pro παρασκευαζόμεθα καὶ conjicio παρασκευαζόμενοι, et utrumque δεῖ delendum censeo. Quippe luce clarius est hanc sententiam a

praecedentibus pendere, neque Archidamum docere velle quid oporteat, sed qua in disciplina nutriti fuerint admonere. (*ταύτας ἃς οἱ πατέρες παρέδοσαν μελέτας καὶ αὐτοὶ διὰ παντὸς ἔχομεν*).

Cap. 86. Recte scriptum est *μελλήσομεν τιμωρεῖν — μέλλουσι κακῶς πάσχειν*, sed pro *μέλλοντας ἀδικεῖν* magis ex more Thucydideo esset *μέλλοντας ἀδικήσειν*. — Recipienda est lectio Codd. C et G *ἐπὶ τοὺς ἀδικοῦντας*.

Cap. 87. Vereor ut *ὁ δὲ* recte dici possit, quum idem vir intelligatur qui in suffragium mittit et qui majoris partis sententiam discernere se posse negat. Legerim, *τοιαῦτα λέξας* (recte *δὲ* in C et G omissum est) *ἐπεψήφιζεν αὐτὸς ἔφορος ὢν ἐς τὴν ἐκκλησίαν. τῶν δὲ Λακεδαιμονίων κτέ.*

Cap. 90. Dele *τοὺς περιβόλους* quod si retineretur *εἰσήκεσαν* legendum esset. *Τὰ τείχη* in verbo *τειχίζειν* commode subaudiri potest — *καὶ ὑπειπὼν τἄλλα ὅτι αὐτὸς τἀκεῖ πράξοι κ. τ. ἑ.* Mirum si *ὑπειπεῖν* apud Demosthenem est *praefari*, apud Thucydidem contra *subjicere*. Neque caetera non offendunt. Fortasse scripserat *καὶ ἐπειπὼν ἅμα*. — *ὅ τι οὐκ ἐπέρχεται ἐπὶ τὸ κοινόν*. cf. 72. extr. ubi pro *ἐπιέναι* C et G *παριέναι* habent. Infra in hoc capite *ἐπελθὼν* et 119. extr. *ἐπελθόντες* sine ulla varietate. Sed compendia harum praepositionum facillime confundi potuerunt. — *θαυμάζειν ὡς οὔπω πάρεισιν*. Lege, *ὅπως*.

Cap. 91. *τῶν δὲ ἄλλων ἀφικνουμένων καὶ κ. τ. ἑ.* Librarius, qui de legatis haec accipiebat, *ἄλλων* et *καὶ* de suo infersit. *οἱ ἀφικνούμενοι* ejusdem generis sunt atque illi qui in Cap. 95 de Pausaniae vita multa ad Lacedaemonios deferunt. — Dele putidissima illa *ἄμεινον εἶναι — ἔφασαν* – et rursus *ἄμεινον εἶναι*.

Cap. 93. Malim: *ὡς ἕκαστοί ποθεν προσέφερον*. Caetera quae in hoc capite corrupta sunt attingere non audeo; sed, nisi fallor, hiatus est inter *ἀλλήλαις* et *τοὺς λίθους ἐπῆγον*; et pro *πρὸς ἀλλήλους τὰ ἔξωθεν* scribendum videtur, *πρὸς ἀλλήλους τε καὶ τὰ ἔξωθεν*.

Cap. 94. Quoniam κατὰ τὸ ξυγγενές de solis Ionibus dici potest, in præcedente oratione aliquid turbatum fuerit necesse est. Legendum suspicor, καὶ οὐχ ἥκιστα οἱ Ἴωνες ὅσοι ἀπὸ βασιλέως κ. τ. ἑ.

Cap. 96. ξυνετίθεσαν. Et aoristo opus est, et passiva voce quae a τοῖς πρὸ ἐμοῦ pendeat. Cod. B. habet ξυνετέθησαν, cujus finali syllaba recisa vera lectio apparet.

Cap. 102. Lege, βίᾳ γὰρ ἂν ἑλεῖν τὸ χωρίον. Dele καὶ ἀλλοφύλους ἅμα ἡγησάμενοι. Idem faciendum in καὶ οὐκ ἀξιώσαντες ὑπὸ Λ. τοῦτο παθεῖν.

Cap. 116. Pro ἐσαγγελθέντων malim ἐσαγγελθέν.

Cap. 120. ἀνδρῶν γὰρ σωφρόνων μέν ἐσιν κ. τ. ἑ. Non ferendi sunt optativi ἀδικοῖντο et ἡσυχάζοι; sed qui haec attente leget utroque verbo facile carebit. Nam in vulgata lectione hoc est incommodi, quod ea de viris *fortibus* dicuntur, quorum pars certe potius ad *prudentes* pertinet; nempe τὸ ἐκ πολέμου πάλιν ξυμβῆναι, et τῇ κατὰ πόλεμον εὐτυχίᾳ μὴ ἐπαίρεσθαι. Lege, ἀνδρῶν γὰρ σωφρόνων μέν ἐσιν ἀγαθῶν δὲ, ἀδικουμένους κ. τ. ἑ. Mox recipienda est lectio quam C et G praebent, ἀβουλοτέρων τῶν ἐναντίων τυχόντα.

Cap. 121. κατὰ πολλὰ δὲ ἡμᾶς εἰκὸς ἐπικρατῆσαι. Imo ἐπικρατήσειν. Pro καθαιρετέον L. Dindorfius legit καθαιρετόν flagitante sententia.

Cap. 126. Malim ϛασιαζόντων. Τοὺς δὲ ζῶντας κ. τ. ἑ.

Cap. 132. Iam indicavi legendum: τοῖς παροῦσί τε τἄλλα αὐτοῦ ἀνεσκόπουν — et mox καὶ τότ' ἔδόκει εἶναι. In iis quae sequuntur non omni ex parte mihi placent quae olim proposui. Hodie malim πρὶν γε δὴ αὐτός — [μηνυτὴς γίγνεται] [ἵνα] [μὴ ἐπιγνῷ].

Cap. 133. Delenda monui οἱ ἔφοροι et ἐς ἣν. Sunt enim Spartiatae qui τοὺς ἐφόρους ἐντὸς ἔκρυψαν.

Cap. 138. Lege καὶ τοῦ Ἑλληνικοῦ [ἐλπίδα] ἣν ὑπετίθει αὐτῷ δούλωσιν. Nondum me pudet conjecturae meae κρῖναι ἱκανῶν οὐκ ἀπήλλακτο.

Cap. 140—141. οἷς εἰ ξυγχωρήσετε κ. τ. ἑ. Longa disputatione opus esset, si legentium plerisque ostendere vellem quam misere haec corrupta sint. Satis sit idoneis judicibus haec tria indicare, quae male cohaerere vel potius ne cohaerere quidem ipsi fatebuntur. τὸ βραχὺ = οἷς. σαφὲς ἂν καταςήσαιτε αὐτοῖς = προσφέρεσθαι, διανοήθητε = ἢ ὑπακούειν = ἢ εἰ πολεμήσομεν. Quid multa? Haec ideo non cohaerent, quia singulae sententiae sedes suas inter se commutarunt. Fiat modo periculum, et fere omnia sana et perspicua erunt. τὸ γὰρ βραχύ τι τοῦτο πᾶσαν ὑμῶν ἔχει βεβαίωσιν καὶ πεῖραν τῆς γνώμης. σαφὲς δ' ἂν καταςήσαιτε αὐτοῖς αὐτόθεν, εἰ διενοήθητε ὑπακούειν πρίν τι βλαβῆναι, ἢ εἰ πολεμήσομεν, (ὡς ἔμοιγε ἄμεινον δοκεῖ εἶναι). οἷς εἰ ξυγχωρήσετε καὶ ἄλλο τι μεῖζον ἐπιταχθήσεσθε ὡς φόβῳ καὶ ταῦτα ὑπακούσαντες· ἀπισχυρισάμενοι δὲ ἀπὸ τοῦ ἴσου ὑμῖν μᾶλλον προσφέρεσθαι (ἀναγκάσετε) ὡς καὶ ἐπὶ μεγάλῃ καὶ ἐπὶ βραχείᾳ ὅμως προφάσει μὴ εἴξοντες et quae sequuntur.

LIB. II.

Cap. 67. V. apud Bekk. quae G praebet, et lege, (μὴ) ςρατεῦσαι — οἵπερ ὥρμητο — καὶ παῦσαι βοηθοῦντα αὐτοῖς. (πεῖσαί τε καὶ παῦσαι καὶ πορευθῆναι).

Cap. 89. Lege, ἔν ὅτῳ δὲ ἑκάτεροι ἐμπειρότεροι, καὶ θρασύτεροί ἐσμεν.

LIB. VII.

Cap. 1. Suspecta mihi sunt καὶ ἐπιβατῶν.

Cap. 2. πρὸς τὸν Τρώγιλον ἐπὶ τὴν ἑτέραν θάλασσαν. Cur utrumque dixit? Mox pro κατελείπετο malim κατελέλειπτο. Audito Gylippi adventu Athenienses haec *reliquerant*.

Cap. 4. *τὸ ἐπὶ τῇ θαλάσσῃ*. Sic Cod. B. Recte. — Pro *ἥπερ προύχουσα* lege *ἣ προύχουσα*, et pro *ῥᾷον*, *ῥᾴων*.

Cap. 7. *μέχρι τοῦ ἐγκαρσίου τείχους*. Dele *μέχρι*, quod sensu caret. *ξυνετείχισαν τὸ λοιπὸν τοῦ ἐγκ. τείχους*.

Cap. 8. extr. Legendum *ὁ δὲ τὰ κατὰ τὸ στρατόπεδον διὰ φυλακῆς μᾶλλον* [*ἤδη*] *ἔχων ἤδη ἐκουσίων κινδύνων, ἐπεμελεῖτο*.

Cap. 13. Recte Passovius *αὐτονομίας* pro *αὐτομολίας*. Sed ne sic quidem omnia sana sunt. Falsa est antithesis *οἱ μὲν ἐπ' αὐτονομίας προφάσει, οἱ δ' ὡς ἕκαστοι δύνανται*. Delenda sunt *οἱ δὲ*, ut opponantur *οἱ ἀπιόντες* et *οἱ ἐμπορευόμενοι κ. τ. ἑ.* Sed quid sibi vult *πολλὴ δ' ἡ Σικελία*? An hoc? *μεγάλη δ' ἡ Σικελία καὶ πολλὰς τὰς καταφυγὰς τοῖς αὐτομολήσασι παρέχουσα*. Sed Niciae res ejusmodi erant ut de fugitivis vel in vicinia conquirendis cogitare non potuerit. Credo Thucydidem reliquisse ΠΟΛΛΟΙ ΔΕ ΕΙΣΙ ΟΙ ΚΑΙ ΑΥΤΟΙ; quae cum aliquis ita descripsisset ΠΟΛΛΟΙ ΔΕ ΕΙΣΙΝ ΚΑΙ ΕΙΣΙ ΟΙ ΚΑΙ ΑΥΤΟΙ, corrector haec refinxit ut hodie vulgantur. Mox praestare puto *οἱ ἐξορμῶντές τε καὶ ξυνέχοντες τὴν εἰρεσίαν*.

Cap. 18. Pro *γένοιτο* B habet *ἐγεγένοιτο*. Dittographia est e *γένοιτο* et *ἐγεγόνει* conflata, scribendum *ἐγεγόνει*.

Cap. 21. Lege; *τοῦ ταῖς ναυσὶ μὴ ἀθυμεῖν ἐπιχειρήσιν π. Α.* Mox in *καὶ σφᾶς ἂν τὸ αὐτὸ ὁμοίως τοῖς ἐναντίοις ὑποσχεῖν*, quaerit Bekkerus: „nonne *σφεῖς*?" Responderem, si scirem quid esset *ὑποσχεῖν*.

Cap. 28. Pro *θᾶσσον οὖσα* lege *θᾶσσον ἰοῦσα*. — *οἱ μὲν ἐφ' ὅπλοις ποιούμενοι, οἱ δ' ἐπὶ τοῦ τείχους*. Hodie lectionem Codicis B incunctanter recipiendam censeo. *οἱ μὲν ἐφ' ὅπλοις που, οἱ δ' ἐπὶ τοῦ τείχους*. — Librarii oscitantiae monstrum debetur, quod nemo adhuc procurare potuit, scripserat enim ille, *οἱ μὲν ἐφ' ὅπλοις που, οἱ μὲν οἱ δ' ἐπὶ τοῦ τείχους*, et puncta quae perperam repetitis vocibus subjicere debebat vel ipse non posuit, vel alius postea non animadvertit. Infra *τοσοῦτον* apodosin habet

in ὥςε; quod qui non videbat ὅσον nobis obtulit. Cetera sic scribenda: οἱ (vel ὅσοι,) κατ' ἀρχὰς .... οἱ δὲ τριῶν γε ἐτῶν οὐκ εἰς πλείω χρόνον ἐνόμιζον ὑπεροίσειν αὐτούς.

Cap. 29. extr. Lege: οὐδεμιᾶς ἧσσον ἀδόκητος, deletis μᾶλλον ἐτέρας.

Cap. 30. Quid sibi velint καὶ τὴν θάλασσαν et ἃ ἤγαγεν penitus ignoro; etiam cur Vallae correctionem τοξεύματος Bekkerus non receperit. Infra lege χρησαμένην.

Cap. 32. ἐνέδραν τριχῇ ποιησάμενοι. Sic. B. Ceteri Codices ἐνέδραν τινὰ; quam lectionem multo deteriorem puto.

Cap. 33. Lege ἀναλαβόντες αὐτὰς cum cod. B.

Cap. 34. Praestat quod A et B habent, ἐπ' αὐτῷ τούτῳ. Mox scribendum ὥς' αὐτούς.

Cap. 39. Pro ὅπως αὐτοῖς ἐκβιβάσαντες lege ὅπως αὐτόσε ἐκβ.

Cap. 42. Dele οἷόν τε quod falsum, et lege οὐ δεῖν διατρίβειν. Καὶ οἱ ξυντομωτάτην ἡγεῖτο διαπολέμησιν: Imo καθ' ὃ ξυντομώτατα ἡγεῖτο διαπολεμήσειν.

Cap. 43. Delenda videntur ὅπως et μὴ βραδεῖς γένωνται.

Cap. 44. Malim: προσορᾶν, et ἀποςερεῖσθαι quod verbum et per se melius videtur, et sine subjecti mutatione adhiberi potest. Pro εἰ μὲν ἐντύχοιέν τισι κρείσσους ὄντες τῶν πολεμίων sensus postulare videtur εἰ μὲν μὴ τύχοιεν κρείσσους κ. τ. ἑ. et mox διέφευγον αὐτοὺς ἐκεῖνοι ἅτε ἐπισάμενοι τὸ ξύνθημα.

Cap. 48. Sic corrigo: καὶ γὰρ οὐ τοὺς αὐτοῦ ψηφιεῖσθαί τε περὶ σφῶν αὐτῶν, καὶ τὰ πράγματα κ. τ. ἑ. et mox ἐπιτιμήσεις, et fortasse πεύσεσθαι.

Cap. 49. ὅτι ἦν αὐτόθι που τὸ βουλόμενον. L. πολὺ τὸ β.

Mox recepta Codicis B lectione scribendum: καὶ ἅμα ταῖς γοῦν ναυσὶ θαρρῶν, ᾗ πρότερον ἐθάρσησε κρατήσειν. ad fin. lege inverso ordine ἐξανίσασθαι καὶ μὴ μέλλειν.

Cap. 50. Malim ὅθενπερ Σικελία δυοῖν ἡμερῶν καὶ νυκτὸς πλοῦν ἀπέχει.

Cap. 51. Pro vulgata ἐγηγερμένοι, quae non est nauci, solus B veram lectionem retinuit, ἐπηρμένοι. Sed hic codex qui in superioribus libris cum A fere consentit, per totum hunc librum a reliquis omnibus discrepat, et ubi discrepat lectionem plerumque praefert meliorem.

Cap. 52. λιμένος καὶ αὐτόν — dele καί. Structura est: Εὐρυμέδοντα ἀπολαμβάνουσι, κἀκεῖνον αὐτόν τε καὶ τὰς ναῦς διαφθείρουσι.

Cap. 53. ἀφεῖσαν τὴν ναῦν — dele τὴν ναῦν. Mox in verbis καὶ παύσαντες τὴν Φλόγα καὶ τὸ μὴ προσελθεῖν ἐγγὺς τὴν ὁλκάδα τοῦ κινδύνου ἀπηλλάγησαν, non intelligo quid factum sit. Si ignem extinxissent non fuisset operae pretium prohibere ne navis accederet; ut ne addam perquam inelegantter παύσαντες de utroque dici. Thucydidem puto ita narravisse: ἀντεμηχανήσαντό τε σβεσήρια κωλύματα καὶ τὸ μὴ προσελθεῖν ἐγγὺς τὴν ὁλκάδα, καὶ παύσαντες τὴν Φλόγα τοῦ κινδύνου ἀπηλλάγησαν.

Cap. 55. πόλεσι γὰρ ταύταις μόναις ἤδη ὁμοιοτρόποις, audax esset mutatio, sed nisi fallor, pluribus de causis paene necessaria, οὔσαις ἤδη ὁμ. — καὶ ναῦς καὶ ἵππους καὶ μεγέθη ἐχούσαις. Imo κατὰ μεγέθη. οὐ δυνάμενοι ἐπενεγκεῖν οὔτ' ἐκ πολιτείας τι μεταβολῆς τὸ διάφορον αὐτοῖς ᾧ προσήγοντο ἄν, οὔτ' ἐκ παρασκευῆς πολλῷ κρείσσους ὄντας. Sic Bekkerus, spreta quam B praebebat correctione, ὄντες. Sed ne sic quidem locus perpurgatus erit. Nempe forma orationis οὐ δυνάμενοι ἐπενεγκεῖν οὔτε τοῦτο οὔτ' ἐκεῖνο non modo non continuatur, sed ab ipso initio vitiosa est. Nihil est enim aliud quod poterant ἐπενεγκεῖν praeter id quod memoratur, sc. τὸ διάφορον ἐκ πολιτείας μεταβολῆς

Quod si cui in mentem veniat quod et mihi omnia tentanti succurrebat, οὔτ' ἐκ παρασκευῆς (πόλεμον) ὡς πολλῷ κρείσσους ὄντες, satis erit respondere eos qui haec cogitantes inducuntur jam bellum intulisse. Igitur statuendum est, vel οὔτε δυνάμενοι ἐπενεγκεῖν ἐκ πολιτειας κ. τ. ἑ. scribendum esse, vel δυνάμενοι ἐπενεγκεῖν a nescio quo suppleta esse, postquam ἔχοντες, vel aliud ejusmodi, post προσήγοντο ἂν intercidisset. Postremo quoniam τι τὸ διάφορον Graecum non est, nec μεταβολῆς ad sensum necessarium, quidni concludamus olim scriptum fuisse οὔτ' ἐκ πολιτείας τι διάφορον, quibus in margine adscriptum fuerit γρ. τι. et μεταβολῆς, utpote quod in πολιτείας subaudiendum esset?

Cap. 56. Pro κωλύσωσιν lege κωλύσουσιν. Mox lege, εὐθὺς ἂν τοὺς μὲν ἐλευθεροῦσθαι — Pro μόνον lege μόνων, et pro altero μόνον, μόνοι. Dele τε ante γενόμενοι, et iterum ante καὶ τοῦ ναυτικοῦ. Denique pro τοῦ ξύμπαντος λόγου alias monui legendum esse τοῦ ξ. ὄχλου sed et participium exciderit necesse est, v. c. ξυλλεγέντος.

Cap. 57. Pro ἐλθόντες ἐπολέμησαν legerim ἦλθον omisso ἐπολέμησαν, quod, postquam illud corruptum est, ab imperito librario excogitatum omnes editores patienter tulerunt. Mox recte B. ἕκαστοι pro ἑκάστοις. L. ὡς ἕκαστοι τῆς ξυντυχίας — .. ἔσχον. Ἴωνές τε. Frustra nobis B aliam lectionem praebet Ἴωνές γε. Delenda sunt haec, et supra legendum: καὶ τὸ πλεῖστον Ἴωνές τε ὄντες οὗτοι πάντες καὶ ἀπ' Ἀθηνῶν: sic enim pro Ἀθηναίων recte conjecit Bekkerus. Infra recte B ἑκόντας pro ἄκοντας.

Cap. 60. καὶ τἆλλα ὡς οἷόν τ' ἦν ἐξ ἀναγκαίου τε καὶ τοιαύτης διανοίας ἐπορίσαντο. Quid est illud ἐξ ἀναγκαίου? Si praepositionis eadem est vis quae in ἐκ τῶν παρόντων, ἐκ τῶν ὑπαρχόντων, vertendum erit, *quantum per necessitatem rei licebat;* quod quam recte dicatur pro illo: *quantum per temporis angustias licebat*, judicet lector; simulque illud, an articulus abesse possit, idemque sit ἀναγκαίου atque τοῦ ἀναγκαίου, et τοῦ ἀναγκαίου atque τῆς ἀνάγκης. Quid autem est ἐκ τοιαύτης διανοίας? nam τε καὶ intercedentibus fieri non potest quin haec etiam ab eadem praepositione pendeant. *Quantum per tale consilium licebat.*

Sed nemo hanc interpretationem defendet: quam igitur alteram excogitabit quae cum oratione conciliari queat? Quid dicendum esset omnes vident. *Comparasse eos quidquid ad consilium adjuvandum pertineret.* Quod in verbis, ut nunc leguntur, frustra quaeras. Codices nihil nos juvant, praeterquam quod ex B. ὅσα enotatur. Sin sententiam sequamur, lectio hunc ad modum refingenda erit, καὶ τἆλλα ὅσα [οἷόν τε] ἐξῆν ἀναγκαῖά τε καὶ τοιαύτης διανοίας ἐπορίσαντο. Postquam ΕΞ et ΗΝ sedes suas permutaverunt, necessario ἀναγκαῖα in ἀναγκαίου conversum est. Quod vero ad οἷόν τε attinet, alio utar exemplo ut ostendam illud etiam librarios de suo largiri esse solitos. In eodem hoc capite paullo supra scriptum reperitur: ἀπολαβόντες διατειχίσματι ὅσον οἷόν τε ἐλάχιστον τοῖς τε σκεύεσι καὶ τοῖς ἀσθενοῦσιν ἱκανὸν γενέσθαι. In his, ὅσον ἐλάχιστον τοῖς κ. τ. ἐ. Thucydidis sunt; librarii, (ὅσον) οἷόν τε ἱκανὸν γενέσθαι.

Cap. 61. τὴν ἐλπίδα τοῦ φόβου. An τοῦ φόβου inde ortum est, quod grammaticus in margine adscripserat, ἀντὶ τοῦ φόβου? Utut est, facessat.

Cap. 63. ἐθαυμάζεσθε κατὰ τὴν Ἑλλάδα, καὶ τῆς ἀρχῆς τῆς ἡμετέρας οὐκ ἔλασσον κατὰ τὸ ὠφελεῖσθαι, ἔς τε τὸ φοβερὸν τοῖς ὑπηκόοις καὶ τὸ μὴ ἀδικεῖσθαι πολὺ πλεῖον μετείχετε. Scilicet οὐκ ἔλασσον ἡμῶν αὐτῶν. Igitur et πλεῖον ἡμῶν αὐτῶν. Plus boni ex Atheniensium societate capiunt, quam Athenienses ipsi, qui subjectis civitatibus odio erant et propterea harum injuriis obnoxii. Nonne luce clarius est, vel τὸ μὴ φοβερὸν et τὸ μὴ ἀδικεῖσθαι scribendum, vel si μὴ illinc abest etiam hinc abesse debere? Deserendus est igitur B, qui e Codd. Bekkerianis solus μὴ retinet.

Cap. 64. ἐνθυμεῖσθε ... ὅτι οἱ ἐν ταῖς ναυσὶν ὑμῶν νῦν ἐσόμενοι καὶ πεζοὶ τοῖς Ἀθηναίοις εἰσὶ καὶ νῆες καὶ ἡ ὑπόλοιπος πόλις καὶ τὸ μέγα ὄνομα τῶν Ἀθηνῶν. Itaque οἱ ἐν ταῖς ναυσὶν ἐσόμενοι sunt simul πεζοὶ et νῆες! Pulcherrimam sententiam corrupit quisquis est cui nostram Thucydidis recensionem debemus. Lege, omissis hujus ineptiis: ὅτι ἐν ταῖς ναυσὶν ὑμῶν καὶ πεζοὶ τ. Α. εἰσὶ καὶ νῆες κ. τ. ἐ. Hunc locum bonis viris commendo, qui etiamnum de fide librariorum dubitare non audent;

nec minus adolescentibus ut et aliis de locis recte judicare possint, in quibus nullum aliud remedium praeter lituram proponitur.

Cap. 68. Idem facinus nisi fallor quod in cap. 64, hic quoque admissum est. Hortatur Syracusanos Gylippus ut meminerint ἅμα μὲν νομιμώτατον εἶναι si quis quae mala passus sit ita ulciscitur ut iram expleat, ἅμα δε ἥδιςον εἶναι τοὺς ἐχθροὺς ἀμύνασθαι. „*Aequissimum est*, inquit, *par pari reddere; hostes ulcisci suavissimum.*" Credidisses nihil alieni in hanc sententiam irrepere potuisse, quin se sua inconcinnitate proderet. Nunc vide, quae nobis obtulerint librarii. νομίσωμεν ἅμα μὲν νομιμώτατον εἶναι [πρὸς τοὺς ἐναντίους], οἳ ἂν ὡς ἐπὶ τιμωρίᾳ τοῦ προσπεσόντος δικαιώσωσιν ἀποπλῆσαι τῆς γνώμης τὸ θυμούμενον, ἅμα δ' ἐχθροὺς ἀμύνασθαι [ἐκγενησόμενον ἡμῖν] καὶ τὸ λεγόμενόν που ἥδιςον εἶναι. Pro καὶ legendum κατά.

Cap. 69. Iam monui delendum esse εἴποιεν ἄν. Pro καὶ ὑπὲρ ἁπάντων, nondum liquet scribendumne sit καίπερ ἐφ' ἁπάντων, an κείπερ ὑφ' ἁπάντων. Nam utraque de causa, nisi in rebus gravissimis, ab usu locorum communium, quos vocant, abhorrescimus, quia et *toties* et *a tot oratoribus*, repetuntur. Infra optime Bekkerus περιλειφθέντα: sed legendum κατὰ τὸν περιλειφθέντα διέκπλουν βουλόμενοι βιάσασθαι ἐς τὸ ἔξω.

Cap. 70. Lege ὅποι κελευσθείη. Infra in Graecitatem peccant τοῖς κυβερνήταις φυλακὴν – ἐπιβουλὴν περιεςάναι. Malim παρεςάναι. Mox delenda sunt ἐπιβοῶντες et περί.

Cap. 71. Optima est Dukeri correctio ξύντασιν pro ξύςασιν. Eaedem voces, si recte memini, etiam in Philebi codicibus permutatae sunt. Pro διὰ τὸ ἀνώμαλον praeclare Bekkerus, δι' αὐτὸ ἀνώμαλον. Patet enim ἀνώμαλον ad ἔποψιν esse referendum.

Cap. 75. καὶ μὴν ἡ ἄλλη αἰκία καὶ ἡ ἰσομοιρία τῶν κακῶν ἔχουςά τινα ὅμως τὸ μετὰ πολλῶν κούφισιν οὐδ' ὡς ῥᾳδία ἐν τῷ παρόντι ἐδοξάζετο. ἄλλως τε καὶ ἀπὸ οἵας λαμπρότητος ..... ἐς οἵαν ... ταπεινότητα ἀφῖκτο. Recte dici potest ἡ ἰσομοιρία τῶν κακῶν ἔχειν τινὰ κούφισιν. Vel ἡ αἰκία τῇ ἰσομοιρίᾳ τ. κ. ε. τ. κ.

ed cur ἡ ἄλλη αἰκία καὶ ἡ ἰσομοιρία τῶν κακῶν hoc communier efficere dicantur equidem non perspicio. An scripsit, ἡ ἄλων αἰκία? An potius ἡ μετὰ πολλῶν αἰκία? Sed obstat quod ostquam de victus penuria locutus est paene necessarium videur ἡ ἄλλη. Quare praetulerim, τῇ ἰσομοιρίᾳ. Sed quid de τὸ ετὰ πολλῶν fiet? Est sane illud genus in quo haec ἰσομοιρία ontinetur, idque ut puto in margine olim indicatum erat. Nam uae est haec oratio? Ἡ αἰκία τῇ ἰσομοιρίᾳ ἔχει τινὰ κούφισιν ὁ μετὰ πολλῶν; nonne est idem ac si dixisset ἡ ἰσομοιρία ἔχει ινὰ κούφισιν τὴν ἰσομοιρίαν? Recte dixit ἐδοξάζετο, quando quiem opinione, non revera, levatur id quod cum multis feras. ed cur abest ἐνθυμουμένοις vel simile quid, unde pendeant ἀφ' ἵας et quae sequuntur? et quid est illud quod ἀφῖκτο? ἡ αἰκία? n ipsi? Verum ad haec omnia mihi quidem perinde est quonodo respondeatur, quippe qui vehementer suspicer non de hucydide hic agi, sed de aliquo sophista, qui inter ἐδοξάζετο t ὅμως δὲ declamationem suam inseruerit. Quod si quis me oget quibus rationibus adductus hoc credam, quatuor indicare ufficiat. 1. Interrumpitur oratio qua ab malis praesentibus ad naia impendentia transit. 2. Puerilis est illa series ἀντιθέτεων, uae a calamitate gravissima exorsa (δουλωσομένους κ. τ. ἑ.) in evissima, vel potius nulla desinit, ὁπλιτικῷ προσέχοντας μᾶλον ἢ ναυτικῷ. 3. μέγιστον τὸ διάφορον pro μεγίστη ἡ μεταβολή. — εὐχῆς — τούτων ἐναντίοις ἐπιφημίσμασι — ναυβατῶν. 4. Etiam uae recte dicuntur sine nervis sunt.

Cap. 76. ἔτι μᾶλλον ἑκάστοις. L. ἐπὶ [μᾶλλον] ἑκάστοις. Mox erperam in libris omnibus προφέρων: quasi quisquam dicere osset, οὔτε ῥώμῃ προφέρων — οὔτε εὐτυχίᾳ δοκῶν ὕστερός του ἶναι. Lege προφέρω cui respondet αἰωροῦμαι.

Cap. 141. Lege ἐκ τῶν ἑκατέροις ὑπαρχόντων. Dele ἀπόντες καὶ ἀπὸ τῶν αὐτῶν. Lege πληροῦν.

C. BADHAM.

DE POENULI PLAUTINAE COMPOSITIONE.

Quae res ad cognoscendam artem et virtutem comicorum Romanorum omnium gravissima est, quomodo in fabulis Graecis vertendis versati sint, eadem est una in paucis obscura atque incerta. Nam cum nulla nova comoedia integra ad nos pervenerit, ecquid in compositione dramatum et argumento novaverint Romani in divinatione nititur, quae ipsa, si aliqua cum probabilitate agere velis, in iis fabulis Romanis negatur, quae teretes sunt atque rotundae, ut nihil hiet aut offendat, nihil arte Graeca indignum appareat. Neque eadem est singulorum comicorum Latinorum ratio. Negari enim non potest, Plautum sibi in singulis plura permisisse quam Terentium. Nam cum ille, ut hoc utar, magistratuum vocabula, iuris formulas Romanas usurpet, loca urbis Romae commemoret, ubi „urbani scurrae, deliciae populi" ambulare soleant, Praenestinis suis et Umbris illudat, Terentius fere abstinet ab iis, quae aliena sunt a vita moribusque Graecis. Qua in re obsequitur sententiae aequalium, qui tantum aberant ut comicum laudarent, si suus esse vellet, ut contra reprehenderent, si in imitanda fabula Graeca aliquid suo Marte emendare conaretur. Si melius quid dici potuisse ab eo, unde penderet, statueret poeta et ad illustrandam comoediam aliunde aliquid mutuaretur, ab alio poeta, Graeco eodem, prius usurpatum, id tantum quaeri ratus „populo ut placerent quas fecisset fabulas," clamabant invidi *contaminari* fabulas, i. e. alienis additamentis adulterari

et interpolari artificium *Graecum:* Haut. prol. 17 „Nam quod rumores distulerunt malevoli Multas contaminasse *Graecas*, dum facit Paucas Latinas, factum hic esse id non negat." Andr. prol. 13 „Quae convenere in Andriam ex Perinthia Fatetur transtulisse atque usum pro suis. Id isti vituperant factum; atque in eo disputant Contaminari non decere fabulas," i. e. Graecas. Nam ipsa fabula, quae componitur, non contaminatur sed ex contaminatione Graecae existit. Donatus explicans „ex multis unam non decere *facere*" non significat novam fabulam *contaminari*, sed neglegenter et summatim interpretatur; recte paulo ante contaminare dicit esse id quod *polluere*. In malam igitur partem vocabulum dictum est, sed, ut fit, convitium illud in bonum convertit poeta nec factum recusat: „Neque se id pigere, et deinde facturum autumat."

Iam vero illam contaminationem, quae indignationem aequalium nonnullorum movebat, a Terentio certo scimus in tribus, i. e. dimidia parte fabularum adhibitam esse. Quod si de Plauto traditum idem non est, iniuria inde efficias, hunc exemplar suum in universa fabula componenda semper e vestigio secutum esse. Nihil enim erat, cur hic se, ut Terentius, defenderet et instituti sui rationem aperiret, cum docti homines et litterati, si qui tum erant, parum dramata curarent plebis illitteratae sensui accommodatas. Sed cum memoratis Romanis et institutis et formulis falsos adhiberet colores, quae nobis merito contaminatio maior videtur, quam quae Luscio Lavinio displicebat, vix fieri potest, ut eam in conficiendis fabulis libertatem evitarit. Imo multo maiorem credendus est probavisse, cum non tantum comoediam aliquam ornaret pannis paucis aliunde sumtis, sed etiam duarum argumenta misceret et consarcinaret. Id in Poenulo factum est. De qua antequam dico, prius de Terentio agendum est, cuius ratio contaminandi, si de compositione comoediarum Latinarum quaeritur, sola veterum testimoniis testata est.

Famam quandam de prima scena *Andriae*. ut ab antiquissima Terentiana fabula incipiam, ex Perinthia adscita refert Donatus, vel is, qui nomen eius mentitur ad prol. 10, ex quo loco collata annotatione Donati ad v. 13 videtur efficiendum esse *Latinae* Andriae initium ex Perinthia fuisse sumtum, non vero

Andriam *Graecam* ab initio paene iisdem verbis conceptam fuisse, quibus Perinthia. Dicitur sane hoc a priore interprete (ad v. 10), sed hunc si diligenter explicemus, adversis frontibus cum altero pugnare perspiciemus. Verba sunt: „prima scena Perinthiae paene eisdem verbis, quibus Andria, scripta est;" manifesto de Graecis fabulis sermo est, nam pergit de his: „cetera dissimilia sunt exceptis duobus locis, altero ad versus XI, altero ad versus XX, qui in utraque fabula positi sunt," nimirum, ut quisque videt, in utraque Graeca. Sed is, cuius testimonio male intellecto usus est, hoc fere dixisse videtur: „prima scena Perinthiae similis est initio Andriae Terentianae; reliqua a Terentio ex Andria Graeca sumta sunt; haec autem praeter duos locos in reliquis a Perinthia diversa est." Itaque hic Pseudo-Donatus male intellexit verum Donatum, cuius sententiam novimus ex altera annotatione (ad v. 13): „primam scenam de Perinthia esse translatam, ubi senex ita cum uxore loquitur, ut apud Terentium cum liberto; at in Andria Menandri solus senex est." En aliquid, quod commentator de suo non facile finxerit, cui proinde fidem habendam esse censeam. Nec me movet quod aliter colloquium comparatum sit necesse est inter dominum et libertum atque inter virum et uxorem; contra ex testimonio Donati efficio „contaminantem" poetam non semper verbum de verbo reddidisse; sed subinde satis magnas mutationes fecisse.

Iam vero aut hoc Donati testimonium verum est, aut nihil omnino de mutationibus a poeta factis novimus. Nam quod Ihne, Quaestt. Terent., p. 8 reiecta veteris interpretis auctoritate putat Charinum, Philumenae amicum, et eius servum Byrriam personas ex Perinthia esse, coniectura est, eaque non probabilis. In Andria Menandrea si hi non exstiterunt, fabula satis exilis fuit; Chremes eiusque filia Philumena magis eminent, et magis in illustri loco positi sunt pro personis secundariis, quales evaderent, si Philumenae, Charino omisso, nulla ratio sub finem fabulae haberetur, ac tantum Simonis experimentis exposita esset, ut senex sciret, num forte filius aliam amaret. In eo, quod Pamphilus cogitur puellam amare, quam non vult, Charinus eam ardenter uxorem sibi expetit, sed iam cessisse Pamphilo opinatur, dum tamen ea res mirifice sic componitur,

ut utrique tandem satisfiat, totius fabulae cardo vertitur. Nec ane sciri potest quae fabulae partes praeter initium ex Perinhia, quae ex Andria sumtae sint. Cum duae illae Menandreae abulae oratione dissimiles essent inter se, sed argumento fere onvenirent, ut qui utramvis recte nosset, ambas nosset (prol. 10), fieri non potuit quin eosdem mores, sermonesque ex parte similes habuerint. Potuit igitur Terentius semper sequi ex altera utra quod magis placebat. Ipse fatetur:

> Quae convenere in Andriam, ex Perinthia
> Fatetur transtulisse atque usum pro suis.

Quae verba ut significare videntur plus quam unam scenam ex Perinthia sumsisse Terentium, ita simul confirmant, quod ipsa fabulae inscriptio docet, unam fabulam fuisse pro fundamento, alteram ἐν προσθήκης μέρει accessisse.

Adelphi nullam offerunt difficultatem, dummodo testimonium poetae malimus sequi quam recentiorum commenta (de quibus cf. Ihne, l.l. p. 33, sqq.), qui magis ingenium ostentare velle videntur, quam aperta et simplicia probare. In Diphili fabula, quae inscribebatur Συναποθνήσκοντες, adolescens lenoni eripiebat meretricem. In Menandri Adelphis, quam comoediam vertendo exprimebat Terentius, raptus similis inveniebatur; sed sive is narrabatur tantummodo, sive oculis spectatorum expositus minus Terentio placebat, sumsit illum locum ex Diphilo et pro Menandreo substituit. Res agebatur apud Diphilum initio fabulae, apud Terentium actu II, l. 1—42. Nunc vide ipsius poetae in prol. 6 verba:

> Synapothnescontes Diphili comoediast;
> Eam Commorientes Plautus fecit fabulam.
> In Graeca adulescens est, qui lenoni eripit
> Meretricem in prima fabula; eum Plautus locum
> Reliquit integrum. Eum hic locum sumsit sibi
> In Adelphos, verbum de verbo expressum extulit.

Quod Varro initium Terentianae fabulae etiam praeferebat principio Menandri (Sueton. in Vita, p. 30 Reiff.), nihil cum contaminatione commune habet, nisi quatenus probat Varronem

quoque scivisse Diphili scenam non initio Adelphorum positam a Terentio esse. Minus aperta sunt quae de furto in Plautum commisso dicuntur, nam si Plautus reliquit (*omisit*) scenam illam cum Συναποθνήσκοντας verteret, non potest Terentius eam Adelphis interserens dici quicquam Plauto substraxisse. Itaque absurda erat, si nihil Terentius reticuit, accusatio. Audiverant fortasse obtrectatores poetae, aliquid eum ex Diphili Συναποθνήσκουσι mutuatum esse, et cum meminissent Plautum eam fabulam latine vertisse, re non diligentius explorata, eam quoque partem a Plauto tractatam esse rati, novitium poetam furti accusabant. Sed hoc quidquid est, ad cognoscendam compositionem fabulae nihil conducit. Illud potius animadvertamus, hic quoque non ex duabus promiscue fabulis materiem novae haustam esse, sed unam scenam ex alio poeta adscitam, quae adaptari posset fabulae primariae, si nomina personarum, nec quicquam praeterea, mutarentur. Nam mores et oratio lenonum et adolescentum meritrices rapientium in omnibus paene comoediis ita conveniunt, non ut ovum ovo similius esse possit.

De *Heautontimorumeno* possem tacere, nam prologus, „ex integra, inquit, Graeca integram comoediam Hodie sum acturus Heautontimorumenon" (v. 4), sed quae proxime sequuntur: „duplex quae ex argumento facta est simplici" rem turbant. Ea cum non concordent cum superioribus, conciliationis viae initae sunt a Bentleio proponente: „simplex, quae ex argumento facta est duplici" (partim secundum Bemb., qui a prima manu habet *duplici*) et a Lessingio coniiciente: „simplex — simplici." Sed non assentiendum videtur Bentleio comoediam, quae habeat duos senes, duos adolescentes, duas amicas, dici posse *argumentum* duplex habere, multo minus EX argumento duplici factam esse. Si nihilo minus tam sordide existimetur prologus loqui potuisse, quid, quaeso, attinebat memorare illud, quod huic fabulae cum bene multis aliis commune est? Minusne id quadrat in Adelphos, Andriam, Bacchides, Menaechmos, Mostellariam, alias? Nec scitu digniora nos docet Lessingius; non est enim cur haec potissimum fabula simplex dicatur. Ἄκος τομεῖον adhibet Fleckeisenus, fortasse recte. Utique sic res comparata est, ut prologus nunc potius opem desideret quam ferat. Cum appareat in repugnantia, quae nunc est, potiorem esse auctori-

versuum priorum („ex integra Graeca," rell.), statuendum num fuisse exemplum, quod poeta imitaretur.
ia fabula Terentiana, in qua ex remotiore fonte poeta sua irrigarit, *Eunuchus* est. Ea cognominem Menandri n exprimit; sed ex eiusdem Colace duas Terentius as- personas: militis (Thrasonis) et parasiti (Gnathonis), 30:

> Colax Menandrist; in east parasitus colax
> Et miles gloriosus; eas se non negat
> Personas transtulisse in Eunuchum suam
> Ex Graeca.

is assumtis non auxit numerum personarum, sed eas, iam aderant, ad alterum exemplum mutavit, cum in s Menandri Eunuchum interpretaretur. Fieri enim non , quin militis et parasiti vicarii antea affuerint, nisi existimes, dramatis oeconomiam ita a Terentio mutatam ut plane nova prodiret fabula. Notum est in Eunucho riam excludi a Thaide per duas noctes, quoniam rivalis no ei offert puellam, Pamphilam, qua nullo modo carere t Thais; a Phaedria, ut vincat beneficiis adversarium, i dari eunuchum; eunuchi sub specie latentem fratrem riae, Chaeream, in domum meretriciam penetrare, et ipsi uellae, qua oblata Thaidem sibi devinxerat miles, vitium ; dono accepto a Thaide iam militem excludi et nuptias ari inter hanc et Phaedriam, Pamphilam et Chaeream.
quamvis magnas a Latino poeta credas mutationes fac- niles tamen non tanquam plane nova persona accedere . Phaedria rivalem habeat necesse est, qui communi que amicae offerat puellam, quam eunuchus, ab altero o dono datus, per dolum vitiet. In illo munere ab altero ium (quisquis ille in Menandri Eunucho fuit) ad Thaidem
tota complicatio nititur. Tolle alterum amantem, qui miles est gloriosus, et tota fabula corruet: non erit cui i inferatur (Pamphila), et, ne plura dicam, nobile illud uium initio Eunuchi de contumelia, qua Phaedria a Thaide ectum putat, dominum inter et servum habitum, abesse it. Recto iudicio substituit Terentius pro rivale pecunioso

et bardo eum, quo non facile quisquam magis ridiculus, magis Romanis gratus excogitari posset, eique pro satellite adiunxit parasitum. Eo factum est ut assentationem parasiti III. 1. 7—43 eiusque ineptam sapientiam II. 2. 1—34, et militis impetum in domum Thaidis factum IV. 7. 1—13, 16—21 posset describere, quae si alios mores rivali dedisset, longe aliter et minus facete comparanda fuissent. Hae autem partes in Colace quoque, etiamsi aliam oeconomiam habuerit, locum poterant invenire et inde sine magna mutatione in Eunuchum transire; duae enim, quas dicebam priores scenae continent sermones ad complicationem aut solutionem argumenti non necessarios, qui Eunucho addi potuerunt; tertia autem non nova tota accessit ex Colace, sed pro moribus mutatis amplificata sunt potius quam permutata quae in Eunucho aderant. At quae leguntur III. 2. 41, sqq., ubi uterque amator donum offert amicae, ita habent proprium militis ingenium et tamen tam neccessario cum toto argumento cohaerent, ut haec de suo finxisse videatur Terentius. Sed omnino sine aliqua in hoc genere libertate non potest haec contaminandi ratio cogitari. Novi mores non possunt personis dari nisi evellas veteres. Multae sunt minutiae, in verbis potissimum, quae propriam cuiusque naturam declarant et repraesentant; tollendae hae sunt in personis refingendis et defectus resarciendus. Atque id tam scite fecit Terentius ut nusquam liturae appareant; nihil est enim quod abhorreat ab Eunuchi argumento, aut in quo parum sibi constare personae dramatis videantur, nihil quod, si de mutatione tacuisset ipse poeta, quisquam aliunde sumtum suspicaretur.

Sed quaeritur, num forte in Eunucho Menandri iam miles et parasitus affuerint, id quod statuit Ihne l. l. 18; ita ex Perinthia verba Thrasonis et Gnathonis quasi emendata fuissent. Atque is tam sollerter sententiam suam defendit. ut nisi unum obstaret, de quo mox, quaestionem profligasse et ad exitum perduxisse censeri deberet. Habet enim illa sententia quibus se commendet haec potissimum, primo quod in omnibus paene comoediis infelices amatores milites sunt, ut idem in Menandri Eunucho factum esse probabile sit; deinde ad impetum in domum faciendum, qui in Eunucho Menandrea sine dubio iam fuit, optime militis ingenium accommodatum est (quamquam

iuvenes quoque protervos perfregisse fores quis nescit?) Censebimusne igitur eam fuisse similitudinem utriusque fabulae, ut cum Thrasoni suo et Gnathoni sermones tantummodo quosdam et facetias ex Colace adscriberet Terentius, in vertendo subsistere potuerit? Non puto. Verba ipsius poetae, quod argumentum gravissimum est, non sinunt: „parasiti *personam* inde *ablatam* et militis" v. 25 et „*personas transtulisse* in Eunuchum suam" v. 32. Id autem fieri non potuisse sic, ut nihil nisi verbum de verbo verteret, facile concedo; sed non item „minus paene arduum videri novas scribere fabulas quam sic contaminare" (Ihne, p. 15). Ne autem credamus aliquid de suo intulisse poetas Romanos, cum contaminatione uterentur, testimonia veterum non prohibent; quamquam diserte non affirmant. Nam quod Donatus saepius aliquid a Terentio recte *inventum* esse dicit, labitur imprudentia, oblitus Graecum comicum, non Latinum imitatorem esse laudandum, de quo vere monuit Ihne l.l. p. 21. Nec in partes vocandus esse videtur interpres ad Eun. III. 4. 1: „bene inventa persona est, cui narret Chaerea, ne unus diu loquatur, ut apud Menandrum," quod tria postrema vocabula num ab eadem manu sint, a qua priora, dubium est, et scena, ad quam haec adscripta sunt, colorem plane Graecum habet, qua re credi non potest esse inventum Terentii Menandrum corrigentis. At e silentio nullum hic argumentum peti potest, siquidem poetae propriam suam operam abscondere potius quam efferre solebant; de more unum Graecum auctorem quem vertissent memorantes non poterant sibi obloqui plures fabulas permistas esse confitentes. Si Luscius Lavinius tacuisset, nihil de contaminatione notum nunc esset, cum Terentius de illo more vi coactus, ut crimen a se arceat, loquatur. Et tamen etiamsi pauca proferunt veteres, Terentio inter defensionis studium excidit aliquid, unde efficere possumus eius industriam una fabula adhibenda subinde non fuisse contentam, Hautont. prol. 16:

> Nam quod rumores distulerunt malivoli
> *Multas* contaminasse Graecas, dum facit
> *Paucas* Latinas: factum hic esse id non negat,
> Neque se pigere et deinde facturum autumat.

Ex iis, quae adhuc allata sunt, apparet, „contaminationem"

factam esse aut assumta scena aliqua ex simili comoedia eiusdem aut alius poetae, aut mutatis moribus personarum, quae aderant iam, secundum aliud quoddam exemplum. Aliqua mutatio in reliquis fabulae partibus, etsi lineamenta totius dramatis intacta manebant, saepe necessaria erat; sed una fabula erat pro fundamento, quae exornabatur quidem et amplificabatur, non vero novum argumentum accepit; opera poetae substitit in vertendo, si excipias, ut par est, exiguas quasdam omissiones et mutationes necessarias. Ex conglutinatione et permixtione duarum Graecarum non nata est nova Latina fabula, quasi duplici filo contexta. Hoc etsi raro rite fieri potest, tamen a Plauto factum videtur. Alias fabulas, ut Militem Gloriosum, de qua exposuit Lorenz, nunc mitto. Sed Poenulus sic comparata est, ut non tantum contaminationem contineat, sed etiam ex duabus conflata esse dici debeat, si modo deficientibus omnibus argumentis externis divinatione res confici possit.

In Poenulo igitur argumentum duplex est, alterum imperfectum. Agorastoclem enim, iuvenem Carthaginiensem origine et servum, sed a domino Calydonio libertate et haereditate donatum, a consuetudine Adelphasii, ancillae suae prohibet Lycus leno; iuvenis amore puellae flagrans in auxilium adhibet servum suum Milphionem et vilicum Collybiscum, ut lenoni Adelphasium per dolum eripiat. Exornatur Collybiscus habitu mercennarii militis peregre advenientis et adire iubetur Lycum, ut annumeratis trecentis Philippis locum sibi liberum et amicam praebeat. Quem si pecunia accepta domum suam reciperet leno, cum specie quadam accusari poterat, quod servum vilicum a domino abduxisset, eiusque pecunia se ditasset. Cuius maleficii si coram iudice convictus esset Lycus, in duplum damnatio aut iniuriarum actio ei impendebat, Agorastocles ad incitas redacto Lyco facile voti sui compos erat futurus. Magna igitur cum cura dolus hic paratur. Diligenter instituitur Collybiscus; inducuntur advocati, qui dum pecunia repraesentetur praesto sint, ut delictum a Lyco commissum postea testimonio suo in iudicio confirment. Succedit dolus: Collybiscus postquam palam trecentos Philippos Lyco inspicientibus advocatis enumeravit, domum lenoniam intrat. Ad rationes reddendas ab Agorastocle evocatus et paene convictus leno, propere se abripit. Ita-

que in flagranti, ut aiunt, crimine deprehensus Lycus, quod bene peculiatum servum a domino abduxisset, iamiam poenas daturus esse videtur, et praevideri potest Agorastoclem in amplexum amatae puellae ruiturum esse. Contra accidit, ut maneat in convictu Lyci Adelphasium, nec cedat Agorastocli, qui proinde toto illo apparatu servorum et advocatorum nihil plane consequitur; et frustrantur spectatores, quos par erat exspectare Agorastoclem per consilium illud astute excogitatum voti sui compotem futurum, lenonem pecunia sua emunctum iri. Sed postquam fuga sibi consuluit adversarius, miro modo Agorastocles in re facta acquiescit, neque aut per vim in domum lenonis penetrat, aut Lycum quaerit, ut eum in iudicium rapiat. In his igitur describendis, quae nunc frustra sunt, sed, si Lycus iustam poenam dedisset, plenum fabulae continuissent argumentum, dimidia fere comoediae pars consumitur.

Insperato alia via potiundi voto Agorastocli offertur, trita illa et ab omnibus novae comoediae poetis certatim adhibita. Supervenit Hanno Carthaginiensis et demonstrat Adelphasium sororemque eius Anterastilin [1]), quae eodem in contubernio vivebat, suas esse filias et ingenuas. Eas ille quaerens cum alias in urbes, tum Calydonem profectus erat, ubi hospitis, quem olim habuerat, Antidamae filium adoptivum Agorastoclem inveniens comperit hunc Carthaginiensem et sibi cognatum esse. Tum ut sermo incidit in amorem Agorastoclis, servus Milphio petit ab Hannone, ut fingat duas puellas illas esse suas filias Carthagine surreptas. Quod fallendi causa commentus erat Milphio casu verum erat. Hanno ut audit puellas cum nutrice

---

1) Sic nomen, in libris praeter A (qui hic dificit) scribitur v. 201 (I. 1. 75) et 1288 (V. 5. 20); *Anterastris*, D Gepp. (= C Ritschl.) tertio loco 885, A sec. Geppert. habet *Anterastillis*, leniter corruptum ex *Anterastilis*, ut metrum indicat. Hasper, qui collatione Ritschelii usus est, scribit *Anterastylis*, nescio qua auctoritate, nam edidit tantum v. 1311 (V. 5. 43), usque ad fin. Cf. eius *diss. de Poenuli Plautinae duplici exitu, Lips.* 1868. Ratio pugnat pro vulgata. Ex reliquis personarum nominibus dubium est militis nomen, quod in textu legitur v. 1311 (V. 5. 43), ubi ex Gepperti silentio efficias A habere *Anthemonides* sed sec. Hasp. *Antamonides* habent A B, *Antomonedes* C (*Antomonodes* Gepp.); *Antamoenides* Ritschelio, *Antamonides* (vel *Antamonedes*) Fleckeiseno et Buechelero placet. Scripsi *Antamunides* (ἀμύνειν) nomen militi aptum. Nutricis nomen *Giddeneme* bis in A scribitur *Giddenene*.

parvulas Carthagine surreptas esse, suspicatur se filias invenisse. Advocata nutrice Giddeneme, quae etiamtum puellis ministrabat, omnia patescunt, et ex voto eveniunt Agorastoclis et Hannonis. In fine fabulae aliquid ex priore parte adspergitur de lenone et milite, magis ut ne haec ex memoria deposuisse videatur poeta, quam quod ad exitum necessaria essent. Miro igitur casu factum erat, ut primum duae puellae cum nutrice, deinde ex eadem familia sed alia e domo filius puer e patria sua in servitutem abriperentur, ut utrique postea non modo in eandem regionem sed eandem in urbem procul a Carthagine remotam, Calydonem, abducerentur, nec scirent tamen qua cognatione inter se attingerent; porro ut adultus iuvenis ex multis puellis forte fortuna eam amicam praeoptaret, quae ipsius consobrina esset; ex multis adolescentibus Calydoniis Hanno eum compellaret, qui ipsius cognatus esset; denique huius pater adoptivus ipse ille Aetolus hospes esset Hannonis. Haec igitur etsi in veritate non facile inveniuntur, ut omnia, quae casu fiant, quasi ex composito ad optatum finem concurrant, ferri tamen possunt; nam si eventus spei respondet, spectatores non nimis morosi probabilitatis censores sunt. Atque id huic comoediae cum multis aliis commune est; sed hoc mirum, quod altera haec pars nullo modo cum priore cohaeret, nisi quod ex parte eaedem in utraque personae sunt; ceterum non praeparatur per priorem alterius argumentum; solutio quae reperto patre insperato offertur nihil cum vilici Collybisci dolo commune habet. Sub finem demum fabulae quasi emergunt quaedam ex priore, quibus tamen aegre cohaerentiae defectus occultatur. Utraque pars paucis tantummodo additis plenam effecisset comoediam.

Praeterea alia sunt, quae cur ita fiant non satis apparet. De priore fabulae parte mox videro. In altera antequam Hanno prodit inducitur servus Lyci Syncerastus, qui secreto Milphionem certiorem facit, Adelphasium et Anterastilin esse ingenuas, Carthagine subreptas cum nutrice et a Lyco Anactorii de praedone Siculo emtas v. 884—890. Sed omnia haec fere sine detrimento poterant abesse, nec ullum momentum habent. Nihil ex his cum domino Milphio communicat, cui tamen hoc nuntio nihil exoptatius esse debebat. Quid, quod Milphio, cum Hanno postea narrat filias olim suas abreptas sibi esse Carthagine et in

vitutem abductas cum nutrice, nullam ei fidem habet, ut itus esse videatur, quid secum communicasset Syncerastus? 1087 (V. 2. 139):

MILPHIO.

Nunc hóc consilium cápio et hanc fabricam ádparo
Ut te ádlegemus: fílias dicás tuas (*leg.* dice has tuas)
Surrúptasque esse párvolas Carthágine,
Manúque liberáli causa eas ádseras
Quasi fíliae tuaé sint ambae. Intéllegis?

HANNO.

Intéllego hercle, nám mihi item gnataé duae
Cum nútrice una súnt surruptae párvolae.

oc loco credas Milphionem verum perspecturum esse. Sed ne det quidem Hannonem patrem esse posse; credit hunc magne et subdole opportunitate uti oblata adipiscendi duas servas m nutrice:

MILPHIO.

Lepide hércle adsimulas, iam ín principio id míhi placet.

HANNO.

Pol mágis quam vellem.

MILPHIO.

Heu hércle mortalém catum,
Malúm fraudumque 1) cállidum atque súbdolum!
Ut ádflet quo illum géstum faciat fácilius!
Me quóque dolis iam súperat architéctonem.

ilphio manifesto credit Hannonem mentiri. Quominus existimes ntandi Hannonis causa eum simulare dubitationem, ut alteus mendacium patescat, prohibent cum alia, tum verba: „iam principio id mihi placet," quae sunt secum reputantis; non terum redarguentis; gaudet quod tam cullidum virum invenit; n ipse simulat, sed quin Hanno simulet, non dubitat. Supe-

1) Libri *crudumque*, Geppert. incerta coni. *vorsutum*. Sup. v. 4 codd.: *causa bas* et v. 7: *surreptae sunt*.

riora igitur, quae Syncerastus cum Milphione communicavit nunc nihil plane efficiunt. Sed opinor haec aliter conformata erant in fabula Graeca. Quemadmodum haec leguntur nihil in iis inest, quin Milphio nullo cum Syncerasto habito colloquio dicere potuisset.

Non magis ut Hannoni fides habeatur postea ullus usus est Syncerasti. Omnis enim dubitatio praeciditur eo, quod Punica nutrix puellarum etiamnunc apud puellas est; ea cognoscit dominum suum Hannonem. Itaque Syncerasti nulla amplius mentio est, nec quicquam ad fabulae exitum is confert.

Quemadmodum illud colloquium inter Syncerastum et Milphionem supervacaneum est, non magis illa scena, quae proxime praecedit (Act. IV sc. 1), in qua paucis verbis Milphio quis sit exponit, in fabula, qualis nunc est, necessaria est. Primo versu, qui tanquam colophon superioribus additus est, expecto, inquit, quo pacto meae techinae processurae sient." Technarum eventum sciunt iam spectatores et frustra exspectabit Milphio. Tum:

> Studeo húnc lenonem pérdere, qui méum erum misere mácerat
> Is me aútem porro vérberat, incúrsat pugnis, cálcibus
> Servíre amanti míseriast, praesértim qui quod amát caret.

Nihil haec novi continent et post minas et convitia iam ab initio in Milphionem a domino congesta admodum frigent; sed eadem, aliquanto auctiora, aptissima essent initio fabulae, quae actus huius quartum et quintum contineret; modo exitus his accommodaretur. Sed de eo antequam agam, videndum est de priore parte.

In actu igitur I—III multa sunt quae iure displicent et structuram partium habent impeditam, de quibus luculenter Teuffel. in Museo Rhenano, VIII. 35—37 et „Studien und Charakt." 274—276. Veruntamen tenendum esse puto, non tantum id agi, ut Adelphasium in potestatem Agorastoclis veniat, sed etiam ut leno quam pessime abeat. Ita in extrema fabula v. 1353: „malum postremo hoc omne ad lenonem redit" tanquam epimythion ponitur. Propterea non pacisci cum lenone de Adelphasio emendo Agorastocles debet (356, I. 2. 147). Haec causa sufficiebat poetae; quae fuerit Agorastocli, cur redemtionem puellae differret, spectatoribus divinandum reliquit; apparet a Lyco Ago-

stoclem omni ratione vexari; sed enorme lucrum Lycum erare recusando summam oblatam, cum putaret spretum in mpore lucrum cumulatius redire, suspicantur facile spectatores, ibus tricae et fraudes lenoniae satis notae erant. Huic igitur probissimo lenoni, qui iustissimo desiderio amatoris non satis- cit, cum insidiae struantur, iustitiae comicae dicam an scenicae tisfit. At quales insidiae. Si leno coram iudice causam dixisset, cile superior stultitia adversarii ex certamine excessisset; qui eum testes prodituri erant, Advocati, ipsi se suis verbis irre- verant. Cum Lycus allicere ad se soleret servos pretiis emtos aximis, atque eos „expeculiare" (v. 833, IV. 2. 21), fidem cile inventuri erant, qui eum cum aliqua certe specie insimu- turi erant, quod servum Agorastoclis domino subduxisset et pilasset. Sed dum metuunt dominus et servus, ne ille ab gorastocle sibi caveat, eiusque servum domum recipere recu- t, hanc fingunt fallaciam ut vilicum indutum militis habitu l lenonem mittant. Haec fraus ita demum succedere ex voto terat, si probare in iudicio potuissent, Lycum probe novisse em reciperet; nam hic si ignarum se hospitio excepisse ser- um demonstrare posset, absolvendus erat. Hoc vero non repu- vit poeta. Cum advocati ipsi lenoni significassent, non servum, d militem se commendare, ipsi non poterant negare Lycum se esse deceptum. Sed hoc tantum abest ut tenuerit poeta, ut serte fraude iam aperta, cum quovis pretio advocati negare berent se in fraudem illexisse adversarium, ultro confiteantur . 770, III. 5. 34):

Periísti leno nam íste est huius vílicus,
Quem tíbi nos esse Spártiatem díximus,
Qui ad té trecentos Phílippos detulít modo [1]).

---

1) Codd. quantum ex Gepperti silentio efficio *Philippos modo detulit;* quam- am B C habere *modo Philippos detulit* ex Taubmanni editione credas; l hoc utique contra metrum est, cum *Philippus* constanter et semper alteram ripiat. Geppertus male: *Philippeos modo;* nam *Philippeus* in codd. nostris nus- am scribitur, nisi ubi adiectivum est; contra *Philippus* in iisdem tam adiectivi am substantivi vice fungitur. Itaque vulgo nunc, ut notum est, ubi adiectivum syllabum requiritur, *Philippus* scribunt. Recentiores interpretes synizesin tan- am furcillis expellunt; tamen malim equidem cum synizesi scribere *Philip- us*, quam talia monstra alere quale hoc est *aurum Philippum*, *nummus Philip-*

Vere Lycus (767, III. 5. 31): „nugas agunt," neque si iudicis integritate confisus esset, erat ei quod se abriperet. Nihil quoque opus erat mendatio Agorastoclis servum cum *ducentis* Philippis quaerentis, ut leno in errorem incideret, quod miles iste cum *trecentis* venisset (723, III. 4. 21); militem enim, non servum apud se exceperat Lycus. His a Teuffelio fere allatis addi potest, quod nihil attinebat dicere (169, I. 1. 43), Collybiscum lenoni non notum esse; ita enim vestis mutatio abesse poterat.

Quae cum ita sint, negari non potest, crassa Minerva inventum esse dolum. Non dixerim tamen Romanis, qua fuerint iuris peritia et amore, tale inventum placere non potuisse; nam non tantum ius sed etiam iuris fallaciam amabant (cf. Rud. IV. 3); accedit quod haec intenditur in hominem, cui, si umbra tantum iuris inveniri posset, sine dubio damnatio impendebat, in lenonem, in quem nulla saepe fides nec religio observabatur. In hoc genere non nimis severos nos esse decet iudices probabilitatis, non magis quam in artificiis servorum et scurrarum quaeque ad vivum resecanda sunt. In malitiosa iuris interpretatione quid non in crimen detorqueri potest? Ceterum haec menda ita fabulae intexta sunt, ut resecari aut emendari prorsus non possint. Nec, si a Weisio recedas, serio mota est dubi-

---

pus. Amplectamur, censeo, „acceptos regale nomisma *Philippos*" (Hor. Epist. II. 1. 234), sed deprecemur „sanguinem Philippum." et „campos Philippos" et similia. Ecquis in pedestri oratione tale quid auderet? Cur igitur feremus in eo sermone, qui ad consuetudinem vitae vulgaris est conformatus? Nemo sane contendet versus Plautinos esse scribendos sic ut pronuntientur: elisiones nihilo magis repraesentantur quam haec *συναλοιφή*. — Temere ne iudicasse videar, indicabo locos, ubi *Philippus* in codd. adiective ponitur: Trin. IV. 2. 117 (959), Bacch. IV. 8. 41 (882), IV. 9. 45 (969), Poen. I. I. 38, III. 2. 22, 3. 57. Adiectivum sine controversia est:

Poen. III. 4. 4: Trecénti nummi quí vocantur Phílippei.

Bacch. II. 2. 42 Nam istíc fortasse auróst opus. Philippeó quidem.

Sic Ritsch. quoque; idem scribit cum codd.:

Trin. I. 2. 115 Nemóst. Nummorum Phílippeum ad tria milia (Prol. Trin. p. 89: „nemo *hic* est: nummum Philippeum"). Cf. praeterea Rud. V. 2. (denaria Philippea), Asin. I. 3. 1, Curc. IV. 1. 70, Trin. IV. 2. 113, 12. Locos enumerare ubi *Philippus* in codd. substantive dicitur pro nummis Philippeis nihil attinet. Nusquam ibi *Philippeus* legitur. Quod supra dixi de alteri syllabae correptione constanter observata pertinet ad nummos, qui Philippi appellantur, ipse rex habet alteram longam Aul. IV. 8. 4, I. 2. 8, *Philippa* alter producta Epid. V. 1. 29.

ıctore. Insunt sane, ut in aliis Plautinis fabulis, ; repetitionem alicuius facete dicti aliis verbis enun- ım ut satisfieret spectatorum desideriis additam dixe- n dictionem et numeros ita a Plautinis abhorrere, ut ıriam iudices neque demonstratum est, nec, opinor, nstrabitur. Nam quod de diversa quantitate vocabuli . ipsa Poenulo animaduersum est, tale est ut mo- iquod habeat, si ad alia graviora accedat, per se tantum esse videtur, ut pro indicio interpolationis it. Scilicet cum alibi Plautus habeat *Acheruns* prima ı Poenulo ter prima corripitur [1]), 337 (I. 2. 131), . 9), prol. 71:

ie Orcus áb Acherunte mórtuos amíserit.
is genus ibi hóminum videas, quási Acheruntem véneris.
biit ad Acherúntem sine viático.

ımero tamen eximendus est postremus versus, ubi ;elio collatis quae in proxima vicinia leguntur *videt*, *acit*, *avehit* praesens est restituendum: *abit*. Restant loci [2]); contra unus est, v. 423 (I. 3. 22) ubi cum itate producta prima Acheruns legitur; et Most. 509: accersunt ád Acheruntem mórtui" in libris est, *a* cor- ɔniectura omissum. Itaque ex hoc indicio de vetustate fabulae partium quidquam efficere, me iudice esset eta equina alligare. Concedamus poetae ut legitimam ı Graecam aliquando sit secutus. Explicatur facile cur ɔrimam Latini potuerint, in quo videntur popularem ıonuntiationem secuti (ut Dorice ὄκχος, ὀκχέω pro cf. Lobeck, Parall. p. 33), nihilominus non incre- aliquando sine vitio eos pronuntiasse *a* correpta.

) cum prior pars, una scena adiecta, iustum comoe- ıentum habeat, altera item, si quaedam introitus

[1] ertit primus G. Hermannus ad Eur. Hec. I; cf. Fleckeisen, Exer- ıt., p. 34, sq., Spengel, Plautus. p. 69, sq., Hasper l.l. p. 26 et r, Plautin. Prosodie, p. 382. sq.

[2] ale Spengelium *Quó die órcus ab ácherunte* notare verissime obser- *cus ab* malam habet divisionem vocabulorum, cf. quae demonstravi Mededeelingen, 2e R. IV, p. 47, sq.

causa praeposita essent, per se absoluta esset, quaeritur utrum poeta Graecus, quem sibi exemplum proposuerit Plautus, haec dissita membra iam coniuncta habuerit, an Latinus demum haec consuerit; aliis verbis ut dicam, num unam an duas Graecas fabulas verterit. Fieri enim potest, ut quemadmodum Hecubae Euripidea, ut hoc utar, et aliae eiusdem poetae tragoediae duas continent actiones, sic Καρχηδόνιος, quam in Poenulo expresserit totam Plautus, habuerit duo capita male in unum conglutinata. Prologi testimonio, si satis esset aut plenus aut perspicuus, tota fortasse res conficeretur. Ibi leguntur haec v. 53, sq.:

> Carchédonius vocátur haec comoédia,
> Latíne Plautus pátruus pultiphagónides.

(In libris nihil variatur nisi quod pro *Plautus* habent *Platus*.) Quibus vitium subesse nemo sanus dubitaverit. Ac pleriqu[illegible] statuunt fabulam inscriptam fuisse „Patruus Pultiphagonides." At vero si constat Romanos, non Graecos, nec Carthaginienses dictos esse pultiphagos, quod puls simplicissimo victui vetustorum Romanorum sufficeret (cf. Plin. NH. XVIII. 19, Plaut. Most. 828), non potuit primaria fabulae persona, Hanno Carthaginiensis, patruus pultiphagonides dici. Inde coniecturae Guilielmi: „Plauti PATRUUS pultiphagonidae," Mureti: „Plauti POENULUS pulthagonidae," quorum hoc certe plane improbandum; Lambinus: „Plauti POENULUS PULTIPHAGONIDES," i. e. Poenulus fictus, vere Romanus, quod, ut alia mittam, sic demum aptum esset, si Romanus in hac fabula Poenum se fingeret. Qui inscriptionem „Patruus Pultiphagonides" probant (cf. Ritschl. Parerg. 205), putant in nova fabulae editione post mortem poetae facta hoc nomen ei datum esse, cum tamen antiqua fabula et inscriptio (*Poenulus*) post manserint, in eamque partem utuntur exemplo Casinae, cuius fabulae duplici titulo rem illustrent: haec novo sub nomine, quod fuit „Sortientes" iterum Plauto mortuo aures spectatorum et oculos delectavit argumento prol. 30:

> Comoédiai nómen dare vobís volo.
> Clerúmenoe vocátur haec comoédia
> Graecé, Latine Sórtientes. Díphilus
> Hanc Graéce scripsit, póst id rursum dénuo
> Latíne Plautus cúm latranti nómine.

Id, si inficetum iocum de latranti nomine in prologo, ut faciendum videtur, concoquendum putes, nec de traditae lectionis veritate dubites, certum est exemplum, nulla enim alia interpretatio admitti potest quam haec: poeta cum nomine canino (Plautus, cf. Festus et Paulus p. 230, sq.) rursus scripsit latine (i. e. latine vertit) Diphili fabulam, quae Κληρούμενοι, latine *Sortientes* inscribitur. Eo igitur tempore, quo haec fabula mortuo poeta (cf. prol. 5, sqq.) docebatur rursus, Sortientes inscribebatur; *Casinam* Plautus inscripsit (cf. Paul. Diac. p. 61). Nam si quis dicat *Sortientes* in prologo non esse titulum, sed explicationem vocabuli Graeci, in commodum spectatorum additam, verba quidem non videntur obstare; oratio prologorum, neglegens saepe illa et vaga, tale quid admittit; at „nomen" se daturum esse fabulae dixerat prologus, i. e. Latinum nomen quo *tunc* significaretur; cui promisso non stabit, si nihil nisi versionem Graeci vocabuli dederit. Itaque nisi excidisse versum putes, habemus exemplum duplicis tituli [1]). At in Poenuli prologo verba ita comparata sunt, ut commodam non admittant interpretationem. Ritschelius igitur scribendum esse putat:

Carchedonius vocatur haec comoedia
Graece, *Latine* Patruus Pultiphagonides

pro: „Latine Plautus." Et sic Hanno dicetur pultiphagonides; sed Scaligerus (ad quem provocat Ritschl.) non demonstravit Carthaginienses quoque pultiphagos dictos esse. Quid enim probat quod pultem aliquam vocatam esse Punicam tradunt? [2]) Non maiore iure hinc efficias pultiphagos dictos esse Carthaginienses, quam eosdem lecticarios appellatos, quoniam lecti Punici memorentur, aut a fenestris, torcularibus, coagmentis cognomen habuisse, quod horum omnium genera quaedam fuerint Carthaginiensibus propria et propterea Punica appellata (Scal. ap. Taubm. ad Most. III. 2. 141). Huic incertae divinationi opponas Val. Max. II. 5. 5: „erant adeo (antiqui) continentiae attenti, ut frequen-

1) Quae causa nominis mutati fuerit, frustra fortasse quaeritur; certe Ritschl., qui per eum fucum auditoribus factum esse putat, ut comoedia pro nova venderetur, redarguitur ipso prologo 13: „antiquam eius edimus comoediam."

2) Cato R. R. 85: „pultem Punicam sic coquito," reli.

tior apud eos pultis usus quam panis esset." Plin. NH. XVIII. 19: „pulte autem, non pane vixisse longo tempore Romanos manifestum." Pers. VI. 40: „foenisecae crasso vitiarunt unguine pultes" proprium iis cibum. Iuvenalis XIV rusticorum priscum victum describens v. 170: a scrobe vel sulco redeuntibus altera cena amplior et grandes fumabant pultibus ollae." Mart. V. 78 in descriptione simplicis cenae: „et pultem niveam premens batillus." Plautus ipse Most. III. 2. 143 (828): „non enim pultiphagus opifex fecit barbarus." Barbari Plauto Romani sunt; postes hi, inquit Tranio, affabre facti sunt, Graecum opus, non Romanum. Hanc igitur ob causam, non vero quod Hannonis pater non pultiphagus, sed Muthumbal fuerit (ut mire Reinhardt in Studemund. Stud. I. 110, comicum patronymicum non agnoscens), significari potuisse Plautum, non potuisse Hannonem statuo.

Difficile saepe aut interdictum nobis est prologorum stribligines emendare aut e neglegentibus prologorum dictis certi quid expiscari; tamen tantum constare debet neminem unquam Latine scientem sic loqui potuisse, ut h. l. factum videmus: „Καρχηδόνιος vocatur haec comoedia, Latine Plautus Patruus Pultiphagonides." Non temere Geppertus aliquid excidisse post *Comoedia* statuit, ac deinde pro *patruus* substituit πατρόθεν. Est tamen haec coniectura admodum lubrica. Non putaverim hoc *patruus*, quo optime argumentum fabulae exprimitur, ex librarii cerebro aut casu natum esse. Si scribitur: *Latine* PATRUUS *Plauto pultiphagonidae* nihil, opinor, ad sententiam et loci integritatem deest. Plautus additamento simili notatur, quo Casinae l.l. verbis „cum latranti nomine." Utique non aliud nos sinit librorum memoria credere quam ipsum poetam comoediam suam inscripsisse *Patruus*, ut aliae *Hecyra*, *Adelphi*, *Virgo* appellantur. Cur autem in hoc prologo, Plauti aetate recentiore, Poenuli nomen non compareat, plures cogitari possunt causae; nam aut versus excidit, aut *Poenuli* nomen post demum datum est, cum rursus fabula doceretur, aut a populo substitutum pro minus grato *Patrui* nomine expulit veterem inscriptionem. Excidisse aliquid opinatur Geppert., exempli gratia, opinor, supplens post *comoedia* (53): „Graecé, Latine Poénulus. Philíppides Hanc graéce scripsit, póst id rursum dénuo Latíne Plautus." Qui cur Philip-

pidis nomen hic inserat, non assequor, quoniam ex comicis Graecis unum Menandrum hodie novimus Καρχηδόνιον scripsisse (cf. Meineke). Quamquam facile concedo, ne de hoc quidem a Plauto adhibito constare, cum praesertim unum tantummodo Menandreae fabulae fragmentum aetatem tulerit, ab argumento Poenuli alienum [1]).

Non multum igitur lucramur ex prologo; quod dicitur haec fabula Graece vocari Καρχηδόνιος non probat unam fabulam fuisse pro exemplo; suam operam, quae quidem versionis fines excedebat, dissimulabant poetae; invitus et ab adversario coactus Terentius de contaminatione retulit; et Plauti aequales haec minus curasse probabile est. Cur autem duas fabulas credamus poetae materiem comoediae suae dedisse, sunt quae suadeant argumenta satis gravia; maxime quidem quod fabulae duae partes suum quaeque habent argumentum, prior autem non absolutum, sic ut in media actione abrumpatur filum. Quod quidem multo facilius apparet accidere potuisse ei, qui duo diversa argumenta in unum conflet, quam qui libere conformare potest, nec ulla necessitate obstringitur, ut aliena aut supervacanea carmini inserat. Nec neglegendum est (quod primus animadvertit Teuffel) Milphionis verba v. 355: „ac te faciet, ut sis civis Attica atque libera" non convenire cum scena, quae sit in Aetolia; si enim ex duabus fabulis Graecis Latinam consarcinavit Plautus, probabile est prioris, ut plerumque, scenam fuisse Athenas; sed cum altera pars posceret Calydonem, reliqua huic accommodata sunt 612: Aetoli cives te salutamus Lyce." Facilius autem tale vitium committit is, qui vertit, quam qui libere fingit.

Gravius est quod Advocati, qui in actu tertio sunt, multo maius momentum habent, quam cum reliqua fabula convenit. Multos fuisse apparet e v. 573 (III. 2. 5): „*tot* quidem non potuisti adducere homines magis ad hanc rem idoneos" et 610 (III. 3. 5) „sed quid huc *tantum* hominum incedunt?" Sunt

---

1) Mein IV. 145. Ἐπιθυμιάσας τῷ Βορέᾳ κρεμάδιον
Ὀψάριον οὐδὲν ἔλαβον, ἰψήσω φακῇν.
Ad postrema verba Mein. adscripsit prologi locum in quo *Pultiphagonides* invenitur. At hanc convenientiam fortuitam puto.

homines plebeii, quos in amicorum locum sublegavit Agorastocles, liberi tamen. Multis verbis explicant, cur gravis incessus se deceat; non sunt cursores et licet iis iure suo tardis esse, 513 (III. 1. 19), coll. 559 (65), nec imperium exspectant calidi amatoris. Domi habent quod edint, nec flagitant quemquam, nec quisquam eos flagitat. Omnino si laxius vinculum attendis, quo eorum opera nectitur cum actione, quae nunc est, si curam et evidentiam, qua primus eorum ingressus describitur, denique si alacres numeros respicis, habent aliquam similitudinem cum illo choro, qui est in Aristophanis Pluto. Ac tantum abest ut ad eventum actionis aliquid conducant, ut contra difficultatem obiiciant non contemnendam. Partes, quas nunc explent, non sunt dignae tanta cura. Evanescunt ex oculis, nec dolori eorum satisfit, dum spretos se queruntur. Post actum tertium nulla eorum mentio est; actu quarto quasi denuo incipit fabula. Scilicet in comoedia Graeca testimonium in iudicio dixerunt, quod cum oeconomia fabulae Plautinae non conveniebat.

Peculiaris igitur ratio, qua adumbratus est actus tertius, aliam manum prodit; cum eo autem cohaeret scena prima actus primi, in qua initur consilium, quod tertio actu eventum habet. At eius actus scena altera, in qua colloquuntur Adelphasium et Anterastilis ita convenit cum actu quarto et quinto ut unius quasi corporis membra sint. In utraque parte duae sorores sunt sub lenone, quaestui meretricio destinatae, ceterum non improbae, altera modestior et quae cultum femineum parvi pendat, altera natu minor, levior et prudendia inferior. Conferendi sunt ex act. I sc. 2. v. 1, sqq. (208, sqq.) cum V. 4. 8, sqq., 20, sqq. (1171, sqq., 1181, sqq.). Priore loco irridet soror natu maior operosam curam comptus muliebris; negotii quantum sit in una muliere exornanda exponit, binae ancillae singulis vix sufficiant, sed duae toti populo plus satis negotii dare possunt, denique v. 20:

> Postrémo mulíebris modús *mundi* núllust,
> Neque únquam lavándo et fricándo scimus
> *Finém* facere nám quae lavátast nisi *éadem*
> Percúltast, meó quidem animó quasi fuscast [1]).

1) Versus divisi sunt ut in codd. leguntur; v. 2 et 4 ex dim. bacch. et penth. iamb. constant; quae litteris cursivis expressa sunt addidi; *finem* iam Herm.;

t ea (295, I. 2. 88) magis ornari bono ingenio quam auro; perato in templum Veneris (312, I. 2. 105) non opus esse at; denique recusat blanditias Agorastoclis (343, I. 2. 137). ic opposita Anterastilis decere dicit puellas munditer se habere, niam vel sic aegre amatores inveniant (233, I. 2. 27); ut a muriatica non placent, nisi abluantur, sic mulieres non ere sine munditia et comptu; muriatica

Nisi múltad aqua úsque et diú macerántur,
Olént salsa sunt, tangere út non velís [item nos perhiberi].
Eiús seminís mulierés sunt insúlsae
Sine múnditia et cómptu, admodum átque invenústae. [1])

rito Milphio animadvertit Anterastelin coquam videri, sed spernit nova comoedia comparationes culinarias, cf. Most. 7. Eadem properat in templum Veneris (258, 310, I. 2. 51, 4) et maiorem ornatum desiderat (279, 291, 322, I. 2. 72, , 116). Iam vero in actu quinto similiter moratae sunt so- es. Anterastilis, vana illa et forma superbiens, postquam re- a templo Veneris, gloriatur melius se placuisse iuvenibus m ceteras (1170, V. 4. 8), quare leniter ab Adelphasio rehenditur (1173, 1183, V. 4. 11, 21). Anterastilis: (tantus erat cluentarum numerus)

e Cálydoniam venerábant Venerem, cérto enim quod quidem ád nos s attinuit, praépotentes, púlcrae, paci' poténtis
r fuimus neque áb iuventute ibi ínridiculo habitáe pol,
d céteris soror ómnibus factúmst. AD. Malim istuc áliis videatur quam út tu te sorór collaudes. AUT. Spéro [2]).

lem Adelphasium ad verba Anterastilis: „sicut nos hodie

---

ndus addendo *nos* ante scimus tetr. bacch. evadet. V. 4 *fusca;* MSS.: *in-* aut manifesta cum correctione: *iniusta, musta;* Herm. *lutea*, Geppert. *inata*. Spurios hos versus iudicat Ritschl testante Hasper l.l. p. 28; quibus arentis non refertur. V. 1. libri *modus muliebris.*

V. 2 *item nos perhiberi* interpretamentum continent alienum; una fortasse iba. deest etiamnunc. V. 4 libri inverso ordine: *adm. atque inv. sine mund. mptu. Multad* Ritschl. Plaut. Exc. p. 64; Herm.: *nisi si multa.*

V. 1 libri *quae ad Cal. venerant Ven.;* 2: *pacisque;* 3 et 4: *quod pol r ceteris; iuventute* trisyllabum est; 5 pro *ut* libri *uti.*

inter [illegible] [illegible] [illegible] respondet: „[illegible] es [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. V. 4. 21.

Prorsus ridiculum foret credere duas exstitisse fabulas Graecas, in quarum utraque sic immutatae sortes et ad [illegible] convenientes invenirentur. At alteram utram partem (aut I. 2, aut IV. sqq.) invenit et composuit Plautus ipsum, aut una fuit fabula Graeca, quam utrobique secutus sit. Utrum probabilius sit nemo facile dixerit. Et vero non mores tantum conveniunt, sed etiam quae ad oeconomiam pertinent: conferas modo quae de Agorastoclis [illegible] 362 (I. 2. 126 sqq.) et 1121 (V. 3. 14 sqq.

Restant ex actu I scena 1 et 3, quae coniungi cum actu III poterunt, haec enim optime inter se cohaerent, et ex eadem fabula Graeca sumta. In fabula illa non dubium est, quin Advocati in initio testes profuerint, nunc, cum nihil testentur, nihil omnino quod Agorastoclis proprium sit, plane sunt supervacanei. Et scena secunda act. I, quae ex altera fabula Graeca sumta est, ita hic est agglutinata, ut aliunde huc translatam esse facile appareat. Aegre permotus Agorastocles ut amicae pro tempore [illegible] [illegible] quam primum insidias apparet, domum intrat suam, sed vix secessit cum evocatur rursus a Milphione: attamen per hoc temporis intervallum, non maius quam ad decem versus pronuntiandos Milphioni sufficit 196—205, I. 1. 70—79, edocet Agorastocles villicum suum de struendis insidiis et pecuniam necessariam ei erogat 408, I. 3. 6; 548, III. 1. 54). Scilicet scena, quae excipit primam, quam poeta ex altera fabula mutuatus est, praesentem postulabat amatorem, oeconomia autem prioris aliud requirebat, ut nempe in insidiis struendis totus esset Agorastocles.

Videor igitur mihi hoc efficere posse Poenulum ex duabus Graecis fabulis fluxisse, quarum altera continuerit: I. 1; I. 3; III; altera: IV; I. 2; V. 1. 1 usque ad 5. 35. Exitum fabulae V. 5. 35—6. 34 necessario huic sic composito argumento accommodare et partim certe ipse fingere debebat poeta. Sed is duplici modo nunc conformatus est. Sequuntur enim in codicibus, olim in Ambrosiano quoque [1]), versus 50, qui eandem fere solutionem

1) Etiamnunc exstant in A ex versibus memoratis 1—10, 49—51 (1356—1366, 1404—1406, Gopp.).

ent fabulae ac superiores, aliis verbis conceptam. Dixit de duplici exitu Th Hasper, l.l. cuius dissertationis haec ıma est, ut statuat primum, de quo nemo dubitare potest, iquum quoque esse alterum exitum, nec recentem foetum le seduli cuiusdam grammatici, deinde ineunte saeculo U. C. timo retractatam esse Poenulum, et simul alterum exitum fectum. At si ea retractatio tam late patuerit, ut per eam Poenulum invecta sint „quaecunque non conveniunt fabulae ɔositioni" (p. 28), prior exitus exspectari debebat ut nihil tineret quod bonae Plautinae dispositioni, qualis olim fuisset, ugnaret. Magnas mutationes si subiisset Poenulus, earum tigia in totius duplici καταστροφῇ inveniremus. Sed nihil ɜmodi est: personae et res eaedem sunt; eundem tenorem et ɜum actionis fere postulat uterque exitus. Vitia compositionis inhaerent toti fabulae, ut ex retractatione ea repetere non ɜim; si possem, tamen duplicem exitum hinc explicatum ı non contenderem. Videndum potius est, num quinquaginta versus aliquid contineant privum et peculiare, cur eos subutos putemus. Ea quaestio cum argumento meo cohaeret, ut a apparebit.

Consulto supra p. 154 in argumento fabulae exponendo omisi ım secundum, ut appareret, quam laxo ac paene nullo vinculo um reliquis cohaereret. Fatetur id etiam is, qui in Mus. Rhen. L p. 61 hanc comoediam magnopere laudandam putat [1]). ɔo actu miles Antamunides inepta sua iactantia paene superat lquid in hoc genere Comici offerunt. Frustra autem a Lyco t, ut „addicat sibi meretricem minusculam;" tamen apud ɔnem devertitur, neque apparet rursus ante finem fabulae, nihil plane agit. Vulgarem normam si secutus esset poeta, tumeliose in fine fabulae eum dimissum oportebat; tale quid in Milite Glorioso et Eunucho. Praeterea militis persona ıino minus apta hic est: Collybiscum quoque militis Spartani itu induxit Plautus; varietati melius consuluisset, si nautam ·catoremve induxisset.

Die in dieser Gattung von Komödie beliebte Figur des Miles tritt auch hier zweiten Akt wohl nur zur Belustigung des Publicums auf, einen nothwen- ı Zusammenhang mit der Fabel hat er nicht.

Videndum est etiam de militis amore. Saepius Plautus ut mores puellae alicuius aperiat, alteram ei adiungit feminam. Cum puellae non tam agendo quam loquendo spectari possint, socia quadam et comite opus erat, cui inter fabulandum secreta animi sensa puella concrederet, aut obloquendo ingenium suum et voluntatem opponeret et aperiret. Ita Philematium et Scapham in Mostellaria, Palaestram et Ampeliscam in Rudente, in Asinaria Cleaeretam et Philenium, in Cistellaria Silenium et Gymnasium cum matre iuxta collocatas videmus. At illae secundariae personae lenae si sint aut impudicae meretrices, in fine fabulae fere negleguntur, quoniam nemo quam fortunam habuerint scire cupit, alibi, ut in Rudente, ubi duae aeque animatae inducuntur feminae, utriusque fortuna in exitu respicitur; Ampelisca ibi disertis verbis libertate donatur (scena ult. 52). Sed Anterastili quid fiat incerti haerent spectatores. Illa, etsi minime aequiparari moribus cum Adelphasio potest, leviuscula tamen potius ut pleraeque puellae quam improba et pari cum sorore condicione non sic ablegari debebat. Fit quidem illa feliciter invento patre libertatis particeps, at hoc ei cum sorore commune est, nec diserte memoratur; Adelphasii tanto superior est fortuna, ut Anterastilis cum ea comparata nihili facienda videatur. Hoc ab eo poeta, cui dramatis oeconomiam debet Plautus, aliter institutum crediderim. Nam multo magis satisfecisset exitus spectatoribus, si talis fuisset Antamunides ut ei nubere pro beneficio esse potuisset. Sed bona de causa id aut non fit aut consulto quaesita ambiguitate obscuratur; nam tam vanus est et ineptus iste miles, ut nulla mulier hunc sibi absurdum rabulam in matrimonium optaret. De sua virtute narrat quae non sunt exaggerata, sed plane monstra, dum exponit quomodo volaticos homines fundis viscatis capiendos curaverit. Post, cum Hannonem et Anterastilin complecti inter se videt, convitiatur impudenter Hannoni, quem aemulum suum credit, sed cum primum minae adhibitae sunt ab Agorastocle, dicta retractat, magnificus simul et ignavus (V. 5. 40—42, 1308). Suspicor mores militis a Plauto in peius esse mutatos; is qui fabulam invenit, quisquis fuit, non tam ridiculum et contemnendum finxit hominem, ut Anterastilis amore indignus esset, sed Plautus, quo gratior esset fabula, stolidum, trepidum, magnificum

hinc procudit bellatorem, solito comitatu parasiti destitutum, quoniam is ad reliqua non quadrabat. Cessisse in fabula Graeca Anterastilin in matrimonium amico, cuius locum nunc occuparit Antamunides, inde quoque probabile est, quod Anterastilis V. 5. 43 (1311) pro Antamunide, quem post verba modo dicta (41, 42) odisse debebat, tamen intercedit, ut bona gratia restituatur inter hunc et Hannonem. Id, quomodo fabula nunc est comparata, parum refert. Male abire debebat miles nec aequo animo tolerari a viris bonis et fortibus et ab Anterastili, quae quidem ei non nubit. Sed si minus abiectis moribus fuisset Antamunides, potuisset Anterastilis huic uxor dari.

Vitium igitur illud animadvertisse is videtur, qui, ceteroqui Plauto inferior, alterum fabulae epilogum attexuit; ac plane quidem tollere illud non potuit, sed sustulit quod in extrema fabula offendere in illam partem maxime posset 36 (1304) Ibi postquam undecunque arreptis convitiis Hannonem miles obruit, sic pergitur:

AGORASTOCLES.

Num tíbi, adulescens, málae aut dentes prúriunt
Qui huic és molestus, án malam rem quáeritas?

ANTAMUNIDES.

Quin ádhibuisti, dum ístaec loquere, týmpanum?
Nam té cinaedum esse árbitror magis quám virum.

AGORASTOCLES.

Scin quám cinaedus sum? íte: istinc, serví, foras
Ecférte fustis.

Iam ille homo, qui modo Agorastoclem Gallum eviratum dicere ausus est, contra minabitur et vim a se repulsare conabitur? Nihil minus:

ANTAMUNIDES.

Heús tu, si quid pér iocum
Dixí, nolito in sérium convórtere.

Mirum sane genus iocandi! Imo homo iste tam timidus est

quam magnificus. Et tamen hunc placare studet Anterastilis et Hannoni conciliare:

ANTERASTILIS.

Quid tíbi lubido est, óbsecro, Antamúnides,
Loqui ínclementer nóstro cognato ét patri?
Nam hic nóster pater est, híc nos cognovít modo
Et húnc sui fratris fílium.

ANTAMUNIDES.

Ita me Iúppiter
Bene amét, bene factum; gaúdeo et volupést mihi,
Si quíd lenoni *huic* óptigit magní mali,
Cumque é virtute vóbis fortuna óptigit.

ANTERASTILIS.

Credíbile ecastor dícit; crede huic, mí pater.

HANNO.

Credo.

AGORASTOCLES.

Ét ego credo ....

Quaeri potest cui bono haec tam subita reconciliatio. Num forte fabulae κατασταροφή tale quid postulabat, ut facile aliquid condonari poetae debeat? Num Anterastilis ex oeconomia fabulae nubere debet militi, ad quod matrimonium reconciliatione quamvis absurda via erat aperienda? At non nubit mititi: 6. 20. (1340)

AGORASTOCLES.

... sed pátrue mi,
Tuam, út dixisti, míhi desponde fíliam.

HANNO.

Haut áliter ausim (*visum*?).

ANTAMUNIDES.

Béne vale.

AGORASTOCLES.

Et tu béne vale.

Ne in altero quidem exitu hoc fit v. 44 (1399):

ANTAMUNIDES.

Tu aútem amicam míhi des facito aut aúri mihi reddás minam.

LYCUS.

Vín tibicinám meam habere?

ANTAMUNIDES.

Níl moror tibícinam
Néscias, utrum eí maiores búccaene an mammaé sient.

LYCUS.

Dábo quae placeat.

Nam significari hoc loco Anterastilis non potest, quae non amplius erat in Lyci potestate. Sed sustulit hic poeta offensionem, quae in eo est quod contemnendus miles uno verbulo veniam invenit. Feminarum iam partes admodum restrictae sunt, de milite nihil, de Lyco singulae uno versiculo loquuntur. Contra addendis quibusdam hic poeta militem commendavit versibus supra collocatis, qui habent iocum sane scurrilem (46), sed non alieni sunt a iuvene, qui lenonem compellat, et fortiter ius suum exig't. Ac minus diserte quam in priore exitu Antamunides valedicere cogitur Hannonis filiae.

Cum igitur iusta mutationis causa appareat, quaeri possit num postremi illi versus sint fortasse ab ipso Plauto profecti fabulam suam retractante. In oratione et metro improbanda sunt aut dubia pro modico ambitu non pauca [1]) sed contra

1) Manent quaedam obscura. Sed minus id mirandum est in scena, quae ab interpretibus adhuc fere neglecta est. V. 4. Lycus subito adest et immiscetur sermoni; contra v. 1323 ubi ab eius adventu nova scena incipit. — 5 „unde haec [huc *add. Hasper.*] perierunt domo?" nec nescit leno (889, IV. 2. 77), nec causa est cur ignorantiam fingat (infra 20); sed similia in ipsa fabula sat multa sunt; e. g. „Africam" 1293, V. 5. 25; qui enim scit Antam. Africam esse? Ceterum *perire* sic positum Plautinum est Capt. III. 4. 4. — 10 hiatus mutatione personae satis defenditur. — 14 „quem noveris" quoi ignoveris? cf. Ritschl. prol. p. 205. — 16, 17 numeros emendavit Hasper, melius quam Geppert. — 28 „inter negotium" est dum tu consulis; irridet Lycus Agorastocli, qui aliquamdiu meditabundus adstiterat. — 29 prius quam, cf. Ter. Andr. II. 1. 11: „omnia experiri certumst prius quam pereo." — 31 trium rerum enumeratio („aurum, ar-

inter alias praestitimus pulcritudine" respondet: „stulta es soror magis quam volo" (1183, V. 4. 21).

Paene ridiculum foret credere duas exstitisse fabulas Graecas, in quarum utraque sic animatae sorores et ad amussim convenientes inventae fuerint. Aut alteram utram partem (aut I. 2, aut IV. sqq.) invenit et composuit Plautus totam, aut una fuit fabula Graeca, quam utrobique secutus sit. Utrum probabilius sit, nemo dubius haerebit. Et vero non mores tantum conveniunt, sed etiam quae ad oeconomiam pertinent; conferas modo quae de Aphrodisiis dicuntur 382 (I. 2. 126) sqq. et 1121 (V. 3. 14) sqq.

Restant ex actu I scena 1 et 3, quae coniungi cum actu III potuerunt; haec enim optime inter se cohaerent, et ex eadem fabula Graeca sumi. In fabula illa non dubium est, quin Advocati in iudicio testes prodierint, nunc, cum nihil testentur, nihil nuntient quod Agorastocli ignotum sit, plane sunt supervacanei. Et scena secunda act. I, quae ex altera fabula Graeca sumta est, ita hic est agglutinata, ut aliunde huc translatam esse facile appareat. Aegre permotus Agorastocles ut amicae pro tempore oblitus nunc quam primum insidias apparet, domum intrat suam, sed vix secessit cum evocatur rursus a Milphione; attamen per hoc temporis intervallum, non maius quam ad decem versus pronuntiandos Milphioni sufficit (196—205, I. 1. 70—79), edocet Agorastocles vilicum suum de struendis insidiis et pecuniam necessariam ei erogat (408, I. 3. 6; 548, III. 1. 54). Scilicet scena, quae excipit primam, quam poeta ex altera fabula mutuatus est, praesentem postulabat amatorem, oeconomia autem prioris aliud requirebat, ut nempe in insidiis struendis totus esset Agorastocles.

Videor igitur mihi hoc efficere posse Poenulum ex duabus Graecis fabulis fluxisse, quarum altera continuerit: I. 1; I. 3; III; altera: IV; I. 2; V. 1. 1 usque ad 5. 35. Exitum fabulae V. 5. 35—6. 34 necessario huic sic composito argumento accommodare et partim certe ipse fingere debebat poeta. Sed is duplici modo nunc conformatus est. Sequuntur enim in codicibus, olim in Ambrosiano quoque [1]), versus 50, qui eandem fere solutionem

1) Etiamnunc exstant in A ex versibus memoratis 1—10, 49—51 (1356—1366, 1404—1406, Gopp.).

habent fabulae ac superiores, aliis verbis conceptam. Dixit de illo duplici exitu Th Hasper, l.l. cuius dissertationis haec summa est, ut statuat primum, de quo nemo dubitare potest, antiquum quoque esse alterum exitum, nec recentem foetum male seduli cuiusdam grammatici, deinde ineunte saeculo U. C. septimo retractatam esse Poenulum, et simul alterum exitum confectum. At si ea retractatio tam late patuerit, ut per eam in Poenulum invecta sint „quaecunque non conveniunt fabulae dispositioni" (p. 28), prior exitus exspectari debebat ut nihil contineret quod bonae Plautinae dispositioni, qualis olim fuisset, repugnaret. Magnas mutationes si subiisset Poenulus, earum vestigia in totius duplici καταστροφῇ inveniremus. Sed nihil eiusmodi est: personae et res eaedem sunt; eundem tenorem et cursum actionis fere postulat uterque exitus. Vitia compositionis ita inhaerent toti fabulae, ut ex retractatione ea repetere non possim; si possem, tamen duplicem exitum hinc explicatum esse non contenderem. Videndum potius est, num quinquaginta illi versus aliquid contineant privum et peculiare, cur eos substitutos putemus. Ea quaestio cum argumento meo cohaeret, ut infra apparebit.

Consulto supra p. 154 in argumento fabulae exponendo omisi actum secundum, ut appareret, quam laxo ac paene nullo vinculo is cum reliquis cohaereret. Fatetur id etiam is, qui in Mus. Rhen. VIII. p. 61 hanc comoediam magnopere laudandam putat [1]). In eo actu miles Antamunides inepta sua iactantia paene superat quidquid in hoc genere Comici offerunt. Frustra autem a Lyco petit, ut „addicat sibi meretricem minusculam;" tamen apud lenonem devertitur, neque apparet rursus ante finem fabulae, ubi nihil plane agit. Vulgarem normam si secutus esset poeta, contumeliose in fine fabulae eum dimissum oportebat; tale quid fit in Milite Glorioso et Eunucho. Praeterea militis persona omnino minus apta hic est: Collybiscum quoque militis Spartani habitu induxit Plautus; varietati melius consuluisset, si nautam mercatoremve induxisset.

---

1) Die in dieser Gattung von Komödie beliebte Figur des Miles tritt auch hier im zweiten Akt wohl nur zur Belustigung des Publicums auf, einen nothwendigen Zusammenhang mit der Fabel hat er nicht.

Videndum est etiam de militis amore. Saepius Plautus ut mores puellae alicuius aperiat, alteram ei adiungit feminam. Cum puellae non tam agendo quam loquendo spectari possint, socia quadam et comite opus erat, cui inter fabulandum secreta animi sensa puella concrederet, aut obloquendo ingenium suum et voluntatem opponeret et aperiret. Ita Philematium et Scapham in Mostellaria, Palaestram et Ampeliscam in Rudente, in Asinaria Cleaeretam et Philenium, in Cistellaria Silenium et Gymnasium cum matre iuxta collocatas videmus. At illae secundariae personae lenae si sint aut impudicae meretrices, in fine fabulae fere negleguntur, quoniam nemo quam fortunam habuerint scire cupit, alibi, ut in Rudente, ubi duae aeque animatae inducuntur feminae, utriusque fortuna in exitu respicitur; Ampelisca ibi disertis verbis libertate donatur (scena ult. 52). Sed Anterastili quid fiat incerti haerent spectatores. Illa, etsi minime aequiparari moribus cum Adelphasio potest, leviuscula tamen potius ut pleraeque puellae quam improba et pari cum sorore condicione non sic ablegari debebat. Fit quidem illa feliciter invento patre libertatis particeps, at hoc ei cum sorore commune est, nec diserte memoratur; Adelphasii tanto superior est fortuna, ut Anterastilis cum ea comparata nihili facienda videatur. Hoc ab eo poeta, cui dramatis oeconomiam debet Plautus, aliter institutum crediderim. Nam multo magis satisfecisset exitus spectatoribus, si talis fuisset Antamunides ut ei nubere pro beneficio esse potuisset. Sed bona de causa id aut non fit aut consulto quaesita ambiguitate obscuratur; nam tam vanus est et ineptus iste miles, ut nulla mulier hunc sibi absurdum rabulam in matrimonium optaret. De sua virtute narrat quae non sunt exaggerata, sed plane monstra, dum exponit quomodo volaticos homines fundis viscatis capiendos curaverit. Post, cum Hannonem et Anterastilin complecti inter se videt, convitiatur impudenter Hannoni, quem aemulum suum credit, sed cum primum minae adhibitae sunt ab Agorastocle, dicta retractat, magnificus simul et ignavus (V. 5. 40—42, 1308). Suspicor mores militis a Plauto in peius esse mutatos; is qui fabulam invenit, quisquis fuit, non tam ridiculum et contemnendum finxit hominem, ut Anterastilis amore indignus esset, sed Plautus, quo gratior esset fabula, stolidum, trepidum, magnificum

hinc procudit bellatorem, solito comitatu parasiti destitutum, quoniam is ad reliqua non quadrabat. Cessisse in fabula Graeca Anterastilin in matrimonium amico, cuius locum nunc occuparit Antamunides, inde quoque probabile est, quod Anterastilis V. 5. 43 (1311) pro Antamunide, quem post verba modo dicta (41, 42) odisse debebat, tamen intercedit, ut bona gratia restituatur inter hunc et Hannonem. Id, quomodo fabula nunc est comparata, parum refert. Male abire debebat miles nec aequo animo tolerari a viris bonis et fortibus et ab Anterastili, quae quidem ei non nubit. Sed si minus abiectis moribus fuisset Antamunides, potuisset Anterastilis huic uxor dari.

Vitium igitur illud animadvertisse is videtur, qui, ceteroqui Plauto inferior, alterum fabulae epilogum attexuit; ac plane quidem tollere illud non potuit, sed sustulit quod in extrema fabula offendere in illam partem maxime posset 36 (1304) Ibi postquam undecunque arreptis convitiis Hannonem miles obruit, sic pergitur:

AGORASTOCLES.

Num tíbi, adulescens, málae aut dentes prúriunt
Qui huic és molestus, án malam rem quáeritas?

ANTAMUNIDES.

Quin ádhibuisti, dum ístaec loquere, týmpanum?
Nam té cinaedum esse árbitror magis quám virum.

AGORASTOCLES.

Scin quám cinaedus sum? íte: istinc, serví, foras
Ecférte fustis.

Iam ille homo, qui modo Agorastoclem Gallum eviratum dicere ausus est, contra minabitur et vim a se repulsare conabitur? Nihil minus:

ANTAMUNIDES.

Heús tu, si quid pér iocum
Dixí, nolito in sérium convórtere.

Mirum sane genus iocandi! Imo homo iste tam timidus est

quam magnificus. Et tamen hunc placare studet Anterastilis et Hannoni conciliare:

ANTERASTILIS.

Quid tíbi lubido est, óbsecro, Antamúnides,
Loqui ínclementer nóstro cognato ét patri?
Nam hic nóster pater est, híc nos cognovít modo
Et húnc sui fratris fílium.

ANTAMUNIDES.

Ita me Iúppiter
Bene amét, bene factum; gaúdeo et volupést mihi,
Si quíd lenoni *huic* óptigit magní mali,
Cumque é virtute vóbis fortuna óptigit.

ANTERASTILIS.

Credíbile ecastor dícit; crede huic, mí pater.

HANNO.

Credo.

AGORASTOCLES.

Ét ego credo ....

Quaeri potest cui bono haec tam subita reconciliatio. Num forte fabulae κατασταροφή tale quid postulabat, ut facile aliquid condonari poetae debeat? Num Anterastilis ex oeconomia fabulae nubere debet militi, ad quod matrimonium reconciliatione quamvis absurda via erat aperienda? At non nubit mititi: 6. 20. (1340)

AGORASTOCLES.

... sed pátrue mi,
Tuam, út dixisti, míhi desponde fíliam.

HANNO.

Haut áliter ausim (*visum?*).

ANTAMUNIDES.

Béne vale.

AGORASTOCLES.

Et tu béne vale.

Ne in altero quidem exitu hoc fit v. 44 (1399):

ANTAMUNIDES.

Tu aútem amicam míhi des facito aut aúri mihi reddás minam.

LYCUS.

Vín tibicinám meam habere?

ANTAMUNIDES.

Níl moror tibícinam
Néscias, utrum eí maiores búccaene an mammaé sient.

LYCUS.

Dábo quae placeat.

Nam significari hoc loco Anterastilis non potest, quae non amplius erat in Lyci potestate. Sed sustulit hic poeta offensionem, quae in eo est quod contemnendus miles uno verbulo veniam invenit. Feminarum iam partes admodum restrictae sunt, de milite nihil, de Lyco singulae uno versiculo loquuntur. Contra addendis quibusdam hic poeta militem commendavit versibus supra collocatis, qui habent iocum sane scurrilem (46), sed non alieni sunt a iuvene, qui lenonem compellat, et fortiter ius suum exigit. Ac minus diserte quam in priore exitu Antamunides valedicere cogitur Hannonis filiae.

Cum igitur iusta mutationis causa appareat, quaeri possit num postremi illi versus sint fortasse ab ipso Plauto profecti fabulam suam retractante. In oratione et metro improbanda sunt aut dubia pro modico ambitu non pauca [1]) sed contra

1) Manent quaedam obscura. Sed minus id mirandum est in scena, quae ab interpretibus adhuc fere neglecta est. V. 4. Lycus subito adest et immiscetur sermoni; contra v. 1323 ubi ab eius adventu nova scena incipit. — 5 „unde haec [huc *add. Hasper.*] perierunt domo?" nec nescit leno (889, IV. 2. 77), nec causa est cur ignorantiam fingat (infra 20); sed similia in ipsa fabula sat multa sunt; e. g. „Africam" 1293. V. 5. 25; qui enim scit Antam. Africam esse? Ceterum *perire* sic positum Plautinum est Capt. III. 4. 4. — 10 hiatus mutatione personae satis defenditur. — 14 „quem noveris" quoi ignoveris? cf. Ritschl. prol. p. 205. — 16, 17 numeros emendavit Hasper, melius quam Geppert. — 28 „inter negotium" est dum tu consulis; irridet Lycus Agorastocli, qui aliquamdiu molitabundus adstiterat. — 29 prius quam, cf. Ter. Andr. II. 1. 11: „omnia experiri certumst prius quam pereo." — 31 trium rerum enumeratio („aurum, ar-

versus adsunt aliquot suco Plautino tincti sic, ut forma quidem impedimento non sit quominus auctori Poenuli eos adscribamus. Sed cum testimonio ipsius prologi, qui sine dubio recentior est [1]), constet, post Plauti aetatem hanc quoque comoediam denuo datam esse, probabilius sane videtur aliam hic manum agnoscere, quae tollere aut occultare illud studebat, quod in agenda fabula histrioni potissimum displicere debebat, subitam illam volo animorum conversionem. Nihil emendandum fuisset, si Plautus non bardum et stupidum militem, sed talem finxisset virum, qualis liberae feminae non displicere deberet. Sed is eodem modo quo Terentius contaminatione illam personam inseruerat, quo fiebat, ut non omnino spectatoribus solutio placere posset [2]).

---

gentum, collum — tris res") molesta est, quod prima et secunda non diversae sunt inter se. — 32—34 perverso ordine sunt collocati; hic ordo requiritur: 32 quid me —, 34 quantum audivi —, 33 si volo —. 36 „*diiunge* inimicitias cum improbo" = compone; cf. Liv. XLII. 46. 6: „ne quid speraret, quod veterem amicitiam diiungeret sibi ac Romanis," i. e. doleret. (*Ac* Madv. pro *ab*). — 41 „si quid dixi iratus," nihil dixerat in Hannonem inclementius; sed lenonis ad incitas redacti verba non nimis urgenda sunt.

1) Prologus sannione dignissimus est, qui rusticos spectatum invitat, in eo genere tamen non inficetus. Plauto eum recentiorem esse ex apparatu theatrali, qui initio memoratur, constat. Valde perturbatus est et sub finem repetitio est perquam inutilis. V. 1—45 possunt ad unam quamque comoediam adhiberi; locum communem continent; et videntur haec interpolata esse ab eodem hominum genere, a quo ab initio confecta sunt, gregis dominis vel similibus. Quaedam sunt ibi, quae in fabula frustra quaeruntur aut cum ea pugnant: 66 „septuennis" sed sexennis IV. 2. 80; cf. porro 74, 85, 106—111, 114. In his non agnosco duplicis recensionis vestigia sed neglegentiam aut studium populi oblectandi; vv. 118—128 repetitiones demonstrant saepius fabulam datam esse, nullo modo tamen, magnas subiisse mutationes (cum 120 cf. 75). De Anactorio quae memorantur 87, 93 recte se habent cf. IV. 2. 75. Scite quoque animadvertit prologus Hannonem Latine scivisse 113; quamquam quare in fabula cum Graecis Punice loquatur omnino non explicat. — Cum 80—82 cf. Mensechm. prol. 51—55.

2) Mutationum et additamentorum haec fabula habet praeterea aliquot documenta. Mentio *Philipporum*, ut primus animadvertit Visseringius, ubique Plauti est; nam ante bellum Macedonicum finitum illi non magis Romae quam Athenis noti erant. Regem Attalum obse-sum esse Spartae, eamque urbem tum captam (III. 3. 51, 655) non potuit Graecus poeta scribere, praeterea Sparta expugnata est post pugnam ad Sellasiam gestam Ol. 139. 3 (222 a. C.), cum comoedia nova floruerit usque ad Ol. 130; nihilo magis h. l. de altera expugnatione, a Philopoemene facta a. 189 (Ol. 148) cogitari potest, ad quam locum refert Teuffel. Sed assentiendum est ei, Plauto potius hunc errorem adscribi posse quam Graeco poetae; ille fortasse aliquid fando audiverat de Sparta expugnata et rem confudit. Regis An-

Ultro confiteor de singulis quibusdam a me expositis dubitari posse; tantum, spero, apparuit, Plautum in hac fabula componenda maiorem sibi libertatem vindicasse, quam adhuc in reliquis fabulis observata sit; non tantum duo argumenta permiscuit, sed simul contaminatione usus est.

---

tiochi mentio, cuius oculi (*οἱ βασιλέως ὀφθαλμοί*?) molliter curari dicuntur (III. 3. 81, 685) potuit e Graeco fonte cecidisse, modo ne cogitemus de Antiocho III Magno, sed de Ant. I. Sed Punica quae leguntur V. 2 suo modo interpretatur Plautus, vocabula Latina, quae sono maxime cum Punicis conveniebant, substituens; semel tantum ad Graeca alluditur. Quod quo clarius appareat, ea adscribam, vocabula Punica sic dividens, ut cum Latinis proxime conveniant:

987 (V. 2. 38)	donni	doni
991	mehar bocha	miseram buccam
999	mu phur sa	*μῦς φέρω σοι*
	mi uulech ianna	?

Vocabula haec (mi — ianna) explicat Milphio: „mures Africanos in pompam ludis dare se velle aedilibus."

1002	lechla channanli	ligulas canalis
	(mi)nichot	nuces

Male „figulas venalis" emendarunt interpretes; parum curo sententiam, quaerit Milphio tantum quod sono convenit.

1006	palu merga detha	palas mergas datas
1012	mu phonnium	*μὲ φονεύειν*
	sucoratim	sub(suc) cratim

Milphio 1014 supplet sic: „*sub cratim* ut iubeas sese supponi atque eo lapides inponi multos ut *sese neces*."

Ex istis mehar = misera(m), bocha = bucca(m), lechla = ligula(s), channanli = canali(s), palu = palu(s), merga = merga(s), detha = data(s) effici potest in consuetudine vulgaris vitae terminationes raptim et neglegenter pronuntiatas fuisse; et labente post saecula in peius lingua notum est has detritas esse et evanuisse. At hoc obiter. Vides interpretationem Graeci poetae relictam esse, nec sane aliter fieri poterat, ut magis mirer uno aut duobus locis ad Graeca respici; quod si satis certum est, et mihi quidem sic videtur, apparet Punica non a Plauto sed a poeta Graeco esse scripta, et Atheniensibus Carthaginiensium et Phoenicum linguam non fuisse ignotam.

Groningae 1875, m. Novembri. C. M. FRANCKEN.

AD STRABONEM.

CAP. II.

Pag. 239. STRABO scribens de *Fano fugitivi* apud Ariciam in nemore Dianae *βαρβαρικόν τι κρατεῖ* (inquit) *καὶ Σκυθικὸν περὶ τὸ ἱερὸν ἔθος. καθίσταται γὰρ ἱερεὺς ὁ γεννηθεὶς αὐτόχειρ τοῦ ἱερωμένου πρότερον δραπέτης ἀνήρ· ξιφήρης οὖν ἐστὶν ἀεὶ περισκοπῶν τὰς ἐπιθέσεις ἕτοιμος ἀμύνεσθαι.* Adscripsit Hemsterhusius in ora sui libri: „*Egregius locus Pausaniae* II. pag. 173. 31. *qui Cluverii diligentiam effugit.*" Sed non Casauboni, qui in annotatione ad h. l. Pausaniae testimonio utitur. Pausaniae verba haec sunt: *Ἱππόλυτος ἔρχεται παρὰ τοὺς Ἀρικιεῖς καὶ — ἀνῆκε τῇ Ἀρτέμιδι τέμενος, ἔνθα ἄχρι ἐμοῦ μονομαχίας ἄθλον ἦν ἱεράσθαι τῇ θεῷ* TON NIKΩNTA. *ὁ δὲ ἀγὼν ἐλευθέρων μὲν προέκειτο οὐδενί, οἰκέταις δὲ ἀποδρᾶσι τοὺς δεσπότας.* Multo igitur minus atrox res est quam Straboni videtur. Non enim is qui sacerdotem *ex insidiis obtruncasset* in illius locum substituebatur, ut ille semper anxius et gladio armatus praesentem pestem caveret, sed vetere antistite mortuo instituebatur servis fugitivis certamen, in quo qui vicisset (*ὁ νικῶν*) victoriae praemium (*ἄθλον*) Dianae sacerdotium auferebat. Erat etiam in Umbria *Fanum fugitivi.* vid. Mannert. *Geogr. Antiq.* IX. 1. pag. 478.

Pag. 296. *δεῖν δὲ ἐν τῷ δεκάτῳ* ΕΓγράφειν *ἀντὶ τοῦ Μυσῶν τ' ἀγχεμάχων.* Lacunam sic suppleverim: *ἀντὶ τοῦ Μυσῶν*

(Μοισῶν) τ' ἀγχεμάχων. Sed restat in caeteris inextricabilis difficultas. Reponunt: ἐν τῷ τρισκαιδεκάτῳ γράφειν idque significare putant „*in libro* XIII." Sed quis Graecorum umquam sic Homeri locum laudavit? Quis non statim Homeri versus agnoscebat et unde sumti essent recordabatur? praesertim in loco tam celebrato:

πάλιν τρέπεν ὅσσε φαεινώ κτέ.

Apponendum est in margine, ut veteres solent, ζήτει.

Pag. 296. *Auctor est Posidonius*, inquit, *Homerum ἀβίους προσαγορεύειν μάλιστα ὅτι χωρὶς γυναικῶν ἡγούμενον ἡμιτελῆ τινὰ βίον τὸν χῆρον.* Manca et imperfecta oratio est ὅτι χωρὶς γυναικῶν, et ut intelligatur adde ζῶσιν. Mirifica autem haec est interpretatio et eiusdem fere pretii atque etymologia vere Romana „COELIBES *quasi dicas* COELITES."

Post pauca scribendum: τοὺς ἀβίους OT τοὺς χήρους μᾶλλον ἢ τοὺς ἀνεστίους — δέξαιτ' ἄν τις. Necessarium οὐ in Codd. omissum inserunt post χήρους contra Graecorum consuetudinem.

Pag. 301. ὁ Ἀνάχαρσις καὶ Ἄβαρις — ἐθνικόν τινα χαρακτῆρα ἐπέφαινεν εὐκολίας καὶ λιτότητος καὶ δικαιοσύνης. Verbum ἐπιφαίνειν non est huius loci: sedem habet in *probatione* et *demonstratione*. *Prae se ferre* vultu, habitu, incessu, oratione dicitur ἐμφαίνειν. Pag. 628. τοῦ δὲ νεωτέρου (Diodori) ἱστορικὰ συγγράμματά ἐστι — τὴν ἀρχαίαν γραφὴν ἐπιφαίνοντα ἱκανῶς, recte correxit nescio quis in Aldina ἐμφαίνοντα. Aristarchus in Schol. ad Odyss. γ. 71. οὐδὲ γὰρ νῦν οἱ περὶ Τηλέμαχον ληστικόν τι ἐμφαίνουσιν.

Pag. 302.

Γλακτοφάγων εἰς γαῖαν ἀπήναις οἰκί' ἐχόντων.

Obtemperandum Porsono est, qui ἀπήναις scribi iussit in *Advers.* pag. 316.

Pag. 302. quum esset in vetere libro:

ὁ δὲ δρομιχαίτης
κατὰ τοὺς διαδόχους ἦν τοὺς ἀλεξάνδρου
γετῶν βασιλεύς.

ineptum emblema post ἦν ex margine irrepsit in textum. Notissima nomina sunt in historia οἱ διάδοχοι et eorum filii οἱ ἐπίγονοι, quemadmodum in vetustis fabulis de bello Thebano οἱ ἐπίγονοι, ut apud Strabonem pag. 325. μετὰ τὴν (τῶν add.) ἐπιγόνων ἐπὶ τὰς Θήβας στρατείαν. Suboluit fraus Kramero, sed extirpare vitium ausus non est. Arguit emblema vitiosa verborum compositio. Dici poterat: κατὰ τοὺς τοῦ Ἀλεξάνδρου διαδόχους ἦν Γετῶν βασιλεύς, sed vulgata inepta est.

Pag. 308. Ἐκπλέοντι δ' ἐν ἀριστερᾷ πολίχνη καὶ ἄλλος λιμήν. Mendum in Strabonis libris perfrequens hunc quoque locum corrumpit. Rescribe ΕΙΣπλέοντι δέ. ut pag. 310. ἐν ἀριστερᾷ δ' εἰσπλέοντι πολίχνιόν ἐστι Μυρμήκιον. et pag. 325. ἐν δεξιᾷ εἰσπλέουσιν Ἀκρωνῖνες, et sic passim alibi. Vid. ad pag. 252.

Pag. 317. ἀποθεῖσιν ἡμέρας πέντε ἐξεπήγνυντο οἱ ἅλες. Vitiose adhaesit verbo inutilis praepositio et sensu cassa ἐξ. Veram lectionem repperit vetus corrector Codicis E. ἡμέρας πέντε Ἢ ἓξ ἐπήγνυντο, sed nemo recepit.

Strabo pag. 350. ἐπὶ τοὺς Τηλεμάχου ἑταίρους ἄγγελος πέμπεται πρὸς τὸ πλοῖον καλῶν ἐπὶ ξενίAN. Lege ἐπὶ ξενίA. Perpetuus hic scribarum error est. *Cives* vocantur ἐπὶ δεῖπνον, *hospites* ἐπὶ ξένια, sed librarii ἐπὶ ξενίαν et ἐπὶ ξενίᾳ substituere solent. Ξενία et ξενίας τυχεῖν de *hospitio* dicitur, ξένια et καλεῖν ἐπὶ ξένια de *coena* vel *epulis*.

Haesit hoc vitium in editionibus Diodori Siculi, Pausaniae, Flavii Iosephi et aliorum.

Strabo pag. 362. de *primo* et *secundo* bello Messeniaco agens ita scribit: τὴν μὲν οὖν πρώτην κατάκτησιν αὐτῶν φησὶ Τυρταῖος ἐν τοῖς ποιήμασι κατὰ τοὺς τῶν πατέρων πατέρας γενέσθαι· τὴν δὲ δευτέραν, καθ' ἣν ἑλόμενοι συμμάχους Ἀργείους τε καὶ ΗΛΘΙΟΥΣ καὶ Πισάτας ἀπέσησαν, Ἀρκάδων μὲν Ἀριστοκράτην τὸν Ὀρχομενίων βασιλέα παρεχομένων στρατηγόν, Πισατῶν δὲ Παυταλέοντα τὸν Ὀμφαλίωνος, ἡνίκα φησὶν αὐτὸς (ὁ Τυρταῖος) στρατηγῆσαι τὸν πόλεμον τοῖς Λακεδαιμονίοις. De *tertio* et *quarto* bello post pauca scribit: ἐπὶ μὲν οὖν αὐτοῦ τοῦ Τυρταίου ὁ δεύ-

τερος ὑπῆρξε πόλεμος· τρίτον δὲ καὶ τέταρτον συςῆναί φασιν, ἐν ᾧ κατελύθησαν τελέως οἱ Μεσσήνιοι. Negat Kramerus Strabonem scripsisse Ἠλείους et *suspicari* se dicit „*pro* Ἠλείους *antiquitus scriptum fuisse* Ἀρκάδας." Correctiones huiuscemodi non sunt ullo modo admittendae, ne ars Critica in ματαιοτεχνίαν abeat, praeterquam in iis locis, ubi perspicuum et planum est lacunam veteris libri a sciolo inepte esse suppletam de suo; cuius rei complura exempla ex Stobaei *Florilegio* protulimus. In Strabonis loco nullum est huius fraudis vestigium. Apparet Ἀρκάδας commemorari debere, sed Ἠλείους retinendos esse censeo. Quod quo facilius probum refutabo primum Krameri argumenta, vel potius testes, quos produxit, destruam. „*Etenim* (inquit) *Eleos Lacedaemonios hoc ipso bello adiuvisse ipse narrat supra* pag. 355." Si hoc verum est causa cecidi. Audiamus testimonium: συνέπραξαν δὲ καὶ οἱ Λακεδαιμόνιοι (τοῖς Ἠλείοις) μετὰ τὴν ΕΚΧΑΤΗΝ κατάλυσιν τῶν Μεσσηνίων συμμαχήσασιν αὐτοῖς. — καὶ ἐπὶ τοσοῦτόν γε συνέπραξαν ὥςε τὴν χώραν ἅπασαν τὴν μέχρι Μεσσήνης Ἠλείαν ῥηθῆναι καὶ διαμεῖναι μέχρι νῦν, Πισατῶν δὲ — μηδ' ὄνομα λειφθῆναι. Satis est componere locum Strabonis supra descriptum de bello *quarto*, ἐν ᾧ κατελύθησαν τελέως οἱ Μεσσήνιοι, ut videas a Kramero confundi tempora, et quod in *ultimo* bello factum esset ad *secundum* referri. Ponamus primum diligenter primi ac secundi belli initium ac finem. Primum bellum peractum est ἔτει πρώτῳ τῆς τετάρτης καὶ δεκάτης Ὀλυμπιάδος (Pausan. IV. 13. 7.) gestum per annos XX. Audi Tyrtaeum:

Ἀμφ' αὐτὴν δ' ἐμάχοντ' ἐννέα καὶ δέκ' ἔτη
νωλεμέως, αἰεὶ ταλασίφρονα θυμὸν ἔχοντες
αἰχμηταὶ πατέρων ἡμετέρων πατέρες.
εἰκοςῷ δ' οἱ μὲν κατὰ πίονα ἔργα λιπόντες
Φεῦγον Ἰθωμαίων ἐκ μεγάλων ὀρέων.

vid. Pausan. IV. 15. 2, et IV. 13. 6.

Erupit bellum secundum ἔτει τριακοςῷ καὶ ἐνάτῳ μετὰ Ἰθώμης ἅλωσιν, τετάρτῳ δὲ τῆς τρίτης Ὀλυμπιάδος καὶ εἰκοςῆς, auctore Pausania (IV. 15. 1.), quo teste (IV. 23. 4.) ὁ δεύτερος πόλεμος τέλος ἔσχεν ἔτει πρώτῳ τῆς ὀγδόης τε καὶ εἰκοςῆς Ὀλυμπιάδος. Nihil igitur impedit quo minus credamus Ἠλείους in *secundo* bello Messeniorum socios in *quarto* a Spartanis stetisse.

Audiamus alterum argumentum: „*praeterea acerbissimas inimi-*

citias inter se Eleos et Pisatas eodem illo maxime tempore exercuisse tradit Pausanias VI. 22. 2. *ita ut utrosque simul societate cum Messeniis coniunctos fuisse parum probabile fiat.* Non dicam posse duos inimicos ad communem amicum adiuvandum, et magis etiam ad communem salutem tuendam, arma consociare, sed malo argumento uti graviore. Prodeat testis a Kramero citatus: τετάρτῃ δὲ Ὀλυμπιάδι καὶ τριακοστῷ σφετὸν οἱ Πισαῖοι καὶ βασιλεὺς αὐτῶν Πανταλέων ὁ Ὀμφαλίωνος παρὰ τῶν προσχώρων ἀθροίσαντες ἐποίησαν ἀντ' Ἠλείων τὰ Ὀλύμπια. Idem de eodem scribit VI. 21. 1. — ἄνδρα Πισαῖον Πανταλέοντι ἐναντιούμενον τῷ Ὀμφαλίωνος τυραννοῦντι ἐν Πίσῃ καὶ ΑΠΟCΤΑCΙΝ βουλεύοντι ἀπὸ Ἠλείων. Cogitandum primum est quid sit ἀπόστασιν βουλεύειν, similiterque de Pantaleontis filio VI. 22. 4. Πύρρου δὲ τοῦ Πανταλέοντος μετὰ Δαμοφῶντα τὸν ἀδελφὸν βασιλεύσαντος Πισαῖοι πόλεμον ἑκούσιον ἐπανείλοντο Ἠλείοις. CΤΝΑΠΕCΤΗCΑΝ δέ σφισιν ἀπὸ Ἠλείων Μακίστιοι καὶ Σκιλλούντιοι, οὗτοι μὲν ἐκ τῆς Τριφυλίας, τῶν δὲ ἄλλων περιοίκων Δυσπόντιοι. Nempe ἀποστῆναι (*desciscere*, *deficere*) dicuntur qui bello fracti et subacti sub alterius populi imperium et ditionem ceciderunt et nomine socii reapse imperata faciunt et in his ἕπονται ἢ ἄν τις ἐξηγῆται. Itaque si οἱ Πισᾶται ita sunt Messeniorum socii, necesse est eos Elidensium signa sequi, neque ullo modo fieri potuit ut Elidenses cum Spartanis facerent, Pisatae cum Messeniis. Quod autem dicitur Pantaleon ἀπόστασιν βουλεύειν, et Pyrrhum Pantaleontis filium ἀποστῆναι, diserte testatur Pausanias VI. 22. 3. rebellasse Pantaleontem Olympiade *trigesima quarta*. Bellum Messeniacum confectum est Olympiadis *vigesimae octavae anno secundo*, id est XXII ante annis; itaque nihil causae est cur vulgata apud Strabonem scriptura mendosa esse existimetur.

Sequitur ut disertis testimoniis demonstrem Elidenses Messeniis in *secundo* bello tulisse opem. Audi Pausaniam IV. 16. 7. Μεσσηνίοις μὲν οὖν Ἠλεῖοι καὶ Ἀρκάδες, ἔτι δὲ ἐξ Ἄργους ἀφίκετο καὶ Σικυῶνος βοήθεια. Quod testimonium confirmatur altero IV. 17. 2. ubi scribit Messenios et socios Arcades atrox proelium ἐπὶ τῇ καλουμένῃ μεγάλῃ τάφρῳ commisisse ἀπόντων μὲν τῶν Ἠλείων τῆς μάχης, ἀπόντων δὲ Ἀργείων καὶ Σικυωνίων. Non fugerant haec Kramerum, sed „*Eleos, quos Pausanias appellat Messeniorum socios* (inquit), *Pisatas videtur intelligere.*"

Non dicam perincertam hanc esse suspicionem, sed falsam esse demonstrabo. Messenii capta Ira ex caede elapsi ad Arcades confugerunt et benigne accepti sunt (Pausan. IV. 22. 2). Caeteri Πύλιοι καὶ Μεθωναῖοι καὶ ὅσοι τὰ παραθαλάσσια ᾤκουν ναυσὶν ὑπὸ τὴν ἅλωσιν τῆς Εἴρας ἀπαίρουσιν ἐς Κυλλήνην τὸ ἐπίνειον τῶν Ἠλείων (Pausan. IV. 23. 1). Eodem se recipiunt Messenii ex Arcadia reversi: ὡς δὲ ἐς τὴν Κυλλήνην οἱ Μεσσήνιοι συνελέχθησαν τὸν μὲν παρόντα χειμῶνα ἔδοξεν αὐτοῦ χειμάζειν, καὶ τὴν ἀγορὰν σφισι καὶ χρήματα οἱ Ἠλεῖοι παρεῖχον (Pausan. IV. 23. 5.) Unde luce clarius apparet Elidenses Messeniis non tantum socios, sed optimos et fidelissimos socios fuisse.

Itaque in Strabonis loco, quo de agimus, pag. 362. sanissima est lectio librorum omnium: ἑλόμενοι συμμάχους Ἀργείους τε καὶ ΗΛΘΙΟΤϹ καὶ Πισάτας, et soli Arcades desiderantur. Excidere potuit πρὸς τοῖς Ἀρκάσι, qui perpetuo arma cum Messeniis adversus Lacedaemonios consociarunt, aut χωρὶς τῶν Ἀρκάδων, aut aliquid in hanc sententiam sed Ἠλείοις satius est non tangere.

Caeterum animadvertendum est haec omnia Strabonem ex TYRTAEI carminibus sumsisse: pendent enim omnia ex verbis φησὶ Τυρταῖος, quo meliorem testem et certiorem nemo, credo, requiret.

Pag. 362. ὥς' ἢ ταῦτα ἠκύρωται τὰ ἐλεγεῖα ἢ Φιλοχόρῳ ἀπιστητέον. Ostendimus supra veram lectionem esse hanc: ὥστε ἢ ΑκυρωΤΕΟΝ τὴν ἐλέγειαν κτἑ. Scribendum esse ἀκυρωτέον Porsonus intellexit (*Advers.* pag. 39).

Fieri non potest ut Strabo antiqua Tyrtaei carmina Platoni et Aristoteli et omnibus veteribus lecta spuria et supposita esse existimaverit, sed utitur hac dicendi forma ut ostendat inter se pugnare quae apud ipsum Tyrtaeum legantur et quae a Philochoro et aliis essent de Tyrtaeo memoriae prodita.

Pag. 364. Μεσσόαν δέ (φασιν) οὐ τῆς χώρας εἶναι μέρος ἀλλὰ τῆς Σπάρτης. Hinc igitur nomen habebat ὁ Μεσσοάτης λόχος apud Schol. Aristoph. ad *Lysistr.* vs. 453. λόχοι εἰσὶν ἐν Λακεδαίμονι πέντε· Ἔδωλος (Hesych. in v.), Σίνις, Ἀρίμας, Πλοὰς,

ΜεσσοάΓης. et apud Schol. Thucyd. IV. 8. λόχοι Λακεδαιμονίων πέντε Αἰδώλιος, Σίνης, Σκρίνας, Πλόας, Μεσοάτης. Utrobique ΜεσσοάΤης reponendum, a regione urbis Spartae, cui Μεσσόα nomen.

Pag. 365. οἱ δὲ (Δωριεῖς) κατασχόντες τὴν Λακωνικὴν ΚΑΙ κατ' ἀρχὰς μὲν ἐσωΦρόνουν, ἐπεὶ δ' ΟΤΝ Λυκούργῳ τὴν πολιτείαν ἐπέτρεψαν τοσοῦτον ὑπερεβάλοντο τοὺς ἄλλους, ὥϛε μόνοι τῶν Ἑλλήνων καὶ γῆς καὶ θαλάττης ἐπῆρξαν. Et res ipsa et verborum compositio labem arguunt. Expunge molestum καί cum Coraë, et cogita quae olim fuerit oppositio. Notum est ex historia ante Lycurgum Spartam turbis civilibus vehementer laborasse. Plutarchus in *Lycurg.* cap. 7. ante Lycurgum ἀνομία καὶ ἀταξία κατέτχε τὴν Σπάρτην ἐπὶ πολὺν χρόνον. Herodotus I. 65. (Λακεδαιμόνιοι) κακονομώτατοι ἦσαν σχεδὸν πάντων Ἑλλήνων κατά τε σΦέας αὐτοὺς καὶ ξείνοισι ἀπρόσμικτοι. Reges aut impotenter dominabantur, aut malis artibus populi gratiam captabant [1]). Pater ipse Lycurgi in rixa cultro percussus periit. Plutarch. l. l. Hinc facile colligas oppositionem in Strabonis loco hanc olim fuisse: κατ' ἀρχὰς μὲν ΟΤΚ ἐσωΦρόνουν, ἐπεὶ ΔΕ Λυκούργῳ τὴν πολιτείαν ἐπέτρεψαν, nisi quod pro τὴν πολιτείαν Strabonem scripsisse τὴν πόλιΝ (πο̂) suspicor.

Strabo pag. 866. ex Ephoro haec narrat: ἐκείνοις (Eurystheni et Procli) δὲ καίπερ οἰκιϛαῖς γενομένοις μηδὲ τοῦτο δεδόσθαι ὥϛε τοὺϛ ἀπ' αὐτῶν τοὺϛ μὲν Εὐρυσθενιδὰϛ, (describam reliqua ut in Codice Parisino A scripta sunt cum lacunarum supplementis).

1. τοὺϛ δὲ προκλείδαϛ καλεῖσθαι (ἄλλα τοὺϛ μὲν)
2. ἀγίδας ἀπὸ ἄγιδος τοῦ εὐρυσθένους τοὺϛ δ(ὲ εὐρύποδος ἀ)
3. πὸ εὐρυπῶντος τοῦ προκλέους τοὺϛ μὲν (γὰρ βασιλεῦ)
4. σαι δικαίως, τοὺϛ δὲ δεξαμένους ἐπ(ήλυδας ἀνθρώ)
5. πους δι' ἐκείνων δυναϛεῦσαι. ὅθε(ν οὐδ' ἀρχηγέτας)
6. νομισθῆναι, ὅπερ πᾶσιν ἀποδίδοτα(ι τοῖς οἰκιϛαῖς παυ)
7. σανίαν τε τῶν εὐρυποδῶν ἐκπεσόν(τα ἀδίκως ἐκ τῆϛ)

1) Scribitur apud Plut. Ὕβρει μὲν τῶν βασιλέων οὐκ εὐπειθείᾳ δὲ τῶν ἀρχόν. Leg. βασιλέων Ἀπειθείᾳ δέ. Postquam noto errore εὐπειθείᾳ scriptum est aliquis οὐκ addidit.

οἰκείας ἐν τῇι Φυγῇι συντάξει λόγ(ον κατὰ τῶν λυκούρ)γου νόμων.

In his Codicis vitia sunt ἀγίδας pro Ἀγιάδας, et εὐρύποδας εὐρυποδῶν pro Εὐρυπωντίδας — Εὐρυπωντιδῶν. nam sic Ἀγιάς et Εὐρυπωντίδας Spartanorum Reges appellatos fuisse dilinter ostendimus in *Mnemos.* 1860 pag. 292 sqq.

In caeteris indicabo ea ubi a Krameri lectione supplementa ea discrepant. vs. 3. Kramer: τοὺς μὲν (γὰρ δυνασεῦ)σαι δικαίως. ινασεύειν dicitur de *impotenti dominatione*, itaque βασιλεῦσαι ικαίως substitui. Continuo sequitur δυνασεῦσαι ea qua dixi gnificatione.

Vs. 6. Kr. πᾶσιν ἀποδίδοτα(ι οἰκισαῖς). addidi articulum τοῖς ισαῖς.

Vs. 7. Kr. ἐκπεσόν(τα ..... τῆς) οἰκείας. Supplevi: πεσόντα ἀδίκως ἐκ τῆς οἰκείας.

Vs. 8. Kr. συντάξει λόγ(ον κατὰ τοῦ Λυκούρ)γου, νόμων κτέ. lia non Lycurgum insimulare poterat, sed Lycurgi leges, supevi: λόγοι κατὰ τῶν Λυκούργου νόμων.

Ultimam loci partem non expedio.

Praeterea manifestus error in verbis Παυσανίαν τῶν Εὐρυπωνδῶν, quia certum est τῶν Ἀγιαδῶν eum fuisse, sic eximi sse videtur ut retrahatur ex fuga praepositio et ita scribatur: υσανίαν τε ΤΠΟ τῶν Εὐρυπωντιδῶν ἐκπεσόντα ἀδίκως ἐκ τῆς είας. De Pausaniae iudicio paucissima tantum memoriae odita sunt. Constat eum in priore iudicio vix absolutum et gis Agidis sententia damnatum esse. Pausan. III. 5. 2. in cundo absentem condemnatum vertisse solum. Xenoph. *Hel*. III. 5. 25. Plutarch. *Lysand.* 30. Pausan. III. 5. 6. In ic exilio adversus Lycurgi leges orationem conscripsisse dicitur.

Pag. 369. εἶθ' ὁ Σαρωνικὸς κόλπος· οἱ δὲ πόντον λέγουσιν [οἱ πόρον], καθ' ὃ καὶ πέλαγος λέγεται Σαρωνικόν. Exime emema ex dittographia natum. Refertur enim καθ' ὃ ad id quod ntinuo praecedebat, itaque manifestum est referri ad οἱ δὲ ONTON λέγουσιν, namque hac de causa ctiam πέλαγος dibatur.

Deinde supple: καλεῖται δὲ (ΟΤΤΩC) πᾶς ὁ συνάπτων πό- κτέ.

Pag. 373. ἔρημος δ' ἐστὶ κἀκείνη (ἡ Τίρυνς) καὶ ἡ πλησίον Μιδέα — ταύτῃ δ' ὅμορος Πρόσυμνα. — ἠρήμωσαν δὲ τὰς ΠΛΕΙCΤΑC οἱ Ἀργεῖοι ἀπειθούσας· οἱ δ' οἰκήτορες οἱ μὲν ἐκ τῆς Τίρυνθος ἀπῆλθον εἰς Ἐπίδαυρον, οἱ δὲ ἐ..... εἰς τοὺς Ἁλιεῖς καλουμένους. In Codice A. lacuna est; ex B. assumtum est supplementum nihili. οἱ δὲ ἐ(ξ Ἑρμιόνης) εἰς τοὺς Ἁλιεῖς. Magnis haec difficultatibus premuntur. Postquam nominavit tria oppidula, quo pacto addere potuit: ἠρήμωσαν δὲ τὰς ΠΛΕΙCΤΑC? Non omnes igitur, itaque uni saltem pepercerunt, et duae supersunt, quae αἱ πλεῖσται dicantur. Nugae!

Emendandum est: ἠρήμωσαν δὲ τὰς ΠΟΛΕΙC οἱ Ἀργεῖοι ἀπειθούσας. οἱ δ' οἰκήτορες — ἀπῆλθον. Opponuntur inter se αἱ πόλεις et οἱ οἰκήτορες: *urbes solo aequatae sunt, incolae alio migrarunt.*

Vide nunc quam absurdum sit lacunae supplementum: οἱ δὲ ἐ(ξ Ἑρμιόνης) εἰς τοὺς Ἁλιεῖς De Hermione Strabo ne cogitabat quidem, et stabat urbs florebatque, ut Strabo ipse statim narrat. Itaque suadente loci sententia suppleamus potius: οἱ δὲ ἐ(κ τῶν ἄλλων) εἰς τοὺς Ἁλιεῖς.

Pag. 374. μεταξὺ δὲ Τροιζῆνος καὶ Ἐπιδαύρου χωρίον ἦν ἐρυμνὸν Μέθανα καὶ χερρόνησος ὁμώνυμος τούτῳ· παρὰ Θουκυδίδῃ δὲ ἔν τισιν ἀντιγράφοις Μεθώνη φέρεται. Locus Thucydidis legitur IV. 45. ἀφίκοντο εἰς Μεθώνην τὴν μεταξὺ Ἐπιδαύρου καὶ Τροιζῆνος καὶ ἀπολαβόντες τὸν τῆς χερσονήσου ἰσθμὸν ἐν ᾽Ωι ἡ Μεθώνη ἐστίν κτέ. Thucydides Doricam nominis formam servaverat Μεθάνην et apud Strabonem Μεθάνα pro Μέθανα scribendum. Praeterea Thucydidi redde: ἐν ᾽ΗΙ ἡ Μεθάνα ἐστίν. Urbs erat in paeninsula ad mare, non in angustissimo isthmo.

Pag. 375. sic scribendum: ὠνομάζετο δὲ (Aegina) Οἰνόη (libri οἰνώνη) πάλαι ὁμώνυμος δυσὶ δήμοις τῆς Ἀττικῆς τῷ τε πρὸς Ἐλευθεραῖς καὶ μιᾷ τῶν ἐκ τετραπόλεως τῆς περὶ Μαραθῶνα, καθ' ἣς ἡ παροιμία „Οἰνόη (libri οἰνώνη) τὴν χαράδραν." Post Ἐλευθεραῖς interpolatus est locus ex Euripidis Antiope:

Οἰνόῃ
σύγχορτα ναίω πεδία ταῖς τ' Ἐλευθερεῖς.

ab eo, qui tot alios poëtarum locos Straboniano operi adscripsit.

378. τὸ Ὀλυμπίασιν ἀνάθημα Κυψέλου σφυρήλατος χρυσοῦς εὐμεγέθης. Vir doctus coniecit ἀνδριὰς Διός ex pag. 353, nime opus. Obversabatur Straboni epigramma in basi ım apud Photium v. Κυψελιδῶν ἀνάθημα (ex Boëtho):

ΕΙΜΙ ἐγὼ χρυσοῦς σφυρήλατός εἰμι κολοσσός,
ἐξώλης εἴη Κυψελιδῶν γενεά.

dum me poenitet olim emendasse: ΕΙ ΜΗ ἐγὼ χρυσοῦς κτέ.

ВО pag. 378. narrans de Corinthiis meretricibus non m scorti dictum memoriae prodidit: μνημονεύεταί τις πρὸς τὴν ὀνειδίζουσαν ὅτι οὐ φίλεργος εἴη σὺδ' ἐρίων ἅπτοιτο ἐγὼ μέντοι ἡ τοιαύτη τρεῖς ἤδη καθεῖλον ἰσοὺς ἐν βραχεῖ τούτῳ. Meinekius qui se scribit (*Vindic.* pag. 42) „*de ibus trimetri legibus*" cum Lachmanno sermones habere, bebat diiudicandis et notandis numeris exercitatam et n aurem, si quidem orationem hanc πεζοτάτην numeris esse serio credidit numerosque amissos scilicet minime ıe de suo substituit. Eiusdemmodi numeros innumeros Hauptium Stobaeo XXVIII. 17. obtrudentem non re- e Meinekio in *Addend.* pag. LXI.

tavit enim ad h. l. Meineke: „*non animadverterunt neque es Strabonis neque Valckenarius ad Theocriti Adoniaz. postrema verba choliambicis versibus inclusa esse:*

εἰπεῖν· ἐγὼ μέντοι ἡ τοιαύτη τρεῖς ἤδη
καθεῖλον ἰσοὺς ἐν βραχεῖ χρόνῳ τούτῳ."

in hoc genere peccaverat Valckenarius quum ad Theo- *loniaz.* pag. 261. lamentabilem epistolam Laconicam: ; κἄλα. Μίνδαρος ἀπεσσύκ. πεινῶντι τῶνδρες. ἀπορίομες ὴ δρᾶν, duobus choliambicis versibus inclusam esse pu- sce:

ἔρρει τὰ καλά. Μίνδαρός γ' ἀπέσσυκ.
πεινῶντι τῶνδρες· ἀποριῶμες ὅ, τι χρὴ δρᾶν.

ne mihi hos versiculos eiusdem farinae esse atque Mei- ı et Hauptianos? Uterque autem

ἄλλοις ἐν ἐσθλοῖς τόνδ' ἀπωθεῖται ψόγον.

igitur autem ex his quam sit lubrica res *in subtiliores leges* inquirere, quas fere videbis aut ex vitiosis lectio- ut ex eruditorum erroribus esse natas.

Pag. 382. *πάντες ὀφρυόεντα Κόρινθον εἰρήκασι καὶ παρομιάζονται·*

Κόρινθος ὀφρυᾷ τε καὶ κοιλαίνεται.

verbum *ὀφρυᾷ* et cum Graeci sermonis analogia pugnat et a metro respuitur. Scribendum:

Κόρινθος ὀφρυάζει τε καὶ κοιλαίνεται.

Pag. 383. *Ἴωνες ἐξ Ἀθηναίων τὸ γένος ὄντες.* Natura rei et dicendi usus postulant ut scribatur *ἐξ Ἀθηνῶν* pro *ἐξ Ἀθηναίων*, *Athenis oriundi.* Vetus compendium ᾶ has turbas dare solet.

Prorsus idem vitium obsidet locum Thucydidis II. 15. ubi est *οἱ ἀπ' Ἀθηναίων Ἴωνες* pro *ἀπ' Ἀθηνῶν.*

Pag. 383. *Ἴων δὲ – οὕτως εὐδοκίμησεν ὥς' ἐπέτρεψαν αὐτῷ τὴν πολιΤΕΙΑΝ Ἀθηναῖοι. ὁ δὲ πρῶτον μὲν εἰς τέτταρας φυλὰς διεῖλε τὸ πλῆθος ΕΙΤΑ εἰς τέτταρας βίους.* Primum corrige *ἐπέτρεψαν αὐτῷ τὴν πόλιN.* Turbas iterum dedit compendiosa scriptura *πο̄.* In sqq. laborat sententia; est enim unum et idem *εἰς τέτταρας φυλάς* et *εἰς τέτταρας βίους.* Itaque perabsurdum est dicere: *primum εἰς φυλάς, deinde εἰς βίους.* Emenda: *ὁ δὲ πρῶτον μὲν εἴτ' εἰς τέτταρας φυλὰς διεῖλε τὸ πλῆθος εἴτ' εἰς τέτταρας βίους.*

Pag. 384. de Helice fluctibus obruta scribit: *Ἐρατοσθένης δὲ καὶ αὐτὸς ἰδεῖν φησὶ τὸν τόπον καὶ τοὺς πορθμέας λέγειν ὡς ἐν τῷ πόρῳ ὀρθὸς ἑστήκΕΙ Ποσειδῶν χάλκεος ἔχων ἱππόκαμπον ἐν τῇ χειρί.* Incongruum est *ἑστήκει* pro *ἕστηκε.* Strabo dederat *ἑστήκΟΙ*, ut solet optativus poni ubi quis quid ex aliena persona refert praesertim *si ipsi verum non esse videtur.*

Pag. 388. *νομαὶ δαψιλεῖς καὶ μάλιστα ἵπποις καὶ ὄνοις τοῖς ἱπποβάτΟΙC.* Sententia postulat ut *ἱπποβάτΑΙC* rescribatur. Simili erroris genere Kramerus nonnumquam retinet adiectiva in — *βατος*, ubi natura rei — *βοτος* requirit, ut pag. 771. *λεοντόβΑτα δ' ἐστὶ τὰ χωρία· ταῖς δ' ὑπὸ κυνὸς ἐπιτελὴν ἡμέρᾳ ὑπὸ κωνώπων μεγάλων ἐξελαύνεται τὰ θηρία ἐκ τῶν τόπων*, ubi Kramer. „malim scribere *λεοντόβοτα* ut pag. 747." quasi ulla de ea re possit esse dubitatio. Quae regio leones alit (*λέοντας*

βόσκει) non aliter quam λεοντόβοτος appellari potest, ut βούβοτος, ἱππόβοτος, μηλόβοτος, αἰγίβοτος, ὀναγρόβοτος pag. 539, et similia plura.

Pag. 395. ἄξιόν τε ἦν ναυσαθμὸν ταῖς τετρακοσίαις ναυσὶν, ὧν οὐκ ἐλάττοτC ἔσελλον Ἀθηναῖοι. Periit unum vocabulum quo amisso ultima pars loci facta est obscurior. Supple ὧν οὐκ ἐλάττους TOTЄ ἔσελλον. Dicuntur Athenienses illo tempore quo maxime florerent non minus quam quadringentas naves longas habuisse. Saepe TOTC et TOTЄ inter se confusa vidi.

Apud STRABONEM pag. 398. enumerantur οἱ δῆμοι in litore siti μεταξὺ τοῦ Πειραιῶς καὶ τῆς ἄκρας τοῦ Σουνίου. in his ἁλιεῖς οἱ Αἰξωνικοί, Ἀναγυράσιοι, εἶθ' ὁρεεῖς, λαμπυρεῖς, αἰγινεῖς. Verissime olim correxerunt Ἀλαιεῖς — Λαμπτρεῖς, Αἰγιλιεῖς. Pro εἶθ' ὁρεεῖς Kramerus εἶτα Θορεῖς edidit; Meineke *Vind. Strab.* pag. 134. εἶτα Θορικιεῖς recte, nisi quod inutile εἶτα expunctum oportuit. Deinde ita pergit: μεταξὺ δὲ τῶν λεχθέντων δήμων μακρA ἄκρA πρώτη (μὲν add.) μετὰ τοὺς Αἰξωνέας Ζωστήρ, εἶτ' ἄλλη μετὰ Θορέας Ἀσυπάλαια. Corrige μακρAI ἄκρAI et μετὰ Θορικιᾶς. Meineke Θορικιέας coniecit, sed utuntur in talibus antiqua forma *contracta* etiam sequiores.

STRABO pag. 401. Ἔφορος τὴν μὲν χώραν (Boeotiam) ἐπαινεῖ διὰ ταῦτα καί φησι πρὸς ἡγεμονίαν εὐφυῶς ἔχειν, ἀγωγῇ δὲ καὶ παιδείᾳ μὴ χρησαμένους ЄΠЄΙ MHΔЄ τοὺς ἀεὶ προϊσαμένους αὐτῆς — ἐπὶ μικρὸν χρόνον συμμεῖναι. Meineke *Vind. Strab.* pag. 135 legebat: μὴ χρησαμένους ἐπι(μελεῖ) μηδὲ τοὺς ἀεὶ προϊσαμένους κτέ. Sed pessime retinuit μηδέ, quia de solis principibus haec Ephorus dicebat. Latebat in μηδέ id ipsum μελεῖ a Meinekio de suo additum: μὴ χρησαμένους ἐπιμελεῖ τοὺς ἀεὶ προϊσαμένους αὐτῆς. Si haec de omnibus Thebanis dixisset, non χρησαμένους, sed χρωμένους dictum oportuit.

STRABO pag. 402. τὸ μαντεῖον εἰπεῖν ὅτι προστάττοι ὁ θεὸς τοῖς Βοιωτοῖς τοὺς παρ' αὐτοῖς τρίποδας CTΛΛЄΓοντας εἰς Δωδώνην πέμπειν κατ' ἔτος. Scribendum ΚΛЄΠΤοντας. vide quae se-

Pag. 408. *ἀφ' οὗ καὶ ἡ παροιμία*
εἰς Σκῶλον μήτ' αὐτὸς ϜΙΝΑΙ μήτ' ἄλλῳ ἕπεσθαι.
Faex Graeculorum dicebat *ἶναι*, *ἀπίναι* et sim. satis castigata a Phrynicho. Vera lectio aliunde nota est *μήτ' αὐτὸς ϜΙΜΕΝ.*

Strabo pag. 410. *αἱ Θεσπιαὶ — ἐγνωρίζοντο διὰ τὸν Ἔρωτα τοῦ Πραξιτέλους. — πρότερον μὲν οὖν ὀψόμενοι τὸν Ἔρωτά τινες ἀνέβαινον ἐπὶ τὴν * θέαν ἄλλως οὐκ οὖσαν ἀξιοθέατον. νυνὶ δὲ μόνη συνέςηκε τῶν Βοιωτιακῶν πόλεων.* Male sprevit Editor correctionem *τὴν πόλιν* pro *τὴν θέαν*, quam verissimam esse sequentia demonstrant. Praeterea requiro *εἰς τὴν πόλιν*, non *ἐπί.*

Pag. 412. *Πλαταιαὶ δὲ — εἰσὶ κατὰ τὴν ὁδὸν τῆς εἰς Ἀθήνας καὶ Μέγαρα ἐπὶ τῶν ὅρων τῶν τῆς Ἀττικῆς καὶ τῆς Μεγαρίδος ..... γὰρ Ἐλευθεραὶ πλησίον.* Supple (*Φέρουσαν. αἱ*) *γὰρ Ἐλευθεραί κτἑ.* Dicebant enim *ἡ ἐπ' Ἀθηνῶν ὁδός*, sed *ἡ ὁδὸς ἡ εἰς Ἀθήνας φέρουσα*, ut pag. 531. *τῆς ὁδοῦ τῆς εἰς Ἐκβάτανα φερούσης.*

De templo Delphico scribit pag. 420. *νυνί γέ τοι πενέςτατόν ἐςι τὸ ἐν Δελφοῖς ἱερὸν· χρημάτων ΔΕ χάριν τῶν ἀναθημάτων τὰ μὲν ἧρται, τὰ δὲ πλείω μένει.* Miror neminem vidisse verba haec sensu carere. Simplicissima correctione restitues sententiam scribendo: — *πενέςατόν ἐςι τὸ ἐν Δελφοῖς ἱερὸν χρημάτων ΓΕ χάριν· τῶν Δ' ἀναθημάτων τὰ μὲν ἧρται, τὰ δὲ πλείω μένει.* Χάριν eo sensu apud sequiores frequens, ut pag. 617. *οὐ γὰρ ἴσμεν — γυναῖκα ἐνάμιλλον ἐκείνῃ* (Sapphoni) *ποιήτεως χάριν.*

Pag. 426. *ἔςι δὲ χειμάρρους ὡς' ἀβρόχοις 'ΕΜβαίνειν τοῖς ποσίν, ϜΑΛΛΟΤΕ δὲ καὶ δίπλεθρον ἴσχειν πλάτος.* Suadente sententia restituo *ὡς' ἀβρόχοις ἐνίοτε ΔΙΑβαίνειν τοῖς ποσίν.*

Pag. 428. *τοῖς ἔξω τῶν Στενῶν πρὸς τοὺς ἐντὸς ἦσαν ἀγῶνες πρωτείων.* Supple *ἀγῶνες* ΠΕΡΙ *πρωτείων.* Saepe *ἀγῶνες περὶ πρωτείων*, *ἀγωνίζεσθαι*, *ἀμφισβητεῖν περὶ πρωτείων* et apud alios legitur et apud Strabonem, ut pag. 102. *περὶ πρωτείων ἀγωνιζομένῳ.* pag. 365. *ἔριν εἶχον περὶ πρωτείων.* pag. 375. *περὶ πρωτείων ἀμφισβητῆσαι.*

STRABO pag. 443. *ὥςε τὸν Ῥιζοῦντα προσνέμειν καὶ Ἐρυμνὰς ἐν τῇ ὑπὸ Φιλοκτήτῃ παραλίᾳ κειμένας.* Pro *Ἐρυμνάς* scribendum *Εὐρυμενάς*. Apollonius Rhodius de Argonautis Thessaliae litus legentibus I. 597. ita canit:

κεῖθεν δ' Εὐρυμενάς τε πολυκλύστους τε Φάραγγας
Ὄσσης Οὐλύμποιό τ' ἐσέδρακον.

Scylax cap. 65. de his ipsis locis scribit: *ἔξω δὲ τοῦ Παγασιτικοῦ κόλπου* Μελίβοια, Ῥιζοῦς, Εὐρυμεναί, Μύραι. ut nulla supersit dubitatio.

Pag. 445. *εἰ δέ τι ἐλλέλειπται νῦν προσδιαφήσομεν.* ex his verbis vera lectio erui potest loci multis coniecturis vexati pag. 6. *τὸν πλείω λόγον περὶ τοῦ Ὠκεανοῦ — εἰς Ποσειδώνιον ἀναβαλλόμεθα καὶ Ἀθηνόδωρον ἱκανῶς *διακρατήσαντας τὸν περὶ τούτων λόγον.* Imo vero *διαCαφήσαντας*.

STRABO pag. 446. *κατεστράφη δὲ τὰ Στύρα ἐν τῷ Λαμιακῷ πολέμῳ.* Tenue oppidulum non est *subactum*, credo, sed *solo aequatum* *κατεσΚάφη*. Pro ΛΑΜιακῷ in libris est ΜΑΛιακῷ, quod Kramerus retinuit.

In fragmento Menandri pag. 452.

ῥῖψαι πέτρας ΑΠΟ *τηλεφανοῦς.*

poëta non sic sed ΚΑΤΑ *τηλεφανοῦς* dixisse videtur. *De saxo deiicere* dicitur *ῥιπτεῖν κατὰ πέτρας*, ut in Theognideo:

χρὴ πενίην φεύγοντα καὶ εἰς μεγακητέα πόντον
ῥιπτεῖν καὶ πετρέων, Κύρνε, κατ' ἠλιβάτων.

Pag. 465. *ἀλλὰ μὴν σύ γε, ὦ Πολύβιε, ὁ τὰς λαοδογματικὰς ἀποφάσεις περὶ τῶν διαγραμμάτων εἰσάγων — καὶ διδοῖς εὐθύνας τὰς μὲν Ποσειδωνίῳ, τὰς δ' Ἀρτεμιδώρῳ.* Libri *καὶ διαδοὺς εὐθύνας*. Infelicem Casauboni coniecturam *διδοῖς* Kramerus recepit. At tu scribe: *σύ γ'* ΘΙ (*εἶ*), *ὦ Πολύβιε, ὁ — εἰσαγΑΓὼν — καὶ* ΔΟΤC (*δοὺς*) *εὐθύνας κτέ.*

Praesens *σὺ εἶ ὁ εἰσάγων* pugnat cum loci sententia et *εἰσαγαγὼν καὶ δοὺς εὐθύνας* ex ipsa rei natura coniungenda sunt.

Comparandus hic locus est cum alio simili pag. 104. ἀλλὰ μὴν Πολύβιός γέ ἐστιν ὁ λακεδαιμονικὰς καλῶν ἀποφάσεις, ἃς ποιοῦνται περὶ τῶν ἐν τούτοις τοῖς τόποις διαφημάτων. Nunc quidem praesens καλῶν bene habet: *appellat* in libris suis. Deinde revoca librorum omnium scripturam: ἃς ποιεῖται pro ποιοῦνται. Nempe de ipso Polybio haec dici manifestum est: ὁ Πολύβιος τὰς ἀποφάσεις ἃς ποιεῖται λακεδαιμονικὰς καλεῖ. Editor ποιοῦνται recipiens caecum ducem Du Theil. secutus est.

Apud STRABONEM pag. 470. vera lectio haec esse videtur: τούτοις δ' ἔοικε καὶ τὰ παρὰ τοῖς Θραξὶ τά τε Κοτύτεια καὶ τὰ Βενδίδεια. — τῆς μὲν οὖν Κοτυτοῦς ἐν τοῖς Ἠδωνοῖς Αἰσχύλος μέμνηται εἰπὼν γάρ·

Σεμνὰ Κοτυτοῦς ὄργι' ἔχοντες.

εὐθέως ἐπιφέρει·

ὁ μὲν ἐν χερσὶν βόμβυκας ἔχων κτέ.

Kramerus edidit Κοτύτια et τῆς μὲν οὖν Κότυος τῆς ἐν τοῖς Ἠδωνοῖς et σεμνὰ Κότυς. Codd. κόπτουσ' vel κόπτουσ id est ΚΟΤΤΤΟΥC.

Pag. 471. ὁ μέν τις φησίν·

κιθάραν Ἀσιᾶτιν Ῥάσσων.

legitur in Codd. deterioribus ἀράσσων, quae est correctoris alicuius coniectura, sed optima et verissima. Ἀράσσειν est κρούειν, ut apud Theocritum noto loco:

Ἄϊδαο πύλας ναὶ Μοῖρας ἀραξεῖ.

et in Anacreonteo 3:

τίς, ἔφην, θύρας ἀράσσει;
κατά μευ σχίσεις ὀνείρους.

namque sic scribendum pro vulgata ἀράσσει sequens σχίσεις planum facit.

STRABO. pag. 477. αἱρεθεὶς δὲ στρατηγὸς καὶ κατορθώσας διὰ ταχέων ΗΡΑΤΟ τιμὰς τὰς μεγίστας. Emenda εὖρετο, pro quo Graeculi εὔρατο dicebant.

Pag. 479. οὐ κατὰ τὰ Τρωικά φησιν ὁ ποιητὴς ἑκατονΤΑπολιν ὑπάρξαι τὴν Κρήτην. Dixerat ἑκατόμπολιν, ut Graecis omnibus

iusmodi compositione consuetum est dicere, et Homerus ixit:

οἳ Κρήτην ἑκατόμπολιν ἀμφενέμοντο.

eculorum vitiosa συνήθεια in compositis pro ἑκατον — uebat ἑκατονΤΑ —, unde multi veterum loci corrupti ıferuntur. Est Iuliani epistola XXIV, in qua ludit in o centenario et commemorat τὴν ἑκατονΤΑβύσανον αἰγίδα, κατονΤΑχειρα Βριάρεων, τὸν γίγαντα τὸν ἑκατονΤΑκέφαλον, ἑκατονΤΑπύλους, ναοὺς ἑκατονΤΑπέδους, ἀρούρας ἑκατονέθρους, quae omnes sunt mendosae formae et ad veterem tudinem refingendae. Vix unum evasit βωμοὺς ἑκατογκς. Ne metrum quidem homunciones advertit. In Aeschyli *heo* vs. 353. Mediceus exhibet:

ἑκατονταπλάκρηνον πρὸς βίαν χειρούμενον.

ntius etiam in caeteris grassabantur, sed apud scriptores iores certum mendum tuto corrigitur.

. 480. τοῖς ῥυθμοῖς — οὓς ΘάληταΑ 'ΑΝευρεῖν, ᾧ καὶ τοὺς ς καὶ τὰς ἄλλας τὰς ἐπιχωρίους ᾠδὰς ἀνατιθέασιν. Certa eursii correctio ΘαλήταΝ εὑρεῖν. Quamquam enim nout videtur, διφορεῖται, et idem ab aliis Θάλης, ab aliis ας (Θαλητᾶς) appellatur, tamen quia h. l. ἀνευρίσκειν m est, quia de rerum inventoribus εὑρίσκειν omnes con- dicebant, intelligimus — ΑΝ ex praecedente nomine isse. Itaque etiam pag. 482 scribendum: ἐλθόντα δὲ σαι ΘαλήταΑΙ μελοποιῷ, et omnino forma Θαλήτας plumeliores testes habet.

. 489. παῖδας δὲ γράμματά τε μανθάνειν καὶ τὰς [ἐκ] τῶν ᾠδάς. Quae sint cantica ἐκ τῶν νόμων nemo facile dixerit. importunam praepositionem et memento leges Cretensium ıs conceptas fuisse et cantari solitas. Hinc nomen habet δός, ὅς ἐστιν ἐξηγητὴς τῶν νόμων, teste Strabone pag. 539.

. 483. ἂν μὲν τῶν ἴσων ἢ τῶν ὑπερεχόντων τις ἢ — ἐπιτρέἄγειν χαίροντϵC, imo vero, ut res ipsa clamat, χαίροντΑ. r enim χαίρει et χαίρων ἄγει, non οἱ ἐπιτρέψαντες.

Strabo pag. 493. ἐντεῦθεν δὲ πλοῦς ἐπ' Ἀμισσοῦ καὶ Σινώπης τριῶν ἡμερῶν ἡ ΔΤΟ. Quis mortalium sic loquitur? Repone τριῶν ἡμερῶν ἡ Δ, id est τεττάρων.

Pag. 503. κομισθέντος δὲ τοῦ σώματος εἴς τι χωρίον ἐπΙβαίνουσιν ἅπαντες καθαρσίῳ χρώμενοι. Quod Strabo perspicue dicit Graece dicendum est ἐπϵΜβαίνουσιν, ut passim dicitur κειμένῳ ἐπεμβαίνειν, πεσόντι, πεπτωκότι ἐπεμβαίνειν.

Strabo pag. 513. Σπιταμένης εἷς ϵΚ τῶν ἀποδράντων Περσῶν τὸν Ἀλέξανδρον. Dele ἐκ natum ex dittographia ϵΙϹ et ϵΚ. Perfrequens in Strabonis Codicibus haec confusio et permutatio est, ut iam saepius ostendimus.

Pag. 515. Κάτων Ὀρτησίῳ δεηθέντι ἐξέδωκε τὴν Μαρκίαν ἐφ' ἡμῶν κατὰ Παλαιὸν Ῥωμαίων ἔθος. Solet in tali re ἔθος τι dici, non ἔθος, ut in ἔθος τι τοῦτ' ἔχει. Itaque scribe κατά ΤΙ Παλαιὸν — ἔθος, ut pag. 357. κατὰ ἔθός τι παλαιόν, et saepius alibi. Repone et pag. 601. κατά (τι) παλαιὸν ἔθος.

Pag. 516. ὁμορεῖ δὲ ἡ Ἀρία τῇ Βακτριανῇ *** καὶ τὴν ὑποσᾶσαν ὄρει τῷ ἔχοντι τὴν Βακτριανήν. Acutissime vidit Müllerus in ΤΠΟϹΤΑϹΑΝΟΡϵΙ latere ὑπὸ Στασάνορι, cui constat in divisione imperii post Alexandri mortem Bactrianam obtigisse, et vel additum τῷ ϶ϵΧΟΝΤΙ τὴν Βακτριανήν arguit nomen propium latere. Sed neque ipse neque alius quisquam ex palmaria hac emendatione fructum capiet, quia magna lacuna obsorbsit ea quae praecedebant.

Eodem modo dixit pag. 567. τὴν ΤΠΟ τῷ Ἀμύντᾳ γενομένην, et sic etiam alibi.

Pag. 531. φησὶ γὰρ (Herodotus) ἐκ Ματιηνῶν αὐτὸν (Araxen) ῥέοντα εἰς τετταράκοντα ΠΟΤΑΜΟΤϹ σχίζεσθαι. Non est sana lectio ποταμούς. Veram dabit Herodotus I. 202. ΣΤΟΜΑϹΙ δὲ ἐξερεύγεται τεσσαράκοντα, τῶν τὰ πάντα πλὴν ἑνὸς ἐς ἕλεά τε καὶ τενάγεα ἐκδιδοῖ, unde Straboni redde: εἰς τετταράκοντα ϹΤΟΜΑΤΑ σχίζεσθαι.

ıg. 540. Romani Cappadoces liberos esse iusserunt; *οἱ δὲ* *Ϛευσάμενοι τὴν μὲν ἐλευθερίαν παρῃτοῦντο, — βασιλέα δ'* *ν αὐτοῖς ἀποδειχθῆναι. Οἱ δὲ θαυμάσανΤΕϹ εἴ τινες οὕτως* *ἀπειρηκότες πρὸς τὴν ἐλευθερίαν, ἐπέτρεψαν δ' οὖν αὐτοῖς ἐξ* *ῶν ἑλέσθαι.* Male composita haec esse vides. Itaque non- *δ' οὖν* expunxerunt. Multo facilius repones: *οἱ δ' Εθαύμα-* *— ἐπέτρεψαν δ' οὖν κτέ.*

ıg. 549. *εἶτα Σάϊοι, παρ' οἷς φησὶν Ἀρχίλοχος τὴν ἀσπίδα* :.

[*ἀσπίδα μὲν Σαΐων τις ἀνείλετο, τὴν παρὰ θάμνῳ*
ἔντος ἀμώμητον κάλλιπον οὐκ ἐθέλων.]

ılendi sunt Archilochi versiculi ab interpolatore ex pag. 457. ti. Archilochus dixerat:

ἀσπίδι μὲν Σαΐων τις ἀγάλλεται.

:rabonem fefellit memoria, qui substituit:

ἀσπίδα μὲν Σαΐων τις ἀνείλετο τὴν κτέ.

ıg. 550. duo verba perierunt sic supplenda: *ὁ δὲ Σκήψιος* *τὴν τούτου δόξαν* (ʽΩϹ) *ἔοικεν ἀποδεξάμενος οὔτε* (ΤΗΝ) *περὶ τὴν Παλλήνην τοὺς Ἁλιζώνους ὑπολαβόντων — ὁμοίως* *ρεῖ κτέ.*

g. 550. fragmentum Hecataei Milesii sic scribendum est: *δ' Ἀλαζίῃ πόλι ποταμός ΕϹΤΙ Ὀδρύσης, ῞ΟϹ ῥέων διὰ* *ονίης πεδίου ἀπὸ δύσιος ἐκ τῆς λίμνης τῆς Δασκυλίτιδος ἐς* *ακὸν ἐσβάλλει.*" Editur: *Ἀλαζίᾳ — ποταμὸς δὲ Ὀδρύσσης* In libris est: *ποταμὸς δὲ ὁ ῥύμος* (vel *ὄρυμος*) *ῥέων.* in non tantum *ὀδρύσης* latebat, sed *ὀδρύσης* ῞ΟϹ. Notissima ıusa *δέ* et *ἐςι* locum inter se mutant.

mis formidolosus Kramerus plurimis locis certas emenda- s in notis memorat et absurdissimas scripturas in textu et. Edidit pag. 552. *ἢ πολεμήσΑντας μὲν ἦν δυνατὸν δια-* *ιν ἐκ τῶν τόπων τούτων — συμμαχήσΑντας δ' ἀδύνατον;* at sententia verum esse *πολεμήσΟντας ad bellum gerendum* *ιμμαχήσΟντας ad auxilium ferendum.* Auctor est Coraës ı legatur, „*idque sane arridet*" Kramero sed putidum vitium

intactum reliquit. Sciebat tamen in libris omnibus — *σοντες* et — *σαντες* praeter auctoris sententiam aut contra dicendi leges perpetuo confundi.

Eiusdem rei insigne exemplum est pag. 515. *νεωτερισθέντων δὲ τῶν ἔξω τοῦ Ταύρου διὰ τὸ πρὸς* ᾿ΑΛΛΗΛΟΙC *εἶναι τοὺς τῆς Συρίας καὶ τῆς Μηδίας βασιλέας.* Verum vidit, ut solet, Tyrwhitt emendans: *διὰ τὸ πρὸς* ᾿ΑΛΛΟΙC *εἶναι*, quod Kramero *„magnopere arridet,"* sed tamen absurdum *ἀλλήλοις* fideliter retinet. Poterat tamen meminisse haec quoque sexcenties in libris inter se permisceri *ἄλλων — ἀλλήλων, ἄλλοις — ἀλλήλοις.* Simillimus locus legitur pag. 669. *πρὸς ἑτέροις δ' ὄντες τοῖς ἐγγυτέρω — οὐχ οἷοί τ' ἦσαν τὰ ἀπωτέρω σκοπεῖν.* et pag. 456. *πρὸς ἄλλοις μείζοσιν ἂν κατέλυσε τὸν βίον.*

Tertium addo pag. 581. *erat* (inquit) *patrum nostrorum memoria Smyrnae nobilis schola medicorum, νῦν δ' οὐχ ὁμοίωC* TI *συμβαίνει.* Felicissime Coraës: *οὐχ ὁμοίως* ᾿ΕΤΙ *συμ*ΜΕ*νει. Συμβαίνει* et *συμμένει* etiam alibi non raro, apud Strabonem quoque, confusa reperiuntur, ut pag. 593. *συμμεῖναι — συμβῆναι.* pag. 595 *συμμένουσιν — συμβαίνουσιν.*

Propria verba sunt in tali re *συμμένει* et *ἔτι συμμένει* et apud alios et apud Strabonem veluti pag. 300. *καὶ νῦν ἔτι συμμένει.* et pag. 646. *τὸ νῦν ἔτι συμμένον.* et pag. 388. *ἔτι μετρίως συμμένει*, et aliis locis. Tamen certa emendatio non est recepta. *Laudatur et alget.*

Strabo pag. 553. (Homerus) *καὶ ἄλλως* ᾿Ε*πιφόρως ἔχων πρὸς τὸ τοῖς ποταμοῖς ἀφορίζεσθαι τοὺς τόπους.* Duae literulae exciderunt: Strabo enim ΕΥ*επιφόρως* dixerat. Frequentissimum est *εὐεπίφορον εἶναι* et *εὐεπιφόρως ἔχειν* de eo qui quid lubenter ac saepe dicere aut facere solet. Iterum de Homero dicit pag. 28. *εὐεπιφόρως ἔχει.* Saepe vidi scribas sic errantes in Scholiis Venetis ad Iliadem.

Pag. 555. *τὴν μὲν οὖν μικρὰν* ᾿Α*ρμενίαν ἄλλοτ' ἄλλων ἐχόντων* ᾿ΩC *ἐβούλοντο* ᾿Ρ*ωμαῖοι.* imo vero QUOS *Romani volebant*, ΟΥC *ἐβούλοντο* ᾿Ρ*ωμαῖοι.* ut pag. 398. *τυράννους αὐτοῖς κατέςησαν* ΟΥC *ὁ βασιλεὺς ἐβούλετο.* et pag. 312. *ὑπὸ τοῖς τῶν* Β*οσπορανῶν βασιλεῦσιν*, ΟΥC *ἂν* ᾿Ρ*ωμαῖοι καταςήσωσιν ἅπαντά ἐςιν.*

Pag. 563. οὗτος δ' ἐστὶν ὁ Προυσίας ὁ καὶ Ἀννίβαν δεξάμενος — καὶ τῆς ἐΦ' Ἑλλησπόντῳ Φρυγίας ΑΝΑϛὰς κατὰ συμβάσεις τοῖς Ἀτταλικοῖς. Haerent in ἀναϛάς reponentes ἀνάϛασιν et alia ἀπροσδιόνυσα. Erat tamen facillimus locus ad emendandum. Prusias Phrygiam ad Hellespontum Eumeni ex foedere *concessit*. Igitur verum est τῆς Φρυγίας ΑΠΟϛὰς τοῖς Ἀτταλικοῖς. cf. Polyb. XXII. 27.

Strabo pag. 565. γεγονότος ἑτέρου τινὸς μερισμοῦ τῆς χώρας, οὗ μᾶλλον Φροντίσαι δεῖ τὰ νῦν ΟΙΘΤΑΙ λέγοντας, τῇ δὲ ἀρχαιολογίᾳ μετρίως προσέχοντας. Receptam olim oportuit certam Corais emendationem τὰ νῦν ϗΟΝΤΑ λέγοντας. Cf. pag. 574. ὅ τι δ' ἂν διαΦύγῃ τῆς παλαιᾶς ἱϛορίας τοῦτο μὲν ἐατέον — τὰ δὲ ΝΤΝ ϗΟΝΤΑ λεκτέον. et pag. 465. ἡμεῖς δέ, Φησὶ (Polybius), τὰ νῦν ὄντα δηλώσομεν. et sic saepius alibi.

Strabonis Codices, quibus hodie utimur, manarunt ex vetere libro, in quo homo multarum literarum margines opplevit annotationibus non ineruditis aut poëtarum locos apponens aut dicta memorabilia, quae ipsi Strabonem lectitanti in mentem venirent. Haec omnia quamquam a Strabonis sententia non abhorrent, tamen saepius non satis apte cum reliquorum verborum compositione coëunt, aut alioquin orationis cursum impediunt, aut moleste interrumpunt. Multa de genere hoc veteres Editores notaverunt, complura Kramerus deprehendit, plura etiam Meinekius confixit, sed supersunt etiam alia perinde spuria et insiticia eodem iure damnanda et expungenda.

Pag. 588. Strabo commemorat τὴν Νέμεσιν, quam Ἀδράϛειαν appellabant. Adscriptum fuit in margine: Ἀντίμαχος δ' οὕτω Φησίν·

ἔϛι δέ τις Νέμεσις μεγάλη θεὸς, ἣ τάδε πάντα
πρὸς μακάρων ἔλαχεν· βωμὸν δέ οἱ εἵσατο πρῶτος
ϗΑδρηϛος ποταμοῖο παρὰ ῥόον Αἰσήποιο,
ἔνθα τετίμηταί τε καὶ Ἀδρήϛεια καλεῖται.

descripta haec sunt ex Harpocratione vs. Ἀδράϛεια.

Pag. 636. ubi Strabo dixerat: ἐκ Πριήνης δ' ἦν Βίας εἷς τῶν ἑπτὰ σοΦῶν

in margine est olim additum ex Diogene Laërtio I. 5. 3. *περὶ οὗ φησὶν οὕτως Ἱππῶναξ·*

καὶ δικάσσασθαι Βίαντος τοῦ Πριηνέως κρέσσων.

ubi melius sic scribetur:

καὶ δικάΖϵσθαι Βίαντος τοῦ ΠριηνέΟC κρέσσΟΝ.

Pag. 638. *Καλλίμαχος δὲ τοὐναντίον ἐμφαίνει δι' ἐπιγράμματός* TINOC, *ὡς ἐκείνου μὲν ποιήσαντος, λεγομένου δ' Ὁμήρου διὰ τὴν λεγομένην ξενίαν.*

[τοῦ Σαμίου πόνος εἰμὶ δόμῳ ποτὲ θεῖον Ὅμηρον
δεξαμένου· κλαίω δ' Εὔρυτον ὅσσ' ἔπαθεν,
καὶ ξανθὴν Ἰόλειαν· Ὁμήρειον δὲ καλεῦμαι
γράμμα· Κρεωφύλῳ, Ζεῦ φίλε, τοῦτο μέγα.]

Perspicuum est epigramma a seriore manu adiectum esse ex verbis *δι' ἐπιγράμματός τινος*, quod sic indicare satis habuit. Est autem epigramma notum et obvium.

Eiusdemmodi emblema adhuc latuit pag. 642. ubi enumerantur clari viri, quos Ephesus tulit. Strabo dixerat: *Ἡράκλειτός τε ὁ σκοτεινὸς καλούμενος καὶ Ἑρμόδωρος· δοκεῖ δ' οὗτος ὁ ἀνὴρ νόμους τινὰς Ῥωμαίοις συγγράψαι.* Addidit his annotator ex Diogene Laërtio IX. 1. 2. *περὶ οὗ ὁ αὐτὸς οὗτος* (*Ἡράκλειτος*, credo, adiecerat) *φησίν· Ἄξιον Ἐφεσίοις ἡβηδὸν ἀπάγξασθαι, οἵτινες Ἑρμόδωρον ἄνδρα ἐωυτῶν ὀνηϊστὸν ἐξέβαλον φάντες ἡμέων μηδεὶς ὀνηϊστὸς ἔστω, εἰ δὲ μή, ἄλλῃ τε καὶ μετ' ἄλλων*, quae post *Ἑρμόδωρος* in textum irrepserunt.

Qui margines sui Strabonis olim annotationibus non indoctis opplevit ad pag. 301. *καὶ γὰρ θαλάττης ἀψάμενοι χείρους γεγόνασιν* adscripsit haec: *καὶ Πλάτων δὲ ἐν τῇ Πολιτείᾳ τὴν θάλατταν ὡς πονηροδιδάσκαλον φεύγειν οἴεται δεῖν ὅτι πορρωτάτω τοὺς εὖ πολιτευσομένους καὶ μὴ οἰκεῖν ἐπ' αὐτῇ.* Haec annotatiuncula inter duos versuum series (columnas appellant) media inserta scribarum errore recepta est in textum, sed novo errore quum ad columnam sinistram pertineret in columnam dextram loco alienissimo irrepsit. Hinc quodammodo coniectura fieri potest quae fuerit vetusti libri forma, in quo primum hae animadversiones adiectae fuerunt.

Eiusdem lectoris observatio facile agnoscitur pag. 260. ubi Strabo dixerat: *εὐνομεῖσθαι γὰρ οὐ τοὺς ἐν τοῖς νόμοις ἅπαντα φυλαττομένους τὰ τῶν συκοφαντῶν, ἀλλὰ τοὺς ἐμμένοντας τοῖς ἁπλῶς κειμένοις*, et lector sedulus addidit: *τοῦτο δὲ καὶ Πλάτων εἴρηκεν ὅτι παρ' οἷς πλεῖστοι νόμοι καὶ δίκαι παρὰ τούτοις καὶ βίοι μοχθηροί, καθάπερ καὶ παρ' οἷς ἰατροὶ πολλοὶ καὶ νόσους εἰκὸς εἶναι πολλάς.*

De Iliensibus, ut scribit Strabo pag. 594. bene mernerunt Alexander et Caesar. Alexander *κατὰ τὴν συγγένειαν τὴν ἀπὸ τῶν Αἰακιδῶν τῶν ἐν Μολοττοῖς βασιλευσάντων παρ' οἷς καὶ τὴν Ἀνδρομάχην ἱσοροῦσι βασιλεῦσαι.* praeclarum profecto hoc est cognationis argumentum. *ὁ δὲ Καῖσαρ γνωριμώτατα ἔχων τεκμήρια ἐπερρώσθη πρὸς τὴν εὐεργεσίαν.* Verum vidit Casaubonus *γνωριμώτερα* reponens nempe *γνωριμώτερα* quam Alexander. Non erat Strabo tam stultus ut huiuscemodi rei *τεκμήρια γνωριμώτατα* esse diceret.

De novo Ilio scribit pag. 594. *φησὶ Δημήτριος ὁ Σκήψιος μειράκιον ἐπιδημήσας εἰς τὴν πόλιν — ἰδεῖν κτἑ.* ut Graeca sit oratio duas literas adde: *μειράκιον ΩΝ ἐπιδημήσας*. Non aliter in tali re dicitur quam *παῖς ὤν, ἔτι παῖς ὤν, νέος ὤν, γέρων ὤν* et sim. ut in *Pluto:*

ἐγὼ γὰρ ὢν μειράκιον ἠπείλησ' ὅτι κτἑ.

Sed exempla sunt ubique locorum.

Pag. 594. *καυχωμένου δὴ (τοῦ Φιμβρίκ) ὅτι ἦν Ἀγαμέμνων πόλιν δεκάτῳ ἔτει μόλις εἶλε — ταύτην αὐτὸς ἐνδεκάτῃ ἡμέρᾳ χειρώσαιτο, εἶπέ τις τῶν Ἰλιέων·*

σὺ γὰρ ἦν Ἕκτωρ ὁ ὑπερμαχῶν τῆς πόλεως·

Periit iocus; lepidissime enim Iliensium aliquis verba Euripidis in suam rem verterat dicendo:

σὺ γὰρ ἦν Ἕκτωρ τάδε.

ex *Andromache* vs. 158.

σὺ γάρ ἐσθ' Ἕκτωρ τάδε.

Cf. *Nov. Lectt.* pag. 236.

Pag. 600. *τῷ μὲν ἀμφιβλήστρῳ περιέβαλε, τῇ τριαίνῃ δὲ καὶ*

τῷ ξιφιδίῳ ΥΕπειρε καὶ ἀνεῖλεν. Legendum ΔΙέπειρε *transverberavit*, nisi forte τῷ ξίΦΘΙ ΔΙέπειρε Strabo scripserat, sed omnino verbo composito opus est. Simplex πείρω Homericum est et eorum qui Homericam linguam imitantur.

Pag. 609. ἀναγκάζεσθαι μέντοι τὰ πολλὰ εἰκότΑ λΘγειν διὰ πλῆθος τῶν ἁμαρτιῶν. Leg. τὰ πολλὰ εἰκοτΟΛΟγεῖν, id est *incertas coniecturas sequi* in ea re quae certo sciri non possit; namque εἰκότα λέγειν est potius *probabilia dicere*.. Εἰκοτολογεῖν eo sensu passim legitur et apud alios et apud Strabonem, ut pag. 620. εἰκοτολογεῖν δ' ἐστὶ κἂν εἴ τις τὸν ἀκριβῆ ζητεῖ κατὰ τὸν ποιητὴν ὅρον μέχρι τίνος οἱ Κίλικες διέτεινον, quia id reperiri nequit.

Pag. 613. παρ' Αἰολεῦσι δὲ τοῖς ἐν Ἀσίᾳ μείς τις καλεῖται Πορνοπίων, οὕτω τοὺς πάρνοπας καλούντων Βοιωτῶν, καὶ θυσία συντελεῖται ΠορνοπίΩΝΙ Ἀπόλλωνι. Certa analogia postulat ut Πορνοπιών scribatur, ut omnia mensium nomina in -ΙΩΝ exeuntia ὀξύνονται. Postulat eadem analogia ut Apollo non Πορνοπίων sed ΠορνόπιΟC dicatur. Itaque legendum ΠορνοπίΩΙ Ἀπόλλωνι. Peperit errorem vicinum Πορνοπιών. Praeterea mirificum est in Strabonis verbis μείς τις pro μήν τις.

Barbarum est quod legitur pag. 622. ἐν τοῖς ὄμβροις ὑπὸ τὰς σοὰς ὑπελθετέον. Nullo modo ex ὑπελθεῖν formari potest ὑπελθετέον. Strabo minime in dicendi usu est vitiorum expers, saepe aequalium συνήθειαν quantumvis vitiosam securus sequitur, ut in aliis ostendemus, sed neque ipse neque alius quisquam ἐλθετέον aut ὑπελθετέον sustinuisset dicere pro ἰτέον et ὑπιτέον.

Strabo. pag. 623. σκώπτεται δὲ καὶ ὁ Ἔφορος διότι τῆς πατρίδος ἔργα οὐκ ἔχων φράζειν ἐν τῇ διαριθμήσει τῶν ἄλλων πράξεων οὐ μὴν οὐδ' ΥΑΝ ἀμνημόνευτον αὐτὴν εἶναι θέλων οὕτως ἐπιφωνεῖ· „κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν καιρὸν Κυμαῖοι τὰς ἡσυχίας ἦγον." Editores ΥΑΝ deleverunt, pessime. Erat enim in vetere libro: ΟΥΔΘΑΝ ἀμνημόνευτον, itaque legendum οὐδ' ἔἂν ἀμνημόνευτον αὐτὴν θέλων, expuncto εἶναι, quod de suo addidit aliquis postquam ΟΥΔΘΑΝ in οὐδ' ἄν depravatum est.

Pag. 629. narrat Strabo Romanos nationes in Asia minore μὴ κατὰ φῦλα διελεῖν, ἀλλ' ἕτερον τρόπον διατάξαι τὰς διοικήσεις, ἐν αἷς τὰς ἀγοραίΟΤC ποιοῦνται καὶ τὰς δικαιοδοσίας. Quos Romani dicunt *conventus iuridicos*, Strabo διοικήσεις appellat. Itaque scripserat αἷς τὰς ἀγορAC ποιοῦνται, non τὰς ἀγοραίους, *fora agunt*. Sine vitio scribitur pag. 237. Φρέγελλαι — νῦν μὲν κώμη, πόλις δέ ποτε ἀξιόλογος καὶ τὰς πολλὰς τῶν ἄρτι λεχθεισῶν περιοικίδας πρότερον ἐσχηκυῖα, αἳ νῦν εἰς αὐτὴν συνέρχονται ΑΓΟΡAC τε ποιούμεναι καὶ ἱεροποιΐας τινάς.

Ποιεῖσθαι ἀγοράς dicebant olim Athenienses, ut Hyperides apud Harpocrat. v. Ἀγορά. — „οὗτοι πολλάκις ἀγορὰς ποιοῦνται." deinde quod Romanis est *fora agere* sic Graece dicitur et ἄγειν ἀγοράς, non ἀγοραῖον vel ἀγοραίους ἄγειν, nempe ἡμέραν vel ἡμέρας, ut vulgo creditur nihili grammaticis Suidae, Zonarae, similibus. Itaque in *Actis Apostolorum* XIX. 38. semper credidi veram lectionem hanc esse: ἀγορὰι ἄγονται καὶ ἀνθύπατοί εἰσιν, non ἀγοραῖοι ἄγονται, et in epistola Servilii Galbae apud Iosephum A. I. XIV. 10. 21. προσελθών μοι ἐν Τρἀλλεσιν ἄγοντι τὴν ἀγορAN, non τὴν ἀγοραῖον.

Ut passim in omnibus libris περί et παρά confunduntur propter siglas adeo inter se similes ut saepius non ex scriptura Codicis sed ex contexta oratione quid scriptum sit colligatur, sic παραπλεῖν et περιπλεῖν sexcenties inter se permutantur. Praeter loci sententiam editur pag. 632. ὁ πΕΡΙπλους τῆς Ἰωνίας, et eximendum est idem vitium pag. 644 et 651.

In Mimnermi versiculis pag. 634.

Ἡμεῖς αἰπύ τε Πύλον Νηλήϊον ἄξυ λιπόντες
ἱμερτὴν Ἀσίην νηυσὶν ἀφικόμεθα.

simplicissimum est emendare:

ἡμεῖς Δ' ΑΤΤΕ Πύλον Νηλήϊον ἄξυ λιποντες.

quod his poëtis in tali re usu tritum est. Dixerat de aliis, quibus opponit: Ἠμεῖς δ' αὖτε κτέ.

Pag. 644. ὅταν δοκῇ τις Πράττειν δι' ἀπορρήτων. Excidit vocula et scribendum: ὅταν δοκῇ τίς ΤΙ πράττειν. Nihil est hoc

errore in libris frequentius ut ante Π literae TI negligantur et pereant.

Strabo Theopompi, Ephori et aliorum exemplum secutus in Herodotum est iniquior et patrem historiae ut futilium fabularum narratorem acuto naso suspendit. Versari solitus in libris eorum, qui ex varia et diffusa lectione eruditissimi esse censebantur, Eratosthene, Polybio, Posidonio, aliis, nativam Herodoti simplicitatem et candorem fastidiose et contemtim habere solet. Ex Theopompo pag. 43. haec profert: *Θεόπομπός φησιν ὅτι καὶ μύθους ἐν ταῖς ἱστορίαις ἐρεῖ κρεῖττον ἢ ὡς Ἡρόδοτος καὶ Κτησίας καὶ Ἑλλάνικος καὶ οἱ τὰ Ἰνδικὰ συγγράψαντες.* Et ipse Strabo pag. 508. ita iudicat: *ῥᾷον δ' ἄν τις Ἡσιόδῳ καὶ Ὁμήρῳ πιστεύσειε καὶ τοῖς τραγικοῖς ποιηταῖς ἢ Κτησίᾳ τε καὶ Ἡροδότῳ καὶ Ἑλλανίκῳ καὶ ἄλλοις τοιούτοις.* Quae, malum, haec insania est Herodotum Ctesiae vano et mendaci homini aequiparare! Hinc saepe contumeliose scribit veluti pag. 818. *πολλὰ δ' Ἡρόδοτός τε καὶ ἄλλοι φλυαροῦσιν.* et pag. 550. *Καλλιππίδας καὶ ἄλλα ὀνόματα, ἅπερ Ἑλλάνικός τε καὶ Ἡρόδοτος καὶ Εὔδοξος κατεφλυάρησαν ἡμῶν.* Erat haec olim pervulgata eruditorum opinio Herodoti fabulas et errores contemnentium et refutantium. Audi Flavium Iosephum *contra Apionem* I. 3 *περίεργος δ' ἂν εἴην — διδάσκων τίνα τρόπον Ἔφορος μὲν Ἑλλάνικον ἐν τοῖς πλείστοις ψευδόμενον ἐπιδείκνυσιν, Ἔφορον δὲ Τίμαιος καὶ Τίμαιον οἱ μετ' ἐκεῖνον γεγονότες, Ἡρόδοτον δὲ* ΠΑΝΤΕC.

Nihilominus Strabo permulta ex Herodoto sumta omisso eius nomine in rem suam convertit, aut ea quae soli Herodoto debentur (et absque illo fuisset ab omnibus nescirentur, *καὶ τῷ χρόνῳ ἐξίτηλα ἂν ἐγένετο*) non ad ipsum auctorem refert, sed ad recentiores scriptores, qui sua ex Herodoto hauserant. Accipe exemplum. Strabo narrat pag. 635. *καί φησί γε Καλλισθένη; ὑπ' Ἀθηναίων χιλίαις δραχμαῖς ζημιωθῆναι Φρύνιχον τὸν τραγικόν, διότι δρᾶμα ἐποίησε Μιλήτου ἅλωσιν ὑπὸ Δαρείου.* Nemo mortalium de ea re rescivisset umquam, nisi eam Herodotus ab oblivione vindicasset VI. 21. *Ἀθηναῖοι — ποιήσαντι Φρυνίχῳ δρᾶμα Μιλήτου ἅλωσιν καὶ διδάξαντι ἐς δάκρυά τε ἔπεσε τὸ θέητρον καὶ ἐζημίωσάν μιν ὡς ἀναμνήσαντα οἰκήϊα κακὰ χιλίῃσι δραχμῇσι.* Huiuscemodi *διηγημάτια* aut aequalium sunt et

oculatorum testium aut certe a patribus, qui vidissent, accepta. Callisthenes igitur haud dubie haec ex Herodoti historiis non nominato auctore in librum suum transtulit.

Nonnumquam factum est ut historia ab Herodoto narrata in nonnullis formam mutaret et sic neque vera rei ratio neque verus auctor facile agnosceretur. Exemplum vide. Commemorat Strabo pag. 320. Apollinis oraculum editum iis qui Byzantium erant condituri: *τὸν Ἀπόλλωνά φασι τοῖς κτίσασι τὸ Βυζάντιον ὕστερον μετὰ τὴν ὑπὸ Μεγαρέων Καλχηδόνος κτίσιν χρησηριαζομένοις προστάξαι ποιήσασθαι τὴν ἵδρυσιν ἀπεναντίον τῶν τυφλῶν, τυφλοὺς καλέσαντα τοὺς Καλχηδονίους ὅτι πρότερον πλεύσαντες εἰς τοὺς τόπους ἀφέντες τὴν πέραν κατασχεῖν τοσοῦτον πλοῦτον ἔχουσαν εἵλοντο τὴν λυπροτέραν.* Aliquanto veri similiora Herodotus memoriae prodidit IV. 144. *Μεγάβαζος — ἐπύθετο ἑπτακαίδεκα ἔτεσι πρότερον Καλχηδονίους κτίσαντας τὴν χώρην Βυζαντίων, πυθόμενος δὲ ἔφη Καλχηδονίους τοῦτον τὸν χρόνον τυγχάνειν ἐόντας τυφλούς· οὐ γὰρ ἂν τοῦ καλλίονος παρεόντος κτίζειν χώρου τὸν αἰσχίονα ἑλέσθαι.* [*εἰ μὴ ἦσαν τυφλοί.* putidum glossema dudum Herwerden expunxit]. Facile cernimus quo pacto ex Herodoti narratione nova fabula orta sit.

Utar autem hac observatione ut duos Strabonis locos ex Herodoto descriptos et vitio affectos ex annotatione Hemsterhusii MS. in integrum restituam. Editur pag. 638. narrata historia de Polycratis annulo, quae et ipsa soli Herodoto debetur, *πυθόμενον δὲ τοῦτο τὸν Αἰγυπτίων βασιλέΑ ΦΑCΙ μαντικῶς πως ἀποφθέγξασθαι ὡς ἐν βραχεῖ καταρρέψει τὸν βίον εἰς οὐκ εὐτυχὲς τέλος ὁ τοσοῦτον ἐξηρμένος ταῖς εὐπραγίαις.*

In margine sui exempli adscripsit Hemsterhusius: „*L. Ἄμασιν. φασὶ orationem onerat.*" Sine controversia post *τὸν Αἰγυπτίων βασιλέα* nomen regis desideratur et certa est magni viri emendatio. Herodotea haec omnia sunt ex III. 43. *ὁ Ἄμασις — ἔμαθε ὅτι οὐκ εὖ τελευτήσειν μέλλοι Πολυκράτης εὐτυχέων τὰ πάντα.*

Post pauca apud Strabonem legitur: *καὶ δὴ καὶ συμβῆναι τοῦτο. ληφθέντα γὰρ ἐξ ἀπάτης ὑπΟ ΤΟΤ σατράπου τῶν Περσων κρεμασθῆναι.* Adscribit Hemsterhusius: „*ὑπ' Ὀροίτου σατράπου τῶν Περσῶν. ita supplendum videtur.*" Haec quoque certa correctio est manifesti mendi; nam quid sibi vult articulus in

ὑπὸ τοῦ σατράπου τῶν Περσῶν. Sumsit Strabo historiam et satrapae nomen ex Herodoti libro III. 120 sqq.

Pag. 652. δημοκηδεῖς δ' εἰσὶν οἱ Ῥόδιοι καίπερ οὐ δημοκρατούμενοι. — οἱ εὔποροι τοὺς ἐνδεεῖς ὑπολαμβάνουσιν ἔθει τινὶ πατρίῳ, λειτουργίαι τέ τινές εἰσιν ὀψωνιαζόμενOI. Haeret in hoc loco Editor, sed nihil inest difficultatis si Corais correctionem ὀψωνιαζόμενAI receperis. Illa aetate nihil interest inter ὀψώνια et μισθός: itaque λειτουργίαι ὀψωνιαζόμεναι sunt ἀνθ' ὧν μισθὸς ἐκ τοῦ δημοσίου δίδοται, et sic rectissime additur: ὥσθ' ἅμα τόν τε πένητα ἔχειν τὴν διατροφὴν καὶ τὴν πόλιν τῶν χρειῶν μὴ καθυστερεῖν.

Pag. 660. ἐκ τούτου δὲ (Labienus) ἐπὶ τὴν πόλιν (Mylasa) ὥρμησϵ τάγματα ἔχων ἤδη συντεταγμένα Ῥωμαίων τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ. Interpres: „*cohortes secum instructas ducens Romanorum, qui in Asia erant.*" *Cohortes* a Strabone ubique constanter appellantur σπεῖραι, eademque constantia τάγματα ubique nominat *legiones*. ut pag. 167. ἡ λοιπὴ (Hispania) ὑπὸ τῷ ὑπατικῷ ἡγεμόνι στρατιάν τε ἔχοντι ἀξιόλογον τριῶν που ΤΑΓΜΑΤΩΝ καὶ πρεσβευτὰς τρεῖς· ὧν ὁ μὲν δύο ἔχων τάγματα, παραφρουρεῖ τὴν πέραν τοῦ Δουρίου, — τὴν δ' ἐξῆς παρώρειον μέχρι Πυρήνης ὁ δεύτερος τῶν πρεσβευτῶν μετὰ τοῦ ἑτέρου τάγματος, et sic ubique legiones Romanae τάγματα nominantur. Labienus, qui Syria potitus Ciliciam occupavit καὶ τῆς Ἀσίας τὰς ἠπειρώτιδας πόλεις παρεσήσατο, legato Antonii Planco ex Asia pulso, πλὴν Στρατονικείας· τὰ μὲν πλεῖστα ἄνευ πολέμου, Μύλασα δὲ καὶ Ἀλάβανδα διὰ κινδύνων ἑλών, teste Dione Cassio XLVIII. 26. tantas res gessit non „*cohortes instructas secum ducens*" sed legiones civium Romanorum ex Syria et Asia collectas. Itaque periit *numerus* legionum, quem in ultima litera aoristi ὥρμησϵ latere suspicor, ut Strabo scripserit: ὥρμησε Ϛ (πέντε) τάγματα ἔχων.

Pag. 667. — οὐχ ὁμολογούμενα λέγουσιν Ὁμήρῳ· βελτίOTC δ' οἱ Φάσκοντες λέγεσθαι Σολύμους — τοὺς νῦν Μιλύας. Leg. βέλτιON. vid. ad pag. 7. Iterum sic erratum videbis pag. 696. βελτίOTC δ' οἱ τὸν ἥλιον αἰτιώμενοι καὶ τὴν ἐξ αὐτοῦ ἐπίκαυσιν.

Quemadmodum tam saepe Strabo scribit: ὁ δὲ Πολύβιος οὐκ εὖ, vel οὐκ εὖ δὲ ὁ Ποσειδώνιος, et sim. sic in comparativo dicit: βέλτΙΟΝ δ' οἱ τὸν ἥλιον αἰτιώμενοι.

De praedonibus impune grassantibus scribit Strabo pag. 669. *Favebant iis* (inquit) *Cypri et Aegypti reges, favebant Rhodii*, ἅμα δὲ καὶ οἱ λῃσταὶ προσποιούμενοι σωματεμπορεῖν ἌΛΤτον τὴν κακουργίαν εἶχον. Non est sanum ἄλυτον, et a correctoribus frustra tentatum. Periisse syllabam suspicor et legendum ἀ-ΚΩλυτον. Proprium enim est κωλύειν de iis, qui alicuius iniuriis eunt obviam.

Strabo pag. 671. Ἀλόντος δὲ τοῦ ὄρους τοῦ Ἰσαυρικοῦ ἐνέπρησεν ἑαυτὸν πανοίκιον. Editores de suo ὑπό addiderunt ὑπὸ τοῦ Ἰσαυρικοῦ. Multo lenius et simplicius corrigendum: Ἑλόντος δὲ ΤΟ ὄρΟC τοῦ Ἰσαυρικοῦ, et in fine πανοικὶ pro πανοίκιον. Accentus gravis, ut saepissime alibi, visus est syllabae — ον compendium.

Pag. 674. ἡ εὐχέρεια ἡ ἐπιπολάζουσα παρὰ τοῖς Ταρσεῦσιν ὡς' ἀπαύστως σχεδιάζειν παραχρῆμα πρὸς τὴν δεδομένην ὑπόθεσιν. Nemo in garrulorum numero est tam loquax ut *sine fine* (ἀπαύστως) verba ex tempore fundat. Coraës a vera lectione non multum aberravit ἀπαυτοσχεδιάζειν reponens. Sed Ἀπαυτοσχεδιάζειν non modo inauditum est, sed habet etiam praepositionem inutilem et ineptam. Rectissime contra dicetur: ὡς' ΑΤΤΟσχεδιάζειν παραχρῆμα κτέ.

Pag. 674. καὶ δὴ καὶ γυμνασιαρχίαν ὑποσχόμενος Ταρσεῦσιν (Antonius) τοῦτον (Boëthum) ἀντιγυμνασίαρχον κατέστησε καὶ τὰ ἀναλώματα ἐπίστευσεν αὐτῷ. Iam olim Codicum quorumdam correctores veteres de suo substituerunt ἀντὶ γυμνασιάρχΟΥ, idque Kramerus recepit. Iniuria, ut opinor. Antonius Tarsensibus ὑπέσχετο γυμνασιαρχίαν sive (quod perinde est) ὑπέσχετο γυμνασιαρχήσειν. Pollicitus est se eo munere functurum ac nummos de suo daturum. Proficiscens constituit ut sua vice Boëthus fungeretur eique nummos concredidit. Boëthus igitur

non erat *ἀντὶ γυμνασιάρχου* (*ἐγυμνασιάρχει γάρ*), sed *ἀντιγυμνασίαρχος*, quia absentis Antonii vicarium agebat.

Pag. 676. *καθ' ἡμᾶς δὲ κατέςη κύριος πάντων ἀνὴρ ἀξιόλογος καὶ βασιλεὺς ὑπὸ Ῥωμαίων ὠνομάσθη.* Repetita syllaba scribendum: *ἀξιόλογος ὢν καὶ βασιλεύς κτέ.* Βασιλεὺς *ὠνομάσθη* Latinum magis quam Graecum est: *rex appellatus est* ex Scto.

Pag. 679. *οἱ οὖν 'Επ' Ἀντιπάτρῳ τῷ Δερβήτῃ* (Κίλικες) — *τίνα λάβωσι τάξιν*; Loquendi usus et rei natura suadent ut 'Τπ' *Ἀντιπάτρῳ* reponamus. Vidimus supra Βακτριανὴν *τὴν ὑπὸ Στασάνορι* et *οἱ ὑπ' Ἀμύντᾳ γενόμενοι*, et saepius *οἱ ὑπὸ Ῥωμαίοις* et multa sim. Eadem opera corrige pag. 661. *οἱ Κᾶρες ὑπὸ* ΜίνΩΙ *ἐτάττοντο* pro Μίνῳ.

Pag. 680. *ὁ δὲ Πριάμου* (*πλοῦτος ἐγένετο*) *ἐκ τῶν ἐν Ἀστύροις περὶ Ἄβυδον χρυσείων, ὧν καὶ νῦν ἔτι μικρὰ λείπεται, πολλὴ δ' ἡ ἐκβολΗ καὶ τὰ ὀρύγματα σημεῖα τῆς πάλαι μεταλλείας.* Pro *ἡ ἐκβολή* reponendum est nomen in ea re proprium, quod ad hunc usque diem Athenienses retinent, (nisi forte est ab erudito aliquo ex Strabone recoctum) *ἡ ἐκβολΑC*. Audi Strabonem pag. 399. de metallis Laureoticis ita dicentem: *νυνὶ δ' ἐκλείπει· καὶ δὴ καὶ οἱ ἐργαζόμενοι τῆς μεταλλείας ἀσθενῶς ὑπακουούσης τὴν παλαιὰν 'ΕΚΒΟΛΑΔΑ καὶ σκωρίαν ἀναχωνεύοντες εὕρισκον ἔτι ἐξ αὐτῆς ἀποκαθαιρόμενον ἀργύριον τῶν ἀρχαίων ἀπείρως καμινευόντων.* Ne hi quidem ex scoria omne argentum excoxerunt, unde nostra memoria *ἡ παλαιὰ ἐκβολάς* hominibus industriis et *τῆς μεταλλείας* peritis novas divitias attulit.

Strabo pag. 684. *Πόπλιος Κλαύδιος Ποῦλχερ ἐμπεσὼν εἰς τὰ λῃςήρια λύτρον αἰτούμενος ἐπέςειλε τῷ βασιλεῖ δεόμενος πέμψαι καὶ 'Ρύασθαι αὐτόν.* Non hoc petebat Clodius, sed ut se a praedonibus *redimeret:* igitur *Λύσασθαι αὐτόν.*

Nonnumquam in locis ubi vetustus liber, unde nostri omnes manarunt, perrosus erat aut alioquin vetustate corruptus, unum et alterum vocabulum periit, ut pag. 713. *τοὺς μὲν ἐντιμοτάτους* (*τῶν Γαρμάνων* in India) *Τλοβίους φησὶν* (Megasthenes)

ὀνομάζεσθαι ζῶντας ἐν ταῖς ὕλαις ἀπὸ φύλλων καὶ καρπῶν ἀγρίων, * ἐσθῆτος φλοιῶν δενδρείων ἀφροδισίων χωρὶς καὶ οἴνου. Supplevérim: (ἔχοντας) ἐσθῆτΑC (ἐκ) φλοιῶν δενδρείων.

Similiter pag. 714. ὅσα δοκεῖ πρὸς εὐσέβειαν καὶ ὁσιότητα. Sententia non est absoluta: addendum: ὅσα δοκεῖ (ὠφελεῖν) πρὸς εὐσέβειαν, ut apud Aristophanem:

τί δέ μ' ὠφελήσουσ' οἱ ῥυθμοὶ πρὸς τἄλφιτα;

Pag. 714. narrat Strabo duos Indorum sophistas (Brachmanas) παρερχομένους πρὸς τὴν Ἀλεξάνδρου τράπεζαν παρασάντας δειπνεῖν. [καὶ] καρτερίαν διδάσκειν παραχωροῦντας εἴς τινα τόπον πλησίον, ὅπου τὸν μὲν πρεσβύτερον πεσόντα ὕπτιον ἀνέχεσθαι τῶν ἡλίων, — τὸν δ' ἑξάναι μονοσκελῆ ξύλον ἐπηρμένον ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶν ὅσον τρίπηχυ. In his καὶ ante καρτερίαν διδάσκειν Coraës addidit infeliciter admodum. Vitium est enim in διδάσκειν. Scriptum erat ΚΑΡΤΘΡΙΑΝΔΑCΚΘΙΝ et futilis corrector καρτερίαν ΔΙδάσκειν substituit, quum esset καρτερίαν Δ' Ἀσκεῖν. Nemo in re tam simplici, credo, testes dari postulabit; producam tamen unum, cui erit necesse credere, Strabonem ipsum pag. 719. τοὺς δὲ γυμνήτας (Leg. γυμνῆτας) κατὰ τοὔνομα γυμνοὺς διαζῆν — ΚΑΡΤΘΡΙΑΝ 'ΑCΚΟΥΝΤΑC, ἣν ἔφαμεν πρότερον, nempe hoc ipso loco, quo de agimus. Simillimus huic locus est pag. 713. ἀσκεῖν δὲ καὶ τούτους κἀκείνους καρτερίαν.

Apud STRABONEM pag. 718. Alexander Mandanin Indum vocat ad sese proposito si venerit praemio, sin minus supplicio. Respondet μήτε αὐτῷ δεῖν τῶν παρ' ἐκείνου δωρεῶν, ὧν οὐδεὶς κόρος, μήτε δ' ἀπειλῆς εἶναι φόβον ᾧ ζῶντι μὲν ἀρκοῦσα εἴη τροφὸς ἡ Ἰνδική, ἀποθανὼν δὲ ἀπαλλάξΑΙΤΟ τῆς τετρυχωμένης 'ΑΠΟ γήρως σαρκός. Barbarum est ἀπαλλάξαιτο pro ἀπαλλαγείη. Bonum factum quod rei natura *futurum* postulat ἀπαλλάξΟΙΤΟ.

Praeterea scribe 'ΤΠΟ γήρως pro ἀπό. Sexcenti apud Strabonem loci hoc vitio infecti adhuc inemendati circumferuntur.

Pag. 725. — ἀπεργαζομένων — ἀχλὺν ὥςε τὰ πρὸ ποδῶν [μέρη] μὴ ὁρᾶσθαι. Expunge μέρη, quod plane sensu cassum est. In simili re τὰ πρὸ ποδῶν dicebant omnes.

Quod ante pedes nemo spectat, coeli scrutantur plagas.

Pag. 726. καὶ γὰρ αὐτῷ καὶ τοῖς συνεκβᾶσιν ὁ αὐτὸς ὑπάρξει ΑΝ φθόρος. Kramer.: „ἂν om. Codd. exc. mox, in quibus de coniectura est additum." Ἂν abesse non potest, sed illo loco poni non potuit. In qua enim sententia γάρ et ἄν coniunguntur, ἄν semper post γάρ collocatur. Saepissime autem post γάρ omittitur in libris ἄν, etiam apud poëtas iugulato metro et manca sententia.

Pag. 729. ἔςι δὲ καὶ Κῦρος ποταμὸς ῥέων ΠΕΡΙ Πασαργάδας, dixerat, ut opinor, ΠΑΡΑ Πασαργάδας. Etiam aliis locis apud Strabonem vitiose dicitur fluvius urbem *circum*fluere pro *praeter*fluere (περί pro παρά).

Pag. 730. Μάγων σίτΙσιν λαμβανόντων καθ' ἡμέραν πρόβατον. quoniam anseres et aliae volucres σιτίζονται, sed sacerdotes σιτοῦνται, corrigendum σίτΗσιν.

Raro vidi feliciorem emendationem quam qua Madvigius pag. 136. in integrum restituit locum Strabonis pag. 731. ubi enumerat πάντα τὰ ἐν τῇ Περσίδι χρήματα praedam Alexandri: φασὶ δὲ χωρὶς τῶν ἐν Βαβυλῶνι καὶ τῶν ἐν τῷ ςρατοπέδῳ τῶν περὶ ΤΑΥΤΑ ΜΗ ΛΗΦΘΕΝΤΩΝ αὐτὰ τὰ ἐν Σούσοις — τέτταρας μυριάδας ταλάντων ἐξετασθῆναι. Felicissime repperit Strabonis manum, quae haec est: τῶν ἐν τῷ ςρατοπέδῳ ΤΩΙ περὶ ΓΑΤ-ΓΑΜΗΛΑ ληφθέντων. cf. pag. 737. Γαυγάμηλα κώμη, ἐν ᾗ συνέβη νικηθῆναι καὶ ἀποβαλεῖν τὴν ἀρχὴν Δαρεῖον, et addit: οἱ μέντοι Μακεδόνες περὶ Ἄρβηλα τὴν μάχην κατεφήμισαν.

Non minus certa et felix est eiusdem correctio loci pag. 831. ubi de Caesaris victoria in bello Africano sermo est: πρὸς αἷς (πόλεσι) κατεπολέμησε Καῖσαρ Σκιπίωνα ὁ θεὸς πρὸς Ῥουσπίνῳ μὲν πρῶτον νικῶν — εἶτα πρὸς Θάψῳ καὶ τῇ πλησίον λίμνῃ καὶ ταῖς Ἄλλαις. Ex scriptore *de bello Afric.* „erat stagnum salinarum" optime correxit καὶ ταῖς Ἁλαις. Sed in eodem loco et alterum mendum adhuc latet. Quae est autem ea verborum compositio: κατεπολέμησε Καῖσαρ Σκιπίωνα ὁ θεός. Poteratne ineptiore sede ὁ θεός collocari? Non tamen transponenda verba sunt, sed ὁ θεός delendum.

Nimis saepe Καῖσαρ ὁ θεός apud Strabonem legitur (quod

etiam foedius aliquanto est et dementius quam *Divus Iulius*) sed iis locis quibus necesse erat Divum Iulium ab Augusto distinguere, ubi hic Καῖσαρ ὁ Σεβαστός appellatur, ille Καῖσαρ ὁ Θεός, ut pag. 177. ὁ θεὸς Καῖσαρ — ὁ δὲ Σεβαστὸς Καῖσαρ. et pag. 657. ἀνάκειται τῷ θεῷ Καίσαρι τοῦ Σεβαστοῦ ἀναθέντος. Ὁ θεὸς Καῖσαρ et Καῖσαρ ὁ θεός apud Strabonem passim legitur, ut pag. 161 et 381 et 648 et 834. ὑπὸ Καίσαρος τοῦ θεοῦ, et pag. 193 et 199 et 298 et 594. Καῖσαρ ὁ θεός. et pag. 213. et 792. ὁ θεὸς Καῖσαρ, et pag. 193. ὁ πρὸς Καίσαρα τὸν θεὸν πόλεμος. et pag 524. Καίσαρι τῷ θεῷ γενόμενος φίλος. Tam nihil eos hoc dicendi genus offendebat ut Strabo pag. 646. non dubitaverit scribere: Δολοβέλλας Τρεβώνιον ἀνεῖλεν ἕνα τῶν δολοφονησάντων Καίσαρα τὸν θεόν. Quam esset absurdum τὸν θεὸν δολοφονεῖν nemo sentiebat. Saepe tamen C. Caesarem uno verbo Καίσαρα nominat, ut aliis locis Augustum dicit Καίσαρα. De Iulio Caesare pag. 160. ἐλθεῖν Καίσαρα. et pag. 180 et 191 et 194 πρὸς Καίσαρα. et pag. 205 χρήματα Καίσαρος.

In loco nostro expuncto ὁ θεός legendum: κατεπολέμησε Καῖσαρ Σκιπίωνα πρὸς Ῥουσπίνῳ, praesertim quum paullo ante legatur: τελευταῖος δὲ ὁ πρὸς Σκιπίωνα Καίσαρι τῷ θεῷ συσὰς (πόλεμος), ut ne potuerit quidem ὁ Θεός intra tam paucos versus iterari. Plane idem mendum exime ex pag. 200. δὶς δὲ διέβη Καῖσαρ εἰς τὴν νῆσον (Britanniam) [ὁ θεός]. Quasi dubitari posset uter Caesar in Britanniam traiecerit. Praeterea inepto loco positum est.

Pag. 748. Φραάτης τοσοῦτον ἐσπούδασε περὶ τὴν φιλίαν τὴν πρὸς Καίσαρα τὸν Σεβαστὸν ὥςε καὶ τὰ τρόπαια ἔπεμψεν ἃ κατὰ Ῥωμαίων ἀνέςησαν Παρθυαῖοι. Solet Strabo sua repetere; iam ante dixerat pag. 288. Παρθυαῖοι δὲ — τὰ τρόπαια ἔπεμψαν εἰς Ῥώμην, ἃ κατὰ τῶν Ῥωμαίων ἀνέςησάν ποτε. Sed utrobique negligentius et minus perspicue scripsit. Melius Suetonius in *Aug.* 21: Parthi SIGNA MILITARIA *quae M Crasso et M. Antonio ademerant reposcenti* (Augusto) *reddiderunt*, et Dio Cassius LIII. 33. τὰ σημεῖα τὰ στρατιωτικὰ τὰ ἔν τε τῇ τοῦ Κράσσου καὶ ἐν τῇ τοῦ Ἀντωνίου συμφορᾷ ἁλόντα. Non est alia res illis temporibus celebratior apud scriptores, in monumentis, in nummis, quam SIGNA RECEPTA. Vide quae plena manu Fabricius effudit

ad Dionem Cassium LIV. 8. Ergo fallitur Strabo scribens „*si etiam* tropaea *remitteret quae Parthi de Romanis erexerant.*" Etiam in eo Strabo errat quod Phraätem narrat *φιλίᾳ πρὸς Καίσαρα τὸν Σεβαστόν* id fecisse. Veriora docebit Dio Cassius II. II.

Pag. 759. *ὡς οὐκ ἂν ἔτι τολμήσΟντας κακουργεῖν διὰ τὴν αἰσχύνην τῆς ὄψεως.* Soloeca oratio pro *τολμήσΑντας.* Quis nescit hoc genus mendi passim in Codicibus comparere? et sunt etiam quos *ἄν* cum futuro coniunctum minime offendat. Emendate scriptum est pag. 359. *οὐκ ἂν ὑποσχόμενος.* et pag. 641. *οὐκ ἂν τολμήσΑντας.*

Non est Graecum pag. 761. *προσδοκᾶν δεῖν ἀγαθὸν παρὰ τοῦ θεοῦ*, sed *ἀγαθόν* TI, quod sq. Π absorbsit.

Noto et frequenti errore confusa sunt *τὰ παλαιά* et *τὰ πολλά* pag. 777. *οὐ λέγω δὲ τῶν ἐθνῶν τὰ ὀνόματα τὰ* ΠΑΛΑΙΑ *διὰ τὴν ἀδοξίαν καὶ ἅμα ἀτοπίαν τῆς ἐκφορᾶς αὐτῶν.* Vides *nomina vetera* nihil facere ad rem. *Pleraque* nomina se omittere dicit: *τὰ ὀνόματα τὰ* ΠΟΛΛΑ.

Pag. 782. *εὐθὺς δὲ καὶ τὴν πόλιν εἶλε καλουμένην Ἀσκᾶ* CΤΛΛΗ*φθεῖσαν ὑπὸ τοῦ βασιλέως.* Pro absurdo *συλληφθεῖσαν* coniiciunt *ἀπολειφθεῖσαν* aut *καταλειφθεῖσαν.* Neutri horum locus est: si quis *urbe excedit eamque hosti relinquit* dicitur constanter *ἐκλείπειν τὴν πόλιν*, quamobrem *ἐκλειφθεῖσαν* reponendum.

De infelici Aelii Galli, praefecti Augustalis, adversus Arabes expeditione scribens Strabo narrat pag. 782. quo pacto multis aerumnis in Aegyptum redierit. *ἐπεραίωσε τὴν στρατιὰν ἐνδεκαταῖος εἰς Μυὸς ὅρμον, εἶθ' ὑπερθεὶς εἰς Κοπτὸν μετὰ τῶν Ἀ*ΩΝΗ*θῆναι δυναμένων κατῆρεν εἰς Ἀλεξάνδρειαν.* Frustra adhuc absurdum *ὠνηθῆναι* Critici tentaverunt. Coraës *ἀνηθῆναι* coniecit, Kramerus *σωθῆναι*, sed *οὐδὲν ἡμᾶς ὤνησαν.* Natura rei affert lucem. Partem copiarum Alexandriam reduxit relictis in itinere *τοῖς μὴ δυναμένοις* — quid? an *ἀνηθῆναι*? an *σωθῆναι*? Sensu carent

haec omnia; sed reliquit τοὺς ΠΟΡΕΤθῆναι μὴ δυναμένους, et hoc ipsum pro ὠνηθῆναι est reponendum.

Pag. 784. περὶ τῶν Ἐρεμβῶν ἡ ζήτησις εἴτε τοὺς Τρωγλοδύτας ὑπονοητέον λέγεσθαι καθάπερ οἱ THN ἐτυμολογίAN βιαζόμενοι ἀπὸ τοῦ εἰς τὴν ἔραν ἐμβαίνειν — εἴτε τοὺς Ἄραβας. Corrupit hunc locum Kramerus pro Codicum scriptura τῇ ἐτυμολογίᾳ βιαζόμενοι de suo substituens τὴν ἐτυμολογίαν. Straboni et Stoicis, qui in etymologiis saxa et durissima quaeque concoquebant, nihil de genere hoc *coactum* videbatur, sed eos dicit qui etymologia tamquam instrumento ad demonstrandum utebantur.

Pag. 794. Ἀντώνιος — ἐπὶ τῷ ἄκρῳ κατεσκεύασε δίαιταν βασιλικὴν, ἣν Τιμώνιον προσηγόρευσεν. τοῦτο δ' ἔπραξε τὸ τελευταῖον ἡνίκA ΠΡΟλειΦθεὶς ὑπὸ τῶν Φίλων ἀπῆρεν εἰς Ἀλεξάνδρειαν. Scrib. ΤιμώνΘιον et ἡνίκ' ἈΠΟλειΦθεὶς ὑπὸ τῶν φίλων.

Pag. 797. τῶν δ' ἐπιχωρίων ἀρχόντων (in Aegypto) κατὰ πόλιν μὲν ὅ τε ἐξηγητής ἐστι — καὶ ὁ ὑπομνηματογράφος καὶ ὁ ἀρχιδικαστής. Ad ἀρχιδικαστής adscripsit Hemsterhusius „*hic intelligendus in Manethone* I. 104."

Pag. 799. εἶτα Ταπόσιρις — πανήγυριν δεχομένη μεγάλην· καὶ ἄλλη δ' ἐστὶ Ταπόσιρις ἐπέκεινα τῆς πόλεως ἱκανῶς· αὐτῆς δὲ πλησίον πετρῶδες ἐπὶ τῇ θαλάττῃ χωρίον καὶ αὐτὸ δεχόμενον πολλοὺς τοὺς ἈΚΜΑζοντας ἅπασαν ὥραν ἔτους. Pro absurdo ἀκμάζοντας recepta est infelix Tyrwithii coniectura κωμάζοντας. Rem acu tetigit Hemsterhusius in annotatione Ms. reponens ἀκΤάζοντας id est ἐν ἀκτῇ εὐωχουμένους. Hesychius v. Ἀκτή: — οἶδε δὲ καὶ ἄλλο τι ἡ συνήθεια καλούμενον ἀκτήν, ἀπὸ τοῦ συμβαίνοντος οἶμαι τοῖς πλωϊζομένοις λαβοῦσα. ἐκεῖνοί τε γὰρ εἰς τοὺς τοιούτους τῶν τόπων ἀποβάντες ἐσιῶνται, αὖτη τε τοὺς ἐπ' εὐωχίαις ἀφωρισμένους τόπους ἀκτὰς καλεῖ κἂν τύχωσι μὴ παραθαλάσσιοι ὄντες. Cui non nota *acta* Verris? Hinc igitur ἀκτάζειν dicebatur. Plutarchus Symposiac. IV. 4. 8. τί δ' οἱ πολλοὶ βούλονται πρὸς θεῶν ὅταν ἡδέως γενέσθαι παρακαλοῦντες ἀλλήλους λέγωσι „σήμερον ἀκτάσωμεν;" οὐχὶ τὸ παρ' ἀκτῇ δεῖπνον ἥδιστον ἀποφαίνουσιν; Conf. Casaub. ad Athenaeum pag. 846. ubi

dicitur Ptolemaeus Philadelphus quum aeger decumberet ex alta regia prospexisse in plebeculam ἀκτάζουσαν et exclamasse: ὦ τάλας ἐγώ, τὸ μὴ ἐμὲ τούτων ἕνα γενέσθαι.

Habemus igitur ex certa Hemsterhusii emendatione verbi rarissimi novum exemplum.

Pag. 800. τινὲς τῶν τὰς προσόδους ἐπεκτείνειν βουλομένων μετήνεγκαν τὴν Ἰουδαϊκὴν ΕΝτρέχειαν, ἣν ἐκεῖνοι παρεῦρον ἐπὶ τῶ Φοίνικος. — οὐ γὰρ ἐῶσι πολλαχοῦ φύεσθαι, τῇ δὲ σπάνει τιμὴν ἐπιτιθέντες τὴν πρόσοδον οὕτως αὔξουσι, τὴν δὲ κοινὴν χρείαν διαλυμαίνονται. Mendosum est ἐντρέχειαν, quoniam ἐντρεχεῖς sumus omnes aut esse debemus et Strabo manifesto *improbum facinus* Iudaicum indignabundus reprehendit. Lege τὴν Ἰουδαϊκὴν ΚΑΚεντρέχειαν. cf. pag. 301. ἁπλουςάτους γὰρ αὐτοὺς (Scythas) νομίζομεν καὶ ἥκιςα κακεντρεχεῖς.

Pag. 813. πολλὰ δ' εἰρηκότες περὶ τοῦ Ἄμμωνος τοσοῦτον ΕΙπεῖν βουλόμεθα, sententia postulat ut Ἐπειπεῖν corrigatur, *addere dictis*.

Post pauca pag. 814 supple: (γενέσθαι δὲ) οὐχ ὥσπερ ἐν Δελφοῖς — τὰς ἀποθεσπίσεις διὰ λόγων.

Pag. 819. σημεῖον δέ· τρισὶ ΓΟΥΝ σπείραις οὐδὲ ταύταις ἐντελέσιν ἱκανῶς ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων ἡ χώρα Φρουρεῖται. Certa et perpetua dicendi consuetudo postulat ut γάρ pro γοῦν rescribatur. Ubicumque enim praecedit σημεῖον δέ vel τεκμήριον δέ vel μαρτύριον δέ constanter γάρ sequitur. Strabo pag. 304. τῆς δ' εὐπειθείας σημεῖον· ἐπείσθησαν ΓΑΡ ἐκκόψαι τὴν ἄμπελον.

Pag. 828. μικρὸν μὲν οὖν πρὸ ἡμῶν οἱ περὶ Βόγον βασιλεῖς καὶ Βόκχον κατεῖχον αὐτὴν (Mauritaniam) φίλοι Ῥωμαίων ὄντες. ἐκλιπόντων δὲ τούτων Ἰούβας παρέλαβε τὴν ἀρχήν. Βόγος a scriptoribus Romanis BOGUD appellari solent, et multi Mauritaniae reges eius nominis fuerunt. Strabo pag. 100 ex Posidonio: σωθέντα δὲ εἰς τὴν Μαυρουσίαν — κομισθῆναι πρὸς τὸν Βόγον. et pag. 359. Ἀγρίππας τὸν τῶν Μαυρουσίων βασιλέα — Βόγον — διέφθειρεν.

Praeterea pro Ἰούβας ubique Ἰόβας reponendum, ut et Νομᾶς pro Νουμᾶς.

Bogud a Dione Cassio Βογούας nominatur, ut 41. 42. πρὸς τοῦ Καίσαρος — ὅ τε Βόκχος καὶ ὁ Βογούας βασιλεῖς — ὠνομάσθησαν. Bocchus rex erat Mauritaniae Caesariensis, Bogud Tingitanae, quae et Bogudiana dicebatur. Plin. H. N. V. 2. De Bogude ab Agrippa occiso in bello Actiaco scribit Dio 50. 11. ὁ Ἀγρίππας τὴν Μεθώνην (in littore Messeniae) ἐκ προσβολῆς λαβὼν τὸν Βογούαν ἐν αὐτῇ ἔκτεινεν.

Pag. 833. καὶ γὰρ δὴ καὶ οὗτος (Masinissa) ἐστὶν ὁ τοὺς Νομάδας πολιτικοὺς κατασκευάσας καὶ γεωργούς, ἔτι δ' ἀντὶ τοῦ ΛΗΙCΤΕΥΕΙΝ διδάξας στρατεύειν. Ἴδιον γάρ τι τοῖς ἀνθρώποις συνέβη τούτοις· χώραν γὰρ οἰκοῦντες εὐδαίμονα πλὴν τοῦ θηρίοις πλεονάζειν ἐάσαντες ἐΚΦΕΡΕΙΝ ταῦτα καὶ τὴν γῆν ἐργάζεσθαι μετ' ἀδείας ἐπ' ΑΛΛΗΛΟΙC ἐτρέποντο, τὴν δὲ γῆν τοῖς θηρίοις ἀφεῖσαν. Primum manifesto mendosum est ἐκφέρειν τὰ θηρία, sed loci sententia et palaeographia facili negotio veram lectionem patefacient. Sententia requirit *exscindere*, *extirpare*, *funditus delere*. Codicum usus docet sexcenties Φέρειν et Φθείρειν confundi. Itaque Strabo dixit ἐΚΦΘΕΙρειν ταῦτα. Strabo saepissime eo verbo in tali re utitur, veluti pag. 814. πάντα τρόπον (crocodilum) ἐκφθείρουσιν. Sed superest alterum mendum. Quid est ἐπ' ἀλλήλοις ἐτρέποντο? Dixisset saltem ἐπ' ἀλλήλους. Sed ἐπ' ἀλλήλους τρέπεσθαι ab hoc loco alienissimum est: dicitur enim de iis, qui antea coniuncti orta discordia *inter se saeviunt*, ut in bello civili. Vide contra quid sententia loci diserte requirat. *Numidae* (inquit) *ante Masinissam latrocinia exercebant et eos Masinissa docuit* στρατεύειν ἀντὶ τοῦ λῃστεύειν. Tum singulare quoddam his hominibus evenisse narrat. Quid autem? *Quum haberent agros fertilissimos sed a feris infestatos, quum feras exscindere et agros iuto colere debuissent, maluerunt – – –? et agros feris relinquere.* Quid deest? Quid facere maluerunt? Perspicuum id quidem est, nempe λῃστεύειν: et hoc ipsum est in his singulare (ἴδιον), quoniam latrocinari illi tantum solebant quos ager suus non satis alebat et stimulabat inopia et fames.

Itaque sententia ipsa ducit ad hanc lectionem: ἐάσαντες ἐκφθείρειν ταῦτα καὶ τὴν γῆν ἐργάζεσθαι μετ' ἀδείας ΘΕΙΙ

ΑΗΙCΤΘΙΑΝ *ἐτρΑποντο, τὴν δὲ γῆν τοῖς θηρίοις ἀφεῖσαν.* Duplex est in his oppositio: verbis *ἐκφθείρειν ταῦτα* respondet: *τὴν γῆν τοῖς θηρίοις ἀφεῖσαν*, et verbis *τὴν γῆν ἐργάζεσθαι μετ' ἀδείας* opponitur *ἐπὶ λῃστείαν ἐτράποντο.*

Ἐπὶ λῃστείαν τραπέσθαι familiaris Straboni locutio est, ut *πρὸς γεωργίαν τραπέσθαι*, vide supra ad pag. 150.

Ἐτράποντο pro *ἐτρέποντο* necessarium est propter *συνέβη* et *ἀφεῖσαν.*

Continuo sequitur: *οὕτω δ' αὐτοῖς συνέβαινε πλάνητα καὶ μετανάσην βίον ζῆν μηδὲν ἧττον τῶν ὑπ' ἀπορίας καὶ λυπρότητος τόπων ἢ ἀέρων εἰς τοῦτO περιῃαμένων* ΤΩΝ *βίΩΝ, ὥῃε καὶ ἴδιον τοῦθ' εὑρίσκεσθαι τοὔνομα τοὺς* Μαῃαισυλίους. *καλοῦνται γὰρ* ΝΟΜΑΔΕC (*Numidae*).

In his *μετανάσης* est in eorum vocabulorum numero, quae sequiores scriptores ex Homero recoxerunt. Sic solet Strabo *equites* non *ἱππέας* appellare, sed *ἱππότας*. Sic *μετανάσης* (ex *μεταναίω* formatum), quo *semel* Homerus usus est in notissimo loco:

ὡσεί τιν' ἀτίμητον μετανάσην.

apud recentiores frequens est de iis qui *incertis sedibus vagabantur*, et omnino de iis, qui *domo extorres novam sibi sedem quaerebant.* Utebantur autem sic vocabulo prisco et obsoleto, ut immemores verae originis ad verbum *μεταναῃῆναι* inepti referrent, de qua re dicam ad Libanium.

In sqq. vitium est partim in Codicibus ortum, partim a Criticis invectum. In libris omnibus est: *εἰς τοῦτO περιῃαμένων* TON *βίON*, cui *τῶν βίων* substituerunt parum considerate, nam quid tandem est *εἰς τοῦτο τῶν βίων*? Addita una literula malo medeberis sic: *εἰς τοῦτοN περιῃαμένων τὸν βίον, qui egestate aut sterilitate soli aut coeli insalubritate ad hoc vitae genus redacti sunt.*

Strabo pag. 838. de agro Cyrenaico scribit: *μέχρι μὲν ῃαδίων ἑκατὸν καὶ δενδροφόρος ἐῃὶν ἡ γῆ· μέχρι δ' ἄλλων ἑκατὸν ῃπείρεται μόνον, οὐκ ὀρυζοτροφεῖ δ' ἡ γῆ διὰ τὸν αὐχμόν. ὑπὲρ δὲ τούτων ἡ τὸ ῃίλφιον (φέρουῃα) ἐῃιν.* Male addiderunt *φέρουῃα*: debebant unam literulam tollere. Strabo enim dixerat: *ὑπὲρ δὲ τούτων τὸ ῃίλφιόν ἐῃιν.*

AD STRABONEM.

CAP. III.

SYLLABUS ERRORUM, QUI IN CODICIBUS GRAECIS VULGO CIRCUMFERUNTUR NECDUM APUD STRABONEM CORRECTI SUNT.

Strabonis libri tam scripti quam editi mendis quibusdam orthographicis veluti maculis toti conspersi sunt. Editores veteres hanc officii sui partem non magno opere curabant et hoc unum agebant ut Strabonis sententiam et mentem perversa scriptura laborantem et obscuratam expedirent et in integrum restituerent. Nec multum in ea re egerunt illi, qui nostra memoria in opere Straboniano emendando utilissimam et felicissimam operam posuerunt. Ubi de sententia satis constat non multum sunt solliciti de vitiosis verborum formis, quas quidem in libris Mss. cuiuscumque aetatis et pretii passim ita mixtas et confusas perturbatasque cernunt ut nulla spes superesse videatur aliquando fore ut aliqua τάξις ἐκ ταύτης τῆς ἀταξίας restituatur. Faciendum tamen periculum est, iis praesertim qui longo usu edocti sciunt scriptores Graecos perinde ac nostros aequales ex ipsa rei natura in his quoque τὰ αὐτὰ περὶ τῶν αὐτῶν λέγειν fuisse solitos.

Quod si de caeteris eruditis in controversiam vocari non potest, quanto certior de Strabone erit haec existimatio, qui in

re critica et grammatica totus esse solet, qui nullam occasionem omittit dicendi de conditione librorum veterum, de scribendi erroribus et librariorum socordia, de genuina verborum forma, de syllabarum quantitate, de accentibus: qui nonnumquam in his descendit ad minutias tam exiles ut Criticorum inanes pepererit suspiciones minuta quaedam ut Strabone indigna expungentium.

Praeterea cogitandum est linguam Graecam etiam in formis verborum certis quibusdam legibus teneri, quas indocti scribae ignotas sibi sexcenties impune violabant. Quis eorum, qui Graecos Codices describebant, sciebat *καθάριος* esse formam nihili neque aliter quam *καθάρειος* veteres omnes summa constantia dixisse? Quis eorum noverat nomina propria in -IC exeuntia formas Ionicas perpetuo retinere: *σκῆψις ἡ πρόφασις* habet *σκήψεως* et *σκήψει*, sed Σκῆψις ἡ πόλις Σκήψιος habet et Σκήψι. Librarii miscent haec omnia: Βαῖτις ut plurimum habet Βαίτιος et Βαίτι, nonnumquam apparent formae vulgares. Harum igitur sordium partem eluam, reliqua aliorum curae et diligentiae relinquens.

-IOC, -I pro -εως, -ει.

Nomina propria in -IC sive hominum sunt sive locorum in genitivo et dativo servabant veteres formas Ionicas in -IOC et -I exeuntes. Horum pars illaesa evasit, caetera scribae in formam communem converterunt. Integra sunt:

Αἴσιος, pag. 241.
Ἄλβιος, 290.
Βαίτιος, 140.
Βαῖτι (sic) pro Βαίτι, 152.
Δάτιος, 399.
Δούβιος, 192.
Ζαμόλξιος, 298.
Ζαριάδριος, 531.
Ἰσπάλιος, 142.
Καλάγουρι (sic) pro Καλαγούρι, 162.
Καράμβιος, 125.
Κίρτι, 418.
Πασιτίγριος, 729.
Σκιτάβιος, 160.
Σάπι (Codd. *πρὸς τῷ Ἴφατι*), 217.
Σεσώτριος, 769.
Τίγγιος, 140.
Τίγριος, 527.
Ὑπάνιος, 107.
Ψέλχιος, 820.

Mendosa sunt:

Ἀμάτρεως, 540.

Ἄρβει, 720.
Βριτομάρτεως, 479.
Δέρρεως, 82.
Ζαμόλξεως, 304.
Καράμβεως, 546.
Μέμφει, 473.
Μέμφεως, 803.
Μωμέμφεως, 803.
Παλαισκήψεως, 603.
Σκήψεως, 552.
Συβάρει (alii συβάρι), 254.
Τιβέρει (alii τιβερι), 227. 234.
Τιβέρεως, 226.
Τίγρει, 738.

Qui Stephanum Byzantinum cum Strabone comparare volet facile animadvertet bonam partem mendorum huiuscemodi iam in vetustissimis libris esse repertam, neque doctum grammaticum ullam in talibus analogiam animadvertisse. Saepe commemorat τὴν Ἰωνικὴν γενικήν, recte monet v. Μέμφις κλίνεται Μέμφιδος καὶ Μέμφιος, sed vitiose dedit v. Ἄμαξις - Ἀμάξεως κλίνει Στράβων, nam sibi ipse statim obloquitur addens: τὸ ἐθνικὸν Ἀμαξριανός - ὡς Κάλλατις ΚαλλάτIOC Καλλατιανός. et v. Κάλλατις - Καλλατιανὸς ἀπὸ τῆς Ἰωνικῆς γενικῆς γέγονε τῆς ΚαλλάτIOC. Itaque Ἀμαξριανός quoque γέγονεν ἀπὸ τῆς Ἰωνικῆς γενικῆς ἈμάξρIOC.

Adiectiva possessiva in - ЄIOC in - IOC depravata.

Ex nominibus propriis in - OC et - HC exeuntibus formantur κτητικά in - ειος inumerabili multitudine, ut Ὅμηρος Ὁμήρειος, Ἡσίοδος Ἡσιόδειος, praesertim in nominibus scholarum et sectarum Ἀριξάρχειος, Ἀριξοφάνειος, Καλλιμάχειος, Κρατήτειος, Θεοδώρειος, Ἀπολλοδώρειος, Ἡροφίλειος, Ἐρασιξράτειος, Ἐπικούρειος, et quid non?

Habent hoc scribae librorum praesertim antiquissimorum ut in his pro - ЄIOC substituant - IOC. In Athenaei Codice Marciano pervetusto *constanter* legitur Ἀριξοφάνιος, Καλλιμάχιος, Ἐπικούριος sim. Eadem labes Strabonis libros infecit. Editores saepe emendant, saepius etiam inemendatum relinquunt. In Callimachi epigrammate ὁμήριον δὲ καλεῦμαι Γράμμα sedulo Ὁμήρειον reponunt, nec parcunt formae ἐπικούριος, si quando occurrit. Sed nihil mali suspicantur in πόλεμος Παχήτιος, ὕδατα Σέξτια, μέτρα Φειδώνια, Ἀτροπάτιος Μηδία, (μνήματα) Λελέγια, Ἰασόνια sim. aut in Ἀρσάκιος ex Ἀρσάκης aliisque de genere hoc sexcentis. Sunt tamen omnia haec perinde vi-

tiosa: ut pars belli appellatur ὁ Ἀρχιδάμειος πόλεμος (Harpocrat. in. v. ubi plerique libri ἀρχιδάμιος exhibent), sic alia pars ὁ Παχήτειος πόλεμος appellari debet et παχήτιος nihil est.

Non multum dissimile vitii genus passim committitur in καθάριος, καθαρίως et καθαριότης quum liquido constet καθάρειος solum Graecum esse ut μεγάλειος. Idem error in ἀσφάλιος neminem offendit.

Prorsus idem erroris genus quod cernitur in ἐπικούριος pro Ἐπικούρειος sexcenties commissum videbis in nominibus in -ειον exeuntibus. Huc pertinent nomina innumera quae significant

templum Μουσεῖον, Ἀνακεῖον, Ὀλυμπίειον, Ἀσκληπιεῖον cett.
aut *monumentum* Θησεῖον, Αἰακεῖον, Μαυσώλειον, Ἀράτειον cett.
aut *officinam* ἰατρεῖον, γναφεῖον, κουρεῖον, σκυτοτομεῖον cett.
similiterque πρυτανεῖον, ἀρχεῖον, στρατηγεῖον cett.

Ex his nonnulla recte et ordine scribi solent, alia saepe vitiantur, alia propemodum semper, ut στρατήγιον.

Strabonis libri omnes his mendis tamquam maculis cooperti sunt. Nonnulla Editores correxerunt ut Σίγειον pro σίγιον, sed longe maxima pars servat errorem. Recensebo potiora: sine suspicione apud Strabonem circumferuntur haec:

Ἀδύλιον.	Μεμνόνιον.
Ἀμαρύνθιον.	Μιθριδάτιον.
Γύθιον.	Παλαμήδιον.
Δασκύλιον.	Πλουτώνιον.
Εὐπατόριον.	σανδαρακούργιον.
Θετίδιον.	Σαράπιον.
Θοάντιον.	Σμίνθιον.
ἱπποτρόφιον sed recte ἰχθυοτροφεῖα.	τελώνιον.
	Τημένιον.
Καισάριον.	Τιμώνιον.
Κορυβάντιον.	Χαρώνιον.
Μαυσώλιον.	ὑδραγώγιον.

Eodem pertinet σκιάδιον, κορίων pro Κορείων (feriarum Proserpinae), ζωγρίᾳ pro ζωγρείᾳ, λιθία pro λιθείᾳ, θυῖαι, aliaque id genus complura. Perantiquum esse hoc corruptelarum genus ostendunt vitia huiuscemodi, ἀντίπΛΟΙΑ pro ἀντιπάθεια, εὖΝΟΙΑ

ro εὐήθεια et sim. Erat enim olim in libris ΑΝΤΙΠΑΘΙΑ et ΥΗΘΙΑ. Sed satis est in his omnibus futilem librorum auoritatem contemnere audere. Quid verum sit ratio et usus cendi, analogia, testimonia veterum Criticorum, metrum deque patefaciet.

Affine mendi genus cernitur in τελείως pro τελέως. Quidquid ascitur ex nominibus in - ЄΙΟC et - ЄΙΑ ultima brevi exeunbus postquam diphthongus ЄΙ ictu destituitur exemta litera in Є corripitur: Ἄρειος πάγος habet ἈρЄοπαγίτης et ἈρЄοαγιτικός; θεῖος ἐπιθЄάζειν sed ἐπιθЄΙάσας; λεῖος λЄαίνειν, τιλЄαίνειν: τέλειος τελЄοῦσθαι, τελЄωθῆναι, τελέως. Ex Μύρεια formatur ΜυρλЄανός, ex Ἡράκλεια ἩρακλЄωτικός, et ad ndem modum in similibus omnibus. Saepenumero in his cribae titubant: hic illic Μυρλειανός scribitur et Ἡρακλειωτικόν, epissime τελέως recte scribitur, sed hic illic τελείως irrepsit. tephanus Byzant. Γύθειον - ὁ πολίτης ΓυθЄάτης καὶ τὸ ἐκ τόπου υθείηθεν. Verum est Γυθέηθεν. Sic ex παρώρεια παρωρεάτης ascitur et in certa analogia possumus ubique scribarum errores ontemnere.

- ΟΥCCΑ mendose pro - οῦσα.

In nominibus locorum olim in - ΟЄΙC exeuntium (Ὀπόεις, Ιαλόεις) et in - ΟЄCCΑ (Πιτυόεσσα) Ionica et Attica dialectus ro - ΟΥΝΤΙΟC lenius - ΟΥCΙΟC substituebat, ut in Ῥαμνούιος, Σελινούσιος cett. et ex formis foemininis contractis alterum ίγμα eximebat, ut in Συρακοῦσαι, Ἀργινοῦσαι, sim.

Contra scribae analogiam quandam secuti praeter loquendi sum σίγμα duplex retinebant, unde apud Strabonem menose editur:

Ἐλαιοῦσσα, et peius etiam Ἐλεοῦσσα.	Πιτυοῦσσαι
Ἐρικοῦσσα.	Σειρηνοῦσσαι.
Λοπαδοῦσσα.	Σκοτοῦσσα.
Οφιοῦσσα.	Ὑδροῦσσα.
Πιθηκοῦσσαι et Πιθηκουσσαῖοι.	Φαρμακοῦσσα.
	Φοινικοῦσσα.

nnumquam et Ἀργινοῦσσαι, atque adeo Συρακοῦσσαι dederunt, vitiosum Συρακούσιος, quum satis constet Συρακόσιος solum

in usu fuisse, ut in Theocriti epigrammate:

εἷς ἀπὸ τῶν πολλῶν εἰμὶ Συρακοσίων.

et in nummis.

Interdum unum sigma scribentes accentum vitiant, ut in Κράμβουσα, Λάγουσα, aut in eodem nomine variant, ut in Πιτυοῦσσα et Πιτυοῦσα: sed in his omnibus quid sit sincerum et verum continuo apparet.

Multis modis in Stephani libris hae formae in -OTCAI exeuntes vitiantur. Circumferebatur in libris antiquis duplex scriptura AIΓOTCA, ΛAΓOTCA, KPAMBOTCA, ΔPTOTCA et duplicata sibilante -OTCCA. Notata haec sunt postea accentu vitioso Αἴγουσα, Λάγουσα, Κράμβουσα cett. aut Μαράθουσσα, Μήλουσσα, Μύρτουσσα sim. Miror in his omnibus Meinekium errasse, quum vera ratio sit in promtu. Dedit Αἰγείρουσα, quia sic vel αἰγείρουσσα libri exhibent; sed ex αἴγειρος αἰγειρόεις et αἰγειρόεσσα nascitur, quod in Αἰγειροῦσσα contrahitur et διὰ τὸ εὐφωνότερον et simul κατὰ συνεκδρομὴν τῶν τοπικῶν in -ούτιος exeuntium Αἰγειροῦσα dicebatur, ut Πιτυοῦσα, Ὀφιοῦσα, Πιθηκοῦσαι, Σειρηνοῦσαι et (de quibus nemo dubitat) Συρακοῦσαι, Ἀργινοῦσαι.

Addit Stephanus v. Αἰγείρουσα — ἔστι καὶ Αἰολίδος πόλις Αἰγειροῦσσα ὡς Ἡρόδοτος. Mendose legitur apud Herodotum I. 148. AἰγΙρόεσσα pro AἰγϵΙρόεσσα.

Sibilans litera perperam duplicatur in Κηλῶσσα, Τιλφῶσσα, Τολῶσσα. Veram formam scriptores Romani servant et in formis in -OTCA exeuntibus *Ophiusa*, *Pithecusae* et sim. et in his *Tolosa*, aurum *Tolosanum* cett.

Iuvat in transitu gravem Stephani errorem in huiuscemodi nomine commissum redarguere. In v. Βενεβεντός scribit: χωρίον Διομήδους ἐν Ἰταλίᾳ. — ἢ καὶ Μαλοεντὸς ἐλέγετο. *Beneventum* dicit, cui olim *Maleventum* nomen fuit ominis causa post deductam coloniam mutatum. Sed fugit Stephanum, ut olim Romanos, vera antiqui nominis ratio. Quemadmodum ἐν Τάραντι, ἐν Ἀκράγαντι, ἐν Ὑδροῦντι Latine dicebatur *Tarenti Agrigenti*, *Hydrunti*, unde nominativi forma TARENTUM enata est, sic ἐν Μαλόεντι Romano ore *Maleventi* sonabat, unde primum

leventum ortum est deinde εὐφημότερον BENEventum. Itaque hili est Stephani Μαλοεντός, et perspicuum est olim oppido αλόεντα nomen fuisse. Contracta forma Μαλοῦς reperitur ud Strabonem pag. 603. Antiqua apud Thucydidem III. 3. τὸν Μαλόεντα ἐξῆλθον.

Revocandum τὸ παραγεγραμμένον ἰῶτα.

Etiam in libris vetustis, ubi τὸ ἰῶτα vetere more adscriptum mparet, complura vocabula ἰῶτα negligenter omisso mendosa nt. Itaque Straboni passim reddendae sunt haec formae:

Ἀχελῷος.

ζῷον.

Κῷος, Μυρτῷος, Γελῷος, Νειλῷος, Ἀκραθῷοι (libri ἀκρόθωοι pag. 331). et omnino nullum est adiectivum Graecum in ΩOC exiens, in -ΩIOC exeunt omnia.

λάθρᾳ.

Μητρῷα.

Μινῴα.

πρῴην.

πρῷρα cum compositis ἀνδρόπρῳρος, βούπρῳρος, ἀκρόπρῳρον, ιόπρῳρος, cett.

Πτῷον.

Τρῳάδα.

ὑπερῷοι.

ᾠά et ᾠοτοκεῖν.

Contrario errore peccant scribae ubi ἀθήνηισι, θήβηισι et sim. derunt, et in aoristis ἦιρα, ἔφηινα, reliquaque id genus.

Perpetuo scribae librorum, quos habemus optimos et antiissimos, Platonis, Demosthenis, Herodoti, adverbiis in -τερω -τάτω ineptum ἰῶτα addere solent, ἀνωτέρωι scribentes et ωτάτωι similiterque in caeteris omnibus. Idem mendum *constanter* apparet in Strabonis optimo A: ad pag. 9 annotat Kraerus: „ἐγγύτερωι A *et sic constanter*" et iterum ad pag. 289. γγυτάτωι A *ac sic plerumque*." Quid potest esse hac scriptura eptius? Sed librarii imbiberant semel hanc opionem eamque scribendo sequebantur.

Ad idem genus vitiorum referendum est id, quod in ΛHIZO-

MAI peccare solent. Quatuor syllabarum verbum esse opinantur omnes et ubique λῃΐζομαι dederunt, quum λῄζομαι scriptum oportuisset, ut λῃστής, λῃστρικός, λῃστήριον cett. Eodem modo ἠῖθεος scribunt et ἠϊών formis Homericis in errorem inducti.

Dicebam modo adiectiva Graeca non dari, quae in -ΩΟC exeant, sed in his omnibus I inesse -ΩΙΟC, -ΩΙΑ, -ΩΙΟΝ, ut in πατρῷος, μητρῷος, παππῷος, ἀθῷος pro ἀζήμιος, et alia complura.

Lubet in hac re ostendere quam caute sit grammaticorum testimoniis utendum et quam sit futilis eorum auctoritas, quam nimis saepe inepti sequimur. Stephanus Byzantinus, qui totus esse solet in quaestiunculis grammaticis, in v. Γέλα scribit: τὸ ἐθνικὸν Γελῶος οὐ Γελαῖος, ὡς Ἄβρων καὶ ἡ συνήθεια καὶ ἴσως ἀπὸ τοῦ γέλως τὸ Γελῶος. Sed ex γέλως γελοῖος nascitur, ut αἰδοῖος ex αἰδώς, et ὑπηοῖος ex ἠώς. Et quae tandem ratio esse potuit cur ex Γέλα Γελῶος produceretur? Sed Γελῶος nihil est: Γέλα ultima longa ex Γελόα coaluit et sic pro Γελοῖος nata est forma tritissima Γελῷος.

Iuvat eadem opera ὁδοῦ πάρεργον historiolam in hoc ipso Stephani loco mendosa lectione obscuratam expedire. Duo fratres nescio qua de re oraculum Delphicum consuluisse narrantur, τὴν δὲ Πυθίαν οὐδὲν περὶ ἐκείνων λέγουσαν προσάσσειν τὸν Λάκιον πρὸς ἀνατολὰς ἡλίου πλεῖν. τοῦ δ' Ἀντιφήμου γελάσαντος τὴν Πυθίαν εἰπεῖν πάλιν „ἐφ' ἡλίου δυσμῶν," καὶ Γέλαν πόλιν οἰκίσαι. Ne Pythia ineptire et nihil dicere videatur ita rescribe: τὴν Πυθίαν εἰπεῖν πάλιν· „CΤ ΔЄ ἐφ' ἡλίου δυσμῶν καὶ Γέλαν πόλιν οἰκίσαι." Fabulam de more peperit etymologia absurda.

Iterum in eadem re erravit Stephanus quum scriberet v. Ἄθως -τὸ τοπικὸν Ἄθωος ΧΩΡΙC ΤΟΥ Ι. τὸ δὲ δηλοῦν τὸ ἀζήμιον προπερισπᾶται καὶ ἔχει τὸ Ι ἐκ τῆς θῳῆς. Certa enim analogia ut ex Κῶς Κῷος sic ex Ἄθως formabat Ἀθῷος, et discrimen inter Ἄθωος et ἀθῷος merum est grammaticorum commentum.

Nomina in -ЄΙΑ ultima brevi.

Fere constanter in -ΙΑ depravantur, ut ἀκαδημία pro Ἀκαδήμεια. Emendate igitur ubique rescribendum:

Αἰγιάλεια.	Εὐπατόρεια.
Ἀλεξάνδρεια.	Θεσσαλονίκεια.
Ἀντιγόνεια.	Καισάρεια.
Ἀντιόχεια.	Κασάνδρεια.
Ἀπάμεια.	Λυσιμάχεια.
Ἀρσάκεια.	Σελεύκεια.
Ἀττάλεια.	Φαρνάκεια.
Βουκεφάλεια.	Φιγάλεια.
Εὐκρατίδεια.	Φιλαδέλφεια.
Εὐμένεια.	Ψυττάλεια.

Tantum non ubique libri et veteres et nostri in his formis -IA pro -εια substituunt. Arguunt vitium et loci poëtarum et analogia tam certa quam evidens. Ostendam in uno: sola forma Ἀκαδήμεια penultima producta et ultima brevi usitata Graecis est: librarii contra tantum non ubique locorum substituunt Ἀκαδημία, quod exit in iambum. Itaque saepe metrum iugulant, ut apud Aristophanem in *Nub.* 992.

ἀλλ' εἰς Ἀκαδημίαν κατιών κτέ.

et Epicratem Athenaei pag. 59. D.

ἐν γυμνασίοις Ἀκαδημίας
ἤκουσα λόγων ἀΦάτων ἀτόπων.

et Alexidem Athen pag. 336. D.

τί ταῦτα λῃρεῖς ΦληναΦῶν ἄνω κάτω
Λύκειον, Ἀκαδημίαν, Ὠιδείου πύλας;

et eundem apud Athenaeum pag. 610. E.

τοῦτ' ἔϛιν Ἀκαδημία, τοῦτο Ξενοκράτης.

Ut stultum est in his librorum scripturam curare in tanta verae lectionis evidentia, sic semel statuendum nostri esse ubique iudicii definire quae sit scriptura verior, et non esse opus testibus praeter analogiam et metrum ut Alexidi reddatur suum:

τοῦτ' ἔϛιν ἈκαδήμΕΙΑ, τοῦτο Ξενοκράτης.

Itaque Straboni quoque reddendum pag. 396. ἡ Ἀκαδήμεια καὶ οἱ κῆποι τῶν ΦιλοσόΦων. et pag. 614. προσποιούμενος τῶν ἐξ Ἀκαδημείας ΦιλοσόΦων εἶναι. et pag. 838. Καρνεάδης τῶν ἐξ Ἀκαδημείας ἄριϛος ΦιλοσόΦων. similiterque in omnibus similibus.

Ἐπιθαλαττίδιος.

Pro hac proba et genuina forma saepius Strabonis libri

ἐπιθαλαττιαῖος obtulerunt, quod, quamquam aperte mendosum est, tamen in Strabonis textu pertinaciter haesit.

ΛΙΠΟ - non ΛΕΙΠΟ -

Pervulgato errore in libris Strabonis scribitur λειπανδρεῖν, λειψυδρία, et apud alios λειποτάξιον, λειποψυχεῖν et alia permulta. Quod ratio suadet, id loci poëtarum luculenter demonstrant in his omnibus primam esse brevem, et unice verum esse λιψυδρία, λιπανδρεῖν, ut λιποτάξιον, λιποψυχεῖν, λιπόξυλος, λιπόναυς, λίπουρος et cett. eiusdem compositionis ad unum omnia.

Λούεσθαι. λουόμενος. λούονται.

perperam scribitur multis locis pro λοῦσθαι et λούμενος et λοῦνται. Nova et recens dicendi συνήθεια veteres formas expulit, etiam apud scriptores Atticos.

Γυναικοκρασία.

perperam apud Strabonem et Plutarchum scribitur quum et ratio et usus γυναικοκραΤία requirant, ut δημοκρατία, ἀριστοκρατία, ὀχλοκρατία, θεατροκρατία, et quidquid ad hanc analogiam ex κράτος nascitur. Adiectiva in -ΚΡΑΤΟC a κεράννυμι habent σ, veluti ἀκρασία, ἐωλοκρασία cett. Communis eruditorum opinio est, praeeunte Wyttenbachio in docta annotatione ad Plutarchi *Moralia* pag. 20. A. *duo* esse vocabula diversa „γυναικοκρασία *est* (iudice Wyttenbachio) *in viris, qui nimium mulieribus dediti sunt:* γυναικοκρατία *in mulieribus, quae imperium obtinent.*" Sed exempla quae afferuntur meliora docent. Plutarchus in *Agide et Cleomene* pag. 820. D. τῆς βασιλείας εἰς πολλὴν -γυναικοκρασίαν ἐμπεσούσης, nempe quia Ptolemaei Philopatoris concubina impotenter dominabatur, ὥστε (ut Plutarchus continuo addit) τὰ μέγιστα τῆς ἀρχῆς πράγματα διοικεῖν Ἀγαθόκλειαν τὴν ἑρωμένην τοῦ βασιλέως καὶ τὴν ταύτης μητέρα καὶ πορνοβοσκὸν Οἰνάνθην. et Polybius XIV. 11. (ex Athenaeo pag. 576. F) τοῦ δὲ Φιλοπάτορος βασιλέως Πτολεμαίου οὐκ Ἀγαθόκλεια ἐκράτει; Erat igitur haec γυναικοκραΤία turpis et flagitiosa. Deinde ex

Plutarchi *Antonio* affertur pag. 920. D. ὥςε Κλεοπάτραν διδασκάλια Φουλβίᾳ τῆς Ἀντωνίου γυναικοκρατίας ὀφείλειν πάνυ χειροήθη καὶ πεπαιδαγωγημένον ἀπ' ἀρχῆς ἀκροᾶσθαι γυναικῶν παραλαβοῦσα αὐτόν. Sententia est luce clarior: Fulvia dudum Antonium docuerat γυναικοκρατεῖσθαι, id est *muliebri imperio parere* et *uxori esse obnoxium*. Itaque haec quoque erat γυναικοκρατία Φανερά. Sic apud Aristotelem in *Polit.* II. 9. dicitur: ἂν τυγχάνωσι γυναικοκρατούμενοι καθάπερ τὰ πολλὰ τῶν ϛρατιωτικῶν καὶ πολεμικῶν γενῶν ἔξω Κελτῶν. Sic Lacaenae imprimis solebant et dicebantur τῶν ἀνδρῶν ἄρχειν, et notum est Lacaenam ad hospitam quae dixerat: μόναι ὑμεῖς αἱ Λάκαιναι τῶν ἀνδρῶν ἄρχετε, respondisse: μόναι γὰρ τίκτομεν ἄνδρας. Itaque apud Strabonem pag. 251. B. ἔχει γάρ τινα γυναικοκρατίαν· τοῦτο δ' οὐ πάνυ πολιτικόν, quia non de virorum mulierositate sermo est, sed de impotenti matronarum imperio facile intelligitur γυναικοκρατίαν unice esse verum. Senserant hoc Romani quoque, apud quos Cato maior Consul (suadens ne lex Oppia abrogaretur Liv. XXXIV. 2) λοιδορῶν τὴν ἐπιπολάζουσαν γυναικοκρατίαν ita dixit: ἡμεῖς πάντων ἀνθρώπων ἄρχομεν, ἡμῶν δὲ αἱ γυναῖκες· apud Plutarchum in vita *Catonis* cap. 8.

Itaque γυναικοκρασία ex κεράννυμι formatum et per se ipsum absurdum est et locum in quo consistat reliquum nullum habet. Solum γυναικοκρατία in usu erat, ut θεατροκρατία, ὀχλοκρατία, δουλοκρατία, πλουτοκρατία appellatur ὅπου ἂν θέατρον, ὄχλος, δοῦλοι, πλούσιοι κρατῶσιν.

-ΙϵΙ- in -ϵΙ- vel -Ι- depravatum.

Ubi concurrunt duae syllabae ΙϵΙ sequiorum temporum Graeculi alteram syllabam resecabant ὑγεία dicentes pro ὑγίεια, ταμεῖον pro ταμίειον, Ἅλεια (feriae Solis apud Rhodios) pro Ἀλίεια, Ὀλύμπιον pro Ὀλυμπίειον, Ἀσκληπίῳ pro Ἀσκληπιείῳ, aliaque id genus plura, quae Strabonis quoque Codices et textum maculant.

Ἐμπίμπλημι. ἐμπίμπρημι.

Scripturae Codicum pendent ex scribarum opinionibus, quae

si falsae fuerint passim errorem suum monumentis veterum affricant. Unanimi consensu omnes dicebant *πίμπλημι*, *πίμπλαμαι*, *ἀποπιμπλάναι*, *ἐκπιμπλάναι*, *καταπιμπλάναι*, sed in uno composito, ut futilissimi Grammaticorum Suidas, Moschopulus et similes his magistelli opinabantur, ab ea analogia discedebatur. Si quid his credimus *ἐμπίπλημι* dicendum est, *διὰ τὸ κακόφωνον*, sed *ἐνεπίμπλη*, similiter *ἐμπίπρημι* sed *ἐνεπίμπρη*. Removetur alterum M altero praecedente, quo remoto statim revertitur. Itaque *ἐνεπίμπλην* et *ἐνεπίμπρην* sola proba sunt, sed *ἐμπίμπλημι* et *ἐμπίμπρημι* vitiosa sunt *διὰ τὸ κακόφωνον*. Imposuerunt homines nihili Dindorfio ad Stephani Thesaurum, cui adeo *ἐμπιπλάναι* et *ἐμπιπράναι* apud Comicos secundam recte producere videntur. Fatetur Dindorfius se in ea opinione versari propter „*optimorum librorum auctoritatem*," quasi non etiam optimus quisque et veterrimus liber mendis de genere hoc gravissimis scateret. Malo proferre quod mihi de his formis ex Parisino A. Platonis, quo fideliorem testem non habemus, est observatum.

Fol. 32. v. a prima manu habet *ἐμπιμπλαμένους*. 35. r. *θυμοῦ ἐμπίπλαται* correctum *ἐμπίμπλαται*. 40. r. *μεθύων καὶ ἐμπιπλάμενος* corr. *ἐμπιμπ*. 57. r. *οἰκίας ἐμπιπρῶσιν* corr. *ἐμπιμπ*. et post pauca *οἰκίας ἐμπιπράναι* corr. *ἐμπιμπ*. 66 r. *ἄνευ νοῦ ἐμπιπλάμενον* corr. *ἐμπιμπ*. 67. v. *δυσμενείας ἐμπίπλασθαι* corr. *ἐμπίμπ*. 68. v. *χάσμης ἐμπίπλανται*. corr. *ἐμπίμπ*.

Ad eundem modum explosa et reiecta magistrorum opinione caeteri loci omnes eo vitio liberandi sunt.

ΓΥΜΝΗΣ - ΠΛΑΝΗΣ.

Titubant in his formis scribae omnes: primum *γυμνήτων*, *γυμνῆτας* et *πλανήτων*, *πλάνητας* corrumpunt in *γυμνητῶν*, *γυμνήτας* et *πλανητῶν πλανητάς*, quasi *γυμνῆται* et *πλανηταί* in usu essent, quorum *γυμνήτης* nonnumquam apud infimae aetatis Graeculos comparet, *πλανητής* Tragicorum est:

τίς τὸν πλανητὴν Οἰδίπουν κτέ.

Deinde gliscit error et *γυμνῆται* scribitur. In singulari numero recta forma fere elabitur, ut in *πλάνης βίος*, *πλάνητα καὶ μετανάσην βίον*, et sim.

ΠΛΗΜΜΥΡΕΙΝ.

Una tantum forma Graeca est πλημμύρειν, πλημμύρων, πλημμύροντες. Graeculi alteram vitio natam de suo addiderunt πλημμυρεῖ, πλημμυρεῖν, πλημμυρῶν, veluti pag. 742. ubi et πλημμύροι et πλημμυρεῖν legitur, et sic saepius alibi. Si πλημμυρεῖν esset in usu haberet υ correptum, ut in μαρτύρεσθαι, μαρτυρεῖν. Nunc constat ubique esse productum. Recte igitur scribitur πλημμύροντος pag. 743. sed passim peccatur alibi.

ΔΗΜΗΤΡΑ.

Quam saepe apud Strabonem et alios reperitur accusativus Δημήτραν ultima longa barbare. Faex Graeculorum dicebat ἡ Δημήτρα, ut ἡ χεῖρα similiaque complura. Homeri Hymnus hodieque inscribitur εἰς Δημήτραν vel peius etiam εἰς Δήμητραν, quod nullius linguae est. Formae Δήμητρος et Δήμητρι illaesae manent, sed in accusativo passim sic peccatur.

Ξενοδοκεῖν. πανδοκεύς. πανδοκεῖον.

Non sic apud Strabonem editur, quamquam hae solae formae probae sunt, sed ξενοδοχεῖν et πανδοχεῖον. Veteres ut δωροδοκεῖν sic constanter ξεινοδόκος et ξενοδοκεῖν dicebant, sed sequiorum συνήθεια etiam apud Atticos saepe veram lectionem expulit.

Nomina urbium mendosa.

Sunt quaedam oppidorum nomina, quae ubique in libris nostris certo errore vitientur. Καλχηδών verum nomen est et Καλχηδόνιος, Μυτιλήνη et Μυτιληναῖος, Ἑρμιών, Γόρτυν, in libris tantum non constanter Χαλκηδών comparet et Μιτυλήνη et Ἑρμιόνη et Γόρτυνα. Συρακούσιος tantum non ubique apud Strabonem mendose scribitur pro Συρακόσιος. In aliis α longum scribas et editores fefellit. Non Ἴλιπα, non Μάλακκα Graecum est, sed Ἰλίπα, Μαλάκα, ut ostendunt genitivi Μαλάκας, Ἰλίπας, Νέδας, Ἰδουβέδος cett.

In aliis contra α breve producitur ut in Κάρθαια, Νίσαια, Νέκυια et sim., quae in Editionibus παροξύνονται.

Νόμας. Ἰόβας. Ἰουγόρθας.

Non sic apud Strabonem scribitur, quamquam ita oportebat, sed Νουμᾶς, Ἰούβας, Ἰουγούρθας errore manifesto.

Κρεοπώλια.

Mendosa forma in Strabonis libris legitur κρεΩφαγεῖν et κρεΩπώλια. Contra exhibent παρΟρειος et πολυΟροΦος pro παρώρειος (ut ὑπώρεια, ἀκρώρεια) et πολυώροΦος ut τριώροΦος et notissimum ὁμωρόΦιος. Contrario errore κλοπεία dare solent pro κλωπεία, ut κλῶπες, κλωπεύειν. Fefellit scribas forma κλοπή.

ΕΙ pro Ι longo.

Est haec perantiqua scribendi consuetudo in libris vetustis et monumentis omne genus, inscriptionibus et nummis, ut ubicumque sit Ι vocalis natura longa diphthongus ΕΙ illi substituatur. Τειμή ἄτειμος, νείκη Ὀλυμπιονείκης, κρείνω, ἔκρεινα, μέμεικται, μεῖξις scribitur similiaque sine exceptione omnia. Longa die mutatum hoc est et priscum ΕΙ in Ι conversum, praeterquam in nominibus quibusdam propriis, ut apud Strabonem in

Ἀβαεῖται.	Ὄσειρις, Ταπόσειρις.
Ἀβαεῖτις.	Σεῖρις, Σειρίτης.
Ἀρείων.	Ταμεῖτις.
Λεῖρις.	

Indidem manavit mendosa forma ὄρνεις pro ὄρνις ex ὄρνιθας natum.

Memorabile est Φιλόνεικος, Φιλονεικία, Φιλονεικεῖν quae quum sint manifesto ex ΝΙΚΗ composita, factum est grammaticorum et scribarum errore ut in omnibus libris propemodum constanter ΕΙ pro Ι longo retinerent.

Graviore etiam errore ΕΙ nonnumquam irrepsit pro Ι correpto, ut in Λείγηρ pro Λίγηρ.

Deinde ut fit latius serpere coepit error et in nominibus quibuslibet pro necessario -ΙΑ editur -εια, ut in
ϛρατεία pro ϛρατιά. παιδεία pro παιδιά. παρθενεία pro παρθενία.

quae, quamquam est certus error, tamen apud Strabonem saepius leguntur.

Ὁδός, ὁδεύω, συνοδεύω συνοδεία, περιοδεύω, περιοδεία et sim.

Quae apud Strabonem hic illic leguntur formae *συνοδία*, *περιοδία* sim. omnes vitio natae sunt. *Ὁδός* cum praepositione compositum parit nomina *substantiva σύνοδος*, *μέθοδος*, *περίοδος*, *ἔφοδος*, *πρόσοδος*, *ἔξοδος*, *εἴσοδος* cett. Ex his omnibus nascuntur *adiectiva* ex Α - ΕΥ - et ΔΥϹ - composita, *ἄνοδος*, *εὔοδος*, *δύσοδος*, *εὐέφοδος*, *ἀπρόσοδος*, *δυσπρόσοδος*, *ἀνέξοδος*. cett. quae quoniam *adiectiva* sunt nova ex se *substantiva* progenerarunt *ἀνοδία*, *εὐοδία*, *δυσοδία* cett.

Sic igitur *συνοδία* nasci non potuit neque *περιοδία* neque quidquam his simile. Sed ex *ὁδός* natum est *ὁδεύω* cum multis compositis *συνοδεύω*, *περιοδεύω*, *διοδεύω*, *μεθοδεύω*, *παροδεύω* cett. quibus veterum nemo utitur sed sequiores omnes passim.

Hinc igitur ex pervulgata analogia gignuntur nova nomina in -ΕΙΑ, et ut *δουλεύω*, *μοιχεύω*, *παιδεύω* habent nomen *δουλεία*, *μοιχεία*, *παιδεία* sibi respondens, sic *συνοδεύω* et *περιοδεύω* non possunt non *συνοδεία* et *περιοδεία* habere.

Multa sunt apud veteres nomina locorum et urbium, in quibus pro *compositione appositio* est, unde *τὰ ἐθνικά* in unum nomen per compositionem coalescunt. Exemplo esto ex Stephano Byzantino: *Ἄρειος πάγος — τὸ ἐθνικὸν ἐκ δύο ἓν Ἀρεοπαγίτης*. Similia sunt apud eundem *Ἀβώνου τεῖχος — Ἀβωνοτειχίτης*, et in v. *Καλὴ ἀκτή. — Μεγάλη κώμη. ἐκ τῶν δύο δὲ ἡ παραγωγὴ Μεγαλο κωμήτης*, *Μεγάλη πόλις*, ut in senario comico apud Strabonem:

ἐρημία μεγάλη ϛὶν ἡ Μεγάλη πόλις.

cuius *τὸ ἐθνικόν* est *Μεγαλοπολίτης*. sic *Νέα πόλις* dicebant, sed *Νεοπολίτης*, *Ἑρμοῦ πόλις*, *Ἡλίου πόλις*, sed *Ἑρμοπολίτης*, *Ἡλιοπολίτης*. Etiam in plurali numero *Κυνῶν πόλις*, *Λεόντων πόλις*, sed *Κυνοπολίτης*, *Λεοντόπολις* et sim. Saepe in his Codices fallunt et falluntur Editores. Meinekius in Stephano edidit: *Κωνϛαντινούπολις ΔΥΟ ΜΕΡΗ λόγου καὶ ἐξ αὐτῶν ϹΕΝ Κωνϛαντινοπολίτης*. Apud Strabonem antiquae formae raro apparent.

Νεάπολις, Νεαπόλεως, Νεαπόλει et sim. recurrunt ubique locorum, ac videtur Strabo in his, ut in compluribus aliis, aequalium συνήθειαν esse secutus. Veteribus usitatum errat dicere Πομπηίου πόλις et Πομπηιοπολίτης, sed apud Strabonem non semel reperitur forma sequior Πομπηιόπολις. Hinc, credo, sumsit Stephanus suam annotationem v. Πομπηίου πόλις: — τινὲς δὲ δίχα τοῦ Τ Πομπηιόπολις λέγουσιν.

C vitiose duplicatum.

Constans ferme ac perpetuum hoc genus mendi est in:

Ἀλικαρνασσός.	Κηφισσός et Κηφισσὶς λίμνη.
Ἐρεσσός.	Κνωσσός.
Ἰλισσός.	Πτρναστός.

Editur pag. 399. Τμηττὸς καὶ Βριλησσὸς καὶ Λυκαβηττός. Cur medium nomen non habet formam Atticam? Vera forma est Βριλησός.

Eadem est ratio in τιθασός, τιθασεύω cett. in quibus fere ubique sigma duplicato editur τιθασσός cett.

Idem vitii genus in aliis quoque consonantibus cernitur, ut in:

θρυλλεῖν, διατεθρύλληται,

quum constet testimoniis poëtarum θρυλεῖν penultima brevi Graecis in usu fuisse.

Idem mendum ubique committitur in scriptura nominis

Σιμμίας.

ut ex πυρρός et ξανθός formantur nomina propria Πυρρίας, Ξανθίας, sic Σιμίας ex σιμός producebatur.

Contrario errore apud Strabonem passim scribitur:

πρόσβορος et προσβορώτερος

quum sine ulla controversia ex Βορρᾶς nascerentur πρόσβορρος et προσβορρότερος, προσβορρότατος.

Ὡραῖον in margine adscriptum.

Olim si cui quid inter legendum scitum ac lepidum esset visum in ora libri apponebat ὡραῖον scriptum noto compendio

litera ρ medium ω secante. Quod saepe in re simili factum est, ut annotatiuncula marginalis in textum irreperet, idem usu venit in Strabone pag. 147. Strabo dixerat: τοιαῦτα μὲν οὖν ἐν σχήματι εἴρηκε περὶ τούτων. In optimo Codice A teste Kramero *in margine manus prima* addidit ὡραίῳ (ὡραῖον, opinor). Nunc perperam editur: ἐν ὡραίῳ σχήματι εἴρηκε.

Est in libris Graecis et reliquis et in Strabonianis duplex mendorum genus, quod ex Mss. in editiones omnes manavit et nimium patienter ab Editoribus toleratur. Obscurantur a scribis *crases* veteres, quas ineleganter resolvunt, et passim expletis vocabulis certo usu et more elisis foedos et ineptissimos hiatus invexerunt. Crases apud Strabonem ut apud caeteros creberrimae olim fuerunt, quarum pars tantum nunc superest. Perpetuae fere erant in vocula κα*ί* κἂν, κἀγὼ, κἀκεῖ, κἀκεῖνος, καλὸς κἀγαθός cett. et in articulis ἀνὴρ τἀνδρός, ἄνθρωπος τἀνθρώπου, ἀδελφὸς τἀδελφοῦ, τἀγαθὸν τἀγαθά, τἀληθὲς τἀληθοῦς, τἀκριβές, τοὔδαφος, τοὐλάχιστον, τἄλλα, τἀναντία, τἀργύριον, τοὐπίγραμμα τἀπιγράμματα, τἀπιτήδεια, τἀνδράποδα, τἀπίχειρα, τἀπιτίμια, τἀπινίκια, similiaque complura. Saepius haec omnia in bonis Strabonis Codicibus emendate scripta reperiuntur, in permultis tamen distracta videas quae contrahi solere satis constet.

Multo etiam peiora et auri molestiora ea sunt in quibus elisa vocalis a scriba inficete expleta est. Paucis apud Strabonem paginis legimus ἀλλὰ ἀνοδίαις, ἀλλὰ ἀπό, εἶτα ἀπελθεῖν, μετὰ ἀνδρῶν, μετὰ αὐλοῦ et alia eiusdemmodi passim. In rapido flumine orationis Demosthenicae aequis animis audiunt παρὰ Ἀθηναίων, παρὰ Ἀλεξάνδρῳ, quasi haec umquam sic Graecorum ore rotundo efferri potuissent.

At leguntur haec omnia passim (dixerit aliquis) etiam in optimis et antiquissimis Codicibus. Scio, sed in tali re nihil libris Mss. esse credendum satis ostendent Codices poëtarum, Aeschyli et Sophoclis Mediceus, Aristophanis Ravennas, in quibus saepe vocales, quas elisas oportuit, metro iugulato expletas videbis.

Nunc quidem de genere hoc mendorum satis esse dictum

arbitror: *οὐκ οἶδα ὅ, τι δεῖ πλείω λέγειν· οἶμαι γὰρ ὑμᾶς οὐδὲν ἀγνοεῖν τῶν εἰρημένων.*

C. G. COBET.

Anecd. Bekk. p. 4. 22. *Ἀωρία*: — *οὐκ ἐπὶ νοητῶν μόνον*, stolide pro *ἐπὶ νυκτῶν*.

Pag. 10. 4. *Ἀράμενον Φέρειν*: *Ἀττικῶς. ἡ σύνταξις δὲ εἰπεῖν ἄραντα.* Lege *Ἀττικὴ ἡ σύνταξις δέΟΝ εἰπεῖν ἄραντα.* Caeterum fallitur Phrynichus: omnes eo sensu *αἴρεσθαι* dicebant, non *αἴρειν*. Aristophanes in fine *Pacis:*

ἀλλ' ἀράμενοι Φέρω-
μεν οἱ προτεταγμένοι
τὸν νυμφίον, ὦνδρες.

IAMBLICHUS.

In Diario Philologico Atheniensi, cui nomen *Σωκράτης* 1874. pag. 449. vir doctus ficto nomine *Εὐθυρρήμων Παρρησιάδης* appellatus correxit locum Iamblichi *de vita Pythagorae* pag. 69. 24. Didot. *διόπερ εὐθὺς ἐκ νεότητος ἐπιμελητέον εἶναι τῶν ἀναφυομένων ὅπως ἐπιθυμήσΩσι μὲν ὧν δεῖ, ΦεύξΩνται δὲ τῶν ματαίων τε καὶ περιέργων ἐπιθυμιῶν.* „*Ἀναγνωςέον* (inquit) *ὅπως ἐπιθυμήσΟΤσι μέν — ΦεύξΟνται δέ.*" Non cogitavit verbo *Φεύγειν* nihil hic esse loci. Vera lectio est: *ἈΦΕξονται δὲ τῶν ματαίων — ἐπιθυμιῶν.*

GALENUS.

Tom. 1. pag. 55. de aequalium medicorum inscitia sic queritur: *ἔδοξέ μοι ζητῆσαι τὴν αἰτίαν ἥτις ποτ' ἐςὶ δι' ἣν καίτοι θαυμάζονΤΑΙ ἅπαντες τὸν ἄνδρα* (Hippocratem) *μήτ' ἀναγινώσκουσιν αὐτοῦ τὰ συγγράμματα μήτ', εἰ καί τῳ τοῦτο παραςαίη, συνίησι τῶν λεγομένων.* Emenda *θαυμάζονΤΕC.*

C. G. C.

AD SCHOLIA IN ODYSSEAM.

Duo notissima compendia inter se permutata sunt ad N. 79. *Φυσικῶς αἱ νῆες τῶν Φαιάκων μετὰ τοῦ πλεῖν ἔσχον καὶ τὸν ὕπνον παρέχειν τοῖς πλέουσιν. — τοῦτο δὲ γράφεται ἵνα μὴ ὁρῶσι τὴν ἐνέργειαν τῶν νεῶν οἱ ἐμπλέοντες.* Vulgo γ́ scribitur pro *γράφεται* et γ́ pro *γίνεται*, quod hic reponendum. Praeterea scribe *καὶ τὸ* (non *τὸν*) *ὕπνον παρέχειν.*

N. 96. *ἐδείχθη σαφῶς ὅτι θαλάσσιος θεὸς ὁ Φόρκυς. κακῶς ὁ Ἀριστοφάνης ἔγραφεν ἐκεῖ* (Odyss. A. 72).

Φόρκυνος θυγάτηρ ἁλὸς ἀτρυγέτοιο μέδοντος.

ἀντὶ γὰρ τοῦ μέδοντος, φησὶν, ἵν' ᾖ ἐπὶ τοῦ Ποσειδῶνος καὶ συνάπτηται τῷ ἑξῆς. Corrig.

Φόρκυνος θυγάτηρ ἁλὸς ἀτρυγέτοιο μέδονΤΙ

(*ἐν σπέσσι γλαφυροῖσι Ποσειδάωνι μιγεῖσα*). *ἀντὶ γὰρ τοῦ μέδοντος* ΜΕΔΟΝΤΙ *φησίν.* et ab initio: *κακῶς οὖν Ἀριστοφάνης ἔγραφεν.*

K. 241.

ὣς οἱ μὲν κλαίοντες ἐέρχατο· τοῖσι δὲ Κίρκη
πάρ ῥ' ἄκυλον βάλανόν τ' ἔβαλεν καρπόν τε κρανείης
ἔδμεναι οἷα σύες χαμαιευνάδες αἰὲν ἔδουσιν.

Scholion: *Ἀρίσαρχος οὐκ οἶδε τὸν σίχον. ὁ δὲ Καλλίστρατος ἀντ' αὐτοῦ γράφει*

παντοίης ὕλης ἐτίθει μελιηδέα καρπόν.

Dindorfius verba *Ἀρίσαρχος οὐκ οἶδε τὸν σίχον* perperam retulit ad vs. 242, qui nullo modo eximi potest. Equidem ad versum sequentem retulerim, qui et exemtilis est et supervacaneus. Callistratus quoque qui sic legebat

τοῖσι δὲ Κίρκη
παντοίης ὕλης ἐτίθει μελιηδέα καρπόν,

tertium versum non agnovisse videtur.

X. 31.

ἴσκε ἕκαστος ἀνὴρ ἐπεὶ ἦ Φάσαν οὐκ ἐθέλοντα
ἄνδρα κατακτείνει· τὸ δὲ νήπιοι οὐκ ἐνόησαν
ὡς δή σφιν καὶ πᾶσιν ὀλέθρου πείρατ' ἐφῆπτο.

Hos tres versus inertes sane et languidos Aristarchus expunxit, cuius rei tenue indicium in Scholiis superest. Namque Scholiorum fons, qui in primis libris multus et copiosus fluebat, sensim magis magisque minuitur et in carminis exitu fere totus exarescit. Rarae sunt veterum Criticorum reliquiae eaeque exiles et lacerae et mutilatae. Una in uno Codice ad h. l. elapsa est his verbis concepta: *οὐδέποτε Ὅμηρος ἐπὶ τοῦ ἔλεγε τὸ ἴσκε ἀλλ' ἐπὶ τοῦ ὡμοίου. Ἡπάτηται οὖν ὁ διασκευαστὴς ἐκ τοῦ*

ἴσκε ψεύδεα πολλὰ λέγων ἐτύμοισιν ὁμοῖα (Od. T. 203).

Supple *ἐπὶ τοῦ ἔλεγε* (*τίθησι*) *τὸ ἴσκε*. Similis est annotatio ad Od. Λ. 583. *ϛεῦτο: νῦν ἵϛατο ἐπὶ τῶν ποδῶν. κέχρηται δὲ τῇ λέξει ὁ διασκευαστὴς παρὰ τὴν τοῦ ποιητοῦ συνήθειαν.*

Alias res agebat Grammaticus, qui ad Π. 79. annotavit *ἔσσωμι: τηρητέον τοῦ ἔσσω τὸν τόνον. πλεονάζει γὰρ το* MI, *ὡς κτείνωμι, ἀγάγωμι, τύχωμι.* Editur a Bekkero:

ἔσσω μὲν χλαῖνάν τε χιτῶνά τε εἵματα καλά,

sed vera lectio servata est P. 550.

ἔσσω μιν χλαῖνάν τε χιτῶνά τε εἵματα καλά.

cui respondet in vicinia vs. 557.

ἔσσει σε χλαῖνάν τε χιτῶνά τε εἵματα καλά.

et omnino ϵCCΩMI absurda et nihili forma est. Credas homini tenuem lineolam fraudi fuisse, qui non animadverterit ϵCCΩMĪ id est *ἔσσω μιν* in vetusto libro esse scriptum.

Odyss. Λ. 58. *περιτυγχάνει αὐτῷ περὶ τὰς Ἅιδου Αὐλάς.* Quid certius esse potest quam Struvii *Πύλας*? Quid notius quam *ὁμῶς ἀΐδαο πύλῃσι, πύλας ἀΐδαο περῆσαι, νεκρῶν κευθμῶνα καὶ σκότου πύλας λιπών*?

C. G. C.

HOMERICA.

Ἀνέσαιμι.

Iliad. Ξ. 208.

εἰ κείνω γεπέεσσι παραιπεπιθοῦσα φίλον κῆρ
εἰς εὐνὴν ἀνέσαιμι δμωθῆναι φιλότητι,
αἰεί κέ σφι φίλη τε καὶ αἰδοίη καλεοίμην.

Quid est et unde est *ἀνέσαιμι*? Aristarchus respondet apud Hesychium: Ἀνέσαιμι: *ἀναπείσαιμι καὶ παρορμήσαιμι.* et apud Apollonium: Ἀνέσαιμι: *ἀναπείσαιμι, ἐποτρύναιμι, προτρεψαίμην.*

εἰς εὐνὴν ἀνέσαιμι δμωθῆναι φιλότητι.

τοιοῦτόν ἐϛι καὶ τό·

οὐδέ κε Τηλέμαχον κεχολωμένον ὧδ' ἀνιείης.

Sed aut ego fallor aut Aristarchus vehementer fallitur. Coniunxit *ἀνέσαιμι δμωθῆναι* et addidit verbo *ἀνέσαιμι* notionem, quae in hunc locum quadrare videbatur.

Quod ad originem attinet quia componit *ἀνέσαιμι* et *ἀνιείης* videtur de verbo *ἀνίημι* cogitare, et sic solet *ἀνιέναι* interpretari. Ξ. 362. *ἀνῆκεν*: *ἀνέπεισεν ἢ παρώρμησεν, ἀπὸ τῶν ἵππων ἡ μεταφορὰ οἷς τὰς ἡνίας ἀνιᾶσιν.* P. 705. *τὸ δὲ ἀνῆκεν ἀνέπεισεν, παρώτρυνεν.* E. 761. *ἄφρονα τοῦτον ἀνέντες. Anecd.* Bekkeri pag. 397. 14. Ἀνέντες: *ἀναπείσαντες.* β. 185. *ἀνιείης*: Scholium: *κυνηγετικὴ ἡ λέξις ὅτε τις κύνα τοῦ δεσμοῦ ἀνιεὶς ἀφήσει κατὰ θηρός.* Apollonius ad E. 880. *ἀλλ' ἀνιεῖς: τῆς μεταφορᾶς οὔσης ἀπὸ τῆς ἀνιεμένης τῶν κυνῶν κατὰ τὰς θήρας ἀφέσεως.* Satis ex his apparere arbitror Aristarchum quum

ἀνέσαιμι interpretaretur esse *ἀναπείσαιμι*, *παρορμήσαιμι* et sim. de his apud Homerum locis cogitare, sed hoc quoque satis perspicuum esse opinor *ἀνέσαιμι* nihil quidquam cum verbo *ἀνίημι* commune habere.

Reliquum est igitur ut more Aristarcheo ex diligenti linguae Homericae observatione et originem verbi *ἀνέσαιμι* et notionem indagemus. Considerandi sunt in ea re hi apud Homerum loci:

Od. *κ*. 361. *ἕς ῥ' ἀσάμινθον* ϝΕCACA *λόε*.

Od. *ξ*. 280. *ἐς δίφρον δέ μ' ϝΕCAC ἄγε ϝοίκαδε*.

ubi Harleianus: *ἡ Αἰολική* (leg. *ἡ Ἀργολική*) „*ἐς δίφρον δ' ἀνέσας*."

Iliad. N. 657. *εἰς δίφρον δ'* ANϵCANTϵC *ἄγον*.

ubi Didymus: *Ἀπολλώνιος ὁ Ῥόδιος ἐν τῷ πρὸς Ζηνόδοτον „ἐς δίφρον (δ') ἀναθέντες*."

Od. *ν*. 274.

τούς μ' ἐκέλευσα Πύλονδε κατασῆσαι καὶ ἐφέσσαι.

ubi Harleianus: *ἡ Ῥιανοῦ ἀποφάσσαι* (legendum *ἀφέσσαι*) *ἀποπέμψαι*.

Od. *ο*. 277. *ἀλλά με νηὸς ἔφεσσαι*.

Od. *ξ*. 295. *ἐς Λιβύην μ' ἐπὶ νηὸς ἐφέσσατο*.

vulgo *ἐέσσατο*. scholion: *Ῥιανός φησιν ἐφέσσατο. Ζηνόδοτος ἐφείσατο*.

Od. *π*. 443.

πολλάκι γούνασι ϝοῖσιν ἐφεσσάμενος κρέας ὀπτόν
ἐν χείρεσσιν ἔθηκεν ἐπέσχε τε ϝοῖνον ἐρυθρόν.

Iliad. I. 455.

μήποτε γούνασι ϝοῖσιν ἐφέσσεσθαι φίλον υἱόν
ἐξ ἐμέθεν γεγαῶτα.

A. 310. *ἀνὰ δὲ Χρυσηίδα — εἷσεν ἄγων*.

Γ. 382. *κὰδ δ' εἷσ' ἐν θαλάμῳ*.

Haec omnia unam et eandem notionem continent et ex eadem stirpe prognata sunt. Hesychius *Ἔφέσσαι: ἐπικαθίσαι τῇ νηΐ*. Idem *Ἀνέσαντες: ἀνακαθίσαντες*. De industria utuntur Critici veteres verbis ex *καθίζειν* compositis ut appareat verbum ϝϵΖϵIN in his antiquis glossis inesse. Rectissime, ut opinor. Fuisse olim videntur duo verba transitiva ϝϵΖΩ et ϝΙΖΩ, quorum *ἵζω*, *ἐφίζω*, *καθίζω* tulerunt aetatem, ex ϝϵΖΩ nihil superest praeter *aoristum* *ἕσας*, *ἕσασα*, *ἀνέσαντες*, *ἀνέσαιμι* de quo

agimus, ἐφέσσαι, ἔφεσσαι, ἐφέσσατο, ἐφέσσεσθαι, ἐφεσσάμενος, et in indicativo ΘΙCA, ἀνὰ δὲ — εἶσεν ἄγων, κὰδ' δ' εἶσ' ἐν θαλάμῳ. De significandi potestate, quae in his omnibus est una et eadem, nulla potest esse dubitatio. Proprie dicitur γούνασι τοῖσιν ἐφεσσάμενος, ἐφέσσεσθαι, improprie ἀνέσαντες εἰς δίφρον, εἰς πλοῖον, εἰς ἀσάμινθον et sim. Sermone populari dixeris ἐμβιβάσαι vel ἀναβιβάσαι vel ἐνθεῖναι vel ἀναθεῖναι. Iam credo lux affulget. Non debebat Aristarchus coniungere ἀνέσαιμι ὁρωθῆναι, sed εἰς εὐνὴν ἀνέσαιμι, ut εἰς δίφρον ἀνέσαντες, et omnia plana et perspicua sunt. Dissidebant vir et uxor, quos Iuno se velle dicit εἰς εὐνὴν ἀναβιβάσαι. Eodem sensu Homerus saepe dixit ἐπιβῆσαι veluti νηῶν, ἵππων, πυρῆς ἐπέβησεν, et metaphorice ἀναιδείης, ἐϋφροσύνης, σαοφροσύνης ἐπιβῆσαι. In re amatoria ut dicitur εἰς εὐνὴν ἀνέσαι, sic et εὐνῆς ἐπιβήμεναι. Od. κ. 333.

νῶϊ δ' ἔπειτα Εὐνῆς ἡμετέρης ἐπιβείομεν.

et vs. 342.

οὐδ' ἂν ἔγωγ' ἐθέλοιμι τεῆς ἐπιβήμεναι εὐνῆς.

Est etiam alterum vitium et error eorum, qui ἀνιέναι interpretantur esse ἀναπείθειν, παρορμᾶν, ἐποτρύνειν, προτρέπεσθαι. Nihil horum, sed Homericum ἀνιέναι est ἐπαίρειν, id est impellere ad facinus malum, improbum, calidum, audax, temerarium, cuius posthac poeniteat, *instigare*. Sic dicitur Od. β. 185.

οὐδέ κε Τηλέμαχον κεχολωμένον ὧδ' ἀνιείης.

ubi ἀναπείθοις, παρορμῴης esset absurdum. Iliad. E. 761.

ἄφρονα τοῦτον ἀνέντες.

E. 879.

ταύτην δ' οὔτε τέπει προτιβάλλεαι οὔτε τι τέργῳ,
ἀλλ' ἀνιεῖς, ἐπεὶ αὐτὸς ἐγείναο παῖδ' ἀτίδηλον.

et saepe alibi. Itaque si quis pro *impellere* ad deponendas inimicitias vel odia, ad gratiam reconciliandam, ad redintegrandum amorem ἀνιέναι vel ἐπαίρειν vellet dicere intelligentibus risum deberet.

Itaque nunc quidem Aristarcheam interpretationem reiiciemus et luculento hoc exemplo moniti semper tenebimus Aristarchum quoque in talibus quum certa interpretandi via non pateret ἐκ

τῶν συμφραζομένων excogitare aliquid quod probabile esset. Fefellit nonnumquam in talibus acutissimum virum opinio. Quis mirabitur? Discamus potius ne in Aristarchi quidem verba iurare, et propterea inspiciamus alium opinionis errorem, in quem Criticorum princeps implicatus est in Iliad. K. 226.

μοῦνος δ' εἶπερ τε νοήσῃ
ἀλλά τέ τοι βράσσων τε νόος, λεπτὴ δέ τε μῆτις.

Aristonicus: ἡ διπλῆ ὅτι οἱ γλωσσογράφοι βράσσων ἀντὶ τοῦ ἐλάσσων ἀπὸ τοῦ βραχύς· ἀλλ' οὐδαμοῦ κέχρηται τούτῳ Ὅμηρος. ἀποδοτέον οὖν βρασσόμενος ταρασσόμενος διὰ τὸ δέος, οὐχ ἑσηκὼς διὰ τὴν ἀγωνίαν. Ipsi Aristarcho reponi possit: ἀλλ' οὐδαμοῦ τούτῳ κέχρηται Ὅμηρος. Verbi βράσσω pro ταράσσω nusquam vola aut vestigium est. Contra βραχύς, βράσσων, βράχιστος certa analogia nititur. Itaque nemo in ea re Aristarchi auctoritatem secutus est et βράσσων νόος accipitur ab omnibus ut in Timonis versiculo:

νοῦν δ' εἶχεν ἐλάσσονα κινδάψοιο.

Herodianus περὶ Μον. Λ. p. 37. 4. enumerans θάσσων, βράσσων, πάσσων, μάσσων, βάσσων (βαθύς) et ἐλάσσων, de Aristarchi opinione ne verbum quidem facit, quia iam nemo, credo, eam tuebatur.

APOLLONIUS RHODIUS.

Vidimus Apollonium Rhodium laudari ἐν τῷ πρὸς Ζηνόδοτον et ab eo pro ἀνέσαντες legi ἀναθέντες, id est pro antiqua glossa vocabulum populari sermone tritum. Si scripsit *contra Zenodotum* facile intelligimus de Homeri interpretatione et emendatione in eo libro actum fuisse. Sitne ἀναθέντες Apollonii correctio an non sit quis dicat? Sed si sic pro obscuro et antiquato ἀνέσαντες de suo scripsit vile damnum est caetera periisse. Omnino non is est Apollonius Rhodius, quem ex *Argonauticis* probe cognitum habemus, ut eum de linguae Homericae usu dicentem audire cupias. Incredibile dictu est in quam portentosos errores se homo implicet quum se linguam Homeri imitari putat. Ecquando philologi sapere audebimus et has poëtastrorum nugas et ineptias contemnere et deridere? Quam sit haec stolida et absurda lingua, qua Homeri imitator

scilicet utatur, uno insigni exemplo ostendere iuvat. Versatur in lepido et iocoso argumento lib. III. vs. 91. sqq. Queritur Venus de filii, Cupidinis, protervitate et contumacia. Proponam locum lingua populari scriptum, deinde verba poëtae subiiciam. ὦ Ἥρα καὶ Ἀθηνᾶ, inquit, ὑμῖν μᾶλλον ἂν πίθοιτο ἢ ἐμοί· ὑμῶν μὲν γὰρ αὐτῷ καίπερ ἀναισχύντῳ ὄντι ὀλίγη γέ τις αἰδὼς ἐν ὀφθαλμοῖς ἔσαι, ἐμοῦ δὲ οὐδὲν φροντίζει. ἀλλ' ἀεὶ φιλονικῶν καταφρονεῖ. ἤδη δὲ καὶ ὑπερκλαγήσασα τῷ πράγματι ἠπείλησα τὰ τόξα αὐτῷ καὶ τοὺς ὀϊστοὺς κατακλάσειν, ὁ δὲ ὀργισθεὶς ἀντηπείλησεν ὅτι εἰ μὴ καθέξω τὼ χεῖρε, ἕως ἔτι τοῦ θυμοῦ κρατεῖ, αὐτὴ ἐμαυτὴν αἰτιάσομαι. Haec igitur Apollonius sic grandiloqua oratione epica vestivit:

Ἥρη Ἀθηναίη τε, πίθοιτό κεν ὔμμι μάλιστα
ἢ ἐμοί· ὑμείων γὰρ ἀναιδήτῳ περ ἐόντι
τυτθή γ' αἰδὼς ἔσσετ' ἐν ὄμμασιν· αὐτὰρ ἐμεῖο
οὐκ ὄθεται, μάλα δ' αἰὲν ἐριδμαίνων ἀθερίζει.
καὶ δή οἱ μενέηνα περισχομένη κακότητι
αὐτοῖσιν τόξοισι δυσηχέας ἄξαι ὀϊστούς
ἀμφαδίῃ. τοῖον γὰρ ἐπηπείλησε χαλεφθείς
εἰ μὴ τηλόθι χεῖρας ἕως ἔτι θυμὸν ἐρύκει
ἔξω ἐμὰς μετέπειτά γ' ἀτεμβοίμην ἑοῖ αὐτῇ.

Scatent haec vitiis, quorum pauca verbo indicare satis est. Absurdum esse vides ὔμμι μάλιστα ἢ ἐμοί, pro μᾶλλον, ἀναίδητος pro ἀναιδής, τηλόθι χεῖρας ἔχειν pro κατέχειν τὼ χεῖρε, ἀτεμβοίμην omisso ὅτι, pro futuro, pro μέμφομαι positum, et turpissimum omnium ἑοῖ pro ἐμοί. Nempe hi poëtrastri, ut notum est, trium personarum pronomina et possessiva susque deque habent et σφωΐτερος (ut hoc utar) ponunt pro *meus*, *tuus*, *suus*, *noster*, *vester*, quasi nihil quidquam discriminis inter haec omnia intercederet: et licebat iis quidem loqui suo arbitratu, sed ab Homero abstineant manum et in crisi carminum Homericorum testes ne producantur. Infames enim omnes intestabilesque sunt.

Λέξεις Ἀριστάρχου.

Nonnumquam in Scholiis Didymi ipsa Aristarchi verba ἐκ τῶν ὑπομνημάτων describuntur, veluti ad Iliad. A. 97. ubi duplex ferebatur scriptura:

οὐδ' ὅγε πρὶν λοιμοῖο βαρείας χεῖρας ἀφέξει,
et οὐδ' ὅγε πρὶν Δαναοῖσιν ἀεικέα λοιγὸν ἀπώσει.

ut appareat utra sit Aristarchea Didymus haec adscripsit: Λέξεις ἐκ τῶν πρὸς Κωμανόν· „τὸ μὲν ἀεικέα λοιγὸν ὄλεθρον ἀπεικότα λέγει· τοῦτο δέ ἐστιν ἀπεχθῆ. ἀπριάτην δὲ σαφὲς ὡς ἄνευ τοῦ πρίασθαι καὶ ταὐτὸν τῷ νῦν λεγομένῳ δωρεάν."

Iliad. A. 423. λέγει Ἀρίσταρχος (scrib. λέξεις Ἀριστάρχου) ἐκ τοῦ Α. τῆς Ἰλιάδος ὑπομνήματος· „τὸ μὲν μετ' ἀμύμονας ἐπ' ἀμύμονας, ὅ ἐστι πρὸς ἀμώμους, ἀγαθούς· τὸ δὲ κατὰ δαῖτα ἀντὶ τοῦ ἐπὶ δαῖτα· οὕτω γὰρ νῦν Ὅμηρος τέθεικεν. ἔνιοι δὲ ποιοῦσι ΜΕΤΑ δαῖτα, ὅπως ᾖ αὐτοῖς αὐτόθεν τὸ ΜΕΤΑ ἐπί. χρῶνται δὲ καὶ πλείονες ἄλλοι τῶν ποιητῶν τῇ ΚΑΤΑ ἀντὶ τῆς ΕΠΙ. Σοφοκλῆς·

ἐγὼ κατ' αὐτὸν, ὡς ὁρᾷς, ἐξέρχομαι."

Operae pretium est cum his conferre antiquum Scholion ad Aristophanis *Aves* 1117.

οὔκουν δῆτα περιπόλους ἐχρῆν
πέμψαι κατ' αὐτὸν εὐθύς;

πρὸς τὴν ἐν Ἰλιάδι γραφήν·

χθιζὸς ἔβη ΚΑΤΑ δαῖτα.

sic enim hunc locum emendari oportere ostendimus in *Var. Lectt.* pag. 109. Quin verum sit κατὰ δαῖτα (non μετά) nemo dubitat, sed quibus utuntur poëtarum testimoniis Aristophanes et Aristarchus minus huc pertinent. Aliud est enim ἐξιέναι κατά τινα et πέμπειν περιπόλους κατά τινα, aliud ἔβη κατὰ δαῖτα. Dicitur enim κατὰ δαῖτα ut κατ' ἐμπορίαν, καθ' ἱστορίαν, κατὰ ζήτησιν βίου, κατὰ λείαν, ἥκεις δὲ κατὰ τί; et sim. permulta. Contra ἐξιέναι κατά τινα est *ire in hostem*, πέμψαι κατ' αὐτόν est *immittere in eum*, *mittere qui ex fuga retrahant et adducant*. Ἔβη κατὰ δαῖτα nihil aliud est quam δειπνήσων. Eodem modo Theocritus dixerat VII. 24.

ἢ ΚΑΤΑ δαῖτα κλητὸς ἐπείγεαι;

non μετὰ δαῖτα. et Homerus T. 346.

οἱ δὲ δὴ ἄλλοι Οἴχονται ΚΑΤΑ δεῖπνον.

non quod vulgatur μετὰ δεῖπνον. Sed haec obiter. Redeo ad Aristarchi λέξεις.

Ad Iliad. B. 125.

Τρῶας μὲν λέξασθαι ἐφέσιοι ὅσσοι ἔασιν.

Didymus: 'Αριστάρχου λέξεις ἐκ τῶν ὑπομνημάτων. „ἐὰν καὶ τὰ παιδία καὶ τοὺς πρεσβύτας ἀριθμήσωσιν, οὐ μὴ γένωνται ὅσοι ἡμεῖς. τοῦτο δὲ (ἐΦέσιοι) ἐστὶ κατοικίδιοι καὶ ἔναυλοι. καὶ ἐν 'Οδυσσείᾳ· (ζ. 265).

πᾶσιν γὰρ ἐπίσιόν ἐστιν ἑκάστῳ.
ὡσεὶ κατάλυμα παρὰ τῇ νηΐ."

Ad Iliad. B. 420. λέξις ὑπόκειται διὰ τοῦ Α τῶν ὑπομνημάτων. —

„ἀλλ' ὅγε δέκτο μὲν ἰρά, πόνον δ' ἀλίαστον ὄφελλεν.

οἷον αἴσια ἐσήμηνεν ὥστε λέγειν τοὺς μάντεις ὅτι δέδεκται. τοιοῦτον μέντοι πόνον αὐτοῖς ηὔξεν ὃν οὐκ ἂν ἐκκλίναιεν. γελοῖον γὰρ ἂν ἦν εἰ μὴ ἐποίει τοῦτο."

Iliad. B. 435.

μηκέτι νῦν δήθ' αὖθι λεγώμεθα.

Didymus: οὕτως αἱ 'Αριστάρχου λέξεις ἐκ τοῦ Β. τῆς 'Ιλιάδος. „δηθά πολὺν χρόνον, αὖθι αὐτοῦ, λεγώμεθα συναθροιζώμεθα. ὁ δὲ λόγος τοιοῦτος· μηκέτι νῦν ἐπὶ πολὺν χρόνον αὐτοῦ συνηθροισμένοι μένωμεν. Ζηνόδοτος δὲ ποιεῖ·

μηκέτι (add. δὴ) νῦν ταῦτα λεγώμεθα."

Iliad. Γ. 406.

θεῶν δ' ἀπόειπε κελεύθους.

Didymus: 'Αρίσαρχος ἀπόειΚε διὰ τοῦ Κ καὶ χωρὶς τοῦ Σ κελεύθΟΤ. — προσθήσειν μοι δοκῶ καὶ τὴν 'Αριστάρχου λέξιν οὕτως ἔχουσαν· „τῆς δὲ εἰς τοὺς θεοὺς ὁδοῦ εἶκε καὶ παραχώρει μὴ βαδίζουσα εἰς αὐτούς."

Ad Iliad. Τ. 470.

ἐκ δέ τοι ἥπαρ ὅλισθεν, ἀτὰρ μέλαν αἷμα κατ' αὐτοῦ
κόλπον ἐνέπλησεν.

Didymus: ἐνέπρησεν Φιλόξενος καὶ 'Αρίσαρχος. περὶ δὲ τῆς γραΦῆς 'Αρίσαρχος ἐν ὑπομνήματι Φησὶν οὕτως· „τὸ αἷμα ἀπὸ τοῦ ἥπατος ἐκρούνιζε χύδην καὶ τὸν τοῦ χιτῶνος κόλπον ἐνεΦύσησεν."

Est operae pretium Aristarchum audire ad Iliad. Ω. 8.

ἀλεγεινά τε κύματα ΠΕΙΡΩΝ.

'Αρίσαρχος βαρύνων ἀναγινώσκει (πείρων) ὡς κείρων. Φησὶ γοῦν οὕτω γενόμενος ἐπὶ τοῦ·

παννυχίη μέν ῥ' ἦγε καὶ ἠῶ πεῖρε κέλευθον. „τὸ πεῖρε διδάσκει ἡμᾶς καὶ τὴν πείρων μετοχὴν βαρύνειν, ὡς γὰρ ἔκειρε κείρων, οὕτως ἔπειρε πείρων. εἰ γὰρ περιεσπᾶτο ἦν ἂν ὁ παρατατικὸς ἐπείρα." Sic cautus et perspicax linguae Homericae usum et rationem indagabat semper ex certis incerta constituens.

Ad Iliad. Ω. 235. ἐξεσίην ἐλθόντι. Didymus: Ἀρίσαρχος δασύνει τὴν δευτέραν συλλαβήν. „παρὰ γὰρ τὸ ἵημι, φησίν, ἐγένετο. ἐπιφέρει γοῦν·

πρὸ γὰρ ἧκε πατὴρ ἄλλοι τε γέροντες.

παρὰ δὲ τὸν ἥσω μέλλοντα ἡ ἐσία ἐγένετο καὶ ἡ ἐξεσία, ὡς καὶ παρὰ τὸ θήσω θεσία·

πῇ δὴ συνθεσίαι δέ (B. 339).

τὸ αὐτὸ καὶ ἐπὶ τοῦ·

τῶν ἕνεκ' ἐξεσίην (Od. Φ. 20)."

Ex his paucis fragmentis facile colligimus quo pacto Aristarchus in commentariis scribendis sit versatus. Vertebat priscum sermonem epicum in linguam popularem et observationes omne genus de verbis rebusque Homericis intexebat. Aristonicus quum τὰ τοῦ Ἀριστάρχου σημεῖα ex ipsius scriptis et commentariis (ἐκ τῶν συγγραμμάτων καὶ τῶν ὑπομνημάτων) interpretaretur verba ipsa summi Critici servavit, itaque ipsum tamquam praesentem audimus et cernimus quemadmodum linguae Homericae analogiam sollertissime indagans tam acute quam caute ex certis incerta constitueret et contentus iis quae sciri possent contemserit futiles hariolationes reliquorum, quae fructum nullum ferunt, sed sano homini fastidium et nauseam pariunt. Raro in lubrico pedem ponit certae et evidentis *analogiae* sub aegide tutus. Quaerebatur quid esset ΓϵΝΤΟ in γέντο δ' ἰμάσθλην. Argutantur alii alia; quid Aristarchus? Annotavit ad Θ. 43. (ἡ διπλῆ) ὅτι ἐκ τῶν συμφραζομένων νοεῖται τεταγμένον ἀντὶ τοῦ ἔλαβεν. et ad N. 25. (ἡ διπλῆ) ὅτι ἐκ τῶν συμφραζομένων τὸ ΓϵΝΤΟ ἔλαβεν σημαίνει. ut legitur in nova Scholiorum editione Dindorfii, quae ante hos paucos dies in manus meas pervenit.

ΝΥΝ – νῦν et νυν.

Frequenti admodum errore scribae pro ΝΥΝ, quum esset

Ionica forma enclitica pro *σῦν*, adverbium temporis *νῦν* supposuerunt. Exempla pauca de multis haec vide:

E. 410. *τῷ νῦν Τυδεΐδης Φραζέσθω.*
Z. 224. *τῷ νῦν σοὶ μὲν ἐγὼ ξεῖνος.*
Ξ. 198. *δὸς νῦν μοι Φιλότητα.*
219. *τῇ νῦν.*
271. *ἄγρει νῦν μοι ὄμοσσον.*
N. 230. *τῷ νῦν μήτ' ἀπόληγε.*
O. 115. *μή μοι νῦν νεμεσήσετε.*
254. *θάρσει νῦν.*
Θ. 548. *τῷ νῦν μηδὲ σὺ κεῦθε.*

et his omnibus locis *νυν* pro *νῦν* restituendum est et aliis multis ubi sententia *οὖν* vel *δή* requirit.

Annotatur ad Iliad. A. 421.

ἀλλὰ σὺ μὲν νῦν νηυσὶ παρήμενος - μήνιε.

τὸ NTN *ἀντὶ τοῦ δή. διὸ καὶ Τυραννίων ἠξίου ὀξύνειν, οὐκ εὖ.* Enclitica sunt *νυν* et *νυ*, itaque scribendum:

σὺ μέν νυν.

GRAMMATICORUM ERRORES.

In farragine Scholiorum ex libris omne genus undique congesta, qua hodie ad carminum Homericorum interpretationem et emendationem utimur, ut plurima leguntur summi pretii et auro contra cara, sic etiam apparent passim aegrorum somnia et stolidorum hominum deliramenta et eorum qui feraci ingenio abutebantur commenta et ludibria, quae sano ac sobrio homini aut bilem movent aut risum. Horum bona pars ingenii ostentandi causa et ut aliquid novi proferretur a grammaticis aut lepide aut illepide excogitata est. Incredibile dictu est quam mirifica monstra et portenta nonnumquam perdocti magistri loquantur. Quid potest esse simplicius et ad intelligendum apertius quam est dictum Agamemnonis Iliad. A. 117.

βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι ἢ ἀπολέσθαι?

satis est enim semel animadvertisse compositionis Homericae consuetudinem in *βούλομαι - ἤ* vel *ἠέπερ*. Λ. 319.

Τρωσὶν δὴ βόλεται δόμεναι κράτος ἠέπερ ἡμῖν.

P. 331.

ἡμῖν δὲ Ζεὺς μὲν πολὺ βούλεται ἢ Δαναοῖσι
νίκην.

ρ. 81.

αὐτὸν ἔχοντα σὲ βούλομ' ἐπαυρέμεν ἤ τινα τῶνδε.

ρ. 404.

αὐτὸς γὰρ φαγέμεν πολὺ βούλεαι ἢ δόμεν ἄλλῳ.

Audi nunc magistrum nescio quem magna gravitate ita docentem: *ὁ δὲ λόγος* (inquit) *τοιοῦτος· θέλω, φησὶν, ἐγὼ τὸν ὄχλον μᾶλλον σώζεσθαι* ΚΑΙ *αὐτὸς ἀπολέσθαι. ὁ γὰρ* Ἡ *σύνδεσμος ἀντὶ τοῦ* ΚΑΙ *παρείληπται τῷ ποιητῇ.* Sumit homo pro certo et concesso quod falsum et absurdum est, ut ex verbis apertissimis sententiam male sanam extundat. Zenodoto autem quid facias qui hunc versum expunxit *ὡς τῆς διανοίας εὐήθους οὔσης.* Fatuum ei videbatur imperatorem dicere *„malo exercitum salvum esse quam perire,"* quasi ulla de ea re posset esse dubitatio. Paucis verbis rem restituit Aristarchus.

Vide et in vicinia incredibile *παράδραμα Πτολεμαίου τοῦ Ὀρφάνδου* A. 120. Lepidus est etiam grammaticus nescio quis ad Δ. 228 docens: *οὐδὲν πατρωνυμικὸν παρὰ τῷ ποιητῇ ἔχει πρὸ τέλους διεσαλμένον τὸ* I *ἀπὸ ἑτέρου φωνήεντος οἷον* Πανθοΐδης, Βοηθοΐδης, Πηλείδης, namque plane contra est, ut nunc nemo nescit et tum quoque sciri poterat.

Tetrasyllaba antiquitus fuisse patronymica Πηλεΐδης, Ἀτρεΐδης, Τυδεΐδης et complures apud Pindarum et Tragicos loci ostendere poterant et notissimum *σκολιόν*·

ἵνα περ ποδώκης Ἀχιλεύς
Τυδεΐδην τε φασὶν Διομήδεα.

Sed semper cavendum ne mendosa scriptura decepti ea veteribus magistris vitio vertamus, de quibus numquam cogitarunt. Ad Od. ψ. 310. adscribit Bekkerus ex Codice Vindobonensi: *ῥητορικὴν ποιεῖται ἀνακεφαλαίωσιν τῆς ὑποθέσεως καὶ ἐπιτομὴν τῆς Ὀδυσσείας.* ΚΑΛΩC *οὖν ἠθέτησεν Ἀρίσταρχος τοὺς τρεῖς καὶ τριάκοντα.* Imo vero ΚΑΚΩC *οὖν.* Sic saepe ex scribarum oscitantia A male addito aut omisso contrarium nunc dicitur quam olim dictum fuit. Vidimus *πιθανός* pro *ἀπίθανος* scribi apud Strabonem et Flavium Iosephum. *Πιθανῶς* stulte scribitur ad

iad. N. 658. pro Ἀπιθάνως. Ad. Il. Ψ. 772. legitur ψεύδεται ινήθως Ὅμηρος pro Ἀσυνήθως. et ad B. 169. τὸ ὑπερφίαλον τὸ ολὺ σημαίνει καὶ ἄμετρον, ὡς τῆς Φιάλης Ἀμέτρου οὔσης, imo ero Μέτρου οὔσης. In Bekkeri *Anecdotis* pag. 79. 9. docemur: μαρτεῖν καὶ ἀδικῆσαι διαφόρως τάσσουσιν. noli credere, ed Ἀδιαφόρως. Ibid. pag. 97. 23. Ἔνωμον: τὸ κατὰ πᾶν ἔπειρον, emenda τὸ κατά TI Ἀπέπειρον. In Scholio ad Aristohanis *Thesmoph.* 917. annotatur: ἀνάξιος δ' ἂν εἴη ὁ Καλλίστρατος πιστεύεσθαι ὡς ἂν περὶ διδασκάλου τοῦ Ἀριστοφάνους λέγων. mo vero Ἄξιος, ut opinor.

Ἀθετήσεις DEPERDITAE.

Annotationes Criticorum, quae supersunt, multis modis sunt itiatae, decurtatae et mutilatae. Praeterea complures Aristarhi observationes et ἀθετήσεις funditus interierunt, praesertim ı Odyssea, ut ex indiciis quibusdam, quae in Veneto A et B. ervata sunt, ostendemus.

Od. B. 434.

παννυχίη μέν ῥ' ἦγε καὶ ἠῶ πεῖρε κέλευθον.

l Il. Ω. 8. ἀλεγεινά τε κύματα πείρων annotatur πείρων: κρυτόνως· φησὶ γοῦν

παννυχίη μέν ῥ' ἦγε καὶ ἠῶ πεῖρε κέλευθον.

δὲ καὶ οὗτος ἀθετεῖται ἄλλο φησίν· ἄλλα τ' ἔπειρον. ld. γ. 33).

Od. M. 78.

οὐδ' εἴ τοι χεῖρές τε ἑκατόν τε καὶ πόδες εἶεν.

notatur ad Iliad. B. 489.

οὐδ' εἴ μοι δέκα μὲν γλῶσσαι, δέκα δὲ στόματ' εἶεν.

διπλῆ ὅτι ἡ ἰδιότης τῆς ὑπερβολῆς Ὁμηρική· καὶ ἐν Ὀδυσσείᾳ·

οὐδ εἴ οἱ χεῖρές τε ἑκατόν τε καὶ πόδες εἶεν.

δὲ ἀναφορὰ πρὸς τοὺς περιγράφοντας τούτους τοὺς στίχους. Manifestum hinc est Zenodotum hos versus damnasse, Aristarchum retinuisse.

Od. M. 374.

ὠκέα δ' Ἠελίῳ Ὑπερίονι ἄγγελος ἦλθεν.

A. 424. *χθιζὸς ἔβη κατὰ δαῖτα.*

A. 484. *ἵκοντο κατὰ στρατόν.*

Didymus: *Ἀρίσταρχος κατά, οὐ μετά. καὶ „χθιζὸς ἔβη κατὰ δαῖτα.“*

B. 163. *ἴθι νῦν κατὰ λαόν.*

Scholium: *σύμπασαι εἶχον κατὰ λαόν, ἀντὶ τοῦ μετά.*

N. 227.

ὅς ῥα νέον πολέμοιο μετὰ κλέος εἰληλούθει.

Scholium: *Ἀριστοφάνης* ΚΑΤΑ *κλέος.*

A. 364.

γήμας δ' ἐκ θαλάμοιο μετὰ κλέος ἵκετ' Ἀχαιῶν.

nihil notatur, sed multa suadent ut credam ΚΑΤΑ *κλέος* esse lectionem Aristarcheam eamque utrobique reponendam.

Quis autem dubitabit in Iliad. T. 346.

οἱ δὲ δὴ ἄλλοι Οἴχονται ΜΕΤΑ *δεῖπνον.*

reponere id quod rei natura et dicendi usus flagitant:

οἴχονται ΚΑΤΑ *δεῖπνον,*

id est *δειπνήσοντες.*

Ἐπί — προτί, ποτί.

Hae quoque praepositiones in Homeri carminibus frequentissime inter se misceri videbis. In hac confusione non sententia laborat (namque eodem redit *ἐπὶ νῆας* et *προτὶ νῆας*) sed metrum. Itaque postquam semel liquido constabit haec in libris inter se permutari solere, licebit fortasse ad metri labem tollendam eo remedio uti ut pro re nata *ἐπί* in *προτί* convertatur et contra.

Nunc Homeri locos inspiciamus K. 347.

αἰεί μιν ἐπὶ νῆας ἀπὸ στρατόφιν προτιφειλεῖν.

Didymus: *Ἀρίσταρχος ἐπὶ νῆας ἀντὶ τοῦ ποτὶ νῆας.*

K. 336. *βῆ δ' ἰέναι προτὶ νῆας.*

Scholium *ἐπὶ νῆας*: *γράφεται προτὶ νῆας.*

K. 281. *δὸς δὲ πάλιν ἐπὶ νῆας — ἀφικέσθαι.*

Ω. 199. *κεῖσ' ἰέναι ἐπὶ νῆας·*

289. *ὀτρύνει ἐπὶ νῆας.*

295. *τῷ πίσυνος ἐπὶ νῆας ἴης.*

313. *τῷ πίσυνος ἐπὶ νῆας ἴω.*

δ. 779. *βῆ δ' ἰέναι ἐπὶ νῆα.* κ. 407. μ. 367.

in his omnibus restitues metrum scribendo *προτὶ νῆας, νῆα*, ut

recte scribitur O. 295. 305. ποτὶ νῆας. H. 310. ἦγον προτὶ ῥάϛυ. H. 83. οἶσω προτὶ Ϝίλιον ἱρήν, et aliis locis.

Facile nunc emendari poterit locus A. 609.

Ζεὺς δὲ πρὸς τὸν λέχος ἦϊ' Ὀλύμπιος.

imo vero Ζεὺς δ' ἐπὶ τὸν λέχος.

Ἐπὶ — ποτί.

Φ. 426.

τὼ μὲν ἄρ' ἄμφω κεῖντο ἐπὶ χθονί.

Scholium: γράφεται ποτὶ χθονί.

θ. 378.

ὠρχείσθην δὴ ἔπειτα ποτὶ χθονὶ πουλυβοτείρῃ.

μ. 191.

ϝίδμεν δ' ὅσσα γένηται ἐπὶ χθονὶ πουλυβοτείρῃ.

vides nihil interesse inter ποτὶ χθονὶ et ἐπὶ χθονί. quod metrum flagitat id ponitur.

Κατά et ποτί confusa sunt Ξ. 173. Vulgata lectio erat:

τοῦ καὶ κινυμένοιο Διὸς ποτὶ χαλκοβατὲς δῶ
ἔμπης ἐς γαῖάν τε καὶ οὐρανὸν ἵκετ' ἀϋτμή.

Aristarchus emendavit κατά pro ποτί. Didymus: γραπτέον ὡς Ἀρίϛαρχος ΚΑΤΑ χαλκοβατές δῶ. ὁ γὰρ λόγος· οὗ κινουμένου κατὰ τὸν τοῦ Διὸς οἶκον ὁμοίως ἐπί τε γῆν καὶ οὐρανὸν ἡ ἀποφορὰ διϊκνεῖται. Ipsius Aristarchi haec paraphrasis est. Vulgata nata videtur ex A. 426.

καὶ τότ' ἔπειτά τοι εἶμι Διὸς ποτὶ χαλκοβατὲς δῶ.

Ποτί et περί confusa sunt Ξ. 398.

τόσσον γε ποτὶ δρυσὶν ὑψικόμοισιν Ἠπύει.

ubi in aliis est περὶ δρυσίν.

Memorabilis locus est Θ. 378.

ὄφρα ϝίδωμαι
ἢ νῶϊ Πριάμοιο πάϊς κορυθαιόλος Ἕκτωρ
γηθήσει προφανέντε ἀνὰ πτολέμοιο γεφύρας.

Ante Aristarchum legebatur:

γηθήσει προφανείσας ἰδὼν ἐς δοῦπον ἀκόντων.

Aristarchus vidit προφανέντε esse verum et comparavit πληγέντε κεραυνῷ vs. 455. et ex Hesiodo:

Αἰδὼς καὶ Νέμεσις — καλυψαμένω χρόα καλὸν
ἀθανάτων μετὰ φῦλον ἴτον προλιπόντ' ἀνθρώπους.

Videntur iam olim veteres mirati quid esset προφανέντε temere antiquam scripturam mutasse et προφανείσας substituisse de suo nugati ultimam esse brevem ut in forma Dorica. Rectissime igitur veterem formam Aristarchus in lucem revocavit, sed quod substituit ἀνὰ πτολέμοιο γεφύρας propter ingratissimum hiatum προφανέντε ἀνά non est ullo modo ferendum. Utraque scriptura in unam conflata exibit versus Homero dignus:

γηθήσει προφανέντε γιδὼν ἐς δοῦπον ἀκόντων.

ut Λ. 364. ἰὼν ἐς δοῦπον ἀκόντων, et alibi.

'HPOMHN non 'HPAMHN.

Verbum Homericum ἀείρω et ἀείρομαι habet aoristum *primum* ἦειρα, ἄειρον, ἀεῖραι, ἀείρας et in forma media ἀειράμενος. Habet etiam in forma media aoristum *secundum* ἠρόμην, ἀρόμην.

τὴν ἀρόμην Ψ. 592.
τὴν ἄρετ' ἐξ ἐνάρων, I. 188.
τὴν ἄρετ' ἐκ Τενέδοιο. Λ. 625.
ἀέθλια ποσσὶν ἄροντο. I. 124.
κλέος - ἀροίμην. Σ. 121.
κῦδος ἄροιο. Δ. 95.
κῦδος ἄροιτο. Ε. 3.
ἀροίμεθά κε κλέος ἐσθλόν. Ε. 273.
κῦδος ἄρηαι. Π. 84.
ἵνα - μισθὸν ἄρηται. Μ. 435.
ἵν' ὑπέρτερον εὔχος ἄρησθε. Λ. 290.
εὔχος ἀρέσθαι. Ξ. 365.
κῦδος ἀρέσθαι. Μ. 407.
κῦδος ἀρέσθ' ἐπὶ ναυσί. Σ. 294.

et similia his reperiuntur passim. Sed factum est post Homericam aetatem ut in Attica ἀείρω in αἴρω contraheretur et aoristus esset ἦρα, ἆραι, ἄρας, et in forma media ἠράμην, ἀραίμην, ἄρασθαι, ἀράμενος. Cum his igitur formis Homericae misceri et permutari coeptae, ubi una vocalis discrimen faciebat. Quemadmodum Graeculi εὐράμην et ἀφειλάμην dictitabant pro εὑρόμην

et ἀφειλόμην, sic antiquiores pro formis vetustis ἠρόμεθα, ἤρετο sim. Atticas ἠράμεθα, ἤρατο substituerunt.

Eximendum igitur est hoc vitium ex his Homeri locis:

Γ. 373. ἄσπετον ἤρατο κῦδος.

Ξ. 510. βροτόεντ' ἀνδράγρια – ἤρατο.

Σ. 165. ἄσπετον ἤρατο κῦδος.

Χ. 393. ἠράμεθα μέγα κῦδος.

δ. 107. ὅσσ' Ὀδυσεὺς ἐμόγησε καὶ ἤρατο.

ν. 137. Τροίης ἐξήρατο.

ω. 33. μέγα κλέος ἦρα' ὀπίσσω.

Attica enim forma ἠράμην *suscepi* (ut in πόλεμον ἠράμην) plane diversa ab Homerico aoristo ἠρόμην ex his omnibus locis expellenda.

Atticum ἄἶρω non sine suspicione *semel* apud Homerum comparet P. 724.

ὡς τείδοντο νέκυν ἀἴροντας Ἀχαιούς.

LOCI REPETITI.

Quo saepius antiqua carmina Ionica, quae Homeri nomine feruntur, relego et diligenter omnia considero, eo magis magisque mihi confirmatur sententia eorum, qui haec non unius ἀοιδοῦ carmina esse arbitrantur, sed a compluribus cantoribus neque aetatis eiusdem neque patriae εἰς τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν olim composita et cantata fuisse: deinde in unum collecta et ordine disposita ut εἰς ἓν σωμάτιον coalescerent.

Diu multumque Homerica carmina lectitando meditandoque hoc quidem satis apud me constat, non eandem in diversis ἀοιδοῖς poëticam facultatem, non idem ingenium, non mentem diviniorem, non os magna sonaturum fuisse. Insunt quae eximius et summus poëta panxit, insunt quae poëtae mediocres, insunt quae versificatores minimi pretii conflaverunt rudi artificio lacinias quasdam et centones Homericos contexentes. Saepe video quae summus carminum artifex praeclarissimum in modum panxit ea alios mediocres poëtas certatim in rem suam convertisse et imitando expressisse. Proferre lubet unum memorabile huius rei exemplum et documentum. Cecinerat antiquus et praeclarus ἀοιδὸς Z. 490.

ἀλλ' ἐς τοῖχον ἰοῦσα τὰ σ' αὐτῆς ἔργα κομίζε,

ἰσόν τ' ἠλακάτην τε καὶ ἀμφιπόλοισι κέλευε
ῥέργον ἐποίχεσθαι· πόλεμος δ' ἄνδρεσσι μελήσει
πᾶσι, μάλιστα δ' ἐμοί, τοὶ γιλίῳ ἐγγεγάασιν.

hinc prognatum est Od. α. 356.

ἀλλ' ἐς ῥοῖκον ἰοῦσα τὰ σ' αὐτῆς ῥέργα κόμιζε,
ἰσόν τ' ἠλακάτην τε καὶ ἀμφιπόλοισι κέλευε
ῥέργον ἐποίχεσθαι. ΜΥΘΟC δ' ἄνδρεσσι μελήσει
πᾶσι, μάλιστα δ' ἐμοί, τοῦ γὰρ κράτος ἔς' ἐνὶ ῥοίκῳ.

et Od. φ. 350.

ἀλλ' ἐς ῥοῖκον ἰοῦσα τὰ σ' αὐτῆς ῥέργα κόμιζε,
ἰσόν τ' ἠλακάτην τε καὶ ἀμφιπόλοισι κέλευε
ῥέργον ἐποίχεσθαι. ΤΟΞΟΝ δ' ἄνδρεσσι μελήσει
πᾶσι, μάλιστα δ' ἐμοί, τοῦ γὰρ κράτος ἔς' ἐνὶ ῥοίκῳ.

et Od. λ. 352.

πομπὴ δ' ἄνδρεσσι μελήσει
πᾶσι, μάλιστα δ' ἐμοί, τοῦ γὰρ κράτος ἔς' ἐνὶ δήμῳ.

Suntne haec unius et eiusdem ἀοιδοῦ? ὡς ἕκαστος ἑαυτὸν πείθει οὕτως ἐχέτω, namque nulla est in his πειθανάγκη neque ἀποδείξεις, sed mihi quidem hi versus in Iliad. Z. *nati* esse videntur et *suo* loco positi et cum rei natura omnino congruentes. In caeteris locis nescio quid coacti habent et intempestivi, praesertim in Od α. ubi *correxit* nescio quis:

ἀλλὰ σύ γ' εἰσελθοῦσα τὰ σ' αὐτῆς ῥέργα κόμιζε.

et vs. 360.

ἡ μὲν θαμβήσασα πάλιν θάλαμόνδε βεβήκει.

pro πάλιν ῥοΐκόνδε βεβήκει, quoniam, ut ait, ληρῶδες οἶκοι τὴν Πηνελόπην οὖσαν προστάσσεσθαι οἴκαδε ἀπελθεῖν, quod frigide confutat aliquis de suo commentus ὡς Ὅμηρος τὸν οἶκον ποτὲ μερικῶς λαμβάνει ἐπὶ τοῦ ἀνδρῶνος ἢ τῆς γυναικωνίτιδος. Verissime dixit Strabo alicubi οἱ γραμματικοὶ εὑρεσιλογοῦσι μᾶλλον ἢ λύουσι τὰ ζητούμενα. Quid Aristarchus? ἀθετεῖ ἄμεινον λέγων αὐτοὺς ἔχειν ἐν Ἰλιάδι καὶ ἐν τῇ τοξείᾳ τῶν ἡρώων. Quam nihil sic proficias palam est.

Addam alium locum et exemplum. Duobus in Odyssea locis γ. 71 et ι. 252. leguntur hi pulcherrimi versus:

ὦ ξεῖνοι, τίνες ἐστέ; πόθεν πλεῖθ' ὑγρὰ κέλευθα;
ἦ τι κατὰ πρῆξιν ἢ μαψιδίως ἀλάλησθε
οἷά τε λῃϊσῆρες ὑπεὶρ ἅλα; τοί τ' ἀλόωνται

ψυχὰς παρθέμενοι κακὸν ἀλλοδαποῖσι φέροντες;

Dissentiunt de tribus ultimis versibus Aristophanes et Aristarchus. Retinebat eos Aristophanes in tertio libro, expungebat in nono, Aristarchus contra. Sunt in utroque loco difficultates, quas Aristarchus elevans δοτέον δέ, inquit, τῷ ποιητῇ τὰ τοιαῦτα, in aliis severior et nihil veniae habens. Quod de praedonibus dicit Cyclops τοί τ' ἀλόωνται ψυχὰς παρθέμενοι, id est παραβαλόμενοι καὶ κινδυνεύοντες περὶ τῆς ψυχῆς, non de belli periculis accipiendum sed de supplicio, quo capti afficiebantur, sed undenam huiusce rei Polyphemo notitia? Mihi quidem eximii versus neque hoc loco neque illo *nati* videntur, sed ex antiquiore carmine sumti per imitationem et huc et illuc non sine quadam molestia translati.

Plura non addo, quia talia omnia sentiri possunt sed demonstrari non possunt et nolo videri ultra Lycurgi aetatem indagando procedere velle.

Ἀφασίη non Ἀμφασίη.

Duo pulcherrimi versus leguntur Iliad. P. 695.

δὴν δέ μιν ἀμφασίη γεπέων λάβε, τὼ δέ οἱ ὄσσε
δακρυόφι πλῆσθεν, θαλερὴ δέ οἱ ἔσχετο φωνή.

qui repetiti sunt Od. δ. 704. Ἀφασία eo sensu optimo quoque scriptori Attico usitatum est, ut analogia postulat, et suspicor M esse postea insertum ab iis qui metro consulebant, sed veterem ἀοιδόν ut ἀθάνατος et ἀκάματος sic etiam Ἀφασίη prima longa dixisse.

ΓΕΓΟΡΓΑ.

Sine labe evasit:

Iliad. Β. 272. ἐσθλὰ γέγοργε.

Γ. 57. ὅσσα γέγοργας.

Ε. 175. Θ. 356. Π. 424. κακὰ πολλὰ γέγοργε.

Ι. 320. πολλὰ γεγοργώς.

sed laborant hi quatuor loci:

Γ. 351. ὅ με πρότερος κάκ' ἔοργε.

Φ. 399.

τῷ σ' αὖ νῦν δῖω ἀποτισέμεν ὅσσα μ' ἔοργας.

X. 347.

εἰ γάρ πως αὐτόν με μένος καὶ θυμὸς ἀνείη
ὤμ' ἀποταμνόμενον κρέα ἔδμεναι οἷά μ' ἔοργας.

et Od. χ. 318. οὐδὲν ἐοργώς.

Bekkerus ἔϝοργε, ἔϝοργας, ἐϝοργώς dedit contra certam analogiam et legem Graecitatis, quae nullam exceptionem admittit. Revocabis formam veterem et Homericam rescribendo:

ὅ με πρότερος κάκ' ἔρεξε.

et expuncto inutili pronomine:

ἀποτισέμεν ὅσσα ϝέϝοργας.
οἷα ϝέϝοργας.

et in Odyssea οὔτι ϝεϝοργώς.

Vulgatas scripturas invexerunt cantores ut molestum hiatum ὅσσα ἔοργας, οἷα ἔοργας, οὔτι ἐοργώς removerent. Ad manum enim erat literulam inserere aut οὐδέν pro οὔτι substituere. Ubi nihil huiusmodi πρόχειρον et in promtu est, verba poëtae intacta reliquerunt.

κάτθαν' ὁμῶς ὅ τ' ἀϝεργὸς ἀνὴρ ὅ τε πολλὰ ϝεϝοργώς.

Δίγαμμα OMISSUM AUT PERPERAM ADDITUM.

Nonnullis locis Bekkerus necessarium δίγαμμα addere neglexit veluti Δ. 483.

ἥ ῥά τ' ἐν εἰαμενῇ ἕλεος μεγάλοιο πεφύκει.

O. 631.

αἵ ῥά τ' ἐν εἰαμενῇ ἕλεος μεγάλοιο νέμονται.

B. 776.

λωτὸν ἐρεπτόμενοι ἐλεόθρεπτόν τε σέλινον.

ubi ϝέλεος et ϝελεόθρεπτον rescripta ter permolestum hiatum removebunt.

Dubitasse videtur quia duo loci Υ. 221. et ξ. 474. digamma non admittunt.

Male omissum est δίγαμμα H. 310. in ἀελπτέοντες σόον εἶναι. Quia ϝέλπομαι Homericum est et ϝέϝολπα sequitur ἄϝελπτος et ἀϝελπτίη dici et ἀϝελπτέοντες esse scribendum.

Satis constat inter omnes *ϝοῖνος* digamma habere praeterquam in nonnullis locis, quos non antiquus vates panxit, sed aut recentiores *ἀοιδοί* aut *διασκευασταί* vetustis carminibus addiderunt. Itaque ferendum non est quod in antiqua parte carminis vulgatur I. 244.

πλησάμενος δ' οἴνοιο δέπας δείδεκτ' Ἀχιλῆα.

sed duobus verbis transpositis legendum:

πλησάμενος δὲ δέπας ϝοίνου.

Contra perverse *ϝ* addidit Bekkerus I. 127.

ἤματα δ' αἱματόεντα διέπρησσον πολεμίζων
ἀνδράσι μαρνάμενοϜΟC ϝοάρων ἕνεκα σΦετεράων.

legendum est, ut alibi ostendimus, *μαρναμένοϜΟΙC ϝάρων ἕνεκα σΦετεράων.*

ϜΙΔΗΙΣ — ϜΙΔΗΙ — ϜΙΔЄΗC.

Aristarchus sedulo formam *ἴδῃς* in *ἴδῃ* convertit. Iliad. A. 203. Γ. 163. Δ. 205. N. 449. O. 32. Quid eum moverit non exputo, namque apud Homerum nihil interest inter *ϝιδέειν* et *ϝιδέσθαι*. Quidquid huius rei est fefellit eum opinio in Iliad. N. 448.

ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἐναντίος ἴσασ' ἐμεῖο
ὄφρα ϝίδῃς οἷος Ζηνὸς γόνος ἐνθάδ' ἱκάνω.

Didymus: *Ἀρίσταρχος χωρὶς τοῦ C ἴδῃ.* Sed quia sententia postulat *ut scias*, emendandum est *ὄφρα ϝιδέῃς*, ut supra ostendimus.

Ϝιδέειν, quod saepe legitur, reponendum est Iliad. Ω. *ὀφθαλμοῖς ϝιδέειν* pro *ὀφθαλμοῖσι ϝιδεῖν.*

Ἔμελλον non *Ἥμελλον.*

M. 34. *ὡς ἄρ' ἔμελλον ὄπισθε – θησέμεναι. ἡ διπλῆ (περιεσιγμένη) ὅτι Ζηνόδοτος γράφει ὡς ἥμελλον ὄπισθε. ἔστι δὲ βάρβαρον.* apud Homerum quidem. Nunc emendari poterit Scholium ad Od. ζ. 165.

τὴν ὁδὸν ἣ δὴ ἔμελλεν ἐμοὶ κακὰ κήδε' ἔσεσθαι.

ἣ δὴ μέλλεν: ὅτι οὐκ οἶδεν ὁ ποιητὴς τὸ μέλλεν. Ἀττικῶν γάρ ἐστι τῶν μεταγενεστέρων. Legendum: *ἣ δ' Ἥμελλεν: ὅτι οὐκ*

οἶδεν ὁ ποιητὴς τὸ Ἥμελλεν. Callimachi versus est ab Apollonio Rhodio in suum carmen translatus I. 1309.

καὶ τὰ μὲν ὥς ἤμελλε μετὰ χρόνον ἐκτελέεσθαι.

vidit Aristarchus, quod Callimachum et Apollonium fugerat, ἤμελλεν apud Homerum esse barbarum.

LECTORUM ANNOTATIONES SCHOLIIS MIXTAE.

Leguntur in Scholiis nonnumquam annotatiunculae quaedam scurriles hominum Homerum deridentium aut duriter increpantium, quae nihil omnino faciunt ad rem. In Iliad. O. 137. de Iove dicitur:

ὃ δ' ἡμέας εἶσι κυδοιμήσων ἐς Ὄλυμπον
μάρψει δ' ἐξείης ὅς τ' αἴτιος ὅς τε καὶ οὐκί.

adscripsit scurra subsannans: καὶ πῶς ὁ τοιοῦτος πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε; Sic Christiani Homericos deos maledictis incessebant. Eiusdem farinae sunt quae adscripta sunt ad Iliad. P. 225 et 227. in A. ἄλλως. ὅρα τὸ αἰσχρόν· κατατρύχεσθαί φησι τοὺς Τρῶας εἰς τὴν τῶν συμμάχων διατροφήν. et ἄλλως· σκόπει τὴν ἄνοιαν· ἀξιοῖ ἀντὶ τῶν τροφῶν ὧν παρέσχεν αὐτοῖς ἀντιδοῦναι τὰς ψυχάς. Adscripserat haec olim homo morosus et truculentus in ora sui libri, deinde librarius non admodum acutus scholia haec esse ratus praefixo ἄλλως recepit in ordinem.

Eiusdem farinae est annotatio ad Λ. 355. ὡς φιλοψευδὴς ὁ τυφλὸς ὅτι καὶ ἄπιστα ψεύδεται κτέ. quae Zoili esse non sine quadam veri specie suspicatur Dindorfius.

INFELICES VETERUM CONIECTURAE.

Iliad. I. 393.

ἦν γὰρ δή με σόωσι θεοὶ καὶ ϝοίκαδ' ἵκωμαι
Πηλεύς θήν μοι ἔπειτα γυναῖκα γαμέσσεται αὐτός.

annotatur in A. Ἀρίσαρχος γυναῖκά γε μάσσεται. et in L. ἐντεῦθεν ἔλαβε Μένανδρος τὸ „ἐγάμησεν ἣν ἐβουλόμην ἐγώ." τὸ δὲ γαμέσσεται πᾶσαι εἶχον μάσσεται ἀντὶ τοῦ ζητήσει. Lacuna in hoc loco est sic supplenda: πᾶσαι εἶχον. (ὁ δὲ Ἀρίσαρχος γυναῖκά γε) μάσσεται. Quod erat in omnibus libris γυναῖκα γαμέσσεται, Aristarcho mendosum esse

videbatur. Itaque ex ingenio substituit ΓΕ ΜΑCCΕΤΑΙ, *pater ipse mihi conditionem quaeret.* Omnium plausu excepta haec coniectura est et in textum recepta, paullo calidius, ut mihi quidem videtur. Primum quia frigidissime importunum γε inseritur more Brunckiano et aliorum, qui ubicumque rima esset ϛοιβῆϛ δίκην *nihil significans* γε addebant de suo. Deinde ὁ πατὴρ αὐτὸς γυναῖκά μοι ζητήσει, ut Aristarchi verbo utar, νεωτερικόν ἐϛιν. Denique cur vulgata γαμέσσεται in suspicionem vocetur nihil causae esse video. In forma nihil est quod reprehendas. Homerus in futuro (ut supra vidimus) dicebat καλέω et καλέσσω et προκαλέσσεται. Similiter γαμέω et γαμέσσεται. De significatione nulla esse potest dubitatio. Γαμέσσεται hoc solo loco legitur, (et μάσσεται quoque est ἅπαξ λεγόμενον) sed verbum plane eiusdem potestatis non semel in eadem re ponitur apud Homerum. Nihil interest inter γαμεῖν et τοίκαδ' ἄγεσθαι et ἄγεσθαι, *domum ducere uxorem* et *uxorem ducere.* Ἄγεσθαι igitur ut γαμεῖσθαι apud Homerum ponitur pro *uxorem dare.* Luculentum exemplum est in Od. Φ. 213. ubi Ulysses duobus fidelibus servis haec pollicetur:

εἴ χ' ὑπ' ἐμοί γε θεὸς δαμάσῃ μνηϛῆρας ἀγαυούς,
ἄξομαι ἀμφοτέροις ἀλόχους καὶ κτήματ' ὀπάσσω.

Nihil interest inter Πηλεύς μοι γυναῖκα γαμέσσεται, et ἄξομαι ἀμφοτέροις ἀλόχους, quamobrem veterem librorum omnium scripturam non tangere erat satius.

Οἱ ἀπολογούμενοι πρὸς τὰς ἀθετήσεις.

Iocosum est videre quam levibus et futilibus argumentis οἱ ἀπολογούμενοι πρὸς τὰς ἀθετήσεις gravissima interpolationis indicia ab Aristarcho patefacta diluere se posse putant. Est in Iliad. Σ. 444—456. locus manifesto διεσκευασμένος, ut acutissime Aristarchus demonstravit. Nihil inest in rebus, nihil in verbis, quod faciat ad rem aut Homero dignum sit. Versus sunt εὐτελεῖϛ, quales nos quoque pangere facili artificio possemus. Quid Aristarchi adversarius? Ἀνακεφαλαίωϛις αὕτη, inquit. ΚΑΚΩϹ οὖν Ἀριϛαρχος ἀθετεῖ. πῶϛ γὰρ οὐκ ἄτοπον τὰ μὲν περὶ τοῦ γάμου παλαιά τε ὄντα καὶ πᾶϛι δῆλα λέγειν, σιωπᾶν δὲ δι' ὃ ἦλθεν. Qui ita dicit opinari videtur Homerum haec non audi-

torum sed Vulcani 'gratia Thetin induxisse dicentem. Quod erat dicto opus diserte dictum est, ut Aristarchus ostendit.

Leguntur huiuscemodi *ἀνακεφαλαιώσεις* et alibi, sed omnes Aristarchus spurias et *ὑπὸ τῶν διασκευαστῶν* antiquo carmini serius insertas esse docuit. Ad Iliad. A. 365.

τοῖσθα· τί ἦ τοι ταῦτα ἰδυίῃ πάντ' ἀγορεύω;

rectissime iudicat: *ὅτι παλιλλογεῖν παρῄτηται. ἀλλότριοι ἄρα οἱ ἐπιφερόμενοι στίχοι εἴκοσιν ἑπτά.* Non desunt qui contradicant, quorum unus, lepidum caput, *ῥητορικὸς ὤν*, inquit, *ὁ ποιητὴς καὶ τρόπον ἀνακεφαλαιώσεως βουλόμενος διδάξαι ἡμᾶς ταὐτὰ πάλιν ἐξ ἀρχῆς διέξεισιν.* Agnosces eundem hominem ad Od. ψ. 310. *ῥητορικὴν ποιεῖται ἀνακεφαλαίωσιν τῆς ὑποθέσεως καὶ ἐπιτομὴν τῆς Ὀδυσσείας. καλῶς* (imo vero *κακῶς*, ut supra diximus et manifestum est) *οὖν ἠθέτησεν Ἀρίσταρχος τοὺς τριάκοντα τρεῖς* (*στίχους*). Nata sunt omnia huiuscemodi additamenta quum antiqua Ionica carmina carptim et *σποράδην* volitabant per ora virorum. Posteaquam in unum collecta et ordine disposita sunt otiosa haec et supervacanea debebant videri, sed, ut Aristarchus loquitur in Aristonici praefatione, *τὰ ποιήματα ἐν τῇ τάξει διημάρτηται*, et qui ea primum in unum veluti corpus redegerunt promiscue omnia antiqua et recentiora, genuina et additicia *πάντα ὑπὸ μίαν Μύκονον* consarcinarunt, donec *ἡ τῶν ἀρχαίων λόγων κρίσις ἐλθοῦσα πάντα διεκόσμησεν.* Quis negabit Criticos veteres, etiam omnium principem, *ἐν τοῖς κατὰ μέρος* nonnumquam errasse? Non equidem hercle; neque sic illorum scriptis utendum arbitror ut in illorum verba iuremus et illorum opinionibus omnibus inepti subscribamus, sed ut illorum exemplum imitemur et quod ab illis praeclare est inchoatum quantum quidem fieri potest nos perficiamus.

Σειρῆνες DUAE.

N. 66.

τοῖιν δ' ἔγνω πρόσθεν Ὀϊλῆος ταχὺς Αἴας.

Aristonicus: *ἡ διπλῆ πρὸς τὸ δυϊκὸν σχῆμα, ἡ δὲ ἀναφορὰ πρὸς τὰ περὶ τῶν Σειρήνων νηάων Σειρήνοιϊν, ὅτι ὁ λόγος ὡς περὶ δύο.* Mendum in his subest. Dindorfius de Lachmanni sententia edidit: *πρὸς τὰ περὶ τῶν Σειρήνων „(Σειρήνων) ἀδινάων* (Od. 23. 326.), *Σειρήνοιϊν* (Od. 12. 52.). Sed nondum sic loci emendatio

perfecta est. Aristarchus animadvertit ex dualium usu *duas* a poëta induci Sirenas Od. 12. 52.

ὄφρα κε τερπόμενος τόπ' ἀκούῃς Σειρήνοιϊν.

et vs. 166.

ἐξίκετο νηῦς εὐεργὴς Νῆσον Σειρήνοιϊν.

et ipsae Sirenes vs. 185.

νῆα κατάςησον ἵνα νωϊτέρην τόπ' ἀκούσῃς.

ubi annotatur ad vs. 52. Σειρήνοιϊν: ὅτι δύο καθ' Ὅμηρον αἱ Σειρῆνες, οὐ τρεῖς. et ad vs. 185. νωϊτέρην: δύο φαίνονται καὶ ἐντεῦθεν. Aristarchus igitur notavit locos quosdam, unde appareret -οιϊν esse dualis numeri, namque in artis infantia quae nunc pueri sciunt diligenter erant demonstranda. Non potuit igitur afferre Σειρήνων ἀδινάων neque θεσπεσιάων (Od. μ. 158.), quia haec nihil ad suam rem faciebant. Praeterea Σειρήνων ἀδινάων et de *duabus* inepte dicitur et legitur in ea parte Odysseae, quam Aristarchus genuinam esse negabat. Quidquid autem mendi in Scholis latet, res ipsa clara et perspicua est.

Miror Aristarchum ad Λ. 104. ubi demonstrat ὅτι περὶ δυεῖν ὁ λόγος, non addidisse argumentum ex vs. 110.

σπερχόμενος δ' ἀπὸ ΤΟΙΙΝ ἐσύλα τεύχεα καλά.

Duas tantum esse Sirenes vel unum pronomen νωϊτέρην τόπ' ἀκούῃς satis demonstrat. Numquam in his ulla apud Homerum dubitatio est. Itaque in Od. N. 320.

ἀλλ' αἰεὶ φρεσὶ ῇῃσιν ἔχων δεδαϊγμένον ἦτορ
ἠλώμην.

continuo fraus perpluit. Didymus ex Aristarcho: νοθεύονται τέσσαρες ςίχοι. ὁ μὲν πρῶτος ὅτι ἀντὶ τοῦ ἐμῇσιν ἔχει τὸ ῇσιν, ὅπερ ἐςὶ τρίτου προσώπου τηροῦντος ἀεὶ τοῦ ποιητοῦ τὴν ἐν τούτοις διαφοράν. Apollonius *de Pronomine* pag. 139. B. τὸ μέντοι

ἀλλ' αἰεὶ φρεσὶν ῇσιν ἔχων.

ἀντὶ τοῦ ἐμαῖς εὐλόγως ὑπ' Ἀριςάρχου ὑπωπτεύετο ὡς νόθον, καθὸ ΑΔΙΑΠΤΩΤΟΣ ἐν ἀντωνυμίαις (ὁ ποιητής).

Sumus hercle omnes homines ἀδιάπτωτοι ἐν ταῖς ἀντωνυμίαις, nam quis mortalium *meus*, *tuus*, *suus*, *noster*, *vester* umquam confundet? Sed faciebant hoc perpetuo poëtastri Alexandrini, qui nihil in his sentiebant. Unum ex Apollonio Rhodio exemplum expromam. Lib. III. 394. Iason ad regem Aeëten ita dicit: *parati sumus te armis nostris adiuvare sive tu Sauromatas*

sive quem alium populum imperio TUO *subiicere cupis:*

εἴτ' οὖν Σαυρομάτας γε λιλαίεαι εἴτε τιν' ἄλλον
δῆμον CΦΩΙΤΕΡΟΙCΙΝ *ὑπὸ σκήπτροισι δαμάσσαι.*

quae potest esse absurdior oratio?

AD NONNULLOS EX ILIADE LOCOS.

Iliad. B. 27. *ὁ Ὄνειρος πρὸς τὸν Ἀγαμέμνονα·*

νῦν δ' ἐμέθεν ξύνες ὦκα, Διὸς δέ τοι ἄγγελός εἰμι,
[ὅς σευ ἄνωθεν ἐὼν μέγα κήδεται ἠδ' ἐλεαίρει.]

quae iisdem verbis repetita leguntur vs. 63 sq.

ἡ Ἶρις πρὸς τὸν Πρίαμον Iliad. Ω. 173.

νῦν δ' ἐμέθεν ξύνες ὦκα, Διὸς δέ τοι ἄγγελός εἰμι,
ὅς σευ ἄνωθεν ἐὼν μέγα κήδεται ἠδ' ἐλεαίρει.

rectissime vidit Aristarchus illum locum ex hoc praeter sententiam esse interpolatum. Annotatur ad B. 28. (*ὀβελὸς μετ' ἀςερίσκου*) *ὅτι τοῦτο ὀρθῶς πρὸς Πρίαμον Ἶρις λέγει· ἐπεὶ καὶ τίνος χάριν ἐλεεῖν αὐτὸν μέλλει*; et ad B. 64. (*ὀβελὸς μετ' ἀςερίσκου*) *ὅτι ὑπὸ τῆς Ἴριδος πρὸς Πρίαμον δεόντως λέγεται.* et ad Ω. 174. (*ὁ ἀςερίσκος*) *ὅτι ἐνταῦθα ὑγιῶς λέγεται, ἐκεῖ δὲ κακῶς ὑπὸ τοῦ Ὀνείρου πρὸς τὸν Ἀγαμέμνονα.* Bekkerus tamen spurium versum et cum loci sententia pugnantem retinuit et ne commemoravit quidem eum ab Aristarcho esse damnatum.

Admirabili acumine Aristarchus, qui omnia Homeri dicta ad naturae veritatem et vitae heroicae usum exigebat perinde ac si eximius poëta non ficta caneret sed vera narraret, perspexit in Iliad. B. interpolatos esse versus 76—83. Sedebant in concilio senes et Agamemnon sedens, non stans, dixit sententiam. Itaque perversum est:

ἤτοι ὅγ' ὣς νειπὼν κατ' ἄρ' ἕζετο.

οὐ γὰρ ὀρθὸς εἰρήκει, inquit. Deinde *οὐδὲν περισσὸν λέγει ὁ Νέςωρ καὶ εὐηθὲς τὸ εἰπεῖν·*

εἰ μέν τις τὸν ὄνειρον Ἀχαιῶν ἄλλος ἐνίσπε
ψεῦδος κεν φαίμεν.

et lepide addit: *οὐ γὰρ κατὰ διαφορὰν οἱ δυνατώτεροι ἀληθεῖς ὀνείρους ὁρῶσιν.* et ita pergit: *αἰσομένων δὲ αὐτῶν ὀρθῶς ἐπὶ τοῦ Ἀγαμέμνονος ἐπενεχθήσεται·*

πείθοντο δὲ ποιμένι λαῶν.

μὴ παρόντος γὰρ τοῦ Ἀγαμέμνονος τὸν Νέστορα λέγει ποιμένα λαῶν· ἄτοπον γὰρ τούτῳ ἕπεσθαι τοὺς ἄλλους.

Miror igitur quo pacto Bekkerus, qui tot versus ex utroque carmine damnavit et exclusit, his parcere potuerit.

Praeterea haereo in ἐΕπανέστησαν pro ἀνέστησαν. Quid si olim fuerit

οἳ ΔΕ Τ' ἀνέστησαν πείθοντό τε ποιμένι λαῶν.

Iliad. B. 111.

Ζεύς με μέγΑ Κρονίδης ἄτῃ ἐνέδησε βαρείῃ.

Revocanda erat Aristarchea scriptura μέγAC pro μέγA. Didymus: ὁ Ἀρίσταρχος ἐν ταῖς Λιταῖς ἐξηγούμενος τό·

αὐτὰρ ἔπειτ' Αἴας τε μέγας.

ἕν τινι τῶν ἠκριβωμένων ὑπομνημάτων γράφει ταῦτα κατὰ λέξιν· „οὐ κατ' ἐπίθετον λέγει μέγας, ἀλλὰ πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ ἑτέρου Αἴαντος. ὅταν δὲ λέγῃ·

Ζεύς με μέγAC Κρονίδης

οὐκέτι ὅτι καὶ ἕτερος μικρός ἐστιν."

Quod vulgatur μέγα pro μεγάλως positum, ut aiunt, cum caeteris verbis non quadrat. Rectissime dicitur ὦ μέγ' ἀναιδές, sed quo modo verbis ἄτῃ ἐνέδησε βαρείῃ addi possit μέγα aut μεγάλως aut σφόδρα aut πάνυ aut quidquam de genere hoc nemo facile ostendet.

Quam sit lubrica fides scholiorum et nonnumquam de iisdem non eadem doceri ostendit locus I. 18. ubi idem versus legitur:

Ζεύς με μέγAC Κρονίδης ἄτῃ ἐνέδησε βαρείῃ.

ubi annotatur: Ἀρίσταρχος σὺν τῷ C μέγας. et ἡ διπλῆ ὅτι ΜΕΓΑ δεῖ γράφειν ἀντὶ τοῦ μεγάλως ὡς σάφα. Ἀδόκιμος δὲ πάνυ ἡ μετὰ τοῦ C γραφή. Non Aristarchus inter se pugnantia docuit, sed sublesta est testium fides.

Iliad. Δ. 208.

ὣς Φάτο, τῷ δ' ἄρα θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ὄρινεν.

ἡ διπλῆ πρὸς τὸ ὄρινεν ὅτι ἀντὶ τοῦ κατὰ ψυχὴν ἐκίνησεν. ἡ δὲ ἀναφορὰ πρὸς τό·

ὣς Φάτο, τῇδ' ἄρα θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ὄρινεν.

(Od. 17, 150), ὅτι οὐκ ἔστιν ἐθύμωσεν, ὡς ὁ διασκευάσας

ἐκλαβὼν ἔταξε τοὺς ἐξῆς εἴκοσι ϛίχους, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ ἐκίνησε καὶ παρώρμησε κατὰ τὸ ἐρωτικόν. Male haec referuntur ad Od. P. 150. ubi annotatur: ἀθετοῦνται ις' ϛίχοι (151—166) sed ad Iliad. Γ. 395. pertinent ubi vide. Itaque scribe - ἐκλαβὼν Τπέταξε τοὺς ἐξῆς εἴκοσι (τρεῖς) ϛίχους (396—418). Non nisi de Helena dici potuit παρώρμησε κατὰ τὸ ἐρωτικόν.

Recte edidit Bekkerus Iliad. Δ. 433.

πολυπάμονος ἀνδρὸς ἐν αὐλῇ.

pro πολυπάμμονος. Eadem opera emendari poterat Π. Ω. 250. Πάμονα pro Πάμμονα, et in Od. ω. 305.

Πολυπαμονίδαο ϝάνακτος.

pro ominoso nomine Πολυπημονίδαο.

Iliad. E. 365.

πὰρ δέ ϝοι Ϝῖρις ἔβαινε καὶ ἠνία λάζυτο χερσίν.

Ω. 343. ὁ γὰρ λόγος κΑλεῖ τε καὶ ἀναπτεροῖ. Lege κΗλεῖ.

C. G. COBET.

SCHOLIUM PLATONIS.

Hesychius Πνύξ: τόπος Ἀθήνησιν ἐν ᾧ αἱ ἐκκλησίαι ἤγοντο ΠΑΛΑΙ μὲν πᾶσαι, ΝΥΝΙ δὲ ἅπαξ ὅταν (τὸν) στρατηγὸν χειροτονῶσιν. Descripsit haec Scholiasta ad Platonis *Critiam* pag. 112. A. in hunc modum: Πνὺξ τόπος Ἀθήνησιν ἐν ᾧ ἐκκλησίαι ἐγίγνοντο πάλαι μὲν πᾶσαι, ΥCΤΕΡΟΝ δὲ ἅπαξ ὅταν τὸν στρατηγὸν χειροτονῶσιν. Priora sunt Didymi aut antiquioris alicuius scripta quo tempore erat aliqua Atheniensium respublica et unus quotannis στρατηγός creabatur qui rem frumentariam curaret. Descripta sunt multis annis post quum haec quoque olim sublata essent. Non cogitavit magister se orationem soloecam fecisse: recte habet γίγνεται ἐκκλησία νυνὶ ὅτΑΝ τὸν στρατηγὸν χειροτονῶσι. sed vitiose dicitur ἐγίγνετο ἐκκλησία ὕστερον ὅτΑΝ pro ὅτΕ τὸν στρατηγὸν ἐχειροτόνουν.

C. G. C.

MENANDRI FRAGMENTA INEDITA.

Plus quam triginta et quinque anni sunt ex quo cum CONSTANTINO TISCHENDORF amicitiam et familiaritatem suavissimam contraxi Parisiis primum, deinde in Italia, ubi tertius nobis accessit sodalis dilectissimus CAROLUS BADHAM. Ego et BADHAM diu in Italia mansimus, TISCHENDORF interea Syriam, Palaestinam, Aegyptum peragravit. Ex hoc itinere ad me misit *φιλίας μνημεῖον* munusculum, ex perantiquo Codice descripta verba incerti Graeci poëtae. In qua tandem Bibliotheca et in quo libro haec invenerit non fecit me certiorem. In fronte schidulae ipsius manu scriptae, qua fragmenta haec continentur, inscriptum est:

Fragmenta duo Codicis antiquissimi
IV. *ut videtur saeculi.*

Posteaquam Tischendorf, qui numquam de his fragmentis in lucem edendis cogitasse videtur, excessit e vita, ipse id facere decrevi et ostendere Menandrea haec esse ex duabus Comoediis sumta, quarum altera quae fuerit incertum est, alteram esse *τὸν Δεισιδαίμονα* mox demonstrabo postquam Tischendorfii apographum quam fidelissime primum descripsero.

I.

ΑΝΘΡΩΠΟCOINONATTOTOTTΕΚΠΛΗΤ....
ΕΓΩΓΕΤΠΕΡΤΟΤΜΕΘΤCΚΕΘΟΤΛΕΓΩ

ΑΠΙΣΤΙΑΓΑΡΕϹΘΟΜΟΙΟΝΤΟΤΤΟΓϵ
ϵΙΚΑΙΒΙΑΖϵΤΑΙΚΟΤΤΛΗΝΤΙϹΤΟΤϹΒΟ
ΩΝΟΤΜϵΝΟϹΠΙΝϵΙΝϵΑΤΤΟΝΤΟΤΤϵ
ΠΡΟϹϵΜϵΝΟΝΟΤΤΟϹϵΜΠϵϹΩΝΔΙΑϹ
ΤΟΝϵΡΩΤΑΤΙΔϵΜΟΙΤΟΤΤΟΠΑΛΙΝΟΙΜΩ
ΠΡΟΙΚΑΔϵΛΑΒΩΝΤΑΛΑΝΤΑΤϵΤΤΑΡΑΡΓΤ
. ΤΤΗϹΓΤΝΑΙΚΟϹΝϵΝΟΜΙΧΑΤΤΟΝΟΙΚϵ
ΑΠΟΚΟΙΤΟϹϵϹΤΙΠΟΡΝΟΒΟϹΚΩΔΩΔϵΚ
ΤΗϹΗΜϵΡΑϹΔΡΑΧΜΑϹΔΙΔΩϹΙΔΩΔϵΚΑ
. . . . . ΤΑΚ . . ΒΩϹΟΤΤΟϹΙΤΑΠΡΑΓΜΑΤΑ
. . . . . ϹΔΙΑ . ΡΟΦΗΝΑΝΔΡΙΚΑΙΠΡΟϹΗΜϵΡ
. . . . . ϵΛ . . ΙϹΤΑΙΔΤΟΒΟΛΟΤϹΤΗϹΗΜϵΡΑϹ
. . . . . ΝΤ . . ΓΩΠϵΙΝΩΝΤΙΠΤΙ . . . . . ΠΟΤϵ
. . . . Ϲ . . ΠΡΟϹΜϵΝϵΙΧΑΙΡΩ . . . .
. . . . ΓΛΤΚΤΤΑΤϵΟΤΗϹ . . . . . ΤΗΡ
. . . . ΟΝΩϹΑΘΛΙΟϹΤΙϹ . . . . .
. . . . . ΤΡΙϹΚΑΚΟΔ . . . . . .

II.

ΠΩϹϵΙϹΙΝΟΙΠΤΡΟ . . . . .
ΤΙΔϵϹΟΙΜϵΛϵΙΤΟΤΤΟΟΤΘϵΝ
ϵΙϹΤΗΝΑΛΗΘϵΙΑΝΚΑΤΑΧΡΗϹ
ΑΝΤϵΙΜΙΟϹΔΑΚϵΤΩϹϵΫ́ΠϵΡϵ
ΠϵΝΗΤΟϹΑΙϹΘΟΤϹΑΤΤΟΝΟΝΤΑ
ΑΝΘΡΩΠΟΝ ΑΝΘΡΩΠΟΝΔϵΚΑ
ΙΝΑΜΗϵΠΙΘΤΜΗΙϹΤΩΝΫ́ΠϵΡ
ΟΤΑΝΔΑΓΡΤΠΝϵΙΝϵΙΠΗΙϹΤΙϹϵ
ΤΗΝΑΙΤΙΑΝΓΝΩϹΗΠϵΡΙΠΑΤϵΙϹ
ϵΙϹΗΛΘϵϹϵΤΘΤϹΑΝΚΟΠΙΑϹΗ
ΜΑΛΑΚΩϹϵΛΟΤϹΩΠΑΛΙΝΑΝΑϹ
ΠΡΟϹΗΔΟΝΗΝΤΠΝΟϹΑΤΤΟϹΟΒ
ΤΟΠϵΡΑϹΚΑΚΟΝϵΧϵΙϹΟΤΔϵΝΗ
ϵϹΤΙΗΝΔΙΗΛΘϵϹΦΟΡΤΙΚΩΤϵΡ
ϵΠϵΡΧϵΤΑΙΜΟΙΤΡΟΦΙΜϵϹΤΓΓΝ
ΤΟΔΗΛϵΓΟΜϵΝΟΝΟΤΚϵΧϵΙϹΟΝ
ΤΠΟΤΩΝΑΓΑΘΩΝϵΤΙϹΘΙΜΗ
ΙΚΟΙΤΑΛΗΘΗΛϵΓΩΝΗΤΟΤϹΘϵ

ΤΟΥΤΘΕΣΤΙΤΑΡΩΣΤΗΜΑΚΑΙΜΗ
ΑΤΟΠΩΣΘΜΑΤΤΟΥΚΑΙΒΑΡΘΩΣ
0. ....ΝΙΚΟΝΘΕΣΤΙΤΟΑΝΟΗΤΟ
....ΝΠΑΝΤΓΑΡΤΑΤΤΘΙΛΘΛ
....ΠΑΡΑΙΝΘΙΣΟΤΙΠΑ
....ΝΤΙΚΑΚΟΝΑΛΗΘΕΣ
4. ....ΝΑΛΗΘΘΣΦΑΡΜΑ

ischendorf annotat vs. 2. diserte omisso C scriptum esse ΘΤΣΚΘΘ.

s. 9. pro *νενομιχαυτον* apostrophen et spiritum *„posterius ita"* sic *νενομιχ' αὐτον*.

s. 37. ΙΚΘΙΤΑΛΗΘΗ admonet OI non esse plane certum.

nte omnia ostendam quo indicio deprehenderim alterum mentum esse Menandri *ἐκ τοῦ Δεισιδαίμονος*, deinde nonos versiculos emendatiores et integriores dabo, reliqua philoloım ingenio et acumini corrigenda et redintegranda relinquens. res ultimos secundi fragmenti versiculos sic legendos et supıdos esse censeo:

. *τί δέ μοι* ΠΑΡΑΙΝΘΙΣ; Β. Θ, ΤΙ ΠΑΡ*αινῶ*; *τοῦτ' ἐρῶ.*
*εἰ μέ*Ν ΤΙ ΚΑΚΟΝ 'ΑΛΗΘΕΣ *εἶχες, Φειδία,*
*ζητεῖ*Ν 'ΑΛΗΘΕΣ ΦΑΡΜΑ*κον τούτου σ' ἔδει.*
νῦν δ' οὐκ ἔχεις.

le dubites quin certa sit haec loci redintegratio, compara ıandri fragmentum a Clemente Alexandrino servatum *Strom.* pag. 884. Potter. apud Meinek. *Fragm. Comic.* IV. pag. 100.

Εἰ μέν τι κακὸν ἀληθὲς εἶχες, Φειδία,
ζητεῖν ἀληθὲς Φάρμακον τούτου σ' ἔδει.
νῦν δ' οὐκ ἔχεις. κενὸν ἄρα καὶ τὸ Φάρμακον
πρὸς τὸ κενόν. οἰήθητι δ' ὠφελεῖν τί σε.
περιμαξάτωσάν σ' αἱ γυναῖκες ἐν κύκλῳ,
καὶ περιθεωσάτωσαν· ἀπὸ κρουνῶν τριῶν
ὕδατι περίρραν' ἐμβαλὼν ἅλας, Φακούς.

sse haec *ἐκ τοῦ Δεισιδαίμονος* et argumentum loci declarat Clementis testimonium pag. 842. Pott.

Hunc ipsum locum in fragmentorum fine subesse perspicuum est nec verbis indiget.

Initium primi fragmenti in hunc fere modum constituendum esse arbitror:

(ὅτι μὲν τοσοῦτον ἐκπέπωκ' ἄνευ κακοῦ)
ἄνθρωπος οἶνον αὐτὸ τοῦτ' ἐκπλήττομαι
ἐγώ· περὶ δὲ τοῦ μὴ μεθύσκεσθ' οὐ λέγω.
ἀπιστίᾳ γάρ ἐσθ' ὅμοιον τοῦτό γε.

et vs. 4.

εἰ καὶ βιάζεται κοτύλην τις τοὺς βό(ας)
ὠνούμενος πίνειν ἑαυτόν.

Veteres τοὺς βοῦς dicebant, sed multa huiusmodi in Menandro *οἱ ἀττικισταί* reprehenderunt. Quid autem aliud latere potest in TOTCBO** ΩNOTMЄNOC?

In iis quae sequuntur nihil aliud suppleri potest quam:

τοῦτ' ἐ(γὼ) προσέμενον.

sed obscura res est et micamus in tenebris.

vs. 6. lege:

οὗτος ἐμπεσὼν διασ(κεδᾷ)
τὸν ἔρωτα. B. τί δέ μοι τοῦτο; πάλιν οἰμώ(ξομαι).
A. προῖκα δὲ λαβὼν τάλαντα τέτταρ' ἀργύ(ρου)
(ο)ὐ τῆς γυναικὸς νενόμιχ' αὑτὸν οἰκέ(την),
ἀπόκοιτός ἐστι, πορνοβοσκῷ δώδεκ(α)
τῆς ἡμέρας δραχμὰς δίδωσι. B. δώδεκα.
(ἐπίστα)τ' ἀκ(ρι)βῶς οὑτοσὶ τὰ πράγματα.
*(εἰ)ς δια(τ)ροφὴν ἀνδρὶ καὶ πρὸς ἡμέρ**
**(λ)ελ(όγ)ισται δύ' ὀβολοὺς τῆς ἡμέρας.

Vs. 10. ἀπόκοιτός ἐστι, πορνοβοσκῷ δώδεκα τῆς ἡμέρας δραχμὰς δίδωσιν. Eodem sensu de infideli marito ἀπόκοιτος apud Lucianum legitur, veluti in *Dial. Deor.* 10. 2. de Saturno: οὐδ' ἀπόκοιτος ἐκεῖνος παρὰ τῆς Ῥέας ἦν. Sumsit a Menandro.

Vs. 20. legendum:

πῶς εἰσὶν οἱ πυρο(ὶ παρ' ἡμῖν ὄνιοι);

B. τί δὲ σοὶ μέλει τοῦτ'; A. οὐδέν. (ἀλλὰ βούλομαι)
εἰς τὴν ἀλήθειαν καταχρῆσ(θαι τῷ λόγῳ).
ἂν τίμιος, δακέτω σ' ὑπὲρ ἐ(μοῦ τοῦ σΦόδρα)
πένητος. αἰσθοῦ σαυτὸν ὄντα, (Φειδία),
ἄνθρωπον· ἄνθρωπον δὲ κα(λόν τε κἀγαθόν)
ἵνα μὴ 'πιθυμῇς τῶν ὑπὲρ (σαυτὸν πάνυ).
ὅταν δ' ἀγρυπνεῖν εἵπῃς * *
τὴν αἰτίαν γνώσει· περιπατεῖς (ἡδέως),
εἰσῆλθες εὐθὺς ἂν κοπιάσῃς (τὰ σκέλη).
μαλακῶς ἐλούσω. πάλιν * *

et vs. 32.

τὸ πέρας κακὸν ἔχεις οὐδέν. * *
* * διῆλθες· Φορτικώτερ(ον δέ τι)
ἐπέρχεταί μοι, τρόΦιμε, συγγν(ώμην δ' ἔχε).
τὸ δὴ λεγόμενον οὐκ ἔχεις ΘΝ * *
ὑπὸ τῶν ἀγαθῶν, εὖ ἴσθι. *
* * τἀληθῆ λέγω, νὴ τοὺς θεούς.
τοῦτ' ἔσι τἀρρώσημα. A. καὶ μή(ν, ὦγαθέ),
ἀτόπως ἐμαυτοῦ καὶ βαρέως (ἔχω πάνυ).
B. (Φιλό)νικόν ἐσι τἀνόητο(ν).

et vs. 42, ut diximus:

A. (τί δέ μοι) παραινεῖς; B. ὅ, τι παρ(αινῶ; τοῦτ' ἐρῶ).
(εἰ μέ)ν τι κακὸν ἀληθὲς (εἶχες; Φειδία),
(ζητεῖ)ν ἀληθὲς Φάρμα(κον τούτου σ' ἔδει.)
(νῦν δ' οὐκ ἔχεις). κτὲ.

Quod restitui vs. 20.

πῶς εἰσὶν οἱ πυροὶ παρ' ἡμῖν ὤνιοι;

manifestum est ὤνιοι requiri. Nota haec est locutio Attica. Aristophanes *Acharn.* 758.

πῶς ὁ σῖτος ὤνιος;

et *Equitt.* 480.

πῶς οὖν ὁ τυρὸς ἐν Βοιωτοῖς ὤνιος;

unde restituimus apud Lucianum in *Icaromenippo* cap. 24. ἀνέκρινέ με – πῶς νῦν ὁ πυρός ἐσιν ὤνιος. in *Var. Lectt.* pag. 108.

Sermones de annona hominum pauperculorum crebri et sunt et fuerunt. Theophrasti ἀδολέσχης cap. III. λέγει ὡς ἄξιοι γεγόνασιν οἱ πυροὶ ἐν τῇ ἀγορᾷ. Terentius *Andria* IV. 4. 7.

tum annona carast.

Menander dixisse videtur:

ἔπειθ' ὁ πυρὸς τίμιος.

ut Pherecrates apud Suid. v. ἄξιος.

ὁ δ' ἔς' ἐφ' οὗ ποτ' ἦν ὁ πυρὸς ἄξιος.

Promiscue dicitur in ea re ὁ πυρός et οἱ πυροί.

Sitne παρ' ἡμῖν an aliud quid supplendum quis pro certo dixerit?

Vs. 23.

ἂν τίμιος δακέτω σε,

ut apud Aristophanem in *Vespis* 253:

οὐ γὰρ δάκνει σ' ὅταν δέῃ τίμιον πρίασθαι.

Vs. 29.

εἰσῆλθες εὐθὺς ἂν κοπιάσῃς τὰ σκέλη.

ut Alexis apud Diogenem Laërtium III. 26.

εἰς καιρὸν ἥκεις, ὡς ἔγωγ' ἀπορουμένη
ἄνω κάτω τε περιπατοῦσ' ὥσπερ Πλάτων
σοφὸν οὐδὲν εὕρηκ' ἀλλὰ κοπιῶ τὰ σκέλη.

Vs. 30. μαλακῶς ἐλούσω, ut Theophrastus *Charact.* II. ὡς μαλακῶς ἐσθίεις.

Vs. 32.

τὸ πέρας κακὸν ἔχεις οὐδέν.

Alexis apud Athenaeum pag. 558. E. in mulieres sic invehitur:

ὧν οὐκ ἐχρῆν ἄρχουσιν, ὧν δ' ἄρχειν ἐχρῆν
ἀμελοῦσιν, ἐπιορκοῦσιν, οὐδὲ ἓν κακόν
ἔχουσι καὶ κάμνειν λέγουσ' ἑκάστοτε.

et Antiphanes Athenaei pag. 123. B.

ἐν χύτρᾳ δέ μοι
ὅπως ὕδωρ ἕψοντα μηδέν' ὄψομαι.
οὐ γὰρ κακὸν ἔχω μηδ' ἔχοιμι.

Perspicuum est κακόν τι ἔχειν idem esse quod κάμνειν, νοσεῖν, ἀσθενεῖν, ἀρρωστεῖν. Hinc paedagogus senex negat alumnum suum (τὸν τρόφιμον) aegrotare: κακὸν ἔχεις οὐδέν, inquit, et: εἶ

ν τι κακὸν εἶχες ζητεῖν Φάρμακον ἔδει. νῦν δ' οὐκ ἔχεις. Non
:poris sed animi et mentis hanc aegritudinem esse affirmat:
ντ' ἐςὶ τἀρρώςημα, inquit. *hic morbus est quo tu laboras.*
Ad hanc lucem quis punctum temporis dubitare potest quin
hac ipsa fabula et eadem fabulae parte (nempe ex principio)
mti sint dulcissimi Menandri versiculi, quos servavit Plutar-
us in *Consolatione Apollonii* pag. 103. D.

Εἰ γὰρ ἐγένου σύ, τρόφιμε, τῶν πάντων μόνος,
ὅτ' ἔτικτεν ἡ μήτηρ σ', ἐφ' ᾧ τε διατελεῖν
πράττων ἃ βούλει καὶ διευτυχεῖν ἀεί,
καὶ τοῦτο τῶν θεῶν τις ὡμολόγηςέ σοι,
ὀρθῶς ἀγανακτεῖς. ἔςι γάρ σ' ἐψευςμένος
ἄτοπόν τε πεποίηκ'. εἰ δ' ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς νόμοις,
ἐφ' οἵςπερ ἡμεῖς ἔςπασας τὸν ἀέρα
τὸν κοινόν, ἵνα σοι καὶ τραγικώτερον λαλῶ,
οἰςέον ἄμεινον ταῦτα καὶ λογιςέον.
τὸ δὲ κεφάλαιον τῶν λόγων ἄνθρωπος εἶ,
οὗ μεταβολὴν θᾶττον πρὸς ὕψος καὶ πάλιν
ταπεινότητα ζῷον οὐδὲν λαμβάνει.
καὶ μάλα δικαίως· ἀcθενέςατον γὰρ ὂν
φύςει μεγίςοις οἰκονομεῖται πράγμαςιν,
ὅταν πέςῃ δὲ πλεῖςα cυντρίβει καλά.
cὺ δ' οὔθ' ὑπερβάλλοντα, τρόφιμ', ἀπώλεcας
ἀγαθά, τὰ νυνί τ' ἔςι μέτρια cοι κακά.
ὥc' ἀνὰ μέcον που καὶ τὸ λυποῦν δεῖ φέρειν.

Eadem res, ut vides, inter eosdem agitur. Paedagogus senex
umnum suum, *τὸν τρόφιμον*, herilem filium a se educatum,
imi pendentem consolatur et aegrum animum blando alloquio
prudenti consilio recreat. Alumnus, *ὁ Φειδίας*, morbo se
xari queritur:

ἀτόπως ἐμαυτοῦ καὶ βαρέως ἔχω.

mnum se capere posse negat (*ὅταν δ' ἀγρυπνεῖν εἴπῃς*). Bonus
nex corporis hunc morbum esse negat sed animum aegrotare.
iam vellem me lacunam explere posse, quae est in vs. 35.

Φορτικώτερον δέ τι
ἐπέρχεταί μοι, τρόφιμε, cυγγνώμην δ' ἔχε.
τὸ δὴ λεγόμενον οὐκ ἔχεις ON ***
ὑπὸ τῶν ἀγαθῶν, εὖ ἴcθι.

in quibus ON non satis certum esse annotavit Tischendorf. Sed nihil ullo modo expiscari potui, neque quo proverbio (*τὸ δὴ λεγόμενον*) usus sit scio, neque quo uti potuerit excogito. Itaque haec aliis indaganda relinquo.

Vs. 39.

ἀτόπως ἐμαυτοῦ καὶ βαρέως ἔχω.

eodem modo dictum est quo Philemon dixit apud Athenaeum pag. 569. D.

οὐκ εὖ σεαυτοῦ τυγχάνεις ἔχων· ἔχεις
(ἐσυκότως) πως· ἡ θύρα 'ς' ἀνεῳγμένη.
εἷς ὀβολός, εἰσπήδησον.

Quod est in Menandri fragmento

ἀπὸ κρουνῶν τριῶν ὕδατι περίρραναι.

fortasse lucem afferre poterit obscuro et paene conclamato loco Theophrasti charact. XVI. *ὁ δὲ δεισιδαίμων τοιοῦτός τις οἷος ἐπιχρωνῆν ἀπονιψάμενος τὰς χεῖρας — περιπατεῖν.* Diserte sic *ἐπιχρωνῆν* in Palatino scriptum esse vidi sine sensu. Quid si dederit *ἀπὸ κρουνῶν τριῶν ἀπονιψάμενος τὰς χεῖρας.*

P. S. *εὕρηκα, εὕρηκα*, quod dudum frustra quaesiveram, quid tandem lateret in verbis:

Φορτικώτερον δέ τι
ἐπέρχεταί μοι, τρόφιμε, συγγνώμην δ' ἔχε.
τὸ δὴ λεγόμενον οὐκ ἔχεις ON * * *
ὑπὸ τῶν ἀγαθῶν, εὖ ἴσθι.

Legebam forte Antonini *τῶν εἰς ἑαυτόν* libr. V. cap. 12. *ὁποῖά τινά ἐστι τὰ τοῖς πολλοῖς δοκοῦντα ἀγαθὰ καὶ* (leg. *κἂν*) *ἐντεῦθεν λάβοις. Εἰ γάρ τις ἐπινοήσειεν ὑπάρχοντά τινα ὡς ἀληθῶς ἀγαθά, οἷον Φρόνησιν, σωφροσύνην, δικαιοσύνην, ἀνδρείαν, οὐκ ἂν ταῦτα προεπινοήσας ἔτι ἀκοῦσαι δυνηθείη τό·*

„ὑπὸ τῶ ἀγαθῶ γὰρ (οὐκ) ἐφαρμόσει."

τὰ δέ γε τοῖς πολλοῖς φαινόμενα ἀγαθὰ προεπινοήσας τις – ῥᾳδίως δέξεται ὡς οἰκείως ἐπιλεγόμενον τὸ ὑπὸ τοῦ Κωμικοῦ εἰρημένον. et post pauca: *πρόϊθι οὖν καὶ ἐρώτα εἰ τιμητέον καὶ ἀγαθὰ ὑπολημ-*

ον τὰ τοιαῦτα, ὧν προεπινοηθέντων οἰκείως ἂν ἐπιφέροιτο τὸ τὸν κτημένον αὐτὰ ὑπὸ τῆς εὐπορίας οὐκ ἔχειν ὅποι χέσῃ.

Manifestum est Antoninum Comici versiculum laudasse, cuius inc mendosissima scriptura haec circumfertur: οὐκ ἂν ἀκοῦσαι νηθείη τό·

ὑπὸ τῶ ἀγαθῶ γὰρ (οὐκ) ἐφαρμόσει.

d ex loci exitu emergit vera lectio haec:

ὑπὸ τῶν ἀγαθῶν γὰρ οὐκ ΥΕΧΕΙC ΥΟΠΟΙ ΧῈCΗΙC.

eadem opera nostri loci lacunam sic supplebimus:

τὸ δὴ λεγόμενον οὐκ ἔχεις ὅποι χέσῃς
ὑπὸ τῶν ἀγαθῶν, εὖ ἴσθι.

sic optime intelligimus cur dixerit:

φορτικώτερον δέ τι
ἐπέρχεταί μοι, τρόφιμε, συγγνώμην δ' ἔχε,

amque erat honor praefandus auribus.

Apparet igitur in antiquo Codice, quem Tischendorf describat, non ON exaratum fuisse, quod ipse Tischendorf dubitanter dedit, sed ΟΠ, in quo ὅποι latebat, ut de vetere scriptura:

οὐκ ἔχεις ΥΟΠΟΙ (ΧῈCΗΙC),

ulla superesse possit dubitatio.

Spem faciunt hae paucae Menandri laciniae in vetere libro pertae fortasse plura etiam Menandrea et copiosiora et interiora in Oriente latere.

Tischendorf, qui totus erat in libris Sacrae Scripturae indagandis et excutiendis, haec φιλολογικά neque de industria quaevit neque nisi ἐν παρόδῳ attigit.

Obscura quaedam fama ad meas aures pervenit esse in monte tho libros reconditos, quibus Menandrea quaedam contineantur. xplorent omnia et perscrutentur illi, quibus haec loca adire ntinget, namque Menandri reliquias etiam tenues et exiles bentissime accepturi sumus.

NOTULAE AD ATHENAEUM.

SCRIPSIT

H. VAN HERWERDEN.

Athenaeum corrigenti paene otium mihi fecit egregia, si codicum spectamus conditionem, opera quam post editionem Lipsiensem anno 1867 huic scriptori in *Analectis Criticis ad Athenaeum* impendit AUGUSTUS MEINEKIUS, vir et magnae sagacitatis et incredibilis fere industriae atque eruditionis, quales nostra aetas tulit perpaucos. Laetam illius messem exile excipiat spicilegium meum.

I. pag. 1. A. *ὑπόκειται δὲ τῷ λόγῳ Λαρήνσιος Ῥωμαῖος — τοὺς κατὰ πᾶσαν παιδείαν ἐμπειροτάτους ἐν τοῖς ἑαυτοῦ δαιτυμόνας ποιούμενος.* Verius puto *ἐν ἑαυτοῦ, domi suae.* Venatur Athenaeus Atticismos, velut in ipso operis sui introitu scribens *Ἀθήναιος μὲν ὁ τῆς βίβλου πατήρ* haud obscure imitatus est Platonem, cuius cf. Conv. p. 177 D, Theaet. 164 E, Phaedr. 237 B et 275 E. Vide quae nuper adnotavi ad Ionem pag. 256.

Pag. 8. B. in EUBULI fragmento codices exhibent:

ὃν Φασί ποι κληθέντ' ἐπὶ δεῖπνον πρὸς Φίλου τινος
εἰπόντος αὐτῷ τοῦ Φίλου, ὁπηνίκ' ἂν
εἴκοσι ποδῶν μετροῦντι τὸ ϛοιχεῖον ᾖ,
ἥκειν, ἔωθεν αὐτὸν εὐθὺς ἡλίου
μετρεῖν ἀνέχοντος· κτἑ.

Meinekius, coniunctis Porsoni et Schweighaeuseri correctionibus, edidit:

ὃν φασί ποτε κληθέντ' ἐπὶ δεῖπνον πρός τινος
εἰπόντος αὐτῷ τῶν φίλων κτέ.

Ita sane consultum est metro, sed nemo, nisi egregie fallor, sic loquitur. Mihi quidem dubium non videtur, quin in primo versu resecandum sit τινος, in altero vero τοῦ φίλου, interpretandi causa adscriptum a magistello. Genetivo enim absoluto non addi ab Atticis subiectum, ubi sponte appareat quis sit intellegendus, satis constat. Locum sic constituerim:

ὃν φασί ποτε κληθέντ' ἐπὶ δεῖπνον πρὸς φίλου,
εἰπόντος αὐτῷ *** ὀπηνίκ' ἂν κτέ.

Incertius quidem est quid, recepto in textum interpretamento, exciderit; haud tamen inepte suppleveris:

εἰπόντος αὐτῷ (τότε μάλισθ') ὀπηνίκ' ἂν κτλ.

Pag. 17. E. ἀλλ' ὠφέλιμαι αἱ φιλοτιμίαι ζητούντων εἰ λόγῳ ἢ μάχῃ αἱρεθῆναι δεῖ τὸ Ἴλιον. Quod innumeris locis accidit, ut δόλος et λόγος a librariis confunderentur, hic quoque factum est. Manifesto enim corrigendum δόλῳ. Respicitur Odysseae locus θ, 75. sqq.

Pag. 20. A. Διοπείθης — ὑποζωννύμενος οἶνου κύρεις μεγὰς καὶ γάλακτος καὶ ταύτας ἀποθλίβων ἀνιμᾶν ἔλεγεν ἐκ τοῦ στόματος. Minus feliciter M. coniecit ἐκ τοῦ σώματος. Ratio postulare videtur ἐκ τοῦ στομάχου. Rectissime infra pag. 91. E. Diphilo Siphnio reddidit εὔστομοι pro εὐστόμαχοι. Mox sub litera D. utique supplendum: (τῆς) οἰκουμένης δῆμον τὴν Ῥώμην φησί. Vid. ipsa sequentia.

Pag. 20. D. Τῆς δὲ κατὰ τοῦτον ὀρχήσεως τῆς τραγικῆς καλουμένης πρῶτος εἰσηγητὴς γέγονε Βάθυλλος ὁ Ἀλεξανδρεύς, ὃν φησι νομίμως ὀρχήσασθαι Σέλευκος. Non est credibile SELEUCUM nihil memorabilius de Bathyllo memoriae mandasse, quam hoc, *saltasse* eum *legitime* scilicet. Procul dubio monstrum alitur. Cum autem constet Bathyllum cum Pylade Romam introduxisse pantomimos, fortasse mihi dabis Athenaeo reddi oportere: ὃν φησι παντομίμους ὀρχήσεις ὀρχήσασθαι Σέλευκος.

Pag. 30. A. Γίνεται δὲ ἐν Ἰκάρῳ, φησὶν Ἐπαρχίδης, ὁ Πράμνιος. ἔστι δὲ οὗτος γένος τι οἴνου· καὶ ἔστιν [οὗτος dele] οὔτε γλυκὺς οὔτε παχύς, ἀλλ' αὐστηρὸς καὶ σκληρὸς καὶ δύναμιν ἔχων διαφέρουσαν· οἷῳ Ἀριστοφάνης οὐχ ἥδεσθαι Ἀθηναίους φησὶ λέγων τὴν Ἀθηναίων δῆμον οὔτε ποιηταῖς ἥδεσθαι σκληροῖς καὶ ἀστεμφέσιν οὔτε Πραμνίοις [σκληροῖσιν dele] οἴνοις, συνάγουσι τὰς ὀφρῦς τε καὶ τὴν κοιλίαν, ἀλλ' ἀνθοσμίᾳ καὶ πέπονι νεκταροσταγεῖ. κτέ.

Aristophanis verborum maiorem partem haud improbabili coniectura sic restituere possis:

οὔτε γὰρ σκληροῖς ποιηταῖς ἥδεται κἀστεμφέσιν,
οὔτε Πραμνείοισιν οἴνοις – ∪ – ∪ – ∪ –
– ∪ ἀλλ' ἀνθοσμίᾳ καὶ πέπονι νεκταροσταγεῖ.

Reliqua aliis commendo. Locus procul dubio e parabasi aliqua petitus est.

Pag. 37. D. Ex lepida Timaei narratiuncula M. complures sustulit errores, sed unus virum egregium latuit in his: συγγνόντες οὖν τῇ αὐτῶν ἐκστάσει ἐπιτιμήσαντες, μὴ πλείονος οἴνου ἐμφορεῖσθαι ἀφῆκαν. Nam perspicuum est a verbo *vituperandi* non potuisse pendere Infinitivum ἐμφορεῖσθαι. Suspicor ἐπιτιμήσαντες, (ἐφ' ᾧ) μὴ πλείονος οἴνου ἐμφορεῖσθαι, ἀφῆκαν, i. e. *magistratus iuvenes reprehensos dimiserunt, ea conditione* — ut — ne cett. Fieri tamen potest, ut propter τὸ ὁμοιοτέλευτον post ἐπιτιμήσαντες elapsum sit participium aliquod verbi *vetandi*; v. c. ἐπιτιμήσαντες (καὶ ἀπαγορεύσαντες) μὴ κτέ.

Pag. 40. C. Verba Alexidis:

οὐ μεθύω τὴν φρόνησιν, ἀλλὰ τὸ τοιοῦτον μόνον
τὸ διορίζεσθαι βεβαίως τῷ στόματι τὰ γράμματα

non restituerunt ei, qui de solo metro solliciti rescripserunt οὐδὲ vel οὐχὶ pro οὐ. Qui μεθύων haec loquitur, nisi egregie fallor, eum Alexis ita fecit dicentem, ut omnes in simili re dicunt:

οὐ μεθῆκα τὴν φρόνησιν, ἀλλὰ κτέ.

In eo qui statim sequitur loco Seleuci: διὸ καὶ θοίνας καὶ θαλίας καὶ μέθας ὠνόμαζον· τὰς μὲν ὅτι διὰ θεοὺς οἰνοῦσθαι δεῖν ὑπελάμβανον, τὰς δ' ὅτι θεῶν χάριν ἡλίζοντο καὶ συνήεσαν permirum est neminem vidisse vocabula καὶ μέθας esse insiticia. Res tam aperta est, ut verbum non addam.

Pag. 44. F. Λασύρτας Λασιώνιος οὐδὲ προσεδεῖτο ποτοῦ καθάπερ οἱ ἄλλοι. Imo οὐδὲν. Post pauca ibidem scribitur: θέρους γὰρ ὥρᾳ καὶ τριακονθήμερον προσεδρεύοντες καὶ οὐδενὸς μὲν ὁρῶντες ἀπεχόμενον ἁλμυροῦ, τὴν κύστιν δ' αὐτοῦ ἔχοντα, συνεπείσθησαν ἀληθεύειν. EUPHORIONI Chalcidensi, cuius haec verba sunt, reddiderim: τὴν κύστιν δ' ἑκάστοτ' ἐκχέοντα κτἑ., quod quid sit latebit neminem.

Pag. 46. B. τὸ δὲ συμμέτρως θερμαινόμενον καὶ ψυχόμενον ὕδωρ — εἰς — ἄγγος ἐκχέομενον οὐ ποιεῖ τὸ ἰῶδες. Melius intelleges: οὐ ποιεῖ (τοῦ)το ἰῶδες, scil. τὸ ἄγγος. Simile vitium obsidet narratiunculam de DEMOCRITI morte ib. E, F, ubi necessarium videtur καὶ μετὰ (ταύτας) τὰς ἡμέρας βασχθέντος τοῦ μέλιτος ἀποθανεῖν, nisi forte verba ista μετὰ τὰς ἡμέρας mala manus addidit, quae sententia fere nescio an sit illa potior.

Pag. 47. B. In loco DIPHILI γυμνούς ex compendio participii γελωμένους natum esse suspicabar *in Studiis Criticis in poet. scen. Gr.* pag. 90.

Pag. 59. C. in EPICRATIS fragmento vs. 12

ἤκουσα λόγων ἀφάτων ἀτόπων

probabilius scripseris:

ἤκουσα λόγων ἄφαθ' ὡς ἀτόπων

i. e. *audivi verba supra quam dici potest absurda.*

Pag. 60. A. ALEXIDIS vs. 12 tentavi *Analectis Criticis* pag. 41. II. Cap. 86. (ed. Schwh. p. 277). Apud MENANDRUM vs. 4:

εἶτα τήθη παραλαλεῖ τις, εἶτα βαρύφωνος γέρων

adiectivum βαρύφωνος seni minus convenit quam iuveni. Veri simile est poetam dedisse βραδύφωνος.

Pag. 75. B. apud PHERECRATEM vs. 3. absurde editur sic:

κἀμπιμπλάμενος κάθευδε τὰς μεσημβρίας,

cum sententia postulet:

κἀμπλήμενος κάθευδε κτἑ.

Quam rem miror fugisse Meinekium qui infra pag. 80. B. eadem cogente ratione NICOPHANI reddidit:

Ἐὰν δέ γ' ἡμῶν σῦκά τις μεσημβρίας
τραγὼν καθεύδῃ χλωρά.

pro τρώγων, quod est in libris.

Pag. 82. E. ἐσπερίδων δὲ μῆλα οὕτως καλεῖσθαί τινά φησι Τιμαρχίδας ἐν τῷ τετάρτῳ Δείπνων. καὶ ἐν Λακεδαίμονι δὲ παρατίθεσθαι τοῖς θεοῖς φησι Πάμφιλος ταῦτα· εὔοσμα δὲ εἶναι καὶ ἄβρωτα, καλεῖσθαι δ' ἐσπερίδων μῆλα. Quot verba, tot paene testimonia scriptori reddendum esse εὔβρωτα, quo adiectivo usus est V. C. infra pag. 113. B. Si significare voluisset edi non posse, debuisset scribere: εἶναι δὲ εὔοσμα μέν, ἄβρωτα δέ aut aliquid eiusmodi.

Pag. 84. E. Praefectus quidam Aegypti κατεδίκασέ τινας γενέσθαι θηρίων βορὰν κακούργους εὑρεθέντας, καὶ ἔδει αὐτοὺς ἀποσίτοις ζῴοις παραβληθῆναι. εἰσιοῦσι δὲ αὐτοῖς εἰς τὸ — θέατρον — γυνὴ κατ' ἔλεον ἔδωκεν οὗ μετὰ χεῖρας εἶχεν ἐσθίουσα κιτρίου, καὶ λαβόντες ἔφαγον καὶ μετ' οὐ πολὺ παραβληθέντες πελωρίοις καὶ ἀγριωτάτοις ζῴοις, ταῖς ἀσπίσι, δηχθέντες οὐδὲν ἔπαθον. Ex ipsa narratione credo luculenter apparet maleficos istos non voracibus bestiis, quales sunt tigres et leones, proiectas esse, sed solis viperis. Nam sin minus, quid datum a muliercula antidoton iis profuisset? Propterea igitur valde dubito, num M. bene receperit correctionem ἀποσίτοις ζῴοις pro eo quod est in libris ἅπασι τοῖς ζῴοις. E qua lectione, nisi fallor, eruendum fuerat ἀσπίσι, deleto quod adhaeret interpretamento τοῖς ζῴοις, addito ab aliquo, qui non *clipeos* sed *viperas* significari probe videlicet intellexerat. In sequentibus vero ταῖς ἀσπίσι fortasse explicandi causa adscriptum est verbis πελωρίοις καὶ ἀγριωτάτοις ζῴοις. Πελώριος autem hoc loco non aliud significare videtur quam *terribilis*.

Pag. 87. F. De loco POSIDIPPI egi *Stud. Crit. i. p. Sc. Gr.* p. 92. sq.

Pag. 98. A. ἐγὼ γὰρ ὑποδησάμενος τὸν πώγωνα. Usus

postulat περιδησάμενος. Vide v. c. Aristoph. Eccl. 118, 121, 122, 127.

Ibidem sub litera B., ubi agitur de mense Februario scribitur τὸν δὲ μῆνα τοῦτον κληθῆναί φησιν ὁ Ἰόβας ἀπὸ τῶν κατουδαίων φόβων κατ' ἀναίρεσιν τῶν δειμάτων. Locus misere depravatus, in quo hoc tantum videre mihi videor ultima verba celare lectionem κάθαρσιν τῶν δημοτῶν. Cf. Paul. Diacon. p. 85. Reliqua non expedio. Fortasse nonnulla exciderunt.

Pag. 100. A. SOPHILI fragmentum ita supplendum existimavit Meinekius:

Γαστρισμὸς ἔσαι δαψιλής· τὰ προοίμια
ὁρῶ (τὰ δείπνου· κἄτα) χορτασθήσομαι.

Praestiterit, ni fallor:

τὰ προοίμια
ὁρῶ(ντι δῆλόν ἐσθ' ὅτι) χορτασθήσομαι.

Pag. 102. A. sqq. In DAMOXENI loco vs. 7, 9 et 55 tentavi *Anal. Crit.* pag. 46. Insuper vs. 19. scribi malim:

ποῖος περὶ δύσιν Πλειάδος σάφ' εἰδέναι.

pro συνειδέναι, et vs. 34 responsi ratio suadere videtur:

καὶ πᾶς (γ') ὁ φύσεως ἐντός,

ut recte iam M. video BATONI p. 103. C. (vs. 6) reddidisse:

Ὡς λέγουσί (γ') οἱ σοφοί.

Pag. 128. A. Ἱππόλοχος ὁ Μακεδών — συνθήκας δ' εἶχε ταύτας πρὸς τὸν Λυγκέα, ὡς ἐκ τῶν αὐτοῦ μαθεῖν ἔσιν ἐπιστολῶν, πάντως αὐτῷ δηλοῦν εἴ τινι συμπεριενεχθείη δείπνῳ πολυτελεῖ, τὰ ὅμοια κἀκείνου ἀντιπροπίνοντος αὐτῷ. Vertit Schweighaüserus: *idemque Lynceus vicissim facturum se illi promiserat*, quasi in Graecis esset: τὰ ὅμοια κἀκείνου ἀντιπροτείνοντος αὐτῷ. Id autem ipsum verbum nescio an pro altero, quod hic minus aptum est, sit substituendum.

Pag. 131. F. LYNCEI locum tractavi *Anal. Crit.* pag. 41 et pag. 132. E. de MENANDREO fragmento vid. *Stud. Crit.* pag. 88. sq.

Pag. 134. A. ALEXIDIS verba vs. 10: ἥδις' ἂν ἀναπτήξαιμ'

ἐπὶ τοῦ ξύλου λαβών respiciunt supplicium quod a Graecis dicebatur ἀνασκολόπισις. Fallitur et Meinekius qui crucem, et Schweighaeuserus qui τὴν πρὸς τῇ σανίδι δέσιν spectari existimabat.

Pag. 134. C. ALEXIS in fabula Ἰσοστάσιον inscripta:

Ἀπὸ συμβολῶν ἔπινον, ὀρχεῖσθαι μόνον
βλέποντες, ἄλλο δ' οὐδέν· κτέ.

Ex ΟΡΧΘΙCΘΑΙ, quod h. l. absurdum est, leni mutatione elicio scripturam aptissimam ΘΓΧΘΙCΘΑΙ, i. e. ἐγχεῖσθαι, quod verbum significat *infundi sibi iubere*. Cf. Xenophon Conv. II § 26.

Pag. 136. E. MATRONIS parodia vs. 93. in libris sic scribitur:

νηλὴς δ' οὐχ ὑπέμεινε, βιάζετο γὰρ ῥαδέεσσι,
δάμνα μιν ζωμός τε μέλας, ἀκροκώλιά θ' ἑφθά.

Pro νηλής quod verum est repperit Paessensius, νηδύς, sed ferri nequeunt quae pro ῥαδέεσσι reponunt ῥακέεσσι, ῥαχέεσσι, ῥαφίδεσσι, alia. Haud dubie poeta dixit homini, qui plurima iam ederat, dolere ventrem. Scripserim:

νηδὺς δ' οὐχ ὑπέμεινε, βιάζετο γάρ ῥα δύῃσι.

Voculas γάρ ῥα saepius iungi ab Homero notum est. In vs. 121

πόρναι δ' εἰσῆλθον κοῦραι δύο θαυματοποιοί

locus, quem tenet substantivum κοῦραι, harum paroediarum lectori in mentem revocare debebat Homericum κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο ι. 154, ζ. 105. Egregia arte singula tractata sunt in lepido carmine.

Pag. 139. D. οὔτε ἄρτον εἰσφέρουσιν, ἀλλὰ πέμματα κτέ. Rescripsit M. e Schweighaeuseri coniectura οὔτε πέμματα. At ἀλλά et οὔτε confundi posse quis credat? Multo probabilius corrigas: οὔτ' ἄρτον εἰσφέρουσιν (οὔτ') ἄλλα πέμματα κτέ.

Pag. 141. A. supplendum: αἱ δὲ καμματίδες, (ἐν) αἷς κάπτουσι τὰ ψαιστά.

Pag. 146. D. Dele verba otiosa ἑκατὸν γὰρ μνᾶς ἀνήλισκεν,

ὡς ὁ Ἔφιππος ἰσόρησεν a lectore adscripta e superioribus sub litera c.

Pag. 149. c. καὶ τὴν ἀπομαγδαλίαν ἕκαστος ἀπέφερε, τοῦτο ποιοῦντες ἕνεκα τῶν ἐν ταῖς ἀμφόδοις γενομένων νυκτερινῶν φόβων. Miror M. pro φόβων conicientem φωρῶν, quasi vero nocturni grassatores obiectis ἀπομαγδαλίαις contenti discessuri fuissent! Probabilius antiquiores interpretes de canibus locum interpretati sunt. Nec tamen de veris canibus cogitem, sed potius de canibus, qui Hecaten comitari credebantur, itaque de superstitiosis timoribus sermonem esse arbitror. Recte iam Eustathius citatus a Casaubono φόβους intellexit ὧν αἰτία ἡ Ἑκάτη ἐδόκει.

Pag. 154. d. τήν τε σολήν — ὅτι καὶ νῦν Μαντινικὴν ἀποκαλοῦσιν. Ephorus, cuius haec verba sunt, ea vixit aetate qua Graeci diligenter distinguebant inter ἐπικαλεῖν et ἀποκαλεῖν. Quare hic ei reddatur ἐπικαλοῦσιν.

Pag. 161. d. in fine fragmenti Antiphanis pro ταχύτατα repone formam superlativi Atticam τάχιστα.

In Alexidis quod praecedit fragmento

ἔδει δ' ὑπομεῖναι μικροσιτίαν ῥύπον
ῥῖγος σιωπὴν συγνότητ' ἀλουσίαν

valde suspectum habeo συγνότητα. Vocabula enim συγεῖν, σύγος, συγνός, συγνότης non nisi sero in vitae communis usum recepta sunt. Potius crediderim Alexidem scripsisse:

ῥῖγος, σιωπὴν, σρυφνότητ', ἀλουσίαν.

Amphis III. p. 317. (Mein. F. C.) de Acanthio quodam:

οἴνου πολίτης ὢν κρατίστου σρυφνὸς εἶ;

Aristophanes Vesp. 877:

παῦσόν τ' αὐτοῦ τοῦτο τὸ λίαν σρυφνὸν καὶ πρίνινον ἦθος.

Pag. 163. d. Bato vs. 7. sq. traditur scripsisse:

τί τἀργύριον, ἄνθρωπε, τιμιώτερον
αὐτοῦ τέθεικας ἢ πέφυκε τῇ φύσει;

Nil proficitur Dobraei coniectura scribentis αὐτοῦ, qua fit ut langueant verba ἢ πέφυκε τῇ φύσει. Quid reponendum sit,

docet similis locus PHILEMONIS ap. Mein. F. C. IV. p. 34:

Μείζω τὰ κακὰ ποιοῦσι πολλοὶ, δέσποτα,
αὐτοὶ δι' αὑτοὺς ἢ πέφυκε τῇ φύσει.

Quare corrigam:

τί τἀργύριον, ἄνθρωπε, τιμιώτερον
αὐτὸς τέθεικας ἢ πέφυκε τῇ φύσει;

Pag. 165. B. καὶ ΘΕΟΠΟΜΠΟΣ δ' ἐν Ὀδυσσεῖ ἔφη

Εὐριπίδου τἄριστον οὐ κακῶς ἔχων
τἀλλότρια δειπνεῖν τὸν καλῶς εὐδαίμονα.

M. correxit τἄρ' ἐστιν, et recte fortasse. Quamquam, quoniam ignoramus quando et ubi haec dicta sint, non potest negari fortasse eisdem literis Theopompum dedisse:

Εὐριπίδου τἄρ' ἴσον κτἑ.

Scitote igitur (vos ambo) *non male dixisse Euripidem* cett.

Pag. 166. C. De AXIONICI fragmento vide quae scripsi *Anal. Crit.* pag. 43. Ibidem D. πρὸς μὲν τὰς ἡδονὰς ἦν ἀκρατής, τῶν δὲ πολιτικῶν πραγμάτων [ἦν] ἐπιμελής. Deleatur alterum ἦν.

Pag. 167. B. εἰ δὲ μὴ καὶ τοιοῦτός τις ἐληλύθει, ὑπὸ τοῦ βίου καὶ τῆς διαίτης τῆς μακεδονικῆς ταχέως ἐκείνοις ὁμοιος ἐγίγνετο. M. coniecit: εἰ δὲ καὶ μὴ τοιοῦτός τις (ὢν) ἠληλύθει. Qua coniectura contra mentem THEOPOMPI iunguntur vocabula τοιοῦτός τις manifesto separanda. Debuerat: εἰ δὲ καὶ μὴ τοιοῦτος (ὤν) τις ἠληλύθει κτἑ.

Pag. 168. D. SATYRUS: ἐν τῇ νεότητι τὰ τοῦ γήρως ἐφόδια προκαταναλίσκοντες, χαίροντες τῇ ἑταίρᾳ οὐ τοῖς ἑταίροις, καὶ τῷ οἴνῳ οὐ τοῖς συμπόταις. Probabilius videtur ταῖς ἑταίραις.

Pag. 192. E. ὡς ΦΙΛΗΤΑΣ·

θεήσασθαι πλατάνῳ γαλῃ ὕπο.

M. ex Heinrichii coniectura edidit λασίῃ. Aut hoc verum est, aut μεγάλῃ.

Pag. 204. A, B. Apud CALLIXENUM in Philopatoris navigii descriptione haec leguntur: θαυμαστὸς δ' ἦν καὶ ὁ ἄλλος κόσμος

τῆς νεώς, ζῷα μὲν γὰρ εἶχεν οὐκ ἐλάττω δώδεκα πηχῶν κατὰ πρύμναν τε καὶ πρῷραν· καὶ πᾶς τόπος αὐτῆς κηρογραφίᾳ κατεπεποίκιλτο κτἑ. Corruptum esse τόπος bene intellexit M. Ego suspicor: καὶ πᾶς τύπος ἀσείως κηρογραφίᾳ κατεπεποίκιλτο, ut dicantur singulae illae figurae eleganter variegatae fuisse pictura cerea.

Pag. 221. C. ALEXANDER Myndius de Gorgone: φέρειν δὲ χαίτην ἀπὸ τοῦ μετώπου καθειμένην ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμούς. Lege Φορεῖν.

Pag. 224. B. Ἐπεισῆλθον οὖν ἡμῖν παῖδες πλῆθος ὅσον ἰχθύων φέροντες θαλασσίων λιμναίων τε ἐπὶ πινάκων ἀργυρῶν, ὥσε θαυμάσαι μετὰ τοῦ πλούτου καὶ τὴν πολυτέλειαν. Ut certum est vitium, ita incerta emendatio. Nam scribi potest πλῆθος τοσοῦτον — ὥσε, sed fortasse praestat: πλῆθος (θαυμασὸν sive ἀμήχανον) ὅσον κτἑ. Hoc certe apud me constat male M. coniecisse πλεῖσον ὅσον ἰχθύων, quae Latina, non Graeca, constructio est pro πλείσους ὅσους ἰχθῦς.

Pag. 226. C. in Altero ALEXIDIS loco:

οὐ γέγονε μετὰ Σόλωνα κρείττων οὐδὲ εἷς
Ἀρισονίκου νομοθέτης· τά τ' ἄλλα γὰρ
νενομοθέτηκε πολλὰ καὶ παντοῖα δή,
νυνί τε καινὸν εἰσφέρει νόμον τινὰ
χρυσοῦν κτἑ.

Sententiae satisfactum non erit, antequam mecum rescripseris:

τά τ' ἄλλα γὰρ
νενομοθέτηκ' εὖ πολλὰ καὶ παντοῖα δή.

Cernitur enim legumlatoris praestantia magis in legum bonitate quam numero, ut opinor.

Ibidem D. ANTIPHANIS fragmento vs. 4.

ἀλλ' οὐχὶ τιτθὰς εἰσάγουσι βασκάνους

non male illustratur loco Aristophaneo in Equitibus vs. 716 sq. In eiusdem poetae fragmento e *Moechis* quod legitur pag. 225. E. nescio an vs. 4. addito articulo scribendum sit: παραδοθέντες ἅθλιοι pro ἄθλιοι.

Pag. 237. D. TIMOCLES in Dracontio:

ἔπειτ' ἐγὼ παράσιτον ἐπιτρέψω τινὶ
κακῶς λέγειν; ἥκιστά γ'· οὐδὲν ἧσι γὰρ
ἐν τοῖς τοιούτοις χρησιμώτερον γένος.

Manifesto non sufficit quod reposuerunt Grotius et Casaubonus ἐν τοῖσιν οὖσιν. Mihi nihil aptius reponi posse videtur quam ἐν τοῖς βροτοῖσι. Substantivi βροτός frequens est usus apud poetas mediae et novae comoediae. Vide Iacobii indicem s. v. βροτός.

Pag. 238. A. ANTIPHANES in Didymis vs. 7. sqq.

κἄσιν φίλος γενναῖος ἀσφαλής θ' ἅμα
οὐ μάχιμος, οὐ πάροξυς, οὐχὶ βάσκανος,
ὀργὴν ἐνεγκεῖν ἀγαθός· ἂν σκώπτῃς, γελᾷ.

Concinnius scripseris:

ὀργὴν ἐνεγκεῖν ἀγαθός, ἂν σκώπτῃς, γελᾶν,
ἐρωτικὸς, γελοῖος, ἱλαρὸς τῷ τρόπῳ·

Pag. 243. B. Ab obscuro TIMOCLIS fragmento abstineo manus, nisi quod vs. ultimo

οὔτ' εὔρυθμος γάρ ἐστιν οὔτ' ἀχρήματος

in depravato vocabulo ἀχρήματος propter praegressum εὔρυθμος suspicor latere vocem e re musica petitam:

οὔτ' εὔρυθμος γάρ ἐστιν οὔτ' εὐχρώματος,

ut Chaerephon, de quo sermo est, dicatur παντελῶς ἄμουσος εἶναι. Adiectivum εὐχρώματος, quod invitante vocabulo praecedenti facile poeta formare potuit ad analogiam τοῦ ἀχρώματος, est *modulatus*.

Pag. 245. D. LYNCEUS: Κορύδῳ συμπινούσης τινὸς ἑταίρας ᾗ ὄνομα ἦν Γνώμη, καὶ τοῦ οἰναρίου ὑπολιπόντος, εἰσφέρειν ἐκέλευσεν ἕκαστον δύ' ὀβολούς, κτἑ. *Vino deficiente* Graece dici solet τοῦ οἰναρίου ἐπιλιπόντος.

Pag. 247. E. Lacunam in fragmento MENANDRI explere conatus sum *Anal. Crit.* pag. 39. sq.

Pag. 254. ΔΙΦΙΛΟΣ δ' ἐν Γάμῳ φησίν

ὁ γὰρ κόλαξ
καὶ στρατηγὸν καὶ δυνάστην καὶ φίλους καὶ τὰς πόλεις
ἀνατρέπει κτέ.

Dure et invenuste subito infertur articulus. Suspicor fuisse καὐτὰς πόλεις, *ipsasque adeo urbes.*

Pag. 255. C. τὸν τόπον Φιλαῖον ἐκάλεσαν ἀπὸ τῆς Δημητρίου [μητρὸς] Φίλας. Difficultatem huius loci, quam Schweighaeuserus sustulit scribendo θυγατρός, Dalecampius substituendo γυναικός, optime removeas, si μητρός sive per dittographiam sive de industria adscriptum mecum expunxeris. Nota ellipsi Graeci dicunt Δημητρίου Φίλα, scil. θυγατήρ.

Pag. 259. F. Apud IONEM in Omphale codices:

Ἐνιαυσίαν γὰρ δεῖ με τὴν ἑορτὴν λέγειν
οἷον καθημερινήν.

Ex Porsoni et Bentlei coniecturis restitutum est τὴν ὁρτὴν ἄγειν, sed fortasse non iniuria Meinekius haesit in forma Ionica. Nec tamen idcirco probaverim huius coniecturam iusto audaciorem

Ἐνιαυσίαν γὰρ τὴν ἑορτὴν δεῖ μ' ἄγειν.

Si enim Euripidi Electr. 625. scribere licuit:

Νύμφαις ἐπόρσυν' ἔροτιν, ὡς ἔδοξέ μοι,

non video quidni Ioni reddamus:

Ἐνιαυσίαν γὰρ δεῖ με τὴν ἔροτιν ἄγειν.

Pag. 263. D. ANAXANDRIDES:

οὐκ ἔστι δούλων, ὦγάθ', οὐδαμοῦ πόλις,
τύχη δὲ πάντα μεταφέρει τὰ σώματα.
πολλοὶ δὲ νῦν μέν εἰσιν οὐκ ἐλεύθεροι,
εἰς αὔριον δὲ Σουνιῆς, κτέ.

Fortuna *omnes res* s. *omnia* commutat, non *omnia corpora*, ut opinor. Poetae igitur redde χρήματα.

Pag. 264. C. TIMAEUS: καθόλου δ' ᾐτιῶντο τὸν Ἀριστοτέλη διημαρτηκέναι τῶν Λοκρικῶν ἐθῶν. οὐδὲ γὰρ κεκτῆσθαι νόμον εἶναι τοῖς Λοκροῖς, ὁμοίως δ' οὐδὲ φωκεῦσιν, οὔτε θεραπαίνας οὔτ' οἰκέτας, πλὴν ἐγγὺς τῶν χρόνων. Nonne scripsit: πλὴν ἐγγὺς τῶν νῦν χρόνων? Mox sub litera F. legitur: μή ποτ' οὖν διὰ

ταῦτα καὶ ἡ παροιμία Χῖος δεσπότην [ἐωνήσατο]', ἣ κέχρηται Εὔπολις ἐν Φίλοις. In proverbiis verbum solet omitti, neque Eupolis uti poterat forma ἐωνήσατο, pro qua illa aetate et diu post ἐπρίατο Graecos dixisse constat. Quare deleatur interpretamentum.

Pag. 279. A. πολλῶν οὖν ὄντων τῶν ἰχθύων, οὓς κατὰ τὰς ἑκάστας ὥρας ἐνδαινύμεθα. Compositum ἐνδαίνυμαι nusquam alibi mihi lectum. Aeque absurdum est ac foret ἐνδειπνεῖν, *inepulari*, *incoenare*. Corrige δαινύμεθα.

Pag. 289. B. EPHIPPI locum tentavi Stud. Crit. i. p. Sc. Gr. pag. 30.

Pag. 290. B. HEGESIPPI locus ex Adelphis his versibus finitur:

πολλοὺς ἐγὼ σφόδρ' οἶδα τῶν καθημένων,
οἳ καταβεβρώκασ' ἕνεκ' ἐμοῦ τὰς οὐσίας.

Verba sic scripta in libris MSS. pessumdat Meinekii coniectura κεκλημένων, i. e. *convivarum*, quam festinantius et inconsideratius recepit. Falsam esse iam potuerat apparere ex verbis σφόδρα πολλούς, quod parum probabiliter diceretur de parte convivarum ad certum aliquod convivium invitatorum, neque enim alia sententia conv vae οἱ κεκλημένοι Graece dici possunt. Sed aliter res se habet. Actor, ut saepius fit, haec dicens ridet spectatores. Hi autem fortasse recte dicuntur οἱ καθήμενοι. Testis esto DAMOXENUS ap Athen. I. pag. 15. B.

Νεανίας τις ἐσφαίριζεν εἰς
ἐτῶν ἴσως (ἐκκαίδεκ' ἢ)' πτακαίδεκα,
Κῷος· θεοὺς γὰρ φαίνεθ' ἡ νῆσος φέρειν.
ὃς ἐπεί ποτ' ἐμβλέψειε τοῖς καθημένοις
ἢ λαμβάνων τὴν σφαῖραν ἢ διδούς, ἅμα
πάντες ἐβοῶμεν.....

Quodsi quis hoc testimonium reiecerit, quia ibi de iusto theatro sermo non sit provocaritque ad Aristophanem, qui καθημένους dicat aut iudices aut concionantes, melius sane apud Hegesippum coniecerit τῶν θεωμένων quam τῶν κεκλημένων. His scriptis video iam Casaubonum loci sententiam perspexisse. Scribit enim „Absurde vero docti corrigunt κατακειμένων et

„pessime vertunt *ex accumbentibus*. Non animadvertebant licentia „comica perstringi a poeta spectatorum nonnullos (imo *permultos*), „qui bona sua liguriendo in ventrem condiderant omnia."

Pag. 302. F. 'ΑΝΤΙΦΑΝΗΣ *ἐν τῷ Ποντικῷ* —

ὅσις ὠψώνηκ' ἴσως
τούτους μεγαλείως ταῖς κάκις' ἀπολουμέναις
ὑπογάστρι' ἐλθών, ὅσα Ποσειδῶν ἀπόλεσαι·
τάττειν τε γεννικῶς παρασκευάζεται
πλευρὰν μετ' αὐτῶν.

In his *τούτους* sine dubio depravatum est, sed incertius utrum corrigendum sit *οὕτω μεγαλείως*, an *ταύταις — ταῖς κάκις' ἀπολουμέναις*, quod tamen mihi quidem magis arridet. Dicere haec videtur aliquis (rivalis?) de amatore (mercatore e Ponto?), qui obsonia paraverit meretriculis, cum iisque convivium inire constituerit.

Pag. 306. A. Locum PHERECRATIS tentavi *Anal. Crit.* p. 26.

Pag. 313. C. ΠΟΛΙΟΧΟΣ *Κορινθιαστῇ*

ὅπως σε πείσει μηδὲ εἷς, πρὸς τῶν θεῶν,
τοὺς βόακας, ἂν ποτ' ἔλθῃ, λευκομαινίδας καλεῖν.

Quod pro ἔλθῃ correxi ἔσθῃς *Anal. Crit.* pag. 33 vel ob pluralem numerum *τοὺς βόακας* necessarium esse vides.

Pag. 323. B. Ex STRATTIDIS loco et fabulae titulo forsitan recte colligas *σφύραινα* pro *κέστρα* dixisse Macedones.

Pag. 327. E. ANTIPHANIS locum tentavi *Stud. Crit. i. p. Sc. Gr.* pag. 85.

Pag. 338. A. ΦΑΝΙΑΣ *γοῦν ἐν δευτέρῳ πρυτάνεων Ἐρεσίων ἐν Χερρονήσῳ φησὶν ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας ὕσαι τὸν θεὸν ἰχθύας.* Imo *ἰχθύσι*, ut recte praecedit: *οἶδα δὲ καὶ πολλαχοῦ ὕσαντα τὸν θεὸν ἰχθύσι* et sequitur: *Φύλαρχος — ἐορακέναι τινὰς πολλαχοῦ τὸν θεὸν ὕσαντα ἰχθύσι, πολλάκις δὲ καὶ γυρίνοις.* Idem error mox obsidet HERACLIDAE verba: *περὶ τὴν Παιονίαν — βατράχους — ὗσεν ὁ θεός.* Legatur *βατράχοις*.

Pag. 336. B. Incerti poetae locum tragici esse sermo arguit. Male igitur eum recepit M. inter Comicorum fragmenta IV. pag. 607.

THEOPHILI fragmentum p. 340. D. correxi et supplevi *Anal. Crit.* p. 42.

De EPHIPPI loco pag. 346. F. vid. *Stud. Crit. i. p. Sc. Gr.* pag. 86. Insuper vs. 16

πέντε κέλητας πεντασκάλμους

requiro formam Atticam πεντεσκάλμους.

Pag. 368. D. EUPOLIS in Autolyco.

σκέλη δὲ καὶ κωλῆνες εὐθὺ τοῦ ῥόφου.

Sic codices, pro qua scriptura recepta est Iacobsii correctio:

σκέλη δὲ καὶ κωλῆνες εὐθύτου 'ρίφου

qualem mutationem in brevissimo fragmento admittere eo est periculosius quod adiectivum εὔθυτος apud nullum Graecum scriptorem, quod sciam, repertum est. Fortasse praestat nulla mutata litera traditam lectionem sic repraesentare ut legatur:

σκέλη δὲ καὶ κωλῆνες εὐθὺ τοὐρόφου —

i. e. τοῦ ὀρόφου. Cum sententia sit imperfecta, frustra quaeras quid scriptor voluerit, sitne v. c. κωλῆνες accipiendum sensu proprio an ridiculo pro μηροί, ut obscoene poeta iocatus sit quemadmodum ARISTOPHANES Lysistr. 229.

Pag. 374. A. ΧΑΜΑΙΛΕΩΝ ὁ Ἡρακλεώτης ἐν ἕκτῳ περὶ κωμῳδίας γράφων ὧδε· Ἀναξανδρίδης διδάσκων ποτὲ διθύραμβον Ἀθήνησιν εἰσῆλθεν ἐφ' ἵππου κτέ. Malim διδάξων. Absurde ibidem B: — καὶ ΘΕΟΠΟΜΠΟΣ δ' ἐν Εἰρήνῃ ἐπὶ τῆς θηλείας ἔταξε τὸν ἀλεκτρυόνα. Imo vero τὸ ἀλεκτρυόνα.

Pag. 379. D. De EUPHRONIS loco emendando scripsi quaedam *Stud. Crit.* p. 92. Sed error nondum animadversus subest vs. 18, quem, si non tollere, indicare saltem mihi licebit. Scribitur sic:

πέμπτην ἔθυον ἡμέραν οἱ Τήνιοι
πολιοὶ γέροντες πλοῦν πολὺν πεπλευκότες
λεπτὸν ἔριφον καὶ μικρόν.

Contendo autem additum articulum, cui nullus hic locus est,

certissimum esse indicium depravatum esse nomen Τήνιοι. Minoris momenti est de Teniis, non ita longe dissitis, minus apte dictum videri πλοῦν πολὺν πεπλευκότες, quia nihil opus est, ut cogitetur navigatio ab illa insula Athenas suscepta. Poterant enim longo itinere tunc venisse aliunde. Quaerendum autem quid lateat in OITINIOI, sic enim est in libris omnibus. Ambigo utrum delitescat CIΔΩNIOI, quod cum longo itinere optime conspiraret, an CIKINIOI, quod propius abest a tradita scriptura. Est autem Σίκινος sive Σίκηνος parva insula Cretae vicina. Per iota scribitur apud Strabonem X. 484. et Apoll. Rhod. I. 624, per eta apud Stephanum Byzantinum s. v. Pro illa scriptura militant libri Athenaei, si re vera id nomen est restituendum.

Pag. 399. B. ΕΤΦΡΩΝ ὁ κωμικὸς ἐν Θεωροῖς

λοβός τίς ἐσι καὶ ψύαι καλούμεναι.
ταύτας ἐπιτεμὼν κτέ.

Nescio an melius scribatur:

χαὶ ψύαι καλούμεναι.

Pag. 401. E. κινδυνεύεις — ὥσπερ ὁ Κῷος Φιλητᾶς ζητῶν τὸν καλούμενον ψευδολόγον (f. ψευδόμενον) τῶν λόγων ὁμοίως ἐκείνῳ διαλυθῆναι· ἰσχνὸς γὰρ πάνυ τὸ σῶμα διὰ τὰς ζητήσεις γενόμενος ἀπέθανεν. Aptius videtur διαυανθῆναι, ut mox sequitur: ἵν' οὖν μὴ καὶ σὺ ζητῶν τὸν σύαγρον ἀφαυανθῇς μάθε ὅτι κτέ. Sequitur: ὡς τὸ πρὸ τοῦ μνημείου αὐτοῦ ἐπίγραμμα δηλοῖ

ξεῖνε, Φιλητᾶς εἰμί. λόγων ὁ ψευδόμενός με
ὤλεσε καὶ νυκτῶν Φροντίδες ἐσπέριοι.

Apprime aptum foret:

νυκτῶν Φροντίδες αἱ στιβαραί.

i. e. *noctium curae severae.* Cf. Anthol. Palat. IX. 170:

Νηδὺν ἀναίσχυντον σιβαροῖς ᾐσχυνα λογισμοῖς.

Prorsus similiter σιβαρῶς Φροντίζειν legitur apud Marcum Antoninum II, 5.

Pag. 402. D. τὰ δ' ὕεια καὶ ἄρνεια κρέα ἀδιαπόνητα ταῖς ἕξεσιν ὑπάρχοντα ῥᾳδίως Φθείρεται διὰ τὴν πιμελήν. *Concoquere cibos* dicitur ἐκπονεῖν, non διαπονεῖν, itaque corrigendum ἀνεκπόνητα.

Pag. 405. C. DIONYSII vs. 81. sq. correxi *Anal. Crit.* pag. 44.

Pag. 415. C. PHERECRATIS loci leporem perdit Meinekii coniectura μικρᾶς. Iunge ἡμέρας μακρᾶς, ut monui *Nov. Add. Crit.* pag. 3.

Pag. 420. E. ἄλλοτε δὲ ὁ Ἀρκεσίλαος Ἀπελλῇ τῷ γνωρίμῳ προστάξας καθυλίσαι τὸν οἶνον, ἐπεὶ διὰ τὴν ἀπειρίαν ἐκεῖνος τὰ μὲν ἐτάραττε τὰ δ' ἐξέχει, καὶ πολὺ θολερώτερος ἐφαίνετο ὁ οἶνος, ὑπομειδιάσας ἔφη· ἐγὼ δὲ καθυλίσαι προσέταξα ἀνθρώπῳ μηδὲν ἑορακότι ἀγαθόν, ὥσπερ οὐδ' ἐγώ. ἀνάσηθι οὖν σύ, Ἀρίδικε· σὺ δὲ ἀπελθὼν τὰ ἐκτὰ τρύπα. Ex iis quae sequuntur post verba corruptissima: ταῦτα δ' οὕτως εὖφραινε καὶ ἐξιλάρου τοὺς παρόντας, ὡς εὐθυμίας πληροῦσθαι fere colligi potest Arcesilaum Apelli iocosi aliquid imperasse. Quoniam vero homo vinum, quod liquere iussus erat, reddiderat turbidius, nil aptius ei poterat imperari, quam ut relicto opere ipse faecem deglutiret. Hinc igitur suspicor fuisse: σὺ δὲ ἀπελθὼν κατάστα (τὴν) τρύγα. Insuper malles σὺ δ' ἐπανελθών, *tu vero redi* cett. De poenis in conviviis consule Bekkeri Chariclem ed. Hermanni II, tom. 2. p. 284.

Pag. 423. C. Iniuria quod hic legitur fragmentum comicum tribui ANTIPHANI demonstrare conatus sum *Anal. Crit.* pag. 45. sqq. In eodem opusculo pag. 42. sq. ostendi apud XENARCHUM in Didymis pag. 426. B. pro πίμπλα non scribendum esse πίμπλη cum Meinekio, sed latere nomen proprium, fortasse Πάμφιλε. Qui paullo post pag. 426. D. legitur ALEXIDIS locus, eum tentavi ibidem pag. 42. Bene autem notandum, locum ibi non esse particularum coniunctioni καί — γε, *adeoque*; quod neglectum est a Porsono et Meinekio.

Pag. 429. B. ἄτοπος δὲ ὁ Ἀνακρέων ὁ πᾶσαν αὐτοῦ τὴν ποίησιν ἐξαρτήσας μέθης. τῇ γὰρ μαλακίᾳ καὶ τῇ τρυφῇ ἐπιδοὺς ἑαυτὸν ἐν τοῖς ποιήμασι διαβέβληται, οὐκ εἰδότων τῶν πολλῶν ὅτι νήφων ἐν τῷ γράφειν καὶ ἀγαθὸς ὢν προσποιεῖται μεθύειν οὐκ οὔσης ἀνάγκης. Quidquid scripsit Athenaeus pro corrupto ἀγαθός,

saltem non scripsit quod coniecit M. *ἀγανός*. Expectatur *ἀρτίνους* aut aliquid certe in eandem sententiam.

Pag. 341. A. ΣΩΦΙΛΟΣ δ' *ἐν Ἐγχειριδίῳ*
συνεχὴς ἄκρατος ἐδίδοτ' ἴσον ἴσῳ. κτἑ.
Adverbium requiri videns M. scripsit *συνεχῶς*, quod mihi quoque hanc emendationem ignoranti scribi oportere aliquando visum est. Incertius tamen utrum poeta ita scribere maluerit an *συνεχές*, quod fortasse ut paullo lenius praeferendum.

Pag. 434. C. In MENANDRI fragmento
Στ. Ἀλεξάνδρου *πλέον*
τοῦ βασιλέως πέπωκας. Β *οὐκ ἔλαττον, οὔ,*
μὰ τὴν Ἀθηνᾶν. Στ. *μέγα γε.*
Humani aliquid accidit Meinekio, conicienti contra metrum *μέγας εἶ*. Si qui (nam haec fuit viro optimo mutandi causa), vocabula *μέγα γε* accipiunt pro *πολύ γε*, ii sane in gravi versantur errore. Manifesto enim sententia postulat Struthiam exclamare *magnum hercle facinus narras*. Nec sermonis ratio impedit quominus ita verba interpretemur. Fieri quidem potest ut perierit versiculi finis sic restituendus *μέγα γε (τοὔργον, ὦ φίλε)*, sed nihil necesse est ita statuamus.

Pag. 434. E. Supplendum videtur: ΚΤΗΣΙΑΣ *δὲ παρ' Ἰνδοῖς φησὶν οὐκ (ἐξ)εῖναι τῷ βασιλεῖ μεθυσθῆναι.* Ubicumque enim verbum *ἐξεῖναι proprio sensu* ponitur, non licet pro eo substituere verbum simplex *εἶναι*.

Pag. 437. A. *τῶν οὖν πιόντων τὸν οἶνον (ἄκρατον* sc.) *παραχρῆμα μὲν ἐτελεύτησαν ὑπὸ τοῦ ψύχους τριάκοντα καὶ πέντε.* Miror haesisse neminem; nam vix quidquam cogitari potest absurdius quam hoc: homines qui nimium meri bibissent, subito *frigore* mortuos esse. Nec tamen reperio quid lateat in ΨΥΧΟΥΣ. Quaerant alii.

Pag. 441. B. ALCIMUS Siceliota causam exponens cur in Italia mulieres vino abstinerent, auctor est Herculem aliquando in agro Crotoniensium sitientem domum quandam adiisse rogatum

ut bibendum sibi porrigerent. Ἔτυχε δ' ἡ γυνή, ita pergit, τοῦ τὴν οἰκίαν κεκτημένου πίθον οἴνου λαθραίως ὑποίξασα· καὶ πρὸς μὲν τὸν ἄνδρα δεινὸν ἔφη ποιήσειν αὐτόν, εἰ ξένου χάριν τὸν πίθον τοῦτον ἀνοίξειεν, ὕδωρ δ' ἐκέλευσεν αὐτὸν προσενεγκεῖν. Ἡρακλῆς δ' ἐπὶ θύραις ἑστὼς καὶ ἀκούσας ταῦτα τὸν μὲν ἄνδρα αὐτῆς σφόδρα ἐπήνεσεν· ὃν καὶ ἐκέλευσεν αὐτὸν παρελθόντα εἴσω σκοπεῖν τὸν πίθον. καὶ ὃς εἰσελθὼν λίθινον εὗρε τὸν πίθον γεγονότα. Aut nihil horum intellego aut monstrum alit λίθινον. Quid enim portenti genus est vas fictile reddere lapideum, et quo pacto sic marito potuit apparere culpa uxoris, quae procul dubio erat Herculis voluntas? Nonne potius hoc dixit auctor, maritum comperisse amphoram epotam esse ab uxore? Quare videndum an forte sub ΛΙΘΙΝΟΝ lateat ΑΟΙΝΟΝ, i. e. ἄοινον.

Pag. 444. F. THEOPOMPUS: καὶ πολλὰς μὲν γυναῖκας εὐγενεῖς καὶ τῶν πρώτων ἀνθρώπων ᾔσχυναν. Imo ἀνδρῶν.

Pag. 448. B. ὥρα ἡμῖν, ἄνδρες φίλοι, ζητεῖν τι καὶ περὶ γρίφων, ἵνα κἂν βραχὺ διασήσωμεν ἀπὸ τῶν ποτηρίων. Nihilo sanius est quod M. reposuit διασησώμεθ'. Debuerat διασῶμεν.

Pag. 449. B. ANTIPHANES vs. 4. sq.:

νεογενοῦς ποίμνης δ' ἐν αὐτῇ πνικτὰ γαλατοθρέμμονα
τακεροχρῶτ' εἴδη κύουσαν; κτέ.

Non magis sufficit quod M., a me olim admonitus, κύουσαν ἐν αὐτῇ (ita enim locum ediderat F. C. G. III. 26) Graecum non esse, postea coniecit ἐν αὐτῆς scil. σέγῃ, quam quod ipse *Observ. Crit.* p. 46 proponebam δὲ ταύτην. Hodie correxerim:

νεογενοῦς ποίμνης δ' ἐν ὕδατι πνικτὰ γαλατοθρέμμονα
τακεροχρῶτ' εἴδη κύουσαν.

Aquae in hac carnium coquendarum descriptione mentionem aptissimam esse nemo non videt. Ope versus alterius probabiliter corrigi potest DIPHILI locus, qui supra pag. 294. B. legitur ita scriptus:

vs. 2. γόγγρου κεφαλὴν καὶ τὰ πρῶτα τεμάχια
δραχμῶν πάλιν πέντ'.

ubi quid quaeso aptius cogitari potest quam id quo una cum numeris sententia restituitur:

γόγγρον κεφαλὴν καὶ ταχεροχρῶτα τεμάχια κτἑ.?

Pag. 449. A. apud ANTIPHANEM ἐν Κνοιθιδεῖ ἢ Γάστρωνι vs. 13. sq. sic eduntur e codd.:

ἀλλ' οἷα λογοποιοῦσιν ἐν τῷ πράγματι
οἱ τἀργύριον μὴ κατατιθέντες κτἑ.

Corrigendum ἐπὶ τῷ πράγματι.

Pag. 451. D. ΙΩΝ ἐν Φοίνικι ἢ Καινεῖ

δρυός μ' ἱδρὼς
καὶ θαμνομήκης ῥάβδος κτἑ.

Recte *virga* sic dicitur aucupum, *quae longitudine aequiperat frutices, in quibus aves consident.* Vox frustra tentatur.

Pag. 458. F. ἐπεὶ δὲ ἱκανὴν παράβασιν πεποιήμεθα περὶ τῶν γρίφων, λεκτέον ἤδη καὶ τίνα κόλασιν ὑπέμενον κτἑ. Intellegam παρέκβασιν, *digressionem.*

Pag. 464. A. Mein. corrigens CTESIAE formas Ionicas obliteratas neglexit χρῆται, pro quo reponendum χρᾶται. Idem mox sub litt. C. tentans ARISTOTELIS verba male huic obtrudit formam Ionicam ὀδμήν. Equidem suppleverim: αἱ ῥοδιακαὶ — προσαγορεύομεναι χυτρίδες διά τε τὴν (ἀπὸ τῆς ὀσμῆς) ἡδονὴν εἰς τὰς μέθας παρεισφέρονται κτἑ.

Pag. 466. A. In THEBAIDIS fragmento non sine vitio legi videntur haec (vs. 7. sq.):

αἶψα δὲ παισὶν ἑοῖσι μετ' ἀμφοτέροισιν ἐπαρὰς
ἀργαλέας ἠρᾶτο, θεῶν δ' οὐ λάνθαν' ἐρινύν·

Haud facile enim dixeris quid sibi velit μετ' ἀμφοτέροισι. Non latet quod obiter locum inspicienti credas μέγ' — ἀργαλέας, quae cum dura foret verborum coniunctio tum etiam improbabilior quod statim praecessit μέγα οἱ κακὸν ἔμπεσε θυμῷ. Nisi fallor, poeta tmesi usus scripserat:

αἶψα δὲ παισὶν ἑοῖσιν ἐπ' ἀμφοτέροισιν ἐπαρὰς
ἀργαλέας ἠρᾶτο.

Ibidem D. ANTICLIDES Atheniensis: μυθολογοῦσι δὲ [περὶ dele] τῶν ἐν Μηθύμνῃ τινὲς περὶ τῆς ἀφεθείσης εἰς τὴν θάλασσαν παρθένου, καί φασιν ἐρασθέντα αὐτῆς τῶν ἡγεμόνων τινὰ — ἐκκωλυμβῆσαι βουλόμενον ἀνασῶσαι τὴν παρθένον. Infeliciter pro βουλόμενον coniecit βουλομένην, quod intellegi prorsus nequit. Confusae sunt, ut saepe, praepositiones ЄК et ЄІС. Corrige εἰσκολυμβῆσαι. Non magis audiendus est idem in sequentibus sub litt. C.: καί ποτε — αὐτὸν ἐκβῆναι, ἔχοντα κύπελλον χρυσοῦ οὕτω θαυμασίου, ὡς τὸν παρ' αὐτοῖς αὐτῷ παραβαλλόμενον οὐδὲν διάφορον εἶναι χαλκοῦ corrigens παρ' ἄλλοις. Debuerat παρ' ἀνοῖς, i. e. παρ' ἀνθρώποις.

Pag. 783. E. in scolio apud AMIPSIAM:

οὐ χρὴ πόλλ' ἔχειν θνητὸν ἄνθρωπον [ὄντ'],
ἀλλ' ἐρᾶν κἀσθίειν·
σὺ δὲ κάρτα φείδῃ.

i. e. non oportet multa habere mortalem hominem, sed amare et potare (i. e. habere tantum, unde indulgere possit amori et ventri): tu vero nimium parcus es (scil. divitiarum parandarum studio) — tam egregia est oppositio, ut non exputem, quid M. moverit, ut in textu de coniectura poneret ipsum contrarium:

σὺ δὲ κάρτ' ἀφειδής.

Pag. 470. B. Apud MIMNERMUM vs. 11:

ἔνθ' ἐπέβη ἑτέρων ὀχέων Ὑπερίονος υἱός

grammaticae vim infert Bergkii coniectura Meinekio probata σφετέρων. Fortasse fuit:

ἔνθ' ἐπεβήσετο ὧν ὀχέων Ὑπερίονος υἱός.

Pag. 473. E. In secundo EUBULI fragmento *Stud. Crit.* pag. 84. supplebam:

ὁ δὲ κάνθαρος πάλαι (πάλαι) ξηραίνεται.

Pag. 474. D. Cum PHILETAERI fragmento:

Πηλεύς; ὁ Πηλεὺς δ' ἐστὶν ὄνομα κεραμέως

comparari potest simillimus iocus Aristophanis Thesmoph. 874. sqq. et 883.

Pag. 477. E. τοῦ κώθωνος εὖ μάλα προβεβηκότος λαβὼν ἐν

τῶν κιβωρίων ὡς ἔξοινος ὢν [καὶ μεθύων] ἐνεούρησεν. Deleatur interpretamentum.

Pag. 482. D. in EPHIPPI fragmento vs. 4

ῥήσεις τε κατὰ δεῖπνον Θεόδωρος μοι λέγοι.

Sermonis proprietas postulat παρὰ δεῖπνον.

Pag. 494. A. τοῦ Βίωνος τὴν πρώτην συλλαβήν [βι]. Abiciatur puerile additamentum.

Pag. 509. C. De EPHIPPI loco egi *Anal. Crit.* pag. 36. sq.

Pag. 509. E. μέχρι τούτων δὲ ἡμῖν πεπεραιώσθω καὶ ἥδε ἡ συναγωγή. Byzantinorum est περαιοῦν pro περαίνειν. Hic malim πεπεράνθω.

Pag. 536. E. PHYLARCHUS in Historiis auctor erat Πτολεμαῖον — τὸν δεύτερον Αἰγύπτου βασιλεύσαντα πάντων σεμνότατον γενόμενον τῶν δυναστῶν καὶ παιδείας εἴ τινα καὶ ἄλλον καὶ αὐτὸν (τῶν κατ' αὐτὸν coni. M.) ἐπιμεληθέντα, οὕτως ἐξαπατηθῆναι τὴν διάνοιαν καὶ διαφθαρῆναι ὑπὸ τῆς ἀκαίρου τρυφῆς, ὥστε τὸν πάντα χρόνον ὑπολαβεῖν βιώσεσθαι. M. depravatum esse contendit ἐξαπατηθῆναι, nihil tamen pro eo substituens. Quod nec facile est ad faciendum nec fortasse necessarium. Nota sunt Creontis verba apud Sophoclem in Oedipo rege:

οὐ γὰρ τοσοῦτον ἠπατημένος κυρῶ,
ὥς' ἄλλα χρήζειν ἢ τὰ σὺν κέρδει καλά.

Quae apud Phylarchum sequuntur sic emendanda esse censeo: κατατεινόμενος (cum M.) οὖν ὑπὸ ποδάγρας πλείους ἡμέρας ὡς ποτε [οὖν dele male repetitum] ἐρράισε, κατιδὼν (vulgo καὶ κατεῖδεν, sed κατίδεν cod. A.) δή τινας (codd. διὰ τινων) ὑπὸ λαμπάδων [τοὺς Αἰγυπτίους dele ut interpretamentum aut repone Genetivum, quod minus probabile] παρὰ τὸν ποταμὸν ἀριστοποιουμένους καὶ τὰ τυχόντα προσφερομένους, ἐπί τε τῆς ἄμμου χύδην ἐρριμμένους, εἶπεν· „Ὦ τάλας ἐγώ, τὸ μηδὲ τούτων ἕνα γενέσθαι με." Ultimam voculam addidi ex Eustathio. Quod M. reponebat ἀνερράισεν, id compositum praeter Hesychium nullum habet

fideiussorem, dum verbum simplex frequenti usu teritur ab omnibus.

Pag. 551. B. In fragmento ARISTOPHANIS ex Gerytade vs. 5. sq.

Α. Εἰσὶ γάρ τινες
ἄνδρες παρ' ὑμῖν ἀδοφοῖται; Β. νὴ Δία
μάλιςά γ' ὥσπερ Θρᾳκοφοῖται. πάντ' ἔχεις
Α. καὶ τίνες ἂν εἶεν;

M. locum esse formulae πάντ' ἔχεις negans infelicissime coniecit παντελεῖς, ut scil. *legati isti cum plena agendi potestate ad inferos missi dicantur*. At enim nec si παντελής ea sententia usurpari posset, isto loco positum posset intelligi, neque incertum est eiusmodi legatos constanti omnium usu vocari αὐτοκράτορας, non παντελεῖς. Mihi, collato loco Avium vs. 1459. sq., nulla mutata litera verba sic interpungenda et interlocutoribus distribuenda videntur, ut legatur:

Β. νὴ Δία
μάλιςά γ'. Α. ὥσπερ Θρᾳκοφοῖται; Β. πάντ' ἔχεις.
Α. καὶ τίνες ἂν εἶεν; κτἑ.

Pag. 553. C. in loco ANTIPHANIS vs. 1 sq. male editur:

εἶτ' οὐ δικαίως εἰμὶ Φιλογύνης ἐγὼ
καὶ τὰς ἑταίρας ἡδέως πάσας ἔχω;

Non enim hoc dicit poeta *se libenter habere* (tenere, possidere) *omnia scorta*, sed se iis *bene velle et delectari*, itaque legendum:

καὶ ταῖς ἑταίραις ἡδέως πάσαις ἔχω,

i. e. ᾄδομαι. Deinde haereo in sequentibus:

τουτὶ γὰρ αὐτὸ πρῶτον ὃ σὺ ποιεῖς παθεῖν,
μαλακαῖς καλαῖς τε χερσὶ τριφθῆναι πόδας
πῶς οὐχὶ σεμνόν ἐςι;

Est enim manifesto tota oratio defendentis se contra eum, qui mollitiem ipsi exprobraverat. Quare suspicor:

τουτὶ γὰρ αὐτὸ πρῶτον ὃ σὺ ψέγεις παθεῖν κτἑ.

Pag. 560. B. Οὐδένα δὲ ὑμῶν ἀγνοεῖν οἶομαι – ὅτι καὶ οἱ μέγιςοι πόλεμοι διὰ γυναῖκας ἐγένοντο· ὁ Ἰλιακὸς δι' Ἑλένην [ὁ λοιμὸς διὰ Χρυσηίδα, Ἀχιλλέως μῆνις διὰ Βρισηίδα, καὶ], ὁ ἱερὸς δὲ καλούμενος δι' ἑτέραν γαμετήν, φησὶ Δοῦρις κτἑ. Tot sunt in

his verbis indicia vocabula ὁ λοιμός – καί a stupido nescio quo magistello esse interpolata, ut neminem ante me haesisse satis mirari non possim. Bellumne fuit pestilentia, aut ira Achillis, Chryseis et Briseis erantne γαμεταί, ut recte sequi posset: ὁ ἱερὸς δὲ καλούμενος δι' ἑτέραν γαμετήν, potuitne denique istis interpositis omitti substantivum πόλεμος post καλούμενος?

Pag. 560. B. ἡσθεὶς οὖν ὁ Καμβύσης τῇ Νειτήτιδι καὶ σφόδρα ἐρεθισθείς ἐκμανθάνει παρ' αὐτῆς τὰ πάντα· καὶ δεηθείσης ἐκδικῆσαι τοῦ Ἀπρίου τὸν φόνον, πείθεται πολεμῆσαι Αἰγυπτίοις. Nisi forte ἐρεθισθεὶς corruptum est ex ἐρασθεὶς, quod vix credo, verba sic transponenda sunt, ut legatur: πάντα· καὶ σφόδρ' ἐρεθισθεὶς δεηθείσης κτἑ. Quo facto omnia ordine decurrunt.

Pag. 562. B. ALEXIS vs. 9:

ἐνὶ τύπῳ τε πόλλ' εἴδη φέρων.

Imo φορῶν.

Pag. 563. A. De THEOPHILI loco vid. *Stud. Crit.* p. 87. sq.

Pag. 562. F. in fragmento ALEXIDIS M. recepit meam coniecturam αἰμυλωτάτους pro ἀθλιωτάτους. Postquam autem nuper in fragmento Euripidis 175 (Dind.)

ὅσις δὲ πρὸς τὸ πῖπτον εὐλόφως φέρει
τὸν δαίμον', οὗτος ἥσσόν ἐσιν ὄλβιος

ἄθλιος corrigendum esse vidi (vid. Verslagen en Mededeelingen d. K. A. IV, 1. p. 106), nata mihi est suspicio, eadem confusione apud Alexidem ἀθλιωτάτους corruptum esse ex ὀλβιωτάτους, quo vocabulo pulchre quasi imposito cumulo terminaretur universus locus, in quo poeta id voluit probare quod statuit ab initio:

τοὺς ἐρῶντας ζῆν μόνους.

Pag. 566. A. HERACLIDES: κατὰ τὴν Σπάρτην θαυμάζεται μᾶλλον (ἀνὴρ ins. M.) καὶ γυνὴ ἡ καλλίση, καλλίσας γεννώσης τῆς Σπάρτης τὰς γυναῖκας. Postulat sententia ut rescribatur μᾶλλον – ἢ γυνὴ κτἑ. Rariores Spartae erant viri pulchri quam

pulchrae mulieres, quocirca illos magis admirabantur quam has.

Pag. 567. B. ὡς ταῦτα καλῶς γραφόντων. Imo ταύτας, scil. τὰς πόρνας, quod assumendum e praegresso πορνογράφον. Mox ibidem D. in verbis συνουσίαζεν ἕως κενωθῇ ambigit M. utrum corrigendum sit κενωθείη an ἕως ἂν κενωθῇ. Procul dubio illud verius est, quia συνουσίαζεν dictum de eo quod *facere solebat* impurata meretrix, cui ex re nomen inditum erat Κλεψύδρα. Alterum foret h. l. soloecum.

Pag. 568. D. ALEXIDIS eclogae qui erat ante M. vs. ultimus:

ὄψεις διὰ τούτων σκευοποιοῦσι τῶν τεχνῶν

non esse videtur incerti comici versiculus, quae fuit M. sententia, sed scioli nescio cuius foetus, quales in optimi cuiusque poetae carminibus leguntur permulti. Quicumque adscripsit, paucis verbis declarare voluit universi loci argumentum. Similis farinae est Ranarum vs. 15, quem merito tandem in marginem reiecit Dindorfius in ed. Vta Scenicorum poetarum.

Pag. 569. D. Vix Graecum est PHILEMONIS fragmenti initium:

σὺ δ' εἰς ἅπαντας εὕρες ἀνθρώπους, Σόλων

nam vel si in praegressis fuisse suspicamur πόρον simileve vocabulum, male tamen habet εἰς ἀνθρώπους pro Dativo. Conieci:

σὺ δ' εἶς ἅπαντας ἦσας κτέ.

Transitivum verbum ᾄδειν, etsi rarius occurrit, certae tamen est auctoritatis. E comicis usurpavit EPHIPPUS ap. Ath. p. 363. C. vv. 4 sq.

τοῖσι φρυγίοις
χαυνοῦσ' ὁμοίως ἦσε, παρεμυθήσατο κτέ.

In eodem fragmento non satis expedio vs. 13. sq.

εἷς ὀβολός, εἰσπήδησον· οὐκ ἔς' οὐδὲ εἷς
ἀκκισμὸς οὐδὲ λῆρος, οὐδ' ὑφήρπασεν.

Venit in mentem ἀφείρπυσεν, i. e. *furtim abiit*. Ἐφέρπειν usurpavit Aristophanes Plut. 675.

Vs. 8. displicet κατὰ τόπους. Expectaveram κατὰ τέγη. Ita saepe dici *lupanaria* notum est.

Pag. 570. F. Qui hic legitur PHILETAERI locus recte ut videtur

a M. F. C. III. p. 294 ad unius fragmenti perpetuitatem coniunctus est cum altero loco qui exstat pag. 280. c. Dubito autem num bene scribatur:

πλὴν ἡδέως ζῆν τὸν βίον καθ' ἡμέραν,

ubi exspectes mutato verborum ordine:

πλὴν ἡδέως ζῆν τὸν καθ' ἡμέραν βίον,
ἐὰν ἔχῃ τις ὁπόθεν. κτἑ.

Pag. 573. A. Apud CLEARCHUM ultima verba sic corrigenda sunt: εἰς ὕψος ἄρας (τοσοῦτον) ὥςε περιοδεύων τε αὐτὸς — καθορᾶν τὸ μνῆμα, καὶ πᾶσι — αὐτὸ ἄποπτον εἶναι pro περιοδεύοντος αὐτοῦ.

Pag. 574. B. Ἀλκιβιάδης δ' ὁ καλός, ἐφ' οὗ τις τῶν κωμικῶν ἔφη· (Ἀλλ') Ἀλκιβίαδην τὸν ἀβρόν, ὦ γῆ καὶ θεοί, ὃν ἡ Λακεδαίμων μοιχὸν ἐπιθυμεῖ λαβεῖν· ὑπὸ τῆς Ἄγιδος ἀγαπώμενος γυναικός, ἐπὶ τὰς τῶν ἑταιρίδων θύρας ἐκώμαζε ἀπολιπὼν τὰς Λακαίνας καὶ τὰς Ἀττικάς. Corrige ἀγαπωμένου, et a fine post Ἀττικάς adde γαμετάς, vocabulum necessarium propter oppositum ἑταιρίδων.

Pag. 580. D. MACHO vs. 53. sqq.:

Στρατοκλῆς δ' ἐρίφους προῖκ' ἐδίδου τοῖς γνωρίμοις.
λοπάδας ἐνάλμους τε ξυναρτύειν δοκῶν
καὶ δίψαν ὑπολειπόμενος εἰς τὴν αὔριον κτἑ.

Locum misere habitum sic lubet tentare:

ξυναυξήσειν δοκῶν
τὴν δίψαν ὑποπίνουσιν εἰς τὴν αὔριον.

Stratocles gratis familiaribus suis donabat hoedos patinasque valde salsas, haec sitim auctura esse existimans large potantibus usque ad diem sequentem. Cuius rei causa exponitur a poeta in sequentibus.

Pag. 581. D. MACHO vs. 27:

ἐν σκυτοτομίῳ τινι μετά τινων καθήμενος.

Deleto pronomine indefinito scripserim:

ἐν σκυτοτομείῳ μετά τινων καθήμενος.

Pag. 584. A. in Glycerae responso ad Stilponem supplendum et corrigendum videtur: μηδὲν οὖν (οἶο υ) διαΦέρειν ἐπιτριβομένοις καὶ κακῶς πάσχουσι μετὰ ΦιλοσοΦίας ζῆν ἢ (μεϑ') ἑταίρας. Delevi voculam ἤ, quam libri habent post πάσχουσιν.

Pag. 586. A. ὅτι Ἄβυδος ἐλέγετο διὰ τὸ γραῦς εἶναι. Frustra quaesiverunt viri docti cur ita vocaretur. Ego suspicor vetulam sic dictam esse propter cunni laxitatem, ita ut videretur quasi ἄβυθος, i. e. ἄβυσσος. Una litera plebeculam in istiusmodi iocis non moratur.

Pag. 592. B. Sophocles auctore HEGESANDRO ἐπὶ δυσμαῖς ὢν τοῦ βίου, Ἀρχίππην ἠγάπησε τὴν ἑταίραν καὶ [τοῦ βίου] κληρονόμον κατέλιπεν. Dele vocabula perperam repetita. Post pauca ibidem pergit Athenaeus: Ἀλλὰ μὴν καὶ Ἰσοκράτης — Μετάνειραν εἶχεν ἐρωμένην καὶ καλήν. M. edidit παγκάλην. Ego suspicabar ἐρωμένην (νέαν) καὶ καλήν.

Pag. 597. B. HERMESIANACTI emendando nuper operam dedi in opusculo quod inscripsi *Quaestiunculae epicae et elegiacae*, Traiecti ad Rhenum ap. Kemink 1876, pag. 90.

Pag. 610. B. πουλυμαθίη νόον [ἔχειν] οὐ διδάσκει. Ubicumque alibi HERACLITI dictum affertur, recte abest ἔχειν, quod quin ab interpretibus additum sit dubitare noli.

Pag. 611. B. Διότιμος — ὑπὸ Ζήνωνος — ἐξαιτηϑεὶς ἀνῃρέϑη. Corrige ἐξεταασθείς et compara Demosth. pag. 1124, 22. Mox ibidem D. requiro: τίς γὰρ (ἂν) ἤλπισεν κτἑ.

Pag. 617. E. In PRATINAE hyporchemate vs. 14 teneo quod correxi in *Animadversionibus philologicis ad Theognidem* p. 72 πεπλαγμένον pro πεπλασμένον.

Pag. 619. C. CLEARCHUS ἐν πρώτῳ Ἐρωτικῶν· Ἠριφανὶς — πλανωμένη πάντας τοὺς ὀρείους ἐπεξῄει δρυμούς, ὡς μῦθον εἶναι τοὺς λεγομένους Ἰοῦς δρόμους. Manifesto vitiosum est μῦθον, si quidem nemo dubitabat quin mythus essent Ius errores. Possis ὡς λῆρον εἶναι κτἑ., quae est nota ac frequens locutio. Vide

v. c. mox pag. 620. B. init. Lenius tamen corrigam: *ὡς ὕθλον εἶναι κτἑ.* Non semel *μῦθος* et *ὕθλος* confusa esse ostendit Cobetus.

Pag. 623. E. *περὶ μουσικὴν* [*ἐν*] *διατρίβων ἀεί.* Delevi praepositionem natam e cauda praecedentis vocabuli. Post pauca ibidem sequitur ANAXILAE locus:

> Ἡ *μουσικὴ δ'ὥσπερ Λιβύη* [*πρὸς τῶν*] *θεῶν*
> *ἀεί τι καινὸν κατ' ἐνιαυτὸν θηρίον*
> *τίκτει.*

Falluntur qui *πρὸς τῶν θεῶν* vertunt per *aedepol*, quod fere responderet Graeco *νὴ* (s. *ναὶ μὰ*) *τοὺς θεούς*. Illud est *obsecrantis*, hoc *affirmantis*. Speciem certe haberet, si verteres *cura* s. *providentia deorum*, sed verba sana esse valde dubito. Quia autem est in codicibus *τίκτει θηρίον*, non *θηρίον τίκτει*, quod coniecturae debetur, nescio fere an totus locus sic sit constituendus:

> Ἡ *μουσικὴ δ' ὥσπερ Λιβύη τίκτει, Θέων,*
> *ἀεί τι καινὸν κατ' ἐνιαυτὸν θηρίον.*

ut, postquam *τίκτει* errore de loco motum fuerit, vocabula *πρὸς τῶν* a correctore suppleta esse putemus.

Pag. 624. A. *καὶ ὁ Ὁμηρικὸς δὲ Ἀχιλλεὺς τῇ κιθάρᾳ κατεπραΰνετο, ἣν αὐτῷ ἐκ τῶν Ἠετίωνος λικφύρων μόνην Ὅμηρος χαρίζεται, κατασέλλειν τὸ πυρῶδες αὐτοῦ δυναμένην.* Comparato loco Homerico qui hic respicitur Il. IX, 188:

> *τὴν ἄρετ' ἐξ ἐνάρων πόλιν Ἠετίωνος ὀλέσσας*

videbis *μόνην* isto loco esse delendum.

Idem vocabulum restitue post *δυναμένην*, unde elapsum est propter duarum ultimarum syllabarum similitudinem. E meliore codice nescio quis voculam notaverat in marginem, sed ea devenit in locum alienum. Ex ipsis sequentibus *μόνος γοῦν ἐν τῇ Ἰλιάδι ταύτῃ χρῆται τῇ μουσικῇ* lubens tollerem verba *τῇ μουσικῇ*, et *ταύτῃ* intellegerem de cithara memorata in praegressis.

Pag. 626. C. *οἱ μὲν* [*οὖν*] *παῖδες.* Dele particulam *οὖν*.

Pag. 641. F. De loco Antiphanis egi *Anal. Crit.* pag. 45.

Pag. 655. B. Apud ANTIPHANEM vs. 2

Φοίνικας, ἐν Ἀθήναις δὲ γλαῦκας, ἡ Κύπρος
ἔχει πελειάς

nota voculam δέ correptam ante γλαῦκας et omissam eandem voculam, ubi necessaria est, post κύπρος. Locum vix sanum aliorum curae commendo.

Pag. 655. C. ἔστι δὲ ἄσοργον πρὸς τὰ ἔκγονα τὸ ὄρνεον καὶ ὀλιγωρεῖ τῶν νεωτέρων. Malim νεοττῶν.

Pag. 664. B. In MACHONIS loco depravatum est πάντες.

Pag. 666. F. Loci ANTIPHANEI vs. 14:

ᾧ δεῖ λαβὼν τὸ ποτήριον δεῖξον νόμῳ.

Praeter λαβεῖν, quod correxit Bergkius, pro νόμῳ exspectabam τρόπῳ.

Pag. 679. B. EUBULUS:

ὦ μάκαρ ἥτις ἔχουσ' ἐν δώματι
** στρούθιον αὐροφόρητον,
λεπτότατον περὶ σῶμα συνίλλεται
ἡδύτατον περὶ νυμφίον εὔτριχα,
κισσὸς ὅπως καλάμῳ περιφύεται κτὲ.

Plura in his post eruditorum curas obscura sunt et corrupta. A reliquis abstinens moneo sub περὶ σῶμα fortasse latere πτερύγωμα.

Pag. 691. A. ANAXANDRIDIS locum tentavi *Stud. Crit. i. p. t.* G. pag. 86.

Pag. 693. D. μηδ' ἔχειν ἰσχυρὰν ἐπιθυμίαν τοῦ πότου [τούτου]. Pronomen abesse iubeo.

Pag. 695. E. In cantilena:

πόρνη καὶ βαλανεὺς τωὐτὸν ἔχουσ' ἐμπεδέως ἔθος·
ἐν τωὐτῷ πυέλῳ τόν τ' ἀγαθὸν τόν τε κακὸν λόει.

suspectum est ἐμπεδέως pro ἐμπέδως. Corrigendum censeo ἐμμενέως.

Pag. 699. F. in HEGEMONIS carmine vs. 16. sq. non inteliego nisi sic correctos:

Ὠφελίων Ὄρμὴν παρ' Ἀθηναίοισιν ἀείσας,
πεντήκοντ' ἔλαβε δραχμάς, σὺ δ' οὐδὲν ἐνέγκω.

pro ἐπέμψω (sive ἐπέψω, ut est in uno codice), quod quo pacto respondeat praegresso ἔλαβε, difficile dictu est.

EURIPIDES *Suppl.* vs. 175.

ἐν μὲν αἰσχύναις ἔχω
πίτνων πρὸς οὔδας γόνυ σὸν ἀμπίσχειν χερὶ
πολιὸς ἀνὴρ τύραννος ἰσοδαίμων πάρος.

Non mihi videtur πολιός de Adrasto in robore aetatis strenue rem gerente dici posse. Erat, ut opinor, in vetere libro omissa literula initiali:

*ΘΛΙΟCΑΝΗΡΤΤΡΑΝΝΟC.

Confusis ut assolet Θ et O scriba sibi ολιος visus est videre et Πολιός dedit. Sed erat θλιος et Ἄθλιος lectum oportuit:

ἄθλιος ἀνὴρ, τύραννος ἰσοδαίμων πάρος.

C. G. C.

PLATO.

In *Timaeo* pag. 74. B. τὴν σάρκα esse dicit προβολὴν μὲν καυμάτων, πρόβλημα δὲ χειμώνων, ἔτι δὲ πτωμάτων, οἷον τὰ πιλητὰ ἔσεσθαι κτήματα. verba ultima sensu cassa sunt. Emenda auctore Valckenario in annot. Ms. οἷον τὰ πιλητὰ ϵCΘΗματα.

Hic quoque ut supra pag. 70. D. necessaria comparatio periit, quae secundum rei naturam e ruderibus antiquae scripturae erat effodienda.

C. G. C.

OBSERVATIONES CRITICAE

IN

ACHILLEM TATIUM.

SCRIPSIT

S. A. NABER.

Pertractato Heliodoro, de cuius Aethiopicis emendandis olim diximus quantum satis videbatur, nunc operae pretium est ad Achillem Tatium accedere, qui vulgo Heliodori simia esse perhibetur. Equidem, fateor, octo libros illos de Clitophontis et Leucippes amoribus non magno opere admiror, contemno potius ineptum scriptorem ejusque putidam elegantiam; legi tamen primum, ut hoc scriptionis genus cognoscerem, deinde saepius relegi, ut criticam facultatem exercerem neque nunc inutile fuerit post repetitam lectionem doctis lectoribus proponere examinanda, quae mihi satis evidenter corrigi posse visa sunt. Ceterum concedendum est, Achillem Tatium, qui quarto quintove saeculo post partum Virginis vixerit, sedulo dedisse operam ut pure et Attice scriberet: vitia sunt sermonis multo pauciora quam quae in illa aequalium barbarie exspectari potuissent: illud imprimis molestum, scriptorem crebris incisionibus nescio quam quaesivisse elegantiam. Si qui forte mea inspicient, qui Tatium nondum noverint, eorum in gratiam unum alterumque

exscribam exemplum hiulcae et claudicantis compositionis. Simul apparebit, quibus figuris ex rhetorica disciplina petitis noster identidem abutatur, ut sibi placeat, sed lectoribus nauseam pariat, qui sana et sincera minimeque fucata amare didicerint. Veluti narratio incipit sic: Σιδὼν ἐπὶ θαλάττῃ πόλις, Ἀσσυρίων ἡ Σάλασσα, μήτηρ Φοινίκων ἡ πόλις, Θηβαίων ὁ δῆμος πατήρ· δίδυμος λιμὴν ἐν κόλπῳ πλατύς, ἠρέμα κλείων τὸ πέλαγος. Puerum ea scripsisse dixeris, summa enim infantia est, qua tamen agnoscimus Tatium impense delectatum fuisse. Ecce alios locos. P. 82. 10 — utar Hercheri editione — ἡ κεραία περιήγετο, τὸ ἱστίον καθίετο, ἡ ναῦς ἀπεσαλεύετο, τὰς ἀγκύρας ἀνέσπων, ὁ λιμὴν κατελείπετο. P. 132. 25 inseritur de Tereo fabula his verbis: ἀηδὼν καὶ χελιδὼν καὶ ἔποψ πάντες ἄνθρωποι καὶ πάντες ὄρνιθες. Ἔποψ ὁ ἀνὴρ, αἱ δύο γυναῖκες Φιλομήλα χελιδὼν καὶ Πρόκνη ἀηδών. Πόλις αὐταῖς Ἀθῆναι. Τηρεὺς ὁ ἀνὴρ. Πρόκνη Τηρέως γυνή, ceteraque non multo meliora quae describere non vacat. P. 116. 5 dux quidem Aegyptius amore percitus ita vociferatur: Στρατιώτης με πορθεῖ τόξον ἔχων, βέλος ἔχων· νενίκημαι, πεπλήρωμαι βελῶν. Κάλεσον, ἄνθρωπε, ταχὺ τὸν ἰώμενον· ἐπείγει τὸ τραῦμα. Ἄψω πῦρ ἐπὶ τοὺς πολεμίους· ἄλλας δᾷδας ὁ ἔρως ἀνῆψε κατ' ἐμοῦ. Imprimis in descriptionibus frequenter inciso sermone utitur, v. c. p. 90. 10 Συμμιγὴς δὲ πάντων ἐγίνετο βοή· ἐρρόχθει τὸ κῦμα, ἐπάφλαζε τὸ πνεῦμα, ὀλολυγμὸς γυναικῶν, ἀλαλαγμὸς ἀνδρῶν, κελευσμὸς νυκτῶν, πάντα θρήνων καὶ κωκυτῶν ἀνάμεσα. Quaesita est ista negligentia, ut fucati sermonis species evitetur omniaque in tenui argumento tenuiter dicta sint. Sic fucatae mulieres id maxime agunt, ne fucatae esse videantur, nec vero omnis negligentia grata est. Hinc saepe idem vocabulum parvo intervallo bis terve ponitur, v. c. p. 82. 31 ἤρων μειρακίου καλοῦ, τὸ δὲ μειράκιον φιλόθηρον ἦν et p. 128. 7 ἐκπωμάτων οὐκ ἀνέχονται, ἔκπωμα αὐτουργὸν ἔχοντες· ἔκπωμα γὰρ αὐτοῖς ἐστιν ἡ χείρ. Praeterea Tatio saepe placuit dicere hoc modo, p. 77. 5 τὸ ἐλπίζον ἐφοβεῖτό μου καὶ ἔχαιρε τὸ λυπούμενον, quae verba cum parva mutatione recurrunt p. 167. 1. Amat quoque acute dicta quale est illud p. 55. 7, ubi pavo describitur, τοῖς ἄνθεσιν ἐπισύρων τὸ πτερόν. Ἀντέλαμπε δὲ ἡ τῶν ἀνθέων θέα τῇ τῶν ὀρνίθων χρόᾳ καὶ ἦν ἄνθη πτερῶν. Iis locis imprimis abutitur eo quod est ἡδονή,

quod vocabulum sexcenties usurpat; veluti p. 84. 27, ubi rerum brevitas commendatur, *οὐ γὰρ γεγηρακυῖαν ἔχει τὴν ἡδονὴν, καὶ ὅσον ἐλαττοῦται τῷ χρόνῳ, τοσοῦτον εἰς μέγεθος ἐκτείνεται πόθῳ*, sed inserto articulo opus est *τῷ πόθῳ*. Hinc quod hic illic legitur *ὁδμὴ*, reposuerim *ἡδονή*, v. c. p. 70 *τὸ δὲ πνεῦμα ἀναπεμπόμενον εἰς τὸν ἀέρα τὴν ὁδμὴν ἐκεράννυ, καὶ ἦν ἄνεμος ἡδονῆς*, ut *ἄνεμος ἡδονῆς* dictum sit eodem modo, quo supra *ἄνθη πτερῶν*, cum praesertim opem ferant Codices Commel. Mon. Angl., requiro fere *τὴν ἡδονὴν ἐκεράννυ*. Quod si probabitur, itidem superiore versu verum videbitur *πρὸς τὴν τῶν θυμιαμάτων ἥριζεν ἡδονήν*, nec diversa fortasse medicina adhibebitur p. 114. 16, 26, 30, cum *εὐωδίας ἡδονή* dicatur vs. 18.

Quod de Charitone et de Heliodoro vidimus, apud Tatium quoque omnia incredibili celeritate peraguntur atque hinc est quod toties adverbium *εὐθὺς* usurpat. Ecce pauca quaedam exempla. P. 81. 11 *ᾤχετο εἰς τὸν θάλαμον καὶ εὐθὺς ἐκάθευδεν*. Pag. 81. 28 *παρῆμεν ἐπὶ τὴν πόλιν καὶ εὐθὺς ἐπὶ Βηρυτοῦ τὸν δρόμον ἐποιούμεθα*. P. 119. 24 *ἐκέλευσε γὰρ εὐθὺς πάντας ἐν τοῖς ὅπλοις γενέσθαι. Αὐτίκα δὴ μάλα ἐξορμήσαντες εὐθὺς ἕκαστος ὡς εἶχε τάχους ἐπὶ τὰ ὅπλα ἐχώρουν*. P. 90. 25 *οἱ δ' εὐθὺς κατὰ πόδας ἐξήλλοντο*. P. 108. 22 *μετὰ τὴν ναυαγίαν εὐθὺς εἶδον αὐτὸν τῆς κεραίας λαβόμενον*. Pag. 109. 13 *ἅμα λέγοντος αὐτοῦ παῖς εἰστρέχει*. Pag. 138. 9 *μαθὼν, ὡς εἶχον εὐθὺς ἐπιβὰς νεώς*. Pag. 42. 12 *ὡς δ' εἶδον εὐθὺς ἀπωλώλειν*, qui locus monstrabit supplendum esse p. 66. 32 *ὡς δ' ἤκουσα, (εὐθὺς) ἀπωλώλειν*. Videatur etiam Jacobsius p. 586.

Nusquam Achilles Tatius sibi magis placet quam in animi affectibus describendis, v. c. p. 80. 1 *ἤχθετο, ᾐσχύνετο, ὠργίζετο· ἤχθετο μὲν πεφωραμένη, ᾐσχύνετο δὲ ὀνειδιζομένη, ὠργίζετο δὲ ἀπιστουμένη. Αἰδὼς δὲ καὶ λύπη καὶ ὀργὴ τρία τῆς ψυχῆς κύματα*, quae deinde per integram fere paginam exsequitur. Trium horum affectuum pater est *ὁ λόγος*, postquam animo immisit illa sua *βλήματα καὶ ποικίλα τοξεύματα. τὸ μέν ἐστιν αὐτῷ λοιδορίας* (sed emenda *λοιδορία*) *βέλος καὶ γίνεται τὸ ἕλκος ὀργή· τὸ δέ ἐστιν ἔλεγχος ἀτυχημάτων· ἐκ τούτου τοῦ βέλους λύπη γίνεται· τὸ δ' ὄνειδος ἁμαρτημάτων καὶ καλοῦσιν αἰδῶ τὸ τραῦμα*.

Atque haec quidem adeo absurde et perplexe scripta sunt, vix ut intelligi possint: facilia sunt p. 145. 35 *ἀνεφλεγόμην*, *ὠχρίων*, *ἐθαύμαζον*, *ἠπίστουν*, *ἔχαιρον*, *ἠχθόμην* et p. 151. 17 *ἐμεμέριστο πολλοῖς ἅμα τὴν ψυχήν, αἰδοῖ καὶ ὀργῇ καὶ ἔρωτι καὶ ζηλοτυπίᾳ ἠσχύνετο τὸν ἄνδρα, ὠργίζετο τοῖς γράμμασιν, ὁ ἔρως ἐμάραινε τὴν ὀργήν, ἐξῆπτε τὸν ἔρωτα ἡ ζηλοτυπία καὶ τέλος ἐκράτησεν ὁ ἔρως*. Itidem p. 173. 1 *ἤχθετο, ὠργίζετο, ἐβουλεύετο· ὠργίζετο μὲν ὡς ὑβρισμένος, ἤχθετο δὲ ὡς ἀποτυχών, ἐβουλεύετο δὲ ὡς ἐρῶν*. Quintum exemplum est p. 170, quod vide apud ipsum.

Bonus Achilles Tatius Antiquitatum Graecarum in paucis imperitus est nec cuiquam auctor sum, ut duobus ultimis libris de Clitophontis et Leucippes amoribus utatur ad cognoscendum, quomodo Ephesii res judicare soliti fuerint. Postulatur caedis miser Clitophon; accusator Thersander adhibet decem oratores, p. 178. 22. Judex quaestionis *πρόεδρος τῶν δικαστῶν* dicitur, p. 184. 24; hic autem erat *τοῦ βασιλικοῦ γένους καὶ τὰς μὲν φονικὰς ἐδίκαζε δίκας, κατὰ δὲ τὸν νόμον συμβούλους ἐκ τῶν γεραιτέρων εἶχεν, οὓς ἐπιγνώμονας ἐλάμβανε τῆς γνώσεως*. Tamen postero die p. 198. 27 non unus *πρόεδρος* fuisse dicitur sed plures et recitatur *τῶν προέδρων καὶ τῶν συμβούλων τὸ δόγμα*. Quin p. 198. 7 Clitophon non ab his condemnatus fuisse dicitur, sed *ὑπὸ τῆς βουλῆς καὶ τῶν πρυτάνεων*. Satis apparet Tatium inseruisse narrationi vocabula, quae apud Atticos oratores offendisset, sed nihil curasse scire qui olim *πρόεδροι* vel *πρυτάνεις* Athenis dicti essent. Similem juris ignorantiam in Heliodoro olim deprehendimus. Mireris esse qui tam futilibus testimoniis utantur.

In verborum formis haud raro titubatur, sic tamen ut appareat multum curae in ea re scriptorem posuisse. Recte v. c. legitur futurum *γαμεῖς* p. 52. 29 et *καλῶ* p. 104. 9, sed perperam scripsit *ἀναβλέψω* p. 160. 20 et *ἐπαναπλεύσειν* p. 96. 26 et *παραχωρήσεις* p. 141. 3. *Ἐωνησάμην* pro *ἐπριάμην* inveni p. 53. 23, 144. 16, 157. 24, 158. 4, 183. 25 et 203. 3. *Κατέρρευσε* est p. 63. 16 et *διαρρεύσασα* p. 149. 26, sed recte *διαρρυεῖσα* p. 151. 7. Non contrahitur *ῥεέτω* p. 160. 23 et reprehensionem habet *κατέψα* p. 51. 10 et 53. 17. Secunda persona *ὄψει* recte legitur p. 69. 13 et 104. 8, sed *γρηγοροῦσα* p. 126. 28, *προαγορεύσας* p. 140. 26, 147. 12 et p. 182. 3,

διασκοπήσαντι p. 184. 28 et ἐνδύσωμαι p. 168. 17 vitiosae formae sunt. Ἤνεγκα editur p. 189. 8 itaque non miror εἰπόν imperativum p. 125. 18. Recte ζῆν p. 180. 10, 13, sed ζοή est p. 109. 31 et 174. 3, uti et βιοῦν et ἀναβιοῦν p. 113. 15, 153. 28 et 187. 17. Non peccavit, cum scriberet ἀπωλώλει p. 88. 8 et ἐπαρφύνησα p. 171. 3, sed eram est ἤμην p. 107. 27, 110. 26 et 130. 2. Οἶδας saepe legitur, p. 64. 25, 104. 23, 108. 14, 137. 16, 145. 18, 153. 16 et 167. 22 uti et οἴδασι p. 153. 19, sed in Codicibus Attica forma οἶσθα invenitur p. 148. 22 et ἴσασι p. 203. 8. Ἤιδειμεν est p. 204. 25 et ᾔδεσαν p. 184. 11. Infinitivum ἔρχεσθαι invenio p. 122. 31 et πρόσεισι praesentis temporis est p. 118. 31, 126. 32, 159. 17 et 173. 8, et ἄπειμι p. 126. 10. Futurum est ἐξελεύσεται p. 116. 3. Imperfectum est ᾖειν p. 76. 32 et ᾖεσαν p. 70. 10 et ᾖειμεν p. 93. 14, 145. 6, 206. 24 et 207. 18, sed ex conjectura hodie ᾖμεν legitur p. 81. 20, 24, 28 et 150. 12 eademque medicina fortasse opus esse videbitur p. 108. 30, ubi hodie ἄπιμεν legitur. Perpetuo legitur ἵπταμαι et aoristus ἔπτην; v. c. 51. 15, 62. 2, 23, 32, 67. 12, 74. 25, 75. 30, 76. 11, alibi; semel est ἐπετόμην p. 187. 28 ἐπὶ τὸ ἱερὸν ὡς ἀπὸ μηχανῆς βληθεὶς ἐπετόμην. Quid legendum sit, aperiet p. 130. 4 ἠπειγόμην ἰδεῖν, p. 145. 11 σκηψάμενος ἐπείγεσθαι, p. 148. 20 ἐπείγομαι τὴν σπουδὴν ἀμείψασθαι, p. 167. 14 ἐπείγομαι μαθεῖν et p. 188. 15, quo solo loco res conficitur, ἐπὶ τὸ ἱερὸν μάλα ἠπειγόμην.

Parum Graece dicitur ἦν κατακοιμίσας p. 81, 8. κτείνας εἴη p. 176. 10, φονεύσασα εἴη p. 181. 22, ἦν ἐπισᾶσα p. 185. 18. et ἔσω ἀδικήσας p. 200. 31. Recte legitur ὄφελον γενέσθαι p. 168. 24. sed ὄφελον ἔμεινας p. 77. 30 et ὄφελον ἠδυνάμην p. 142. 1 a Graecitate parum commendantur. Sed ubique eam observare est inconstantiam, quae perpetuo a sinceris ad falsa delabitur et a falsis ad sincera.

Quanta cautione opus sit in tali scriptore corrigendo, lubet uno exemplo ostendere. Quod legitur p. 96. 17 ἐνδιατρίψαντες ἡμερῶν δύο, id ita corrigere Cobetus voluit ut ἡμέρας scriberet. Fatendum est ἡμέρας hoc modo recte usurpari p. 79. 7 et 137. 8 et μῆνας p. 139. 9. Verum multo crebrius Achilles utitur genetivo μηνῶν· p. 149. 15 μηνῶν τεσσάρων διέτριψα et

ἡμερῶν, p. 210. 7 δύο πλεύσαντες ἡμερῶν, p. 213. 4 μείναντες τῶν ἐξῆς τριῶν ἡμερῶν et alibi saepe.

Haud ita raro Tatius optativi loco conjunctivum ponit, v. c. p. 167. 27 οὐκ εἶχον ὅπως πύθωμαι, p. 170. 8 οὐκ εἶχεν ὅσις γένηται, et contra ἐὰν cum optativo invenio p. 173. 21, de quo loco infra videbimus: certe εἰ cum conjunctivo construitur p. 170. 6 εἰ μὴ γένῃ Κλειτοφῶν, vid. Jacobsius p. 681. Neque ejusmodi vitia miraberis, si observaveris Tatium interdum susque deque habere discrimen adverbiorum οὐ et μή, v. c. p. 82. 1 μηδὲν ἐρωτήσαντες ποῖ πλεῖ μετεσκευαζόμεθα.

Pauca quaedam alia vitiose dicta per saturam congeram. Veluti verbum ὄμνυμι, cui futuri loco additur infinitivi aoristus p. 205. 16 ὤμοσεν ἀεὶ παραμενεῖν καὶ τὴν ἀνδρὸς ὁμιλίαν φυγεῖν καὶ τὴν ἐξ Ἀφροδίτης ὕβριν μὴ παθεῖν, cf. p. 139. 23. Vel p. 181. 11 μᾶλλον ἀλλοτριώτερον et p. 135. 14 μᾶλλον ἐρρωμενέστερον, ex quibus locis pendet interpretatio ejus quod legitur p. 207. 13 λιγυρώτερον οὕτως, cf. Jacobs. p. 772. Latinum potius quam Graecum est p. 79. 14 τὴν Κλειὼ κελεύσας ἐμβάλλεσθαι σκάφει et neque Latinum neque Graecum p. 55. 12 ἔτυχε τύχῃ τινὶ συμβάν.

Accedo ad singulorum locorum examinationem. Minus recte scribitur p. 39. 14 ἡ συνάγουσα ζώνη τὸν χιτῶνα, nam jam inde ab Homero συνέχειν id dicitur et requiro συνέχουσα. Haud ita raro confunduntur ἄγω et ἔχω, ἦγον et εἶχον, ne dicam de futuris ἄξω et ἕξω. Sequenti p. 40. 21 invenio τὸν πάντα χρόνον εἶχεν ἐν Βυζαντίῳ· *vivere* et *commorari* dicitur ἄγειν, non ἔχειν itaque rescribam ἦγεν. Lubet addere Thucydidis locum qui legitur I. 55 ἐν θεραπείᾳ εἶχον πολλῇ· quid Dio Cassius legerit apud eum quem perpetuo imitatur, vide vol. I. p. 109. Ed. Dindorf. ἐν θεραπείᾳ πολλῇ ἦγε atque iterum p. 117 ἐν φυλακῇ ἀδέσμῳ (hoc quidem e Thuc. III. 34) καὶ ἐν θεραπείᾳ πολλῇ ἦγε. Diligenter videndum erit, utra scriptura potior sit.

Quaedam olim rectius edebantur quam hodie: hujus rei duo exempla invenio pagina eadem 40. 2 et 40. 16. Priore loco ἐγὼ ταῦτ' ἂν ἐδείκνυν, malim sane quod Salmasius retinuit εἰδείην; altero loco ἄρχεται τοῦ λέγειν cum codice Bavarico Bodenius omisit molestum articulum et praeterea recte legitur

ἄρχομαι τερατεύεσθαι p. 104. 11, καταλέγειν p. 132. 25, γράφειν p. 147. 14 et illud ipsum ἄρχομαι λέγειν p. 210. 16. Sed magis miror quomodo Hirschigii et Hercheri ferre potuerint p. 40. 6 μὴ κατοκνήσῃς ... ταύτῃ μᾶλλον ἥσειν, εἰ καὶ μύθοις ἔοικε. Potuitne quisquam umquam timendi verba conjungere cum infinitivorum futuris? Facile est rescribere ἥσεις.

P. 41. 26 Sostratus per epistolam commendat fratri uxorem et filiam; σῶζε δή μοι, inquit, τὰ φίλτατα τοῦ γένους μέχρι τῆς τοῦ πολέμου τύχης. Vetus interpres Annibal Cruceius, qui codice usus esse dicitur aliquanto meliore quam ii libri sunt, quibus nos utimur, legit olim, vertit certe: ad belli *exitum* usque. Τύχη τὰ θνητῶν πράγματ' οὐκ εὐβουλία· atque in bello praesertim omnia sunt fortunae obnoxia et omnes experiri oportet, *quid ferat fors*. Non potuit adeo Sostratus carissima capita fratris custodiae mandare μέχρι τῆς τοῦ πολέμου τύχης, sed μέχρι τῆς τοῦ πολέμου τελευτῆς.

Figura est rhetorica, qua Tatius crebro abutitur p. 42. 6. Describitur Leucippe sic: ὄμμα γοργὸν ἐν ἡδονῇ· κόμη ξανθή, τὸ ξανθὸν οὖλον· ὀφρὺς μέλαινα, τὸ μέλαν ἄκρατον· λευκὴ πρεια, τὸ λευκὸν ἐς μέσον ἐφοινίσσετο. Non magno acumine opus est ad corrigendum: ὄμμα γοργόν, τὸ γοργὸν ἐν ἡδονῇ. Miror hoc nondum animadversum fuisse.

Postquam mulieres ad patrem Clitophontis deverterunt, ἐπεὶ καιρὸς ἦν, συνεπίνομεν κατὰ δύο τὰς κλίνας διαλαχόντες p. 42. 25; verum aliquot diebus post demum, cum festus dies celebraretur, epulae instruuntur maiore cum apparatu fitque συμπόσιον, uti et p. 191. 9. Illa prima coena ubique δεῖπνον dicitur, p. 43. 4, alibi. Postquam ivere omnes cubitum, Clitophon Leucippes amore captus, sub ortum solis vix tandem obdormiscit et in somniis perpetuo illi obversatur Leucippes imago: διελεγόμην αὐτῇ, συνέπαιζον, συνεδείπνουν. Eodem modo supra rescripserim: ἐπεὶ καιρὸς ἦν, συνεδειπνοῦμεν. Verbum συνδειπνεῖν legitur hodie p. 48. 6 et 196. 10; recte se habet συνεπίνομεν p. 64. 8, ἐῳνοχόει γὰρ ὁ Σάτυρος.

Indecore admodum in illa coena pater filio κατ' ὀφθαλμοὺς ἀνέκλινε τὴν παρθένον: aliquanto decentius erit κατέκλινε, sicuti recte p. 150. 12 κατακλιθέντων ἡμῶν. Recte quoque praedo dicitur p. 101. 21 Leucippen ἀνακλῖναι ὑπτίαν. Prorsus

contrarium vitium est apud Charitonem p. 56. 15: προσέταξαν οἱ ἄρχοντες καταβῆναι τὸν πρῶτον εἰπόντα. Piscator is erat, quem magistratus testimonium dicere jubebant in praedonem, itaque non debebat καταβῆναι, sedebat enim ἐν τῷ πλήθει, sed ἀναβῆναι in rostra, ut universus populus exaudire posset.

Minus bene dictum videtur p. 45. 17 συνεςέναξεν ὁ Κλεινίας; usitatissimum compositum est ἀνεςέναξεν. Prorsus idem vitium est p. 195. 7, ubi de Pane legimus: ταύτην οὖν τὴν σύριγγά Φασιν ἀναθεῖναι μὲν ἐνθάδε τὸν Πᾶνα, περιορίσαι δὲ εἰς σπήλαιον αὐτήν· in silva *composuit*, suspendit in antro: itaque verum est συνθεῖναι, quod ipsum vocabulum de eadem re legitur p. 195. 1 συνθεὶς εἰς ἓν σῶμα. Alibi praepositio σὺν abundat, nam p. 169. 23 ἅμα οὖν συνδιαλεγόμενος, omnino satis est διαλεγόμενος, quum praesertim Thersandro Leucippe nil quidquam respondeat. Ceterum haud ita raro praepositiones σὺν et ἀνὰ confusae sunt. Apud Dionem Cassium vol. I. p. 26. Edit. Dindorf. ἡ γαμετὴ αὐτοῦ τά τε παιδία καὶ αἱ ἄλλαι γυναῖκες συνεθρήνησαν· ostendere poterit locus qui legitur LXXIV. 13 scripsisse Dionem ἀνεθρήνησαν. Ἀνασενάζειν, ἀνακαγχάζειν, ἀνακροτεῖν; ἀναβοᾶν, ἀνοιμώζω satis nota sunt: in omnibus eadem praepositio comparet. Nec tamen ignoro, Tatium malle interdum simplicia quam composita: p. 52. 10 μεταξὺ δὲ νήψας ἐκ τοῦ κακοῦ. P. 176. 3 μικρὸν δὲ νήψας ἐκ τῆς μέθης τοῦ λόγου, quod quomodo accipiendum sit, non est opus dicere, nam pueri Eroticos Graecos legere non solent. P. 151. 13 βάλλεται τὴν καρδίαν γνωρίσασα τοὔνομα. P. 152. 8 γνωρίσας ἔφριξα. Ipsumque adeo σενάξας, a quo fecimus dicendi initium p. 83. 28 σενάξας ὁ Κλεινίας καταλέγει τὸν Χαρικλέα et p. 139. 19 κἀγὼ σενάξας, ἄγε με, εἶπον, ὅποι θέλεις.

Perperam editur p. 46. 13 νῦν δὲ κἂν ἄλλοις λέγοις ὅσων ἐνέπλησαν μύθων αἱ γυναῖκες τὴν σκηνήν. Quod in nonnullis Codicibus legitur ἄλλως, id corrigendum fuit ἄλλῳ· plurali numero locus nunc non est.

Periit particula p. 47. 1 τοῦτ' ἔςιν ἐν ἀτυχήμασιν εὐτύχημα. Dabitur mihi hoc Graece sic dici solere: τοῦτ' ἔςιν (ὡς) ἐν ἀτυχήμασιν εὐτύχημα. Clinias, cuius ea verba sunt, abominatur omnes nuptias et profitetur se omnino esse μισογυνῆ· qui

tamen pulcram virginem ducit, is ὡς ἐν ἀτυχήμασιν nanciscitur εὐτύχημα· omissa particula εὐτυχὴς videbitur, qui tamen judice Clinia, quantumvis pulcra nova nupta sit, admodum infelix est. Crebro periit illud ὡς; de usu Tatii constat tamen, vide p. 91. 30 μετριωτέραν ὡς ἐν κακοῖς ἔσχον τὴν συμφοράν et p. 122. 25 ὡς ἐν κακοῖς σὺ πάρασχε τὴν χάριν, ubi Jacobsius addidit; sed ecce quaedam apud alios exempla. In vita Pompeji scripsisse creditur Plutarchus c. 68 ἦκον οἱ σκοποὶ φράζοντες κίνησιν εἶναι καὶ θόρυβον ἀνδρῶν ἐπὶ μάχην ἐξιόντων, speculatores nihil aliud renunciare poterant quam illud, se vidisse κίνησιν et audivisse θόρυβον ἀνδρῶν ὡς ἐπὶ μάχην ἐξιόντων. Pariter in vita Antonii c. 37 legimus Imperatorem Romanum proelio excessisse ὑπὸ φαρμάκων τινῶν ἢ γοητείας παπταίνοντα πρὸς Κλεοπάτραν ἀεί, sed scribendum est ὡς ὑπὸ φαρμάκων. In pompa funebri Alexandri regis legimus apud Diodorum Siculum XVIII 27 repraesentatas fuisse ναῦς κεκοσμημένας πρὸς ναυμαχίαν· imo ὡς πρὸς ναυμαχίαν. Apud Lucianum in Meretr. Dial. 10. 3 intelligi non potest λέγει δέ· πῶς μὲν ἐφίλησά σε, ὦ Δροσί, τοὺς θεοὺς ποιοῦμαι μάρτυρας· facile erit intellectu: λέγει δὲ οὕτω πως· ὡς μὲν ἐφίλησά σε κτἑ. Missis aliis finem faciam corrigendo Euripid. Helen. vs. 847:

οὐδ' Ἑλλάδ' ἐλθὼν λήψομαι πολὺν ψόγον,
ὅτις Θέτιν μὲν ἐς ἔρησ' Ἀχιλλέα,
Τελαμωνίου δ' Αἴαντος εἰσεῖδον σφαγάς
τὸν Θησέως τε παῖδα· διὰ δὲ τὴν ἐμὴν
οὐκ ἀξιώσω κατθανεῖν δάμαρτ' ἐγώ;

Memor eorum quae legerat ultimo Odysseae libro, fecit Euripides Menelaum dicentem se vidisse quomodo Thetis mater interesset filii exsequiis:

ὅτις Θέτιν μὲν ὡς ἔπρησ' Ἀχιλλέα – εἰσεῖδον.

Aoristus πρῆσαι legitur in Oreste vs. 1150 et alibi.

Adjectivum excidit p. 47. 12 εἰς τὴν προθεσμίαν τῶν γάμων χρόνος ἐστὶν ἡμερῶν, πολλὰ δ' ἂν γένοιτο κἂν νυκτὶ μιᾷ, nam requiritur ἡμερῶν ὀλίγων, sicuti recte legitur p. 115. 28 ὀλίγων αὐτῇ χαρίσασθαι προθεσμίαν ἡμερῶν. Quod videram, idem adjectivum excidisse apud Platonem Rep. VIII 565*a*, id occupavit emendare Cobetus in Variis Lectionibus p. 534. Itaque alium addam e Thucydide locum, qui eodem vitio laborat, II1

24, ubi Athenas effugisse scribuntur Plataeenses δώδεκα καὶ διακόσιοι ἀπὸ πλειόνων· credo equidem ἀπ' ὀλίγῳ πλειόνων.

Minutum est particulam ἄν addere in hisce, quae leguntur p. 48. 20 εἰ γὰρ τὰ ἄγρια τῶν θηρίων συνηθείᾳ τιθασεύεται, πολὺ μᾶλλον ταύτῃ μαλαχθείη καὶ γυνή, nam requiritur planissime μᾶλλον ἄν. Eodem modo scribam p. 102. 26 εἰ μὲν δεδατανήκει τὸ πῦρ, ἧττων (ἂν) ἡ συμφορά. Difficilius paulo est existimare, quid sit sentiendum de iis, quae amatorius homo licit p. 48. 23 τὸ δ' ἐν ὥρᾳ τῆς ἀκμῆς ἐπεῖγον εἰς τὴν φύσιν .... τίκτει πολλάκις ἀντέρωτα. Apertum est quid dicat Clinias et hoc quoque apertum est, φύσιν non significare quod loci ratio suadeat, quamquam Jacobsio ita videatur. Fortasse non erubuit Clinias rem suo vocabulo notare et simpliciter μῖξιν appellavit, sicuti paulo supra fecit vs. 14, sed est ratio corrigendi multo facilior et verisimilior. Apud Platonem in Phaedro p. 245e miror verba ψυχῆς οὐσίαν τε καὶ λόγον τοῦτον αὐτόν τις λέγων οὐκ αἰσχυνεῖται· illo solo loco ψυχῆς οὐσία dicitur, alibi perpetuo est ψυχῆς φύσις, p. 245c ψυχῆς φύσεως πέρι, quod iterum invenio p. 277b idemque alibi fortasse legitur. Itaque satis certum est quid pro ψυχῆς οὐσίαν debeat reponi. Confundere utique Plato utrumque vocabulum non potuit, si quidem Apollonius apud Philostratum in Epistola ad Valerium p. 401 recte dixit: τὸ μὲν γὰρ ἐξ οὐσίας τραπὲν εἰς φύσιν ἔδοξε γένεσις, τὸ δ' ἐκ φύσεως εἰς οὐσίαν κατὰ ταὐτὰ θάνατος. Jam si constat οὐσίαν et φύσιν aliquando a librariis confusa esse, credi fortasse poterit Tatius scripsisse τὸ ἐπεῖγον εἰς συνουσίαν. Similiter quod legitur p. 159. 9 μεσὸς γενόμενος ὥσει κάλλους φαντάσματος, quod additur φύσει καλοῦ nihil nisi dittographiam esse apparet, nec sane persuadet Jacobsius qui copiose eum locum tractavit p. 842. Pag. 212. 12 observabis in Codicibus perperam legi φησί pro φύσει· hinc medicina parata est p. 186. 21, ubi in verbis διὰ τὸ ἐνύπνιον φύσει προσδοκῶν εὑρήσειν ἡμᾶς, expungendum est φύσει et inserendum φησί in iis quae statim sequuntur: προσελθὼν οὖν μοι, Κλειτοφῶν, (φησίν), οὗτος, Λευκίππη δὲ ποῦ.

Ultro corrupit Hercherus p. 50. 28. Clitophon ardet Leucippen, pater ei filiam suam Calligonen cupit despondere. Adulescens sibi judex sedere videtur: Ἔρως ἀνταγωνίζεται καὶ

πατήρ. Πῶς κρίνω τὴν δίκην, exclamat. Amor βασανίζει τὸν δικαστήν, ἔσηκε μετὰ βελῶν, κρίνεται μετὰ πυρός. Ita rectissime: judex δικάζει et κρίνει, litigantes δικάζονται et κρίνονται et tamen nescio quo judicii errore Hercherus emendavit scilicet κρίνει μετὰ πυρός.

Jam indicavi in Mnemos. vol. XII p. 319 non esse legendum p. 55. 4 ὁ ψιττακὸς ἐν οἰκίσκῳ περὶ δένδρον κρεμάμενος, sed παρὰ δ. Sequitur statim pavonis descriptio, in qua legitur p. 55 22 καὶ ἔσιν ὀφθαλμὸς ἐν τῷ πτερῷ, ubi tamen requiro ἐν ἑκάστῳ πτερῷ, quamquam vulgatam imitatur a Jacobsio indicatus Eustath. Antioch. Comm. in Hexaem. p. 25. Leve autem hoc mendum est, paulo gravius illud quo offendor p 59. 3, ubi discimus apud Tyrios Bacchanalia celebrata fuisse καὶ τῆς ἑορτῆς διηγοῦνται πατέρα μῦθον, οὐκ εἶναί ποτε παρ' ἀνθρώποις. Intelligo quod statim additur, bubulcum quendam τοῦ μύθου πατέρα fuisse, non opinor Graece sat bene dici posse μῦθον ἑορτῆς πατέρα. Exigua mutatione reposuerim: τῆς ἑορτῆς διηγοῦνται πέρι μῦθον. Facit hic locus ut Philostrati recorder, qui in vita Apollonii p. 172 ita scribit: αἰτίαν ἔχων παρ' αὐτοῖς ὡς ἀδικῶν περὶ τὰ ἤθη, ubi suppleverim περὶ τὰ πάτρια ἤθη. Non admodum dissimilis corruptela est apud Tatium p. 79. 21 ἡ(μὲν) οὖν Πάνθεια, Leucippes ea mater erat, ἀνασᾶσα περὶ τὰς βασάνους τῆς Κλειοῦς ηὐτρεπίζετο, requiritur enim ἀνασᾶσα πρωΐ. Eodem modo apud Dinarchum in Oratione adv. Demosthenem § 56: διόπερ τὸν παρ' αὐτῶν ἀποσερήσαντα τὸ ναῦλον τὸν πορθμέα ζημιώσασα πρὸς ὑμᾶς ἀπέφηνε, emenda τὸν πρῴην ἀπος.

Aliis multis minutis vitiis omissis, quorum accurata recensio tam facilis est quam inutilis, venio ad p. 65. 12, ubi Clitophon narrat, strepitu audito diremptum fuisse quod aegre impetraverat cum Leucippe colloquium; indignabatur autem ἔργον οὕτω καλὸν ἀπολέσας, verum *opportunitatem* Graece non ἔργον vocamus, sed καιρόν, quod reponendum, vid. p. 68. 7 et 132. 31. Saepe eodem similive modo peccatum esse video. Apud Alciphronem I 1. 4 quod legitur ἐνθέμενοι τὰ δίκτυα ἔργων εἰχόμεθα, Hirschigius corrigit ἔργου, equidem malim ἐρετμῶν. Ἔργον et γραμμὴ apud Lucianum supra vidimus confusa atque alibi similiter. Sed notabilis corruptela mihi videtur p. 66. 17,

ubi digressione facta Tatius narrat, quomodo pastor fortuna juvante muricis naturam repererit. Quem muricem cum contemtu abjecerat, eum canis invenit et dentibus comminuit καὶ βάπτει τὸ αἷμα τὴν γένυν καὶ ὑφαίνει τοῖς χείλεσι τὴν πορφύραν. Non sane textor fuit canis ille sed ὑποφαίνει τοῖς χείλεσι τὴν πορφύραν, ut p. 101. 19 τὸ σχῆμα τοῦ σώματος ὑπέφαινεν ᾠδήν. Itidem p. 128. 32 κεφαλὴ τοῖς νώτοις συνυφαίνεται, malim veterum editionum lectionem συμφύεται.

Clitophontis pater sacra facturus jam victimam arae imposuerat, cum devolavit aquila quae praedam unguibus rapuit, p. 67. 7. Ἐδόκει τοίνυν οὐκ ἀγαθὸν εἶναι. Καὶ δὴ ἐπέσχον ἐκείνην τὴν ἡμέραν τοὺς γάμους· καλεσάμενος δὲ μάντεις ὁ πατὴρ καὶ τερατοσκόπους τὸν οἰωνὸν διηγεῖται. Particula τοίνυν minime necessaria est et praeterea requiro, ut Tatius dicat quid οὐκ ἀγαθὸν fuerit: placet ἐδόκει τὸν οἰωνὸν οὐκ ἀγαθὸν εἶναι· praeterea pro ἐπέσχον necessarium est ἐπέσχεν, pater Clitophontem ad divinam rem ne adhibuerat quidem, quo facto excidet quod est male additum ὁ πατήρ.

Quod legitur p. 67. 28 ἠτιμάσθαι νομίσαντα καὶ ἄλλως ἐρῶντα, id sincerum esse existimo nec cum Herchero in ἀδόλως mutaverim, vid. p. 71. 25 ἄλλως εὔρωστος τὸ σῶμα et p. 156. 27 ἀλλως ἐμοὶ κεχαρισμένος· sed hoc verbo indicasse satis est et pergo ad p. 69. 26, ubi discimus esse quendam in Africa lacum in quo aurum nascatur. Καὶ ἴσασιν αὐτῆς τὸ ἀπόρρητον αἱ Λιβύων παρθένοι. Facile credo illic terrarum etiam τὰς παρθένους χρυσοφορῆσαι, verum in stagno non piscabantur ipsae, patres potius. Reponam οἱ Λιβύων πάροικοι. Ex quo compendio corruptela orta sit, monstrabit Dobraeus in Praefatione ad Photii Lexicon.

Verba sunt culicis in notissima fabula ad leonem: εἰμὶ καὶ αὐλητὴς καὶ τοξότης· ἐμαυτοῦ δὲ οἰσὸς καὶ τόξον γίγνομαι, p. 75. 19. Ferri non poterit illud ἐμαυτοῦ δὲ· probabiliter emendabo: ἅμα τε οὖν οἰσός.

Graece non dicitur quod editur p. 81. 4 τὸ πολὺ τῆς Φροντίδος ἀπερριψάμην, sed ἀπετριψάμην· verbo indicasse satis est. Sed non satis nitida mihi compositio videtur p. 82. 28 ἦν σὺ πρῶτος ἡμῖν φράσῃς καὶ τὰ παρ' ἡμῶν ἀκούσῃ, nam oppositio suadet ut legatur ἀνταικούσῃ, sicuti p. 87. 14 ἐν

μέρει δὲ καὶ τὰ τῶν παίδων ἀντάκουσον et ἀντεβόμβει p. 89. 18 et ἀντιπαταγοῦντες p. 89. 21 et ἀντῃσχύνετο p. 191. 7. Haud semel hoc modo peccatum est. Apud Demosthenem c. Phormionem § 9 κελεύοντος αὐτὸν ἐντίθεσθαι τὰ ἀγοράσματα τῶν ἐμῶν χρημάτων, vera scriptura est τὰ ἀνταγοράσματα. Ipsum nomen alibi non invenitur, verbum ἀνταγοράζειν in hoc argumento haud semel lectitatur. Contra apud Antiphontem de Caed. Herod. § 10 τίμησίν μοι ἐποίησαν, ἀνταποθανεῖν τοῦ νόμου κειμένου τὸν ἀποκτείναντα, quia dicitur τίμημα ποιεῖσθαι, verum est τίμησίν μοι ἐποιήσαντ' ἀποθανεῖν κ. τ. ν. τ. ἀ Vides unde vitium fluxerit. Pompeji vox est apud Dionem Cassium XXXVIII 5 ἂν τις τολμήσῃ ξίφος ἀνελέσθαι καὶ ἐγὼ τὴν ἀσπίδα ἀντανα λήψομαι, sed creditur hodie dixisse ἀναλήψομαι. Apud eundem XLI 27 δεινὸν τὸ τῶν πολεμίων κρατοῦντας ἡδονῶν τινῶν ἡττᾶσθαι, primum τινῶν recte deest in Anecd. Bk. p. 147. 6, ubi hic locus laudatur et praeterea requiro ἀνθηττᾶσθαι, quod compositum vide apud eundem XLIX 44 et apud Thucydidem IV 19, quem locum Dio ante oculos habuit, πεφύκασι τοῖς ἑκοῦσιν ἐνδοῦσιν ἀνθησσᾶσθαι μεθ' ἡδονῆς. Illud ipsum ἀντακοῦσαι quod Achilli Tatio reddidimus, apud Dionem quoque periit XLVIII 37 καὶ οὐ πρότερόν γε ἐγνώριζόν σφας πρὶν τά τε ὀνόματα αὐτῶν ἀνακαλέσαι καὶ φθεγγομένων τι ἀκοῦσαι, ubi facili opera repones: φθεγγομένων ἀντακοῦσαι. Apud Herodotum VII 132 οἱ τῷ βαρβάρῳ πόλεμον ἀειράμενοι· solet in tali re Herodotus dare ἀνταειράμενοι. Sed exemplorum jam satis est.

P. 83. 9 narrat Menelaus Aegyptius adulescens, qui factum sit ut imprudens ipse amasium suum interficeret. Quum venando animum oblectarent, accidit ut subito aper e silva prosiliret: ἄξας δὲ ὁ σῦς σπουδῇ ἔτρεχεν ὡς ἐπ' αὐτό. Καὶ οἱ μὲν συνέπιπτον ἀλλήλοις, ἐμὲ δὲ τρόμος ὡς εἶδον λαμβάνει· tum, paucis quibusdam interpositis, quae nunc nihil ad nos, πέμπω τὸ βέλος, τὸ δὲ μειράκιον παραθέον ἁρπάζει τὴν βολήν. Sequitur puerum in mortem affectum fuisse, antequam cum apro congrederetur: itaque συνέπιπτον corruptum est. Parvo molimine sanam scripturam restituemus, quae est συνεπῆττον. Saepe proderit meminisse confundi solere litteras Π et Η. Sine sensu legitur apud Lucianum in Saturnal. 9 ὥστε πίνωμεν, ἱκανὰ γὰρ

ἀποκέκρισαι καὶ τὰ πρῶτα· nemo non intelligit πρὸς τὰ ἠρωτημένα. Apud Philostratum in vita Apollonii p. 340 πόθεν οὖν τοῦ περὶ τὴν Ἔφεσον ἀήθους ᾐσθόμην; quantillum est reponere πάθους? Alia alias.

Non una corruptela commaculat paginam 86. Vidimus supra ad Heliodorum in Mnemos. Vol. XII. p. 336 pro πρωτόπειρος p. 86. 11 et 87. 12 ἄπειρος requiri, sed alia quoque consideranda sunt. Veluti quod vs. 2 legitur de Ganymede rapto: ὁ δ' ἀνάρπαγος γενόμενος ὑβρίζεται καὶ ἔοικεν τυραννουμένῳ, habet quidem Tatius verbum τυραννεῖσθαι p. 189. 26, sed tamen unusquisque videt participium corruptum esse. Quaeritur quae vera scriptura sit. Qui hodie artifices Ganymedem raptum repraesentant, non solent repraesentare eodem modo quo veteres ipsi, de quibus Otto Jahnius dixit in Symbolis Archaeologicis p. 12 et Ceccaldius, *Une caricature antique* dans la *Revue Archéologique*, Decembr. 1871. p. 373. Omnes autem eadem ratione, qua res describitur apud nostrum: καὶ τὸ θέαμά ἐστιν αἴσχιστον μειράκιον ἐξ ὀνύχων κρεμάμενον. Itaque miser puer non ἔοικεν τυραννουμένῳ, nec multo magis ἐσαυρωμένῳ, quae Jacobsii conjectura est, sed σρεβλουμένῳ. Denique vs. 17 in loco nondum fortasse perpurgato dicitur mulier corpus habere ἐν ταῖς σαρξὶν ὅλως ἐνηρμοσμένον. Hoc quidem nihil significat: a Platone Tatius habet ἐν ταῖς συνέρξεσιν.

Sequenti pagina 87. 13 τοσαύτας ἡμῖν κατέχεας γυναικῶν περιεργίας, Cobetus ἡμῶν scribit, equidem malim ἡμῖν κατέλεξας, cum praesertim Cruceius vertat *enumerasti*. Nusquam confusio litterarum Λ et Χ plus nocuit quam apud Anonymum de comoedia p. XVIII Ed. Didot., ubi Strepsiades memoratur πεισθεὶς ἀληθεῖς εἶναι τοὺς περὶ ψυχῆς λόγους. Περὶ ψύλλης locus est apud Aristophanem, quem grammaticus respicit. Apud Plutarchum συμπ. προβλ. p. 733*f*, memorantur ψυχραὶ τράπεζαι ὀσρέων, ἐχίνων, ὠμῶν λαχάνων, praestat opinor τράπεζαι σελίνων legere idemque vitium vide in Anecd. Bk. p. 318 20. Nec feram apud Pindarum Pyth. 11. vs. 26:

εὐμένεσσι γὰρ παρὰ Κρονίδαις
γλυκὺν ἑλὼν βίοτον, μακρὸν οὐχ ὑπέμεινεν ὄλβον.

Beatam vitam αἱρεῖν nemo potest et verum est γλυκὺν ἔχων βίοτον. Vitium est contrarium in Demosthenis Midiana § 81

δίκην δὲ τουτῳῖ λαχὼν ὕσερον τῆς κατηγορίας εἶλον ἐρήμην· οὐ γὰρ ἀπήντα· λαβὼν δ' ὑπερήμερον καὶ ἔχων οὐδενὸς ἠψάμην πωποτε τῶν τούτου, ubi ἑλὼν necessarium est.

In tertio libro p. 89. 16 quod legitur πῦρ μὲν ἀπ' αὐτῆς ἵπταται, quia illud αὐτῆς non admodum apte ad lunam refertur, corrigere in promptu est πῦρ μὲν ἀπαυσὶ ἵπταται. Idem adverbium Thucydidi reddiderim II. 49 τῇ δίψῃ ἀπαύστῳ ξυνεχόμενοι, ubi quid Dio Cassius in suo Codice invenerit, apparet XXXVII. 46 ὁ δῆμος ἀπαυσὶ θεώμενος. Quod continuo sequitur p. 89. 25 γέρρα δὲ περὶ πᾶσαν τὴν ναῦν ἐκεκάλυπτο, quia sequitur καὶ γὰρ ὄμβρος ἐπέκλυζε πολὺς, malim ἐκέκλυστο, quamquam recte p. 90. 4 ἡ θάλασσα ἐκάλυπτε πᾶν τὸ σκάφος. Et alibi sic erratur et apud Aristaenetum p. 166 τὸν ἔρωτα βεβαίως ἀνεπίλησον διετήρουν ἀεί, ubi malim ἀνεπίλητον. Saepe confunduntur ἵπτασθαι et ἵστασθαι, στῆναι et πτῆναι, alia.

Iam in Mnemos. Vol. XII. p. 166 dixi mihi probari ἀδελφαὶ δὲ καὶ τὴν ἄλλην τέχνην αἱ γραφαί, non τύχην, p. 93. 20, sed statim in descriptione duplicis tabulae, de Hercule et de Perseo legimus: ὁ μὲν ἵδρυται τοξαζόμενος ἐν γῇ, ὁ δ' ἐξ ἀέρος κρέμαται τῷ πτερῷ. Solet hoc Achilles noster διαέριος dicere, v. c. 51. 15 τῷ φόβῳ διαέριος ἵπτατο, p. 75. 22 τοξεύει γάρ με διαέριον τὸ πτερόν, sed recte p. 95, 1. καταβαίνων ἐξ ἀέρος.

Vocabulorum terminationes corruptae sunt p. 94. 14 αἱ μὲν ὠλέναι τῆς κόρης ἄκρατον ἔχουσαι τὸ λευκὸν εἰς τὸ πελιδνὸν μετέβαλον, ubi malim ἔχουσι et μεταβάλλον. Tum eadem pagina vs. 21 τῶν ἐρίων τῶν πτηνῶν, quod Hercherus scribit λεπτοΐνων, jam Mnem. Vol. XII. p. 332 emendavimus γηΐνων, sicuti recte p. 110. 6 γηΐνῳ χώματι.

Λῃσὴν γὰρ Ἕλληνα καὶ Φωνὴ κατέκλασε, quod editur p. 97. 21, rectior scriptura erit κἂν Φωνή. Καὶ et κἂν saepe confusa vidi: ex multis locis unum depromam. Sophoclis est fragmentum 237:

ἔνεστι γάρ τις καὶ λόγοισιν ἡδονὴ,
λήθην ὅταν ποιῶσι τῶν ὄντων κακῶν.

Solet in ea re, nisi fallor, poëta scribere κἂν λόγοισιν.

Pag. 98. 6 νυμφαγωγὸς λῃσὴς παρακαθεύδει, jam significavi Mnemos. vol. XII p. 167 requiri προκαθεύδει, non enim ille cum Leucippe concumbit, sed excubias agit. Mox

praedonum captivi liberantur eosque Aegyptiorum dux interrogat, quis quisque sit p. 100. 17, *διηγεῖτο δ' ἄλλος ἄλλο τι κἀγὼ τἀμὰ εἶπον*. Non congruit hoc cum iis quae statim subsequuntur: inter coenam enim, ut Clitophon refert, p. 100. 26 *ἐπυνθάνετο τἀμὰ καὶ ἀκούων ἡλέει*. Hinc apparet primo congressu, Clitophontem tantum respondisse ad ea quae fuerat rogatus, *ὅσις εἴη καὶ πῶς ληφθείη*· nec sane decebat tunc praesentibus omnibus de Leucippe dicere. Itaque verum non est *κἀγὼ τἀμὰ εἶπον*, sed *κἀγὼ τοὔνομα εἶπον*. Similiter apud Lucianum in Abdicat. 6 *ἂν δέ τινα ἰατρὸν ἴδῃ καὶ τοῦτ' ἀκούσῃ μόνον, κατ' ἐκείνου μάλιστα παροξύνεται*, ubi rescribam: *καὶ τοὔνομ' ἀκούσῃ μόνον*. Apud Demosthenem adv. Boeot. I § 39 id quod est *ὄνομα*, quippe per compendium scriptum, totum excidit: *τουτῳὶ μὲν Βοιωτὸν, ἐμοὶ δὲ Μαντίθεον* (*ὄνομα*) *θέμενον*.

Alligatur Leucippe a praedonibus *ἐκ παττάλων ἐπὶ τῆς γῆς ἐρηρεισμένων*, sed pessuli non *ἐρείδονται* cum figuntur, verum *σηρίζονται* itaque malim *ἐσηριγμένων*. Sub noctem Clitophon, cui persuasum est amicam latronum impiis manibus interfectam esse, cum jam in eo est ut voluntaria morte pereat, ab occursantibus amicis retinetur. *Ἀθανάτῳ σφαγῇ ἀποθνήσκειν με βούλεσθε*, exclamat p. 103. 16, sed in ea interrogatione periisse videtur interrogandi particula. Scripserim equidem: *Ἆρ' ἀθανάτῳ σφαγῇ*. Affirmat amicus vivere Leucippen *καὶ δίς που καὶ τρὶς ἐπάταξε τὴν σορόν*, in qua Leucippes cadaver putabatur reconditum esse, p. 103. 25. Paulo supra in eandem sententiam legitur: *ὁ δὲ κρούσας [τὴν σορόν*, sed *πατάξαι* non idem est quod *κροῦσαι*. *Συνώνυμα* sunt *κροῦσαι* et *τινάξαι* et reposuerim *ἐτίναξε*.

Vel puer corrigat Menelai verba p. 104. 8 *ἀλλ' ἐπικάλυψαί σου τὸ πρόσωπον*· cum enim statim sequatur: *ἐγὼ δὲ ἐνεκαλυψάμην*, apparet unice verum esse *ἐγκάλυψαί*.

Quum in Mnem. XII. 313 recensebam aliquot locos, quibus apud Tatium confusae sunt praepositiones *κατὰ* et *μετά*, nescio quomodo oblitus sum indicare locum qui legitur p. 106. 4. Describitur ibi gladius qualem in scena histriones usurpant *πρὸς τὰς κιβδήλους σφαγάς*. Menelaus *ἔλαθε μετασρέψας κατὰ τὸ τοῦ σιδήρου μέρος* et ferrum *κατέδραμε*, deinde *ἀνέσρεψεν εἰς τοὔμπαλιν* atque ferrum statim *εἴσω κατέδυ*. Verbo *ἀνασρέφειν*

opponitur opinor καταςρέφειν, itaque καταςρέψας verum est. Tantillum vitium hucusque editores latuit, cf. Jacobs. p. 441, qui praetera de illo gladiorum genere ad mimicam mortem consciscendam accommodato laudat Lobeckium ad Soph. Aiac. p. 349.

P. 111. 10 narrat Clitophonti Leucippe se vidisse in somnio Dianam, quae his verbis se compellaret: βοηθὸς ἐγώ σοι παρέσομαι· μενεῖς δὲ παρθένος ἐς' ἄν σε νυμφοςολήσω· ἄξεται δέ σ' ἄλλος οὐδεὶς ἢ Κλειτοφῶν. Quod pollicetur Diana, pollicetur proposita conditione: itaque, quia Tatius optativos pro imperativis usurpare solet, scribendum μένοις δὲ παρθένος, nam poterit Leucippe, si velit, morem gerere Clitophonti ἀνδριζομένῳ. Recordatur autem adulescens se quoque vidisse somnium, quo vetaretur cum amica sua congredi, nunc autem, ut audivit quid pollicita fuisset Diana, οὐ μετρίως ἐταράττετο, quod mireris, quia Diana tamen spoponderat fore, ut miseri amantes matrimonio jungerentur. Legitur tamen vs. 24. ἀναλογιζόμενος δὲ τὸν τῆς Λευκίππης ὄνειρον οὐ μετρίως ἐταραττόμην. Aequum erat gaudere potius et scribam οὐ μετρίως ἐτερπόμην, quod nunc video etiam Jacobsio in mentem venisse, nam, ut est p. 150. 4, τὰ γὰρ ἡδέα τῶν πραγμάτων κἂν μήπω παρῇ, τέρπει ταῖς ἐλπίσιν. Quam frequenter αρ et ερ confundi soleant ad Heliodorum pluribus exemplis ostendi; de π et ττ minor etiam dubitatio est. Unum ex Dione Cassio locum afferam XLIX 20 ἀνδρείως μὲν ἀμυνόμενοι, ταραττόμενοι δὲ πρός τε τὸ ἀνέλπιςον καὶ περὶ ἀλλήλοις ὑπό τε τῶν ὁπλιτῶν καὶ ὑπὸ τῶν ςφενδονητῶν μάλιςα ἡττήθησαν. Facile vincam verum esse τραπόμενοι.

Describit Achilles Tatius elephanti naturam, quem Clitophon dicit se numquam vidisse nisi forte in tabula: ἡμεῖς γε οὐκ εἴδομεν εἰς ταύτην τὴν ἡμέραν ὅτι μὴ γραφῇ: unde conficias in ipsa Graecia — nam Graecis ista scripta sunt non Phoenicibus — quinto certe saeculo post Christum natum admodum raro elephantos visos fuisse; vid. Julian. Epist. 34 § 7. Sed in ea descriptione discimus feminam per decem annos in utero gestare, p. 113. 11, μετὰ δὲ τοσαύτην ἐτῶν περίοδον τίκτει, ὅταν ὁ τόκος γέρων γένηται, eandemque lectionem, notante Jacobsio, habuit Eustath. Antioch. Comm. in Hexaem. p. 38. Non in alio argu-

mento γέρων ineptius dici potuit. Ipsa tamen rei natura manu ducit ad veram lectionem: mater per decem annos πλάττει (Eustath. πέττει) τὴν σποράν, tum parit ὅταν ὁ τόκος πέπων γένηται. Sic p. 136. 4 χρόνος πεπαίνει τῆς ψυχῆς τὰ ἕλκη.

Quod Clitophon dicit p. 117. 2 τρία γὰρ τὰ κάλλιστα ἀπὸ τοῦ σώματος ἄνεισιν, ἀναπνοὴ καὶ Φωνὴ καὶ Φίλημα, quia τὸ κάλλος ad formam refertur, τὰ ἥδιστα requiro, quo sensu modo p. 116. 30 γλυκύτερον legitur et absurdum sane foret, si quis contenderet osculo nihil esse pulcrius, cum suavius dicere vellet. Videntur ἥδιστος et κάλλιστος confundi nonnumquam. Apud Longum p. 310. 12 Lesbium vinum dicitur ποθῆναι κάλλιστον, et tamen putabam τὸν οἶνον esse ἡδύν.

P. 120. 17 describitur Aegyptus inferior: καὶ ἔστι τὸ θέαμα καινὸν, ναῦς ὁμοῦ καὶ δίκελλα, κώπη καὶ ἄροτρον, πηδάλιον καὶ τρόπαιον. Nihil huc facit τρόπαιον et exigua mutatione scribam δρέπανον. Tum p 123. 6 malim χῶμα χέουσιν, non ἔχουσιν, quod allatis aliis quibusdam exemplis ejusdem confusionis confirmavi in Mnemos. XII. 320 et eadem pagina vs. 21 ἀδιήγητος ὁ θάνατος ἦν, ex Xenophonte petitum est ἀδιήγητος ὁ τάραχος. P. 125. 32 quod de cibis dicitur κοινὰ καὶ πάντα ἐδώδιμα, ratio commendat παντὶ ἐδώδιμα. Denique p. 127. 21 ἐστρατεύετο δὲ μισθοῦ κατὰ τῶν βουκόλων τὴν ἐν ταῖς ναυσὶ στρατείαν, ὥστε μετὰ τὸν πόλεμον τῆς στρατείας ἀπήλλακτο, malim ἐστράτευτο, sicuti statim post recte ἀπήλλακτο. Pariter corrige p. 196. 19 διενενόητο pro διενοεῖτο.

In descriptione crocodili p. 128. 25 sunt quaedam flagitiose corrupta. Legimus v. c. de cauda: οὐ γὰρ ὡς τοῖς ἄλλοις περίκειται θηρίοις, ἀλλ' ἔστι τῆς ῥάχεως ἓν ὀστοῦν τελευτὴ καὶ μέρος αὐτοῦ τῶν ὅλων. Quod Hercherus scribit ἐπίκειται, eo nihil proficitur, sed quia video περὶ in Achillis Codicibus interdum abundare, legere malim κινεῖται. Reliqua Cruceius vertit: *sed est osse uno, qui spinae finis ac* natium *pars est.* Itaque ut emendationem totius loci perficere non possim, hoc tamen constare video Cruceium legisse non τῶν ὅλων, sed τῶν γλουτῶν.

Quinto libro Tatius inseruit de Tereo fabulam. Philomela ut est p. 133. 9 ὑφαίνει πέπλον ἄγγελον. Quae quum mihi locutio displiceret, incidi in suspicionem scriptum fuisse olim πέπλον λάλον, sed jam in eo eram, ut eam correctionem

tanquam nimis incertam cum aliis permultis ejus generis abjicerem, cum vidi, Salmasium primum sic correxisse, cum olim in editis esset, quod etiam unus liber habeat πέπλον ἄλλον. Etiam ante me Koenius et Toupius in eandem conjecturam inciderunt. Apparet quomodo ΛΑΛΟΝ in ΑΛΛΟΝ, transierit. Respicitur autem id quod de Tereo modo dictum erat: ἵνα τῶν γάμων δίδωσι μηκέτι λαλεῖν. Philomela tamen ἃ πέπονθε τῇ κερκίδι λαλεῖ. Abusus ejus verbi vel solus prodit scriptorem satis recentem, ipsum fortasse λαλεῖν ἄριστον, sed ἀδυνατώτατον λέγειν. Vid. Jacobsius p 664.

Quod Diphilus dixit — locum Bodenio debeo —

λύπης δὲ πάσης γίγνετ' ἰατρὸς χρόνος,

idem Achilles suo more enunciavit sic: τὸ λυπῆσαν πρὸς ὀλίγον κἂν ᾖ καθ' ὑπερβολήν, ἀναζεῖ μὲν ἐφ' ὅσον ἡ ψυχὴ κάεται, τῇ δὲ τῆς ἡμέρας ψυχαγωγίᾳ νικώμενον καταψύχεται. De recenti dolore hoc dici in aprico est, sed quid est τὸ λυπῆσαν πρὸς ὀλίγον? Cruceius quod non intelligebat, vertere omisit. Equidem ut experirer, quid sub corruptela lateret num invenire fortasse possem, scripsi πρὸς ὀλίγον uncialibus literis atque sic veram lectionem haud difficulter agnovi. Τὸ λυπῆσαν πρόσφατον ὄν est illud ipsum quod requirebamus, *dolor recens*. Confundi interdum Ο et Φ vidimus supra, quum exemplis ostendi οὐσίαν et Φύσιν locum permutasse: de reliquis literis res notissima. Adverbium προσφάτως apud Achillem est p. 139. 6.

Quod legitur p. 139. 3 γυναῖκα ἐξέμηνεν ἐπ' αὐτὸν πάνυ καλὴν, ὥστε ἂν ἰδὼν αὐτὴν εἴποις ἄγαλμα, nimis tenuis ea laus est. Satyrus Meliten non πάνυ καλὴν appellavit, sed παγκάλην. Quid intersit, multo facilius sentiri potest, quam verbis declarari. Apud Platonem in Philebo p. 27*e* quaeritur de voluptate an πανάγαθον sit et de dolore an sit πάγκακον. Ibi quidem facile intellectu est non quaeri sitne forte voluptas πάνυ ἀγαθὸν et dolor πάνυ κακόν. Secundum Horatium nihil est *ab omni parte beatum*, i. e. πανάγαθον. In Theaeteto p. 194*e* Platoni Homerus est ὁ πάντα σοφὸς ποιητής. Scholiasta docet, quod conjectura assequi quis potuisset, olim fuisse scriptum ὁ πάνσοφος ποιητής. Plato, opinor, non magni faciebat τοὺς πάντα σοφούς. Quod Alcibiades dicit in Symposio p. 218*b*:

πύλας πάνυ μεγάλας τοῖς ὠσὶν ἐπίθεσθε, ad asinos dictum videtur: aptum est πύλας παμμεγάλας. Apud Lucianum Cynic. 13 Theseus dicitur βασιλεὺς πάντων Ἀθηναίων, qui fuit Παναθηναίων. Apud eundem in Asin. 47: τὸ σῶμά μου ἐκ τῆς συνήθους τροφῆς πάλιν καλὸν ἐγεγόνει, malim πάγκαλον et § 51 τὴν παιδίσκην ὁρῶν πάντα καλήν, rescribam παγκάλην. Apud Dionem Cassium LII. 11 Agrippae verba sunt ad Caesarem Augustum: προῄρημαι ἐγὼ νῦν οὐ πάνθ' ὅσ' ἄν τις κακῶς τὸ πρᾶγμα μεταχειριζόμενος ἐξεργάσαιτο εἰπεῖν, ἀλλ' ὅσα καὶ οἱ πάνυ ἄριστα αὐτῷ χρώμενοι καὶ ποιεῖν καὶ πάσχειν ἀναγκάζονται. Describit Agrippa imaginem perfecti principis, qui πανάριστα rebus utitur. Ceterum πάγκαλον apud Longum legitur p. 305. 3 et apud Xenoph. Ephes. p. 368. 15 παντάλαινα e conjectura Jacobsii, nequis putet eam loquendi elegantiam ab Eroticis scriptoribus alienam esse.

Facile admodum est ad corrigendum p. 139. 28, ubi Melite dicitur δεῖσθαι τὸν Κλειτοφῶντα ἥκειν ὡς αὐτὴν δειπνήσοντα τὴν ἡμέραν γάμων προοίμιον, nam τήμερον requiritur, quod recte legitur p. 154. 7. Pariter p. 198. 10 Thersander alloquitur sacerdotem: καὶ σήμερον ὅτι δόξει λύεται, prorsus necessarium est αὐθημερόν.

Venio ad locum flagitiose corruptum. Litterae sunt Leucippes, quae vendita et in servitutem abacta fuerat, ad Clitophontem, quem sui oblitum credebat duxisse Meliten. Ἐμασιγώθην, inquit, ἵνα σὺ ὁ γέγονας ἄλλῃ γυναικὶ κἀγὼ ἑτέρῳ ἀνδρὶ γένωμαι. Haec quidem sine sensu dicta sunt et lucem accipient sic scripta: ἐμασιγώθην, ἵνα σοῦ ἀγαγομένου ἄλλην γυναῖκα, κἀγὼ ἑτέρῳ ἀνδρὶ γαμῶμαι; Μὴ γένοιτο. Sic saepe, ut inveniatur vera scriptura, literarum apices non nimis anxie rimari debemus, cum librarius satis habuerit in loco fortasse lacunoso scribere vocabula Graeca, quae quodammodo literarum incertis vestigiis responderent. Nostro loco cum σοῦ ἀγαγομένου in codice detrito propter evanidam scripturam non satis discerneret, scripsit σὺ ὁ γέγονας ne lacuna relinqueretur et quod ea verba quodammodo epistulae argumento convenirent. Juvat addere quaedam exempla similium errorum. Apud Lucianum in Hermotimo § 59 αὐθομολόγουμενον πρᾶγμα λαβὼν καὶ γνώριμον ἅπασι τὸν οἶνον εἰκάζεις αὐτῷ τὰ ἀνομοιότατα καὶ

περὶ ὧν ἀμφισβητοῦσιν ἅπαντες ἀφανῶν ὄντων. Itaque vinum τοῖς ἀνομοιοτάτοις opponitur, quod ipsum sit αὐθομολογούμενον! Vera lectio haud difficulter erui potuisset, etiamsi nil quidquam in vicinia inveniretur, quod ad emendationem faceret; sed mox sequitur τὸν οἶνον φῂς τὸν ἐν τῷ πίθῳ αὐτὸν αὑτῷ ὅμοιον itaque vinum non est αὐθομολογούμενον, sed emendandum est αὐτὸν αὑτῷ ὅμοιον. Apud Plutarchum γαμ. παραγγ. p. 138e πολλαὶ δὲ καὶ τῶν νεογάμων δυσχεράνασαι διὰ τὰ πρῶτα τοὺς νυμφίους, nihil est διὰ τὰ πρῶτα, facile intellectu διὰ τὰ πόρρητα. Apud eundem συμπ. προβλ. p. 704 B. οὕτως οὐδὲ τὴν τράπεζαν οἰόμεθα δεῖν κενὴν ὁρᾶν καὶ ἀνερμάτιστον ἀπολειπομένην, scribam ἀνεράνιστον, adhibita simili Reiskii emendatione ad p. 1128e Addam quoque ποτ. τ. ζῴων p. 959 B. ἐκεῖνος ἔδοξέ μοι τὸ ῥητορικὸν ἐγεῖραι διὰ χρόνου, χαριζόμενος καὶ συνεαρίζων τοῖς μειρακίοις, ubi quivis reponat συνερανίζων. Apud Lucianum Calumn. non tem. cred. 3 οὐδὲ τὸ παράπαν εἰ ἐξέπλευσεν Ἀτελλῆς ἐς Τύρον ἐξετάσας, εὐθὺς ἔαδε μηνίειν καὶ βοῆς ἐνεπίμπλη τὰ βασίλεια, Cobetus corrigit ᾐδημόνει, facilius fortasse rescribi poterit ἐδαιμόνα. Ridicule Plutarchus Qu. Rom. p. 283c τὸν δὲ δήμαρχον, ὡς Γάϊος Κουρίων ἔλεγε, καταπατεῖσθαι δεῖ καὶ μὴ σεμνὸν εἶναι τῇ ὄψει οὐδὲ δυσπρόσοδον. Novi illum apud Sophoclem, qui magno coorto vento gubernaculo relicto,

ὑφ' εἵματος κρυφεὶς
πατεῖν παρεῖχε τῷ θέλοντι ναυτίλων.

Sed Gracchi et Curiones non timidorum nautarum similes erant. Commendabat Curio non τὸ καταπατεῖσθαι, sed τὸ ταπεινοῦσθαι. Secundum eundem Plutarchum π. τ. ἠθ. ἀρ. p. 441a. σωφροσύνη vocatur virtus ἐπιθυμίαν κοσμοῦσα· imo ϛομοῦσα legendum est. Apud Dionem Cassium LIX. 9 οὐ γὰρ ἔξιν ὅτις αὐτὸν ἐν τοῖς αὐταρχήσασιν ἐς τὴν τῆς οἰκίας νόμισιν καταλέγει· intelligam εἰς τὴν ὁρκωμοσίαν· Senatores non jurant in acta Tiberii, cf. LX. 4. Apud eundem XL. 6 χάριν αὐτὰ τὰ ὑπεναντία διδόναι ἐδόκει· emendo: χάριν αὐτῷ ταύτην ἀνταποδιδόναι ἐδόκει. Plutarchus p. 513f laudatis duobus senariis vult probare id quod posuerat sic: τοῖς ἐρωτικοῖς ἡ πλείστη διατριβὴ περὶ λόγους μνήμην τινὰ τῶν ἐρωμένων ἀναδιδόντας· οἵ γε κἂν μὴ πρὸς ἀνθρώπους πρὸς ἄψυχα περὶ αὐτῶν διαλέγονται. Itaque amator amicae lucernam sic alloquitur:

Βακχὶς θεόν σ' ἐνόμισεν, εὐδαῖμον λύχνε,
καὶ τῶν θεῶν μέγιστος, εἰ ταύτῃ δοκεῖς.

Compellat amator lucernam sicuti Praxagora initio Ecclesiazusarum. Bacchis lucernam venerata fuerat et jocose forte dixerat se eam habere solis loco, nam thalamum collustrabat etiam interdiu, siquidem conjecturam licet capere ex iis quae apud Heliodorum narrantur VII. 26. Polyphemus apud Euripidem in Cyclope vs. 335 sacra facit τῇ μεγίστῃ γαστρὶ τῇδε δαιμόνων. Jam exclamat miser adulescens, nam nihil admodum apud Meinekium est, quod faciat ad loci emendationem:

Βακχὶς θεόν σ' ὠνόμασεν, εὐδαῖμον λύχνε,
κἀπ' ὦ θεῶν μέγις' ἔχει σ' ὁ πανδοκεύς.

Quae correctio se ipsam commendabit, aut frustra commendabitur; cf. Aeneae Sophist. Epist. 12 τοῖς ἐραστοῖς καὶ ὑπόδημα τοῦ ἐρωμένου φανὲν ἱκανὸν παραμυθεῖσθαι τὸν ἔρωτα. Possum addere de hoc genere alios locos non paucos, sed uno defungar quem apud Herodotum me invenire memini III. 71 ἴστε ὑμῖν ὅτι ἦν ὑπερπέσῃ ἡ νῦν ἡμέρη, ὡς οὐκ ἄλλος φθὰς ἐμεῦ κατήγορος ἔσται· quia nemo dicet quid sit ἡ ἡμέρα ὑπερπίπτει, vide an scribere Herodotus potuerit ἦν ὑπέσπερος ᾖ ἡ νῦν ἡμέρη. Nempe in mente habuisse videtur Homericum adjectivum ὑπηοῖος. Sed ad Tatium redeundi tempus est.

Sunt quaedam in Tatio interpolationes, quas diligenti cura Hercherus ostendit; aliae eius acumen effugerunt. V. c. p. 147. 19 μαθήσῃ τὴν σήν με παρθενίαν μεμιμημένον, εἴ τις ἐστὶ καὶ ἐν ἀνδράσι παρθενία, quae verba in Clitophontis ad Leucippen epistulam illata sunt ex p. 192. 29, ubi eadem recte leguntur.

Leve sit cum Göttlingio rescribere p. 148. 21 νόσος μοι ἐξαίφνης ἐπέπεσεν pro ἐνέπεσεν, sed paulo gravior corruptela est p. 149. 4, ubi Thessalarum mulierum ars esse dicitur magica, ὥστε μὴ πρὸς ἑτέραν ἔτι τὸν ἄνθρωπον ἀποκλίνειν γυναῖκα. Reponendum est quod rei natura suadet τὸν ἐρώμενον, sicuti infra recte Melite: μέχρι γὰρ τῶν ὀμμάτων ἔχω τὸν ἐρώμενον. Quod erat ἐρώμενον, librario esse videbatur ἄρωμον· sic ἄνθρωπον natum ex malesana conjectura.

Mendum propemodum solemne recurrit p. 152. 12. Flebiliter queritur Melite, marito Thersandro reverso: οὐδ' ἂν ἔχοιμί σε τοῦ λοιποῦ χρόνου κἂν μέχρι τῶν ὀμμάτων τῶν κενῶν, ἐπεὶ μὴ

δεδύνησαι τούτων πλέον, nam verum videtur: ἐπεὶ μηδὲν δεδύνησαι. Pergit sic p. 152. 28: καταφιλῶν οὕτως ἀνέσης ὡς ἄλλη γυνή, sed postulat sententia: ὡς ἂν γυνή· ipsa enim, ut est p. 149. 22 ἀνέσῃ ὡς ἀπ' εὐνούχου. De eadem re alibi dicit Clitophon ipse, se ita apud amicam Leucippen locutum fuisse, p. 192. 6, ὡς ἄμφω συνεκαθεύδομεν καὶ μὰ ταύτην τὴν Ἄρτεμιν ὡς ἀπὸ γυναικὸς ἀνέσῃ γυνή, quod explicari poterit, postquam emendaveris: ὡς ἄμφω συνεκαθεύδομεν καὶ (ὡς ναὶ) μὰ ταύτην τὴν Ἄρτεμιν ὡς ἀπὸ γυναικὸς ἀνέσῃ (ἢ) γυνή. De καὶ et ὡς saepe confusis vid. Jacobsius p. 643.

Mentitur Sostratus servus se domino suo servare voluisse Leucippen, ὡς, inquit, ὑπὸ σοὶ γένοιτο. Habent omnes domini servos suos in sua potestate, ὑφ' αὑτοῖς, verum hoc agebat scilicet Sostratus, ut generosa virgo fieret ἐπὶ τῷ δεσπότῃ et scribendum est ὡς ἐπὶ σοὶ γένοιτο. Discrimen notum est: qui legitimo nostro imperio obnoxii sunt, ὑφ' ἡμῖν sunt; ἐφ' ἡμῖν qui sunt, nostro sunt ludibrio expositi et inviti parere coguntur, quantumvis potestate nostra abutamur. Possunt Graeci esse ἐπὶ τῷ βαρβάρῳ, negant se umquam esse posse ὑπὸ τῷ βαρβάρῳ, unde pete correctionem Demostheni in oratione de Symmor. § 6. Meretrix ἐπὶ πορνοβοσκῷ est, non ὑπὸ πορνοβοσκῷ, quod perperam hodie legitur in oratione adv. Neaeram § 30, coll. § 108 sq. Scilicet ὑπὸ et ἐπὶ millies confunduntur. Ad hunc usque diem legitur apud Appianum p. 253. 30 τοὺς δ' ἐς τὴν γῆν μέχρι γαστρὸς κατώρυσσε καὶ περιτοξεύων ἢ ἐσακοντίζων ἔτι ἐμπνέουσι πῦρ ὑπετίθει· quia hoc fieri omnino non potest, verosimiliter Appianus scripsit ἐπετίθει. Apud eundem p. 553. 15 ἐδεδοίκει μὲν ὑπὸ τοῖς ἐχθροῖς ἰδιώτης γενέσθαι· vides quid requiram: sumus ὑπὸ τῷ βασιλεῖ, esse non possumus ὑπὸ τοῖς ἐχθροῖς. Nec Catinenses habitant aut habitabant ἐπὶ τῇ Αἴτνῃ, quod scripsisse creditur Thucydides III. 116, sed ὑπὸ τῇ Αἴτνῃ, idemque vitium recurrit apud Strabonem IX p. 418 Cas. et ubi non? Taedet enim plura describere. Mox p. 158. 22 iubet Sosthenes duos quos secum habet servos ancillas Leucippes δόλῳ περιελθεῖν, quod dicitur, ni fallor, παρελθεῖν. Ceterum περιελθεῖν Hercherus scripsit, nam in Codicibus est περιελεῖν.

Aliquid excidisse videtur p. 163. 4 πᾶς ὁ Φόρτος αὐτοῦ γέγονε τῆς θαλάσσης· nihili erit hoc donec suppleveris: ἔργον

γέγονε τῆς θαλάσσης, sicuti recte legitur p. 183. 18 μὴ ἄρα τῆς τούτων ἐπιβουλῆς γέγονεν ἔργον. De ea lectione egere Jacobsius p. 736 et Wyttenbachius in Bibl. Crit. III. 2. p. 16, quem locum Cobetus laudat in Var. Lect. p. 213. Haud semel id quod est ἔργον excidit. Apud Alciphronem III. 27. τότε εἶσει μαθοῦσα οἷ κακῶν σαυτὴν ἐνέσεισας, ipsa oppositio flagitat ut legatur ἔργῳ μαθοῦσα. Apud Longum p. 291. 2 memorantur νέοι καὶ σφριγῶντες καὶ πολὺν ἤδη χρόνον ἔρωτα ζητοῦντες· aliquid maius illi cogitabant, nempe ἔρωτος ἔργα, uti recte p. 292. 2 ἔκλαεν εἰ καὶ κριῶν ἀμαθέστερος εἰς τὰ ἔρωτος ἔργα et p. 293. 15 διδαξαμένην τὰ ἔρωτος ἔργα. Contra, quod obiter addam, ipse Ἔρως sine vestigio periit apud Alciphronem. I 19. 1 θεῷ μυσαγωγοῦντι πυρφόρῳ καὶ τοξοΦΟΡΩΙ Πειθόμενος· supplendum enim ἔρωτι πειθόμενος.

Aliis minutis vitiis omissis, venimus ad septimum librum p. 173. 21, ubi, quum requiritur *etiamsi absolverer*, legitur tamen κἂν τὴν δίκην φύγωμι, quod Graece opinor est ἀποφύγοιμι, nam Homericum φύγωμι nimis est ab huius Achillis consuetudine alienum, quem praeterea supra vidimus saepe negligere discrimen conjunctivorum et optativorum. Haud raro praepositio ἀπό excidit. Quam corruptelam Madvigius in Advers. p. 357 indicavit in Xenoph. Cyrop. VIII. 3. 25, prorsus eandem observavi apud Herodotum IX. 64 συνέβαλε ἐν Στενυκλήρῳ πολέμου ἐόντος Μεσσηνίοις πᾶσι, nam malim ἀποσᾶσι alibique modo eodem. Quod statim sequitur p. 173. 23 προσέκειτο δὲ ἡ Μελίτη τῷ Φόνῳ, corrigam λόγῳ. Quam sit hoc necessarium, videre est apud Jacobsium, qui vulgatam lectionem ita interpretatur: Melites nomen illi de caede Leucippes *fabulae* immixtum erat. Scilicet λόγος, τόπος, νόμος, Φόνος, μόνος, ψόγος aliaque eiusdemmodi frequentissime inter sese locum commutant. Ecce pauca quaedam de plurimis exempla. Apud Platonem Legg. II 663c lege ἐπαίνοις καὶ ψόγοις, non λόγοις, cf. Porson. ad Eur. Phoen. 206, Cobet. Var. Lect. 602. 630, Herwerden. ad Oed. Tyr. 338. Apud Platonem Phaedr. 274d τὴν μεγάλην πόλιν τοῦ ἄνω τόπου· l. νομοῦ. Apud Demosthenem de Corona § 225 ἐκ παλαιῶν χρόνων καὶ ψηΦισμάτων, lege νόμων, cui vitio est prorsus contrarium § 108 κατὰ τοὺς προτέρους νόμους ἅπαντα ταῦτα ἐγίγνετο.

Apud Plutarchum π. ἄν τις αἴσθ. p. 83a τὰς ἐπιθυμίας μεθ' ἡμέραν ὁ νόμος αἰσχύνῃ καὶ φόβῳ καθείργνυσιν· lege λόγος, quod planissime Plato ostendet Rep. IX. 571c, cuius locum Plutarchus in animo habuit. Apud Platonem Legg. VII. 793d ἐὰν ἡμῖν πολλὰ ἐπιρρέοντα μακροτέρους ποιῇ τοὺς νόμους· l. λόγους. Apud Demosthenem de Symmor. § 9. τοὺς πολέμους ἡγοῦμαι τριήρων καὶ χρημάτων καὶ τόπων δεῖσθαι, legam πόρων, coll. de Coron. § 309. Eandem corruptelam agnoscere mihi videor in Euripidis fragmento 919:

γλώσσῃ διαψαίρουσα μυκτήρων τόπους,

quia μυκτήρων τόποι loca sunt, ubi nares *fuerunt*, legam πόρους. Intelligitur ni fallor ἡ Χίμαιρα, πρόσθε scilicet λέων potestque hoc fragmentum e Bellerophonte depromtum videri. Dittographia est apud Platonem Legg. VI. 752e τίνα πόρον καὶ λόγον ἀνευρίσκομεν; Atque sic via mihi sternitur ad emendandum Euripidis Hippolyt. vs. 670.

τίνας νυν τέχνας ἔχομεν ἢ λόγους
σφαλεῖσαι κάθαμμα λύειν λόγου;

nam vides simplicissimum esse reponere πόρους. Similes corruptelas Dindorfius recenset in Praef. ad Aesch. Prom. p. IV. a. 1866. Apud Philostratum in Heroicis p. 681 φθοράς δὲ, ὁπόσαι περὶ τὰς ἀγέλας γίγνονται, πάσας ἐξ Αἴαντος ἥκειν φασὶν, οἶμαι διὰ τὸν ἐν τῇ μανίᾳ λόγον· vel coecus videat φόνον reponendum esse. Etiam facilius est ad emendandum quod apud Lucianum invenio in Astrol. 23 οὔτε πόλιας ᾤκιζον οὔτε τείχεα περιεβάλλοντο οὔτε φόνους ἐργάζοντο οὔτε γυναῖκας ἐγάμεον, πρὶν ἂν δὴ παρὰ μάντεων ἀκοῦσαι ἕκαστα· non enim auspicato φόνους ἐργάζοντο, sed δόμους. Sed e deverticulo redeo in viam.

Nemo facile dixerit quid sit διανοεῖσθαι εἴς τινα, quod legitur p. 174. 32. Narrat ibi nescio quis, cum sederet forte in taberna, fuisse viros quosdam qui se et itineris socium attente observarent, ἐνεώρων δ' ἡμῖν πυκνὰ καὶ ἀλλήλοις διένευον. Ἐγὼ μεν οὖν ὑπώπτευον τοὺς ἀνθρώπους διανοεῖσθαι εἰς ἡμᾶς, οὐ μὴν ἠδυνάμην συνιέναι τί αὐτοῖς ἐθέλοι τὰ νεύματα. Equidem reposuerim διανεύεσθαι. Consimile vitium est apud Alciphronem II. 4. 3, ubi Glycera ita scribit ad Menandrum: τοῦτο μὲν οὐδενὶ τρόπῳ πεισθείην ἂν ὅτι βουλήσεταί μέ ποτε ἢ δυνήσεται Μένανδρος ἀπολιπὼν Γλυκέραν μόνος ἐν Αἰγύπτῳ βασιλεύειν.

Itane vero δυνήσεται? Imo διανοήσεται. Similiter apud Dionem Cassium XLIII. 33 ἠδυνήθη παρελθεῖν, rescribe quod contextus flagitat, διενοήθη. Recurrit idem vitium XLV. 29 ὁ Καῖσαρ ἐπειχθεὶς οὐδὲν ἐκείνων ὥς γε καὶ ἠδυνήθη, κατειργάσατο, quod absurde dictum erit, nisi itidem rescripseris διενοήθη. Cobetus in Variis Lectionibus p. 527 jam ostendit διανοεῖσθαι et διακεῖσθαι confundi in Platon. Rep. I. 343*b*. Sed itidem corrige Legg. I. 626*d* αὐτῷ δὲ πρὸς αὐτὸν πότερον ὡς πολεμίῳ πρὸς πολέμιον διανοητέον et emenda διακειτέον itidemque, ni fallor, Strabon. XVII. p. 809.

P. 175. 27 reponam τὸ δὲ χαλεπώτατον pro χαλεπώτερον atque sic venio ad p. 176. 8, ubi legitur ἐσιώπα καὶ ἔλεγεν οὐδέν, sed requiro πλέον ἔλεγεν οὐδέν. Verum paulo magis refert emendare p. 176. 27 ὅταν ὁ τῆς λύπης ὁδοὺς τὴν καρδίαν ἐκφάγῃ· quia dentes non *edunt* sed *rodunt*, sequitur ἐκτράγῃ verum esse. Notum est quoties φαγεῖν et τραγεῖν confundi soleant. Admodum ridicule Diogenes Laertius II. 66 ὁ Τίμων παρέφαγε τὸν Ἀρίστιππον ὡς θρυπτόμενον· scribendum esse παρέτραγε, ostendet II. 107 Τίμων προσπαρατρώγων καὶ τοὺς λοιποὺς Σωκρατικούς. Itidem vitiose Strabo XII. p. 571 σκώληκος εἶδος μέχρι τῆς ἐπιφανείας διαφαγὸν τὸ ξύλον pro διατραγόν. Plutarchus de Alex. M. fortitud. p. 344*a* ξίφεσι τυπτόντων τὰ τείχη καὶ χερσὶ γυμναῖς παραρρῆξαι καὶ μονονοὺ διαφαγεῖν βιαζομένων, non hoc scripsit sed διατραγεῖν. Apud eundem π. τ. ὐ. τ. θείου p. 567*f* vipera dicitur διαφαγοῦσα τὴν μητέρα βιώσεσθαι, lege διατραγοῦσα. Imprimis risum movet apud eundem π. τ. ζῴων p. 978*a*, ubi δελφὶς ὅταν πλησίον τῇ γῇ προσίῃ φαγὼν τὸ δίκτυον ἄπεισιν, pro τραγών. Eadem medicina utere Schol. Arist. Vesp. 155 φύλαττε ὅπως μὴ τὸ κλεῖθρον φαγὼν ἐξέλθῃ, sicuti recte apud poetam ipsum φύλατθ' ὅπως μὴ τὴν βάλανον ἐκτρώξεται. Non minus vitiose apud Plutarchum in vita Marcelli c. 28 memorantur μύες τὸν ἐν Διὸς χρυσὸν διαφαγόντες. Fructus τῆς κομάρου dicitur κόμαρον sive μιμαίκυλον, ut videmus in Amphidis fragmento:

ἡ συκάμινος συκαμίνους ὡς ὁρᾷς, Φέρει,
ὁ πρῖνος ἀκύλους, ἡ κόμαρος μιμαίκυλα.

Theompompi fragmentum est

τρώγουσι μύρτα καὶ πέπονα μιμαίκυλα.

Itaque apud Aristophanem Av. 240 non legerim τά τε κοτινοτράγα τά τε κομαροφάγα, sed et κοτινοτράγα et κομαροτράγα. Redeo ad Plutarchum. In vita Syllae c. 7. μυῶν ἐν ἱερῷ χρυσὸν ἀνακειμένον διαφαγόντων, satis magnum portentum est διατραγόντων, sicuti in vita Niciae legitur c. 13 κόρακες τὸν καρπὸν ὄντα χρυσοῦν τοῦ φοίνικος ἀπέτρωγον καὶ κατέβαλλον. Ceterum vid. Mnem. V. 195.

Reddam Achilli plusquamperfectum tempus nec feram παρεσκευασάμην πρὸς τὴν ἀπολογίαν τῆς μοιχείας, sicuti recte p. 178. 32 παρεσκεύασο editur. Sed quod legitur p. 180. 28 οὕτω γὰρ ἄν τις καὶ μισοῖ τὸ φιλούμενον καὶ φιλοῖ τὸ μισούμενον, prorsus contrarium est eius rei quam dixit reapse Achilles, nempe οὐ γὰρ ἄν τις. Notum est compendium, quo factum est, ut οὕτω et σὺ toties confundantur. Locum addam e Cebetis Tabula c. 39, ubi ad interrogationem οὐκοῦν οὐδὲν τούτοις ὁ πλοῦτος βοηθεῖ εἰς τὸ ζῆν καλῶς; respondetur Οὐ φαίνεται. Sequentia monstrant Cebetem scripsisse Οὕτω φαίνεται.

Minutis quibusdam omissis accedo ad p. 184. 4, ubi in causa Clitophontis verba sunt accusatoris: Κλειτοφῶν μὲν οὖν ὡμολόγησεν ἀνῃρηκέναι καὶ ἔχει τὴν δίκην. Ante condemnationem in judicio illa verba pronunciata sunt itaque nondum reus ἔχει τὴν δίκην, sed ἐχέτω τὴν δίκην, Thersander dixerat. Prorsus idem vitium est in Platon. Sophist. p. 248*a* et Phileb. p. 24*a*. Denique in extremo septimo libro p. 188. 13 ἐνεγυήσατο αὐτὸν ἔχειν καὶ παρέξειν εἰς τὸν δῆμον, imprudens Hercherus Hirschigio obsecutus est scribenti παράξειν· scilicet παρέξειν rectissime sese habet, cf. Mnemos. VI. 283 et XII. 121; id potius dubites, sitne fortasse ἄξειν pro ἔχειν scribendum.

P. 189. 21 leve est reponere ἃ πεποιήκει ἔπαθεν ἡ χείρ, pro πεπολήκεν sed plus fortasse proderit considerare p. 189. 30 ἐν τοῖς τῆς αὐλαίας παιόμεθα χωρίοις, nam Diana certe numquam dicta fuit ἡ Αὐλαία et lectis virorum doctorum interpretationibus, nata mihi est suspicio latere nomen τῆς Ἀγραίας. Quod statim sequitur ταῦτα ἐν ἐρημίαις μόναις γίγνεται, ὅπου μηδεὶς μάρτυς μηδ' ἄνθρωπός ἐστι, σὺ δ' αὐτῶν ἐν ὄψει τυραννεῖς τῶν θεῶν, agnosco solemne vitium μόναις pro μὲν scriptum. Inutile videtur alios locos adscribere, qui etiam hodie eodem mendo laborant.

Vapulat Clitophon et vociferatur p. 190. 9 *τοιαῦτα σπένδει τις θεῷ; Οὐ βάρβαροι ταῦτα καὶ Ταῦροι καὶ ἡ Ἄρτεμις ἡ Σκυθῶν, οὐ παρ' ἐκείνοις μόνοις νεὼς οὕτω αἱμάσσεται; τὴν Ἰωνίαν Σκυθίαν πεποίηκας*, ceteraque chorda eadem, nam quod iocatur alicubi Jacobsius, Clitophonti, sicuti Siculis hominibus apud Ciceronem, numquam tam male est quin aliquid acute dicat. Elegantius tamen erit: *Οἱ βάρβαροι ταῦτα κ. Τ..... Ὁ παρ' ἐκείνοις μόνοις*. Tum p. 196. 4 qui alterum tacere iubet, non simpliciter dicit *μηδὲ εἴπῃς*, sed *μηδὲν ἔτι εἴπῃς* et saepissime observavi excidisse particulam *ἔτι*.

In ridicula Thersandri oratione intelligi non possunt verba quae leguntur p. 197. 8 *τὰ γὰρ τῆς ψυχῆς κρατούσης, Φοβοῦμαι μὴ ἀτελής μοι ὁ λόγος γένηται*. Scilicet in codicibus legitur *τά τε γάρ*, sed Hercherus *τε* expunxit; equidem intelligam *ἅτε γὰρ τῆς ψυχῆς τῆς ὀργῆς κρατούσης*. Fere necessario orator iram suam memorare debuit.

Clitophontis defensionem suscipit Dianae sacerdos, qui, quod in tam gravi viro mireris, *τὴν Ἀριστοφάνους κωμῳδίαν ἐζηλωκὼς ἦν*. Iam potest quis suspicari quo conviciorum genere ille in Thersandrum usurus sit. Primum exprobrat eum adulescentiam exegisse cum barbatis viris et adhibet eandem verborum asperitatem et petulantiam, quam Aeschines in Timarchea. *Νέος ὢν συνεγίγνετο πολλοῖς αἰδοίοις ἀνδράσι καὶ τὴν ὥραν ἅπασαν εἰς τοῦτο δεδαπάνηκε* p. 199. 27. Venerabilis sacerdos Aristophanem imitatus venatur ubique verborum ambiguitatem et facile est corrigere *εἰς τοὔργον δεδάπανηκε*, eodem modo quo *τοὔργον* dictum est p. 203. 30. Pariter suppleverim, quod supra neglexi indicare, p. 147. 8 *οἶδα μὲν ἄπιστα λέγων, ἀλλὰ (τοὔργον) οὔπω πέπρακται*. Verum qui sunt illi *αἰδοῖοι ἄνδρες*? Virorum doctorum explicationes parum placent, sed pergit orator: *σεμνότητα δεδόρκει καὶ σωφροσύνην ὑπεκρίνετο, παιδείας προσποιούμενος ἐρᾶν καὶ τοῖς εἰς ταύτην αὐτῷ χρωμένοις ὑποκύπτων καὶ ὑποκατακλινόμενος ἀεί*. Orationis spurcitie sanctus homo Aristophani non inferior videtur. Quaesivit Thersander adulescens doctorum et *intelligentium* virorum commercium, sed existimare licet quarum rerum illi fuerint intelligentes. Quo Aristophanico verbo in eam rem uti Tatius potuit? Hoc mihi invenisse videor. Thersander quia *παιδείας προσεποιεῖτο* scilicet, *συνεγίγνετο πολ-*

λοῖς καὶ ἰδυίοις ἀνδράσιν. Viderat forte vocabulum in Aristophanis Daetalensibus aut, quod magis crediderim, in lexico comico et ignorabat esse forense verbum, quo nimirum ἀπὸ τοῦ εἰδέναι intelligentes significari putabat. Si quid nosti rectius.....

De juvene olim dissoluto sed qui sese ad meliora converterat legimus p. 211. 28 ὅτι ἐρρωμένως ἐν ταῖς ἱππασίαις διέπρεπεν. Ἦν μὲν οὖν παρὰ τὸν τῆς ἀσωτίας χρόνον τούτοις χαίρων, quia τούτοις non habet quo referatur, malim ἵπποις χαίρων. Denique p. 213. 16 διεγνώκαμεν διελθεῖν εἰς τὸ Βυζάντιον, corrigendum videtur διαπλεῖν, quod recte legitur p. 212. 28. Si quis mutationem paulo violentiorem esse putat, recordetur nos supra confusa vidisse ἐλεῖν et ἐλθεῖν atque eae corruptelae omnino minime rarae sunt. Ceterum quod alii jam observarunt, tota narratio in fine mutila videtur esse.

Amstelodami, m. Jan. 1876.

GALENUS.

In Galeni *Protreptico* Tom. I. pag. 36. in ludicro carmine scribendum:

ἐν μὲν γὰρ δολιχῷ ἵππος πανυπέρτατος ἔσαι,
τὸ σάδιον δὲ λαγωὸς ἀπολσεται· ἐν δὲ διαύλῳ
δορκὰς ἀριστεύσει· μερόπων δ' ἐναρίθμιος οὐδείς
ἐν ποσίν. ὦ κοῦφοι ἀσκήτορες ἄθλιοι ἄνδρες.

in libris est ὑπέρτατος ὁ ἵππος ἔσαι et ἀσκητῆρες et post pauca:

αὐτὰρ ἐν ἱστορίῃ πολυπείρῳ γράψεται**
ὀγκητὴς ὅτι παγκράτιον νίκησέ ποτ' ἄνδρας·
εἰκοστὴ καὶ πρώτη Ὀλυμπιὰς ἦν ὅτ' ἐνίκα.

Vulgatur γράψεται ὄνος ὅτι — εἰκοστὴ δὲ καὶ πρώτη — ἐνίκα ὀγκητής. Facile perspicitur erroris origo. C. G. C.

ΟΤΚ interpolatum.

Galenus Tom. XVII. 1. Σάτυρος δὲ καὶ Φικιανὸς — οὐδεμίαν τοιαύτην ἐξήγησιν εἰς Κόϊντον ἀνέφερον. [οὐκ] ἀκριβῶς γὰρ ἐπίσαμαι τοῦτ' ἐγὼ ἀμφοτέροις διδασκάλοις χρησάμενος. In re manifesta quid opus est verbis? C. G. C.

DE LOCIS NONNULLIS

APUD POLYBIUM

IN TITULO ΠΕΡΙ ΓΝΩΜΩΝ.

Relegebam nuper GERLII mei annotationes *in Polybii Historiarum excerpta Vaticana in titulo de sententiis* Lugduni Batavorum anno 1829 editas, easque cum Bekkeri editione Polybii Berol. 1844 conferebam.

Inter legendum videre mihi et audire videbar virum egregium, in quo dubites plusne candoris et comitatis fuerit an acuminis et leporis. Admirabar ingeniosi viri multas felices et certas textus Polybiani emendationes, sed simul dolebam Polybii vicem, cuius oratio in Maii editione tam mendosa circumfertur ut bona pars neque intelligi possit ullo modo neque emendari. Magna est Polybii calamitas (nam nunc quidem vera dicere licet) quod Codex Vaticanus rescriptus, in quo excerpta *περὶ γνωμῶν* continentur, in Maii manus inciderit, qui quum neque satis Graece sciret neque ulla critica facultate valeret, Polybii verba tot tantisque vitiis et lacunis corrupta vulgavit, ut nullus alius Graecus scriptor Polybianis his excerptis mendosior in lucem prodierit.

Expertus scio quam arduum et anceps sit negotium in libro palimpsesto et chemicorum venenis infecto fugientes verborum umbras agnoscere, sed nemo umquam in tali re fecit aut faciet operae pretium qui non ubique in promtu habeat quid Graeci-

tatis usus et ratio postulet aut ferat; et quid sententia ex laceris laciniis collecta requirat aut respuat. Ita demum scriptura (ut ita dicam) intermortua reviviscit postquam veram lectionem excogitaveris, qua semel reperta

verborum simulacra modis pallentia miris

stabilem formam assumunt teque verum vidisse liquido demonstrant. In primo statim versu Maius sibi visus est videre: *οὐκ ἀγνοῶ μὲν οὖν διότι τινὲς διαπορήσουσι προσαΦέμενοι τοῦ συνάπτειν τὸ συνεχές κτἑ.* Si scivisset *προσαΦέμενοι* non esse Graecum et verbis *ἀπορεῖν*, *διαπορεῖν*, *ἐπιζητεῖν*, *θαυμάζειν* et sim. *πῶς* addi solere, continuo vidisset *διαπορήσουσι πῶς ἀΦέμενοι* in vetusto libro esse exaratum. Scatet Maii editio talibus mendis. Pro *ϛρατηγῶν* supposuit *πραγμάτων*, pro *ἐξετάζειν ἀρτίζειν*, pro *ψεύδους μίσους*, pro *θηράσειν θεραπεῖν*, pro *διασύρειν θείας εὐρεῖν*, *δεξιῶν* pro *ἐξαισίων*, *νήϊον* pro *Ῥίον*, *ἀχαρίϛους* pro *Ἀχαιούς*, *ἀλεξικακίαν* pro *ἀλαζονείαν*, *Φιλαπημοσύνην* pro *Φιλοχρημοσύνην*, *κάλλιϛον* pro *Καλλισθένην*, *τὸν τέλειον* pro *ἀντέλεγον*, et similia his passim quavis pagina commissa videbis. Ubi autem in uno alteroque vocabulo haeret vitium sanabile malum est, et plurima de genere hoc Geelius correxit, multa Luchtius, multa Dubnerus, non pauca Bekkerus emendarunt. Supersunt etiam nunc compluscula quae in integrum restitui possunt deque iis quae mihi reperisse videor nunc breviter absolvam.

Supererit etiam aliis feliciter emendandi materies, sed multa semper erunt reliqua, quae quia in Codice nulla spes est, non tangere erit melius.

Polyb. VI p. 495. Bekk. *οἱ κατ' ἰδίαν ὑπὲρ τῶν Φαύλων ἢ τῶν σπουδαίων ἀνδρῶν ποιούμενοι τὰς διαλήψεις ἐπειδὰν ἀληθῶς προθῶνται δοκιμάζειν κτἑ.* Mendosum est *ἀληθῶς*. Neque enim *ἀληθῶς* neque *ψευδῶς* cum verbo *δοκιμάζειν* recte componitur. Dicitur *ἀκριβῶς ἐξετάζειν* sed *καλῶς*, *ὀρθῶς δοκιμάζειν* vel *θεωρεῖν* vel *σκοπεῖν*, idque reponendum *ἐπειδὰν* ΟΡ*θῶς προθῶνται δοκιμάζειν*.

Lib. IX. p. 7. Geelii, *τοῦ τετραετοῦς διαϛήματος τὴν* ΠΑΡ*οδον* *Ὀλυμπιάδα Φαμὲν εἶναι*. Scripserat *τὴν* ΠΕΡΙ*οδον*.

Aratus ad Philippum VII. 11. pag. 559 Bekk. *εἰ τοῦτον (τὸν Ἰθωμάτην) καταλαβὼν Φρουρᾷ πάσας ἀπολλύναι μέλλεις τὰς ἀκροπόλεις καὶ τὴν Φρουρὰν ΗΝ παρέλαβες παρ' Ἀντιγόνου ΦρουρούμενΟC τοὺς συμμάχους (λέγων τὴν πίστιν) σκόπει μὴ καὶ νῦν κρεῖττον ᾖ τοὺς ἄνδρας ἐξαγαγόντα τὴν πίστιν αὐτοῦ καταλιπεῖν καὶ ταύΤΗΙ Φρουρεῖν τοὺς Μεσσηνίους.* Impedita haec sunt et mendosa. Lege *τὴν Φρουρὰν ΗΙ παρέλαβες παρ' Ἀντιγόνου ΦρουρουμένΟΤC τοὺς συμμάχους.*

Lib. IX. 42. pag. 642. Bekk. Aeginetae capta patria petunt a praetore P. Servilio Galba *συγχωρῆσαι σφίσιν ἐκπέμψαι πρὸς τὰς συγγενεῖς πόλεις περὶ λύτρων.* Duriter respondet: *ὅτε ἦσαν αὐτῶν κύριοι τότε δεῖν διαπρεσβεύεσθαι πρὸς τοὺς κρείττους περὶ σωτηρίας. — καὶ τότε μὲν ἀπέΤΡΕψε τοὺς ἐντυγχάνοντας ταῦτ' εἰπών.* Et Geel. et Lucht. coniecerunt *ἀπετρΙΨΑΤΟ τοὺς ἐντυγχάνοντας*, idque Bekkerus recepit in textum. Sed *ἀποτρίβεσθαί τι* vel *τινά* (id est rem odiosam aut molestum hominem *vi quadam a se depellere*) non est aptum vocabulum de victore Romano captos hostes duro responso reiiciente. Polybius dixerat *ἀπέΠΕΜψε τοὺς ἐντυγχάνοντας*, idque a Maio est male lectum.

Lib. XI. 1 *a.* pag. 693. Bekk. *Ἴσως δέ τινες ἐπιζητήσουσι πῶς ἡμεῖς οὐ προγραφὰς ἐν ταύτῃ τῇ βίβλῳ καθάπερ οἱ πρὸ ἡμῶν, ἀλλὰ [καὶ] προεκθέσεις καθ' ἑκάστην Ὀλυμπιάδα πεποιήκαμεν τῶν πράξεων.* Recte Geelius *καί* expunxit, quod Bekkerus restituit sententiae securus. Non intellexit autem Geelius quid inter *προγραφήν* et *προέκθεσιν* interesset. Nempe *προέκθεσις* in ipsam orationem intexitur et est pars libri, *προγραφή* (ut Livii summaria) non est libri pars sed in fronte adiicitur et ideo facile omitti et negligi et perire potest. Diserte hoc ostendit Polybius his verbis: *τῆς γὰρ προεκθέσεως οὐ μόνον ἰσοδυναμούσης τῇ προγραφῇ ἀλλὰ καὶ — χώραν ἐχούσης ἀσφαλεστέραν διὰ τὸ συμπεπλέχθαι τῇ πραγματείᾳ τούτῳ μᾶλλον ἐδοκιμάσαμεν χρῆσθαι τῷ μέρει πρὸς ὅλην τὴν σύνταξιν πλὴν Ε τῶν πρώτων βιβλίων· ἐν ἐκείνοις γὰρ προγραφὰς ἐποιησάμεθα.* Patet Geelii error qui in quinque primis libris *προγραφάς* inesse opinabatur. Simul patet mendum in numero. Scribendum enim manifesto est *πλὴν* I (*δέκα*) *τῶν πρώτων βιβλίων.* Libro *unde-*

cimo προέκθεσιν intexuit, *decem* prioribus προγραφάς addiderat, quae omnes perierunt.

Lib. XII. 4 *a.* pag. 727. Bekk. (Timaeus) Ἐφόρου παλιλλογίαν καταψεύδεται Φάσκων λέγειν αὐτὸν ὅτι Διονύσιος ὁ πρεσβύτερος παρελάμβανε τὴν ἀρχὴν ἐτῶν εἴκοσι τριῶν ὑπάρχων, βασιλεύσΑΙ δὲ τετταράκοντα καὶ δύο, μεταλλάξαι δὲ τὸν βίον προσλαβΩΝ τοῖς ἑξήκοντα τρία. Maius dedit: Ἐφόρου πάλιν ὅταν καταψεύδηται, Geelius παλιλλογίαν καταψεύδεται substituit, quod Bekkerus recepit. Sed παλιλλογία cum Polybii sententia non congruit. Παλιλλογεῖν est *eadem iterare*, *iterum eadem dicere*. Requiritur manifesto, *sibimet ipsi contraria dicere*, *dicere pugnantia secum*. Quid igitur dixerat Polybius? Nempe ἐναντιολογίαν καταψεύδεται, id est ὅτι αὐτὸς ἑαυτῷ τἀναντία λέγει. In fine loci scribendum: βασιλεύσΑC δὲ τριάκοντα καὶ δύο μετΗλλαξЄ τὸν βίον προσλαβών κτέ.

Libr. XII. 6 *a.* pag. 732. Bekk. οὔτε γὰρ ΚΩΛΤειν τοὺς Λοκροὺς ἔμελλον ὡς τοῦτο ὅμοιον ποιοῦντες (ἄτοπον γάρ) οὐδὲ μὴν ΚΕΛΕΤCΑΝΤΩΝ αὐτῶν οἱ Λοκροὶ πάντως ποιήτειν ἐκείνοις τὸ παραπλήσιον. Admonitus statim videbis Polybium dedisse: οὔτε γὰρ ΚΕΛΕΤΕΙΝ ἔμελλον ὡς αὐτοὶ τὸ ὅμοιον ποιοῦντες. *Neque Spartani iussissent*, *neque* SI IUSSISSENT *Locri idem facturi erant.*

Lib. XII. 4. pag. 729. Bekk. τοσοῦτο γὰρ ἀπέχει (Timaeus) τοῦ δι' ἑτέρων ἀκριβῶς τὴν ἀλήθειαν 'ΑΡΤΙζειν ὥς' οὐδὲ τούτων ὧν αὐτόπτης γέγονεν καὶ ἐφ' οὓς αὐτὸς ἥκει τόπους οὐδὲ περὶ τούτων οὐδὲν ὑγιὲς ἡμῖν ἐξηγεῖται. Monstrum et portentum verbi est ἀρτίζειν. Scriptum in Codice esse arbitror: ἀκριβῶς τὴν ἀλήθειαν 'ΕΞΕΤΑζειν. Adscripsi et reliqua ut luculento exemplo Polybii in reprehendendo acerbitas notaretur. Arguit Timaei inscitiam in re geographica. τοῦτο δ' ἔξαι δῆλον, inquit, ἐὰν ἐν τοῖς κατὰ τὴν Σικελίαν δείξωμεν αὐτὸν ἀγνοοῦντα περὶ ὧν ἀποφαίνεται. σχεδὸν γὰρ οὐ πολλῶν προσδεήσει λόγων ὑπέρ γε τῆς ψευδολογίας, ἐὰν ἐν οἷς ἔφυ καὶ ἐτράφη τόποις καὶ τούτων ἐν τοῖς ἐπιφανεςάτοις ἐν τούτοις ἀγνοῶν εὑρεθῇ καὶ παραπλήσιον τῆς ἀληθείας. Atrocissimum vides esse crimen; nunc quo argumento verum esse demonstretur audi: φησὶ τοιγαροῦν τὴν

'Αρέθουσαν πηγὴν τὴν ἐν ταῖς Συρακούσαις ἔχειν τὰς πηγὰς ἐκ τοῦ κατὰ Πελοπόννησον — ῥέοντος ποταμοῦ 'Αλφειοῦ. ἐκεῖνον γὰρ δύντα κατὰ γῆς — ἀναδύειν (leg. ἀναδύνειν) ἐν ταῖς Συρακούσαις. Iam ergo constat ex his Timaeum in geographia nihil scire! Veterem fabulam a poëtis exornatam (ἄμπνευμα σεμνὸν 'Αλφεοῦ κλεινᾶν Συρακοσσᾶν θάλος 'Ορτυγία) satis pueriliter veram esse credidit, sed quid eo homine facias qui hinc colligat Timaeum ἐν οἷς ἔφυ καὶ ἐτράφη τόποις παραπαίειν τῆς ἀληθείας? In ipsum Polybium sic recidunt quae in alios iecerat XII. 15. pag. 740. Bekk. ὁ δ' ἐπεσκοτημένος (sic leg.) ὑπὸ τῆς ἰδίας πικρίας τὰ ἐλαττώματα δυσμενικῶς καὶ μετ' αὐξήτεως ἡμῖν ἐξήγγελκεν.

Lib. XII. 6. pag. 732. Bekk. τῆς μὲν κατὰ τὸ κοινὸν ἐξαποστολῆς ΕΙΚΟΛΩC οὐ μετέσχον (οἱ Λοκροί), κατὰ δὲ μέρος τὰς ἐπανόδους ποιούμενοι καὶ σπανίως ἔδοσαν ἀναστροφὴν ταῖς γυναιξὶ πρὸς εἰκέτας γενέσθαι συνήθΕΙΑΝ Ἢ πρὸς τοὺς ἐξ ἀρχῆς ἄνδρας. Sic Maius negligenter legens dedit. Erat, opinor, in Codice ΕΙΚΟΤΩC οὐ μετέσχον, et συνηθεCΤΕΡΑΝ ἢ πρὸς τοὺς ἐξ ἀρχῆς ἄνδρας.

Lib. XII. 12 *a*. pag. 737. Bekk. ἐκεῖνος γὰρ κόλακα μὲν εἶναί φησι τὸν Καλλισθένην τοιαῦτα γράφοντα, — δικαίως δ' αὐτὸν ὑπ' 'Αλεξάνδρου τετευχέναι τιμωρίας διεφθαρκότα τὴν ἐκείνου Τύχην καθόσον οἷός τ' ἦν. Maius legerat κόλακα μὲν εἶναι αὐτὸν κάλλιστον καὶ τοιαῦτα γράφοντα perversissime. Geelius rem acu tetigit reponens: κόλακα μὲν εἶναί φησι ΤΟΝ ΚαλλισΘΕΝΗΝ τοιαῦτα γράφοντα, quam egregiam emendationem Bekkerus sine auctoris nomine recepit. Sprevit idem alteram Geelii coniecturam non minus certam διεφθαρκότα τὴν ἐκείνου Ψυχήν.

Lib. XII. 25 *d*. pag. 751. Bekk. de medicis artis imperitis scribit: οὗτοι μετὰ φαντασίας ἐπιπορευόμενοι τὰς πόλεις, ἐπειδὰν ἀθροίσωσι τοὺς ΛΟΓους ἐπ' ὀνόματος, τοὺς ἐπ' αὐτῶν τῶν ἔργων ἀληθινὴν πεῖραν δεδωκότας αὐτῶν εἰς τὴν ἐσχάτην ἄγουσιν ἀπορίαν. Maius sibi visus est videre ἀθροίσωσι τοὺς λόγους, Fr. Dubnerus (namque eius esse suspicor emendationes in Didotiana)

verum vidit *ἀθροίσωσι τοὺς ὄΧΛους.* Recepit Bekker. sed debebat *ἐπ' ὀνόματος* cum sqq. coniungere.

Sprevit Bekkerus XII. 25 *k*. pag. 753. perelegantem et certam Geelii coniecturam in verbis: *παραπλήσιός ἐστι ζωγράφοις τοῖς ἀπὸ τῶν ἀνα .... γμένων θυλάκων ποιουμένοις τὰς ἀπογραφάς.* Ex iis quae sequuntur perspicuum est haec dici de *ferarum* (*τῶν ἀλκίμων ζώων*) pellibus sic aliqua materia IMPLETIS ut vitam imitarentur. Hinc Geelius repperit Polybii manum *ἀπὸ τῶν ἀναCЄCAγμένων θυλάκων.*

Lib. XII. 25 *k*. pag. 754. Bekk. *οὐκ ἐντίκτουσιν ἀληθινοὺς ζήλους τοῖς ἀκούουσιν οἱ μὴ δι' αὐτῶν πεπΡΑΓμένοι τῶν πραγμάτων*, et post pauca: *ὃ παρὰ μόνοις εἰκὸς εὑρίσκεσθαι τῶν συγγραφέων τοῖς δι' αὐτῶν πεπΡΑΓμένοις τῶν πραγμάτων.* Bis eundem errorem Maius erravit. Quia *πεπραγμένοι* nihil est Bekkerus *δι' αὐτῶν πεπειραμένοι* et *δι' αὐτῶν πεπειραμένοις* substituit, quasi quis *καὶ δι' ἑτέρων πεπειρᾶσθαί τινος* dici possit. Erat in Codice *πεπΟΡΘΤμένοι* et *πεπΟΡΘΤμένοις.*

Ibidem legitur: *κατ' ἀνάγκην ὁ γράφων πολιτεύεται καὶ πεῖραν ἔσχηκε τῶν ἐν τούτῳ τῷ μέρει συμβαινόντων.* Clamat sententia Polybium dixisse *πεπολίτευται*, quod a Luchtio repertum Bekkerus recipere debuerat. Reliqua omnia ex ipsa rei natura in *perfecto* posita sunt, *ἐρράτευκε καὶ κεκινδύνευκεν, τέτρΑΦε τέκνα καὶ μετὰ γυναικὸς ἔζηκεν*, sed *τέτρΟΦε* rescribendum. Perpetuo fere errore Graeculi scribunt *τέτραφα, ἀνατέτραφα* et *κατέρραφα* contra certum veterum usum. *Ἀνατετραφέναι* etiamnunc saepe in Atheniensium libris legitur sed mendose ubique.

Lib. XII. 25 *i*. pag. 754. Bekk. *ἐξ ὧν πᾶς ἄν τις εἰκότως συγκαταΛΑΒοιτο τρίτον εἶναι μέρος τῆς ἱστορίας καὶ τρίτην ἔχειν ὄΘξιν τὴν ἐκ τῶν ὑπομνημάτων πολυπραγμοσύνην.* Sic Bekkerus ex Maio. Verum est *συγκατάΘοιτο* et *τρίτην ἔχειν ΤΑξιν.* Nihil tritius est apud sequiores quam *συγκατατίθεσθαι* et *συγκατάθεσις* pro *ὁμολογεῖν* et *ὁμολογία.*

Lib. XII. 26 *a*. pag. 758. Bekk. *μόνον οὐκ ἤδη μελλόντων συνάγειν εἰς τὰς χεῖρας τοῖς ἐχθροῖς*. Graeci dicebant ΤΟCON ΟΥΚ ΗΔΗ.

Post pauca Timoleon demonstrans militibus *τὴν ἀνανδρίαν τῶν τὴν Λιβύην κατοικούντων* utitur hoc gravissimo argumento: *τὸ δὲ μέγιστον οἱ* (leg. *ὅτι*) *καὶ ὑπὸ τοῖς χιτωνίσκοις περιζωμάτια* (leg. *περιζώματα*) *φοροῦσιν ἵνα μηδ' ὅταν ἀποθάνωσιν ἐν ταῖς μάχαις φανεροὶ γένωνται τοῖς ὑπεναντίοις*. Sensu cassa haec oratio est et nihil dicet Timoleon donec addideris *ἄνδρες ὄντες*.

Lib. XII. 26 *b*. pag. 759. Bekk. (Timaeus) *τοσαύτην ποιεῖται πρόνοιαν περὶ* (leg. *ὑπὲρ*) *τοῦ τὴν μὲν Σικελίαν μεγαλομερεστέραν ποιῆσαι τῆς συμπάσης Ἑλλάδος, τὰς δ' ἐν αὐτῇ πράξεις ἐπιφανεστέρας καὶ καλλίους τῶν κατὰ τὴν ἄλλην οἰκουμένην, τῶν δ' ἀνδρῶν τῶν ἐπὶ σοφίᾳ διενηνοχότων σοφωτάτους τοὺς ἐν Σικελίᾳ, τῶν δὲ* ΠΡΑΓΜΑΤΩΝ *ἡγεμονικωτάτους καὶ Θειοτάτους τοὺς ἐκ Συρακουσῶν ὥστε κτέ*. Manifestum in his vitium inest, sed nihil prodest Luchtii coniectura *τῶν δὲ πραγμάτων ἡγεμόνας ἱκανωτάτους*. Timaeus dicitur supra modum extulisse *τάς τε πράξεις καὶ τοὺς ἄνδρας τοὺς ἐν Σικελίᾳ*. Polybius continuo addit: *εἰς κατακώκησιν ἄγει* (optime Bekkerus pro *ἀεί*) *καὶ τοὺς ἄνδρας καὶ τὰς πράξεις ὧν βούλεται προῖσασθαι*. Virorum excellentium duo genera posuerat, primum philosophos (*τοὺς ἐπὶ σοφίᾳ διενηνοχότας*) deinde — quos putas? deinde *duces in bello*, quos artibus imperatoriis omnium excellentissimos et fortissimos Syracusas ait tulisse. Scripserat igitur Polybius: *τῶν δ' ἀνδρῶν τῶν* ΜΕΝ *ἐπὶ σοφίᾳ διενηνοχότων σοφωτάτους τοὺς ἐν Σικελίᾳ, τῶν δὲ* CΤΡΑΤΗΓΩΝ *ἡγεμονικωτάτους καὶ* ΑΝΔΡειοτάτους *τοὺς ἐκ Συρακουσῶν*.

Lib. XII. 26 *b*. pag. 759. Bekk. *ὥστε μὴ καταλιπεῖν ὑπερβολὴν τοῖς μειρακίοις τοῖς ἐν ταῖς διατριβαῖς καὶ τοῖς πότοις* (optime Dubnerus pro *τόποις*) *πρὸς τὰς παραδόξους ἐπιχειρήσεις ὅταν ἡ Θερσίτου λέγειν ἐγκώμιον ἢ Πηνελόπης προθῶνται ψόγον*. Imperfecta et manca oratio est. Emendandum esse arbitror: *τοῖς — πρὸς τὰς παραδόξους* (*ὑποθέσεις*) *ἐπιχειρ*ΟΥCIN. Usitatum est eo sensu *ἐπιχειρεῖν* (*argumentari*) *εἰς ὑπόθεσιν* et *πρὸς ὑπόθεσιν*. Et esse has quas dicit *παραδόξους ὑποθέσεις* perspicuum est.

Ibidem scribit: (Timaeus) διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς παραδοξολογίας — εἰς τὸ παραπλήσιον ἐμπίπτει τοῖς περὶ τοὺς ἐν Ἀκαδημείᾳ λόγους τὸν προχειρίσατον (mendosum) λόγον ἠσκηκόσιν καὶ γὰρ ἐκείνων τινὲς βουλόμενοι — εἰς ἀπορίαν ἄγειν τοὺς προσΜΑΧομένους τοιαύταις χρῶνται παραδοξολογίαις καὶ τοιαύτας εὐποροῦσι Πιθανότητας ὥςε διαπορεῖν εἰ δυνατόν ἐςι τοὺς ἐν Ἀθήναις ὄντας ὀσφραίνεσθαι τῶν ἐψομένων ὠῶν ἐν Ἐφέσῳ. Maio quum προσμαχομένους sibi videretur videre ψευδὲς φάντασμα imposuit. Erat enim προσΔΙΑΛΕΓομένους.

In vicinia dabitur mihi non τοσαύτας εὐποροῦσι Πιθανότητας Polybium dedisse sed εὐποροῦσιν Ἀπιθανότητας. Saepius haec inter se confundi ostendi in *Miscell. Crit.* pag. 98 et 136.

Lib. XII. 28 *a.* pag. 763. Bekk. ἡδέως δή τις ἂν ἔροιτο ΤΩΝ συγγραΦέΩΝ πότερον ὑπολαμβάνει κτἑ. Scriptum erat, opinor, ΤΟΝ συγγραΦέΑ (Timaeum).

Lib. XIII. 1. pag. 565. Ἀλέξανδρος ὁ Αἰτωλὸς νομοθετοῦντος Δορυμάχου καὶ Σκόπα ἀντέλεγε τοῖς γραφομένοις ἐκ πολλῶν ἐπιδεικνύμενος ὅτι παρ' οἷς ἔφυ τὸ φυτὸν τοῦτο οὐδέποτε κατέληξε πρότερον ἢ μεγάλοις κακοῖς περιβαλεῖν τοὺς ἅπαξ αὐτῷ χρησαμένους. Quid est τὸ φυτὸν τοῦτο? Necesse est enim id ante scire ut reliqua intelligantur. Ex sqq. facile colligitur *de tabulis novis* legem latam fuisse. Ergo excidit χρεῶν ἀποκοπάς vel ex usu sequiorum χρεωκοπίαν ante νομοθετοῦντος.

Comparandus est locus Diodori Siculi XXIX. 33. τῆς παρὰ τοῖς Αἰτωλοῖς χρεωκοπίας κατὰ τὴν Θεσσαλίαν ζηλωθείσης, unde certa emendatio parata est loco Diodori XXXIII. 16. 3. (οἱ τῶν Ἀχαιῶν στρατηγοὶ) χρεῶν ἀποΔΟCΕΙC εἰσηγοῦντο πολλοὺς τῶν ἀπόρων χρεωΦειλετῶν ἔχοντες συνεργούς. Nihil illi minus cogitabant quam τὰ χρέα ἀποδιδόναι. Lege χρεῶν ἀποΚΟΠΑC.

Lib. XV. 25. pag. 808. Bekk. καὶ τοῦτο ἔπραξε τῶν ἀδίκων ἔργων, ὡς ἡ παροιμία φησὶ, δικαιότατΑ. Legendum δικαιότατΟΝ. cf. Polyb. IV. 18. οἱ δ' Αἰτωλοὶ — τῶν ἀδίκων ἔργων ἓν τοῦτ' ἔπραξαν δικαιότατον. Suidas v. Τοῦτο ποιήσας ἓν κατὰ τὴν παροιμίαν τῶν ἀδίκων ἔργων δικαιότατον. Sunt verba poëtae:

ἔπραξε
τῶν ἀδίκων ἔργων τοῦτο δικαιότατον.

Lib. XVI. 1 *a.* pag. 819. Bekk. *μετὰ τὸ συντελεσθῆναι τὴν περὶ Λάδην ναυμαχίαν καὶ τοὺς μὲν Ῥοδίους ἐκποδὼν γενέσθαι τὸν δὲ Ἄτταλον μηδέπω συμμεμΥχέναι.* Pro mendoso *συμμεμυχέναι* Geelius reposuit *συμμεμαχηκέναι.* Multo simpliciore correctione *συμμεμΙχέναι* erat reponendum. Quid notius quam *συμμιγνύναι* eo sensu? *Discesserant Rhodii, Attalus nondum advenerat.* Perfectum legitur XXXVIII. 5. pag. 1158. *τοῦ δὲ Στρατίου συμμεμιχέναι μὲν τοῖς ἀνθρώποις ὁμολογοῦντος καὶ μετὰ ταῦτα συμμίξειν φάσκοντος*, et alibi.

Capite truncatus locus est in lib. XXI. 16. pag. 921. Bekk. **** *ἀλλὰ καὶ πάσχων ὑπ' Ἀθηναίων νικήσας αὐτοὺς τὴν περὶ Χαιρώνειαν μάχην τοσοῦτον ἀπέσχε τοῦ χρήσασθαι τῷ καιρῷ πρὸς τὴν κατὰ τῶν ἐχθρῶν βλάβην ὥςε τοὺς μὲν τεθνηκότας τῶν Ἀθηναίων κελεύσας θάψαι, τοὺς δ' αἰχμαλωτοὺς χωρὶς λύτρων προσαμφιέσας ἀπέςειλε τοῖς ἀναγκαίοις, μιμοῦνται Δ' ἥκιςα.* Ex oppositionis ratione apparet excidisse aliquid in hanc sententiam: (*ἐγκωμιάζουσι* ΜΘΝ *πάντες Φίλιππον τὸν Ἀμύντου ὅτι οὐ μόνον ἀκούων κακῶς*) *ἀλλὰ καὶ πάσχων κτέ.*

Quum a Scipione in curia nescio quis pecuniae publicae rationes exigeret (apud Polyb. XXIV. 9 *a.* pag. 978. Bekk.) libellum rationum afferri iussit: *κομισθέντος δὲ τοῦ βιβλίου προτείνας αὐτὸ καὶ καταΠΡάξας πάντων ὁρώντων τὸν ἀπαιτοῦντα τὸν λόγον ἐκ τούτων ζητεῖν ἐκέλευσεν.* Mendum apertum est in *καταπράξας.* Pervetus autem mendum est namque apud Diodorum XXIX. 21. Polybiana de more describentem similiter legitur: *ἐκόμισεν ἐπὶ τὸ συνέδριον τὸ βιβλίον καὶ καταΠΡάξας αὐτὸ τῷ κατηγόρῳ προσέταξε ψῆΦον ἐκ τούτων προτιθέναι.* Verum vidit Bekkerus, qui non monito lectore *καταΠΑΡάξας* reposuit.

Lib. XXV. 3 *a.* pag. 985. Bekk. *ἀλλά μοι δοκοῦσι μεγαλΘΙως ἐγνοεῖν οἱ ταῦτα πράττοντες.* Ridiculum est *magnifice nescire, splendide errare.* Ergo reponendum *μεγάλΩC ἀγνοεῖν.* Eadem et alibi apud Polybium confusa vidi. Bekkerus edidit III. 87.

ἐφ' οἷς ἀκούσαντες μεγαλείως ἐχάρησαν οἱ Καρχηδόνιοι, ubi in aliis libris est vera lectio μεγάλως.

Lib. XXIV. 9 *a.* pag. 990. Bekk. ἔφη γὰρ (Aristaenus) οὐκ εἶναι δυνατὸν καὶ τὸ δόρυ καὶ τὸ κηρύκειον ἅμα προτεινομένους συνέχειν τὴν πρὸς Ῥωμαίους φιλίαν· „ἀλλ' εἰ μὲν οἷοί τε ἐσμὲν ἀντοφθαλμεῖν καὶ δυνάμεθα τοῦτο ποιεῖν, *** φιλοποίμην εἰπεῖν τοῦτο τολμᾷ ** καιροῖς ἕνα Ῥωμαίοις, διὰ τί ἀδυνάτων ὀρεγόμενοι τὰ δυνατὰ παρίεμεν;" Quid faciendum sit verbis καιροῖς ἕνα Ῥωμαίοις non exputo. Reliqua sic constituenda videntur: ἀλλ' εἰ ΜΕΝ οἷοί τε ἐσμὲν ἀντοφθαλμεῖν, ΠΕΙΡΩμεθα τοῦτο ποιεῖν, (ΕΙ ΔΕ ΜΗΔΕ) φιλοποίμην εἰπεῖν τοῦτο τολμᾷ — τί ἀδυνάτων ὀρεγόμενοι κτἑ. ut in Platonis *Critone* pag. 46 c. καὶ ἐὰν μὲν φαίνηται δίκαιον, πειρώμεθα, εἰ δὲ μή, ἐῶμεν. Perspicuum est praecedenti εἰ μέν respondisse εἰ δὲ μή.

Egregius in Codice Vaticano locus Polybii servatus est de clandestinis consiliis inter Perseum et Eumenem agitatis, quem locum paene totum Livius XLIV. 24. 25 Latine convertit, ut ex utriusque scriptoris inter se comparatione certae utriusque loci emendationes et lacunarum supplementa reperiri potuerint. Eximiam in ea re operam praestitit Madvigius in *Emend. Liv.* pag. 572 sqq. Polybiana quoque nonnulla ἐν παρόδῳ emendans. Supersunt in excerptis quaedam impedita et vitiose scripta, quorum partem si potero restituam in integrum.

Ubi de occultis regum consiliis Polybius dicere coepit lib. XXIX. 1 *a.* pag. 1031 Bekk. ita scribit: διηπόρηκα τί δεῖ ποιεῖν. τό τε γὰρ γράφειν κατὰ μέρος ὑπὲρ τοιούτων ἀκριβολογούμενον ἃ δι' ἀπορρήτων πρὸς αὐτοὺς οἱ βασιλεῖς ἔπραττον εὖ Γ' ἐπίληπτον ἐφαίνετο καὶ τελέως ἐπισφαλές. Maio debetur absurde interposita vocula et scriptum fuerat εὐεπίληπτον. Si quis eum Graece vellet dicere *facile in talibus labi* εὐεξαπάτητον credo diceret, non εὖ γ' ἐξαπάτητον.

Post pauca ita dicit: *decrevi autem scribere quid de his rebus sentirem* ὑπάρχων κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους καὶ μᾶλλον ἑτέρου ἐκπληττόμενος ἕκαστα τῶν γεγονότων. Manifesto mendosum est in

hac sententia ἐκπληττόμενος id est ὑπερθαυμάζων. Dixisse videtur ἐκΛΟΓΙΖόμενος.

Post paucos versus de Attalo comiter a Romanis excepto scribens: καὶ τέλος (inquit) ἀποκρίσεις δόντες αὐτῷ ΦΙΛΑΝΘΡΩΠΩC ἀπέσειλαν. De more scripserat ἀποκρίσεις αὐτῷ δόντες ΦΙΛΑΝΘΡΩΠΟΥC *responso* benigno *dato dimiserunt.*

De re ipsa pag. 1033 ita scribit: δυοῖν δὲ συγκρινόντων τοῦ μὲν πανουργοτάτου δοκοῦντος εἶναι τοῦ δὲ φιλαργυρωτάτου γελοίαν συνέβαινε γίνεσθαι τὴν διαμάχην αὐτῶν. Hinc Livius XLIV. 24. (Eumenes) *proditor ac prope hostis habitus dum inter se duo reges captantes fraude et avaritia certant.* Συγκρινόντων mendosum est, sed nihil quod aliquam veri speciem habeat a quoquam repertum. Ζητητέον. Pro τὴν διαμάχην Maius τὴν δὲ μάχην sibi visus est videre, veram scripturam perspexit Bekkerus.

Sequitur: ὁ μὲν γὰρ Εὐμένης πᾶσαν ἐλπίδα προὔτεινε καὶ πᾶν γένος δελέατος ὑπερήτει πεπεισμένος θεραπεῖν τὸν Περσέα ταῖς ἐπαγγελίαις. Pro ὑπερήτει Geelius ὑπηρέτει substituit, quod Bekkerus recepit. Aliud quid latet, nam δέλεαρ ὑπηρετεῖν τινί nihil est. Pro θεραπεῖν, quod perinde mendosum est, Geelius θεραπεύειν coniecit, parum feliciter. Neque enim sententiae aptum hoc verbum est et requiritur *futurum.* Videor mihi reperisse Polybii manum et Codicis scripturam quae haec est: πεπεισμένος θηράσειν τὸν Περσέα. *Duo reges inter se captantes fraude et avaritia certabant, et nequidquam inter se captati nihil praeter infamiam movere* (Livius l. l. cap. 25). Sperabat Eumenes se magna pollicitando Perseum *esse capturum.*

Sequitur: ὁ δὲ Περσεὺς λάβρος μὲν ὥρμα (Maius μακρὸς ἐνώρμα) πρὸς τὰ προτεινόμενα καὶ συνετίθετο, ΚΑΤΑΠΙΘΕΙΝ δὲ τῶν λεγομένων οὐδὲν οἷος ἦν ἐπὶ τοσοῦτον ὥςε καὶ προέσθαι (Maius προθέσθαι) τι τῶν ἑαυτοῦ. Vehementer mihi suspectum est καταπιεῖν. Tritum est apud Polybium καταπίνειν τὸ δέλεαρ, *hamum vorare*, de eo *qui astutia captus est*, sed neque τὰ λεγόμενα καταπίνειν rectum est et καταπίνειν ἐπὶ τοσοῦτον est plane absurdum. Omnem removebis difficultatem si lenissima mutatione reposueris ΚΑΤΑΙΝεῖν, quod cum συνετίθετο optime quadrat. cf. Suid v.

Καταινέσαντος: *συγκαταθεμένου.* — *καὶ* Πολύβιος· *ὀλίγοι δέ τινες ἦσαν οἱ καταινέσαντες, οἱ δὲ πλείονες ἀντέπιπτον.*

Quod addit Polybius: *ὁ μὲν Εὐμένης ᾔτει τοῦ μὲν ἡσυχίαν ἔχειν — πεντακόσια τάλαντα, τοῦ δὲ διαλῦσαι τὸν πόλεμον χίλια πεντακόσια* ostendit lacunam in loco Liviano XLIV. 25. (Eumenes) *modo ne iuvaret bello Romanos terra marique modo pacis patrandae cum Romanis paciscebatur mercedem: ne bello interesset *** mille et quingenta talenta.*

Subest aliquid mendi sed incerta correctio est in verbis sqq. *ὁ δὲ Περσεὺς* ΕΛΕΓΕΤΟ *περὶ τῶν ὁμήρων.* Non satisfacit Madvigii suspicio *ἠπείγετο*, quod est *festinabat*, non *festinanter* (sine dilatione) *agebat.* Amplius quaerendum.

Polybius in ea re lepidissima usus est comparatione: *ὁ δὲ Εὐμένης σπουδάζων καθάπερ οἱ μοχθηροὶ τῶν ἰατρῶν περὶ τὸ πρόδομα μᾶλλον ἢ περὶ τὸν μισθὸν τέλος ἀπέῃ τῆς ἐπιβολῆς.* Non poterat Livius apud Romanos eadem comparatione uti. Ergo hoc solum dedit: *Eumenes id agere ut partem aliquam praesentem ferret.* Periit sic omnis dicti lepos, in quo is aculeus inest: *ut illi medici satis sciebant se aegros sanare non posse, sic non fugiebat Eumenem se inanem operam Perseo venditare.*

Vitiose loquitur Polybius in sqq. *ἀδυνατήσας* (Eumenes) *κατηγωνίσασθαι τῇ* CΦΕΤΕΡΑΙ *πανουργίᾳ τὴν τοῦ* Περσέως *μικρολογίαν.* Iam tum non sentiebant *τῇ ἑαυτοῦ* de uno, *τῇ σφετέρᾳ* de pluribus dici oportere. Passim Polybius talia peccat.

Pergit in eadem re iocari Polybius et novam comparationem instituit: *καὶ δὴ τῷ τοιούτῳ τρόπῳ ποιήσαντες ἱερὸν τὸν στέφανον διελύθησαν ἐπ' ἴσης καθάπερ ἀγαθοὶ παλαισταί*, quae quum Maius non intellexisset Geelius rem claram fecit indicata Schweighauseri annotatione ad Polyb. I. 58. *ἱερὸν ἐποίησαν τὸν στέφανον.*

In fine huius loci Polybius narrat quo pacto ea resciverit quae inter duos reges *secreto* (*δι' ἀπορρήτων*) acta essent his verbis: *τούτων δ' ἕνια μὲν ἐρρύη παρ' αὐτὸν τὸν καιρόν, ἕνια δὲ μετ' ὀλίγον εἰς τοὺς* ΠΑΡΑΚΕΙμένους *τῷ* Περσεῖ *φίλους, παρ' ὧν ἡμῖν ἐξεποίησε πυθέσθαι ὅτι πάσης κακίας ὡσανεὶ ἐργαλεῖόν ἐστιν ἡ φιλαργυρία.* Duo sunt in hoc loco perabsurda. Quid? an Polybius ex Persei amicis Romae rescivit *ὅτι πάσης κακίας ὡσανεὶ ἐργαλεῖόν ἐστιν ἡ φιλαργυρία*? Verum viderat Geelius

„*mihi in* ὅτι *πάσης κακίας novum excerptum incipere videtur.*" Perspicua res est, quae festinantem Bekkerum fefellit.

Non minus absurdum est amicorum genus, qui appellantur *οἱ παρακείμενοι τῷ Περσεῖ φίλοι*. Quid multis verbis opus est? Ineptum *παρακειμένους* Maio debetur qui veram Codicis scripturam non perspexerat. Polybii manus ab unoquoque elici potest ex iis quae leguntur in Vaticano Codice libr. VII. 14. pag. 562. Bekk. *τηλικαύτην τοῖς νέοις βασιλεῦσι ῥοπὴν ἔχει καὶ πρὸς ἀτυχίαν καὶ πρὸς ἐπανόρθωσιν τῆς ἀρχῆς ἡ τῶν* ΠΑΡΕΠΟΜΕΝΩΝ *φίλων ἐκλογὴ καὶ κρίσις*. Proprie *παρέπεσθαι* dicitur de regum amicis quia sunt *in comitatu regio*.

Superest in eodem loco etiam tertium vitium. *Nonnulla ex his* (inquit) *statim quum ea res ageretur in vulgus emanarunt, τούτων ἔνια μὲν ἐρρύη παρ' αὐτὸν τὸν καιρόν*. Sed *ἐρρύη* non est *in vulgus emanarunt*. Quid igitur? *ἘΞερρύη*.

In sqq. Polybius utriusque regis stultitiam ex avaritia natam demonstrat. *Eumenes*, inquit, *si a Perseo tantam vim pecuniae accepisset, de regno, de fortunis omnibus, de capite erat dimicaturus, ubi primum id Romani rescivissent. Perseus contra non intellexit nihil esse rebus suis utilius quam δοῦναι τὰ χρήματα καὶ καταπιεῖν ἐᾶσαι Εὐμένη τὸ δέλεαρ. εἰ μὲν γὰρ συνήργησέ τι τῶν κατὰ τὰς ἐπαγγελίας καὶ διέλυσε τὸν πόλεμον εἰς καλὸν ἡ δόσις· εἰ δὲ ταύτης διεψεύσθη τῆς ἐλπίδος εἴς γε τὴν πρὸς Ῥωμαίους ἔχθραν ὁμολογουμένως* ΑΝΑΦΑΝΔΟΝ *ἐμβεβλήκει· τοῦ γὰρ εἰς τὸ μέσον ἄγειν* (optime Dubnerus pro *ἔχειν*) *ταῦτα κύριος ὑπῆρχεν αὐτός*. Est operae pretium cum his componere verba Livii XLIV. 26. ex emendatione Gronovii Madvigii assensu comprobata: *Nec haec tantum Perseo per avaritiam est dimissa res quum pecunia tantula aut pacem habere per Eumenem — aut deceptus protrahere mercede onustum — posset*. In quibus verbis merito *tantula* Madvigio non placet: nam quis mille et quingenta talenta (*τοσοῦτον πλῆθος χρημάτων* semel et iterum Polybius dixit) pecuniam *tantulam* dixerit? Simplicius est rescribere: *quum pecuniam* DANDO *pacem habere posset*, ut apud Polybium: *πῶς ἄλλο τι συμφορώτερον ἢ προυργιαίτερον ἐνόμισε τοῦ δοῦναι τὰ χρήματα;* Sed reliquum est vitium manifestum in *ἀναφανδόν*. Prorsus enim incongruum est *ὁμολογουμένως ἀναφανδόν*. Requiritur vocula *ἄν* et verbi *ἐμβεβλήκει*

obiectum. Ergo scribendum (quod a Madvigio occupatum video) *εἰς τὴν πρὸς Ῥωμαίους ἔχθραν ὁμολογουμένως* ΑΝ ΑΤΤΟΝ *ἐμβεβλήκει*, neque aliter quam sic in vetusto libro exaratum esse arbitror, ut et *ἄγειν* pro *ἔχειν*, sed Maium oculi non satis acuti fefellerunt quia quid sententia, quid Graecitatis ratio postularet parum animadverterat.

Pergit Polybius ita scribere: *ὁ μὲν γὰρ χάριν τοῦ λαβεῖν τὰ μὴ καθήκοντα πάντα παρεώρα τἄλλα καὶ πάντα ἐδέχετο ποιήσειν, ὁ δὲ τοῦ μὴ δοῦναι* (egregie sic emendavit Spengel. pro *δεινά*) *πάντα παθεῖν καὶ πᾶν ὑπεριδεῖν ὑπέμεινεν.* Mendum est in *ἐδέχετο ποιήσειν.* Sensus est *recepit in sese*, promisit; ergo corrigendum: *πάντα* ΤΠεδέχετο *ποιήσειν.*

Lib. XXXI. 15. pag. 1077. Bekk. *τοῦτ' οὐκ ἔπραξεν ἀλλ' ἐντιμότερον αὐτὸν ἢ πρότερον.* Maius *εἶχεν* inseruit post *ἐντιμότερον.* Facilius et rectius emendabis *ἐντιμότερον αὐτὸν* ΗΓΘΝ Η *πρότερον.*

Ibid. *ὅτι παντὸς ἐπιστολίου τὸ κάλλος ἐστὶ συστατικώτερον.* Dictum est Aristotelis apud Diog. Laërt. V. 18.

Lib. XXXI. 17 *a.* pag. 1078. Bekk. *Ῥόδιοι τἄλλα συζῶντες τῇ τοῦ πολιτεύματος προστασίᾳ βραχὺ παρώλισθον ἐν τούτοις τοῖς καιροῖς.* Nihil significat *συζῆν τῇ τοῦ πολιτεύματος προστασίᾳ.* *Προστασία* apud Polybium perfrequens significat *dignitatem*, *maiestatem*, *splendorem*, *magnificentiam* sim. veluti V. 90. pag. 475. Bekk. *ἡ Ῥοδίων περὶ τὰ κοινὰ προστασία.* Itaque Rhodios dixerat in caeteris rebus reip. suae dignitatem ac decus SERVASSE, *Ῥόδιοι τἄλλα* CΩΖΟΝΤΘC ΤΗΝ *τοῦ πολιτεύματος προστασίΑΝ.* praeterea inserto necessario pronomine scribendum *βραχύ* ΤΙ *Παρώλισθον.* *Ἐπεδέξαντο γὰρ* (ita pergit) *μυριάδας σίτου ὀκτὼ καὶ εἴκοσι παρ' Εὐμένους χάριν τοῦ τὸ λογισθὲν ἐκ τούτων δανείζεσθαι.* Sententia manifesto haec est: *ut pecunia ex hoc frumento* REDACTA *in foenore locaretur*, sed *λογισθέν* eam notionem non continet. Itaque Geelius *συλλεχθέν* coniecit, Bekkerus *κομισθέν.* Verum esse existimo *τὸ* ΠΟΡΙCΘΘΝ *ἐκ τούτων.*

Sequitur: *τοῦτο δὲ ξενοχωρίας μὲν ὑπαρχούσης καθάπερ ἐπὶ τῶν κατ' ἰδίαν βίων ἴσως ἂν ἐπιδέξαιτό τις παρὰ τῶν φίλων.*

Geelius; „καθάπερ *plane ferri nequit. Verum non certus eram correctionis* καθόλου. *Sed nisi hoc, simile certe postulat sententia.*" Polybius scripsisse videtur καθάπΑΞ. In libris est V. 67. ὁ δ' Ἀντίοχος μεγίσην ἐποιεῖτο σπουδὴν εἰς τὸ καθάπϵΡ — καταπεριεῖναι τῶν ἐκ τῆς Ἀλεξανδρείας; ubi Reiskius certa correctione καθάπαξ restituit. Ad eundem locum Schweighauserus hanc confusionem satis frequentem esse ostendit.

Concludit Polybius locum hac sententia: ὅσῳ δὲ μεῖζον δεῖ πολίΤΗΝ ἰδιώτου φρονεῖν τοσῷδε καὶ τὸ πρέπον ἐπὶ τῶν κοινῶν (rectissime Luchtius pro πολλῶν) μᾶλλον ἢ τῶν ἰδίων τηρητέον. In his ἰδιώτου φρονεῖν Geelio debetur, nam Maius ἰδίᾳ σωφρονεῖν sibi visus erat videre. Secunda Maii ἀβλεψία et Geelio et caeteris imposuit. Nempe sensu cassum est μεῖζον δεῖ πολίτην ἰδιώτου φρονεῖν. Quae tandem haec oppositio est inter πολίτην et ἰδιώτην? Nonne οἱ ἰδιῶται sunt *privati* CIVES? Quid multa? Emenda: ὅσῳ δὲ μεῖζον δεῖ πόλIN ἰδιώτου φρονεῖν, vel πόλIN ᾽Η ἰδιώτHN φρονεῖν, unde magis perspicitur erroris origo. Quae autem tritior est apud veteres comparatio et oppositio quam inter πόλιν et ἰδιώτην? Exemplorum plena sunt omnia praesertim apud Oratores et Platonem, veluti in *Convivio* pag. 178 D. οὐ γὰρ ἔστιν ἄνευ τούτων οὔτε πόλιν οὔτ' ἰδιώτην μεγάλα καὶ καλὰ ἔργα ἐξεργάζεσθαι.

Perridiculus error lib. XXXII. 20 *a* pag. 1104. Bekk. aut a scriba aut a Maio commissus Geelium fugit, sed a Bekkero rectissime correctus est. Maius edidit: Λυκίσκος κάκιστος ὢν καλῶς κατέστρεψε τὸν βίον, ὥστε τοὺς πλείστους εἰκότως ὀνειδίζειν τῇ τύχῃ διότι τὸ τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἄθλον τὴν ἀθανασίαν τοῖς χειρίστοις ἐνίοτε περιτίθησιν. Bekkerus tacitus correxit τὴν ϵΤθανασίαν. Quis non statim auditum probabit? α et ευ compendio scriptum oculis discerni non possunt.

Lib. XXXIII. 16 *a*. pag. 1120. Bekk. πότερον ὁ τὸν τράγον ἀμέλγων ἢ ὁ τὸ κόσκινον ὑπέχων. Excidit necessarius comparativus πότερον (μωρότερος) ὁ τὸν τράγον ἀμέλγων κτἑ.

In fine loci: εἰ μή τις καὶ γράφειν ἐνύπνια βούλεται καὶ θεωρεῖν ἐγρηγορότως ἐνύπνια, Bekkerus tacite ἐγρηγορότOC substituit sine sensu, nam quis alterius somnia videre potest aut dor-

mientis aut vigilantis? Emenda *ἐγρηγορΩC ἐνύπνια*. Tralaticius in libris hic error est.

Polybius lib. XLV. 2 *b*. pag. 1146. Bekk. scripturus de rebus, in quas ipse multum implicitus fuisset metuebat invidiam cavendumque putabat, *ἵνα μήτε τοὔνομα συνεχῶς προφερόμενοι προσκόπτωμεν* ΤΛΥτολογοῦντες *μήτε πάλιν „ἐμοῦ" καὶ „δι' ἐμέ" παρ' ἔκκχον λέγοντες λάθωμεν εἰς φορτικὴν διάθεσιν ἐμπίπτοντες*. Si quis hoc aget facile sentiet *ταυτολογεῖν* a loci sententia plane alienum esse. Res ipsa clamat verum esse ΠΕΡΙ*αυτολογοῦντες*. Et res et verbum perinde odiosa et nota sunt.

Lib. XLVII. 2 *c*. pag. 1146. Bekk. haec sententia ponitur: *καὶ λίαν τοῦτ' ἐςὶν ἴδιον ἐπιτηδΕC τῆς τύχης τὸ τοῖς αὐτῶν ἐπινοήμασι καὶ νομοθετήμασιν ἐξ ὑποςροφῆς αὐτοὺς ὑποβάλλειν τοὺς νομοθετήσαντας*. Vitiat sententiam loci inepte additum adverbium *ἐπιτηδές*. Emenda: *τοῦτ' ἐςὶν ἴδιον ἐπιτήδΕΥΜΑ τῆς τύχης*. Legitur *ἐπιτήδευμα τῆς τύχης* I. 4. et aliis locis. *Hoc habet fortuna*, inquit, *ut homines* sua exempla pati *cogat*.

In iis quae praecedunt legendum: *τῶν δὲ τοῦ Λυκόρτα κατὰ τὴν (αὐτὴν) ἡμέραν ἐκφερομένων εἰς τὸ φῶς*.

Nicomedes Prusiae filius ab Attalo adiutus patri bellum intulit, quo facto teste Polybio XXXVII. 2 *d*. pag. 1146. Bekk. *Ῥωμαῖοι ἔπεμψαν πρεσβευτὰς τοὺς ἐπιληψομένους τῆς ὁρμῆς τῆς τοῦ Νικομήδους καὶ κωλύσοντας τὸν Ἄτταλον πολεμεῖν τῷ Προυσίᾳ καὶ κατεςάθησαν Μάκρος Λικίνιος ἄνθρωπος ποδαγρικὸς καὶ τελέως ἀδύνατος τοῖς ποσὶ καὶ μετὰ τούτου Αὖλος Μαγκῖνος, ὃς κεραμῖδος εἰς τὴν κεφαλὴν ἐμπεσούσης αὐτῷ τηλικαύτας καὶ τοσαύτας οὐλὰς εἶχε διὰ τῆς κεφαλῆς ὥςε θαυμαςὸν εἶναι πῶς ἐσώθη, καὶ Λεύκιος Μαλλιολεων* (corruptum) [1]), *ὃς πάντων ἐδόκει Ῥωμαίων ἀναισθητότατος ὑπάρχειν. τῆς δὲ πράξεως προσδεομένης τάχους καὶ τόλμης ἐδόκουν ἀφυέςατοι πρὸς τὴν χρείαν εἶναι ταύτην οἱ καθιςάμενοι* (scrib. *καθΕςαμένοι*). *διὸ καί φασι Μάρκον Πόρκιον τὸν Κάτωνα προσαγορευόμενον εἰπεῖν ἐν τῇ συγκλήτῳ διότι συμβή-*

1) Excerptor Diodori XXXII. 20. Polybium describentis iam tum corruptum nomen omisit et dedit: *καὶ Λεύκιον παντελῶς ἀναίσθητον*.

σεται μὴ μόνον ἀποΛΕΙΠΟμενον φθάσαι τὸν Προυσίαν ἀλλὰ καὶ τὸν Νικομήδην γηράσαντα ἐν τῇ βασιλείᾳ· πῶς γὰρ οἷόν τε καταταχῆσαι, πῶς δὲ καταταχήσαντας ἀνύσασθαι ΤΗΝ πρεσβείαν μήτε πόδας μήτε κεφαλὴν μήτε καρδίαν ἔχΟΝΤΑC. Priusquam huius loci menda patefaciam ostendam primum quo pacto haec fama a Polybio memoriae prodita per manus historicorum propagata fuerit. Livius hinc sua sumsit in Epitome libri L. *dixit Cato eam legationem nec caput nec pedes nec cor habere.* Diodorus (qui omnia sua a libro XXV—XXXII ex Polybio descripsit) XXXII. 20. scribit: ὁ δὲ Κάτων — εἶπεν ἐν τῇ συγκλήτῳ διότι πρεσβείαν ἀποστέλλομεν οὔτε πόδας οὔτε κεφαλὴν οὔτε καρδίαν ἔχουσαν. Plutarchus diligens Polybii lector in vita Catonis cap. IX. καταγελῶν ὁ Κάτων ἔλεγε πρεσβείαν ὑπὸ Ῥωμαίων ἀποστέλλεσθαι μήτε πόδας μήτε κεφαλὴν μήτε καρδίαν ἔχουσαν. Appianus denique in *Mithridat.* cap. VI. ὥστε Κάτωνα εἰπεῖν τὴν πρεσβείαν ταύτην μήτε νοῦν ἔχειν μήτε πόδας μήτε κεφαλήν. Haec omnia, ut vides, ex uno Polybii loco manarunt, quem nunc paullo emendatiorem reddere conabimur. Primum mendosum est ἀπολειπόμενον in verbis συμβήσεται — ἀπολειπόμενον φθάσαι τὸν Προυσίαν. Geelius animadvertit vitium sed non sustulit. Dubnerus ἀποκλειόμενον coniecit, quod Bekkerus probavit et in textum recepit. Sed quid tandem significat: ὁ Προυσίας φθήσεται ἀποκλειόμενος *antequam legati in Asiam et Bithyniam pervenerint?* Nihil prorsus. Prusias, ut recte Cato iudicat, de regno et capite dimicaturus erat nisi legati quam primum illuc pervenissent. Propterea addidit φθήσεται ὁ Νικομήδης ἐγγηράσας τῇ βασιλείᾳ ante legationis adventum, quae nec caput nec pedes nec cor haberet. Dixerat igitur: συμβήσεται μὴ μόνον ἀποΛΟμενον φθάσαι τὸν Προυσίαν ἀλλὰ καὶ τὸν Νικομήδην γηράσαντα ἐν τῇ βασιλείᾳ. *Antequam tales legati in Bithyniam pervenerint* (inquit) *de Prusia* ACTUM ERIT. Praeterea in verbis ἀνύσασθαι τὴν πρεσβείαν duplex mendum inest. Abundat enim articulus et ἀνύσασθαι minus recte absolute ponitur. Itaque corrigendum est: πῶς δὲ καταταχήσΑCAN ἀνύσασθαί TI πρεσβείαν μήτε πόδας μήτε κεφαλὴν μήτε καρδίαν ἔχΟTCAN;

Ipsa Catonis verba Livius servavit. *Cor habere* Latinum est, Graecum νοῦν ἔχειν, non καρδίαν ἔχειν, quod Graece alio sensu

dicitur. Sed Polybius, quem Diodorus et Plutarchus sequuntur, spreta Graecitatis ratione Romanum dicendi genus retinuit. Haec ipsa propter Catonis iocum tam multum derisa legatio multo prudentius et sapientius, addam etiam maiore humanitate et clementia, officio suo functa est quam caeterae omnes, quas in huiuscemodi negotio Roma missas esse et alii et Polybius memoriae prodiderunt. Monstrum et portentum hominis Prusiam fuisse, ne dicam de flagitiosa Romanorum adulatione, vel unus Polybii locus XXXVII 2. abunde ostendet. *Corpore deformis, animo stupidus, ignavus in bello, laborum impatiens et omnino animo et corpore effoeminatus. Idem foedis libidinibus deditus, doctrinae omnis expers* καὶ συλλήβδην τοῦ καλοῦ ὅ τι ποτ' ἐστὶν οὐδ' ἔννοιαν ἔχων Σαρδαναπάλλου [1]) *βίον ἔζη* καὶ μεθ' ἡμέραν καὶ νύκτωρ. Ad talem hominem in regno confirmandum legatio, quam Cato ridet, mittitur. Si Popillius fuisset, virtutis et constantiae Romanae exemplum, de miseris Bithynis erat actum. Quid nostri? Benignis auribus et animis accipiunt Bithynorum querelas, iustas esse agnoscunt, Prusiae scelerum Senatum certiorem facere decernunt, et re infecta Romam revertuntur [2]). Itaque Prusias Romanorum auxilio, quo solo nitebatur, destitutus mox vitia et flagitia et scelera capite luit. I nunc et deride mihi legationem nec caput nec pedes nec cor habentem.

Est operae pretium in talibus animadvertere quid historia Polybio τῷ Φιλαληθεῖ debeat. De Prusiae in urbem Romam adventu diligenter egerant Romani scriptores. Memoraverant quos ei Senatus honores habuerit; quaestorem datum qui circumduceret; domum lautia data; datas maiores hostias seu Romae seu Praeneste immolare vellet, caeteraque multa id genus. Quae quum enarrasset Livius XLV. 44. addit: „*Haec de Prusia nostri scriptores. Polybius eum regem indignum maiestate nominis tanti tradit pileatum capite raso obviam ire legatis solitum libertumque se populi Romani ferre et ideo insignia ordinis eius gerere. Romae quoque cum veniret in curiam submissse*

1) Inepte editur Σαρδαναπάλλου βάρβαρον βίον. Non barbarorum magis erat haec effrenata luxuria, quam Graecorum et (quum haec scriberentur) Romanorum.

2) Appianus in *Mithrid.* cap. VII. ex *Polybio.*

se et osculo limen curiae contigisse et Deos servatores suos *Senatum appellasse.* Nemo haec Romanorum memoriae prodidit. Solus Polybius XXX. 16. indignabundus haec posteris narravit: *πρεσβευτῶν παραγεγονότων Ῥωμαϊκῶν πρὸς αὐτὸν ἐξυρημένος τὴν κεφαλὴν καὶ πιλίον ἔχων καὶ τήβενναν καὶ καλικίους ἀπήντα τούτοις — καὶ δεξιωσάμενος τοὺς πρεσβευτάς „ὁρᾶτε (ἔφη) τὸν ὑμέτερον λιβερτὸν ἐμέ." — ἧς ἀγεννεςέραν Φωνὴν οὐ ῥᾴδιον εἰπεῖν.* et post pauca: *ςὰς κατὰ τὸ θύρετρον ἀντίος* (leg. *ἐναντίος*) *τοῦ συνεδρίου καὶ καθελὶς τὰς χεῖρας ἀμφοτέρας* (*demissis manibus*) *προσεκύνησε τὸν οὐδὸν καὶ τοὺς καθημένους ἐπιφθεγξάμενος „χαίρετε, θεοὶ σωτῆρες." ὑπερβολὴν οὐ καταλιπὼν ἀνανδρίας, ἅμα δὲ καὶ γυναικισμοῦ καὶ κολακείας οὐδενὶ τῶν ἐπιγιγνομένων.* Post tot saecula incalescit animus summi viri *τό τε Φιλελεύθερον καὶ μισοπόνηρον* admirantibus.

Reliquum est ut ostendam quo pacto Diodorus Siculus Polybiana deformaverit. In libris, quos supra diximus, omnia ex Polybio descripsit eadem verbis suis narrans, quo aliquanto etiam ieiunior facta est oratio, nonnihil addens, alia plane corrumpens. Locus, quo de agimus, descriptus a Diodoro est libr. XXXI. 15. 2. Pauca audi: *ὅτι Προυσίας ἀνάξιος γεγονὼς τοῦ τῆς βασιλείας προσχήματος — ἀπήντησεν ἐξυρημένος τὴν κεφαλὴν καὶ πιλίον ἔχων λευκόν, ἔτι δὲ φορῶν τήβενναν καὶ κάντιλον· ἀσπασάμενος δὲ τοὺς πρεσβευτὰς ἀπέφαινεν ἑαυτὸν ἀπελεύθερον εἶναι Ῥωμαίων, ἧς ἀγεννεςέραν φωνὴν οὐ ῥᾴδιον εὑρεῖν*, et reliqua ad eundem modum praeterquam quod in fine loci haec dedit: *ἐν τῇ συγκλήτῳ τοιαῦτα διῆλθεν ὥςε καὶ γράφειν ἡμῖν ἀπρεπὲς εἶναι* (Polybius: *ἀκόλουθα δὲ τούτοις καὶ κατὰ τὴν κοινολογίαν εἰσελθὼν ἐπετελέσατο, περὶ ὧν καὶ τὸ γράφειν ἀπρεπὲς ἦν.*) Pergit Diodorus: *ἡ δὲ σύγκλητος τοῖς πλείοις τῶν λεγομένων προσκόπτουσα πρεπούσας τῇ κολακείᾳ τὰς ἀποκρίσεις ἐποιήσατο. Ῥωμαῖοι γὰρ καὶ πολεμίους ἐπ' ἀνδρείᾳ μεγαλοφρονοῦντας νικᾶν σπεύδουσιν.* Impudentissime, ne dicam dolo, homo mentitur. Habebat enim ob oculos haec Polybii verba: *φανεὶς δὲ τελέως εὐκαταφρόνητος ἀπόκρισιν ἔλαβε δι' αὐτὸ τοῦτο φιλάνθρωπον.* Caeterum nihil est in Diodori Excerptis unde textus Polybianus aut integrior aut emendatior fieri possit.

Libr. XLVII. 4. pag. 1148. Polybius ait: *ἐγὼ δὲ ἐπιτιμῶν*

τοῖς τὴν τύχην καὶ τὴν εἱμαρμένην ΘΕΓγράφουσιν ἐπί τε τὰς καινὰς πράξεις καὶ τὰς κατ' ἰδίαν περιπετείας. Polybius scripserat ΘΕΠΙγράφουσιν. Reprehendit eos qui fortunae et fato omnia *tribuant*, et notum est ἐπιγράφειν, ἐπιγεγράφθαι, ἐπιγραφή, quae proprie *de operum titulis* dicuntur, transferri ad eos qui alicuius rei laudem ac gloriam et nomen aut sibi aut aliis tribuant.

Flebiliter deplorans Polybius XXXVIII. 1 *a.* pag. 1151. Bekk. Graeciae mala et calamitates ait Graecos esse multo miseriores quam Carthaginienses. In huius loci fine haec verba ponit: ὅτι δ' ἐστὶ τὸ νῦν εἰρημένον ὑΦ' ἡμῶν ἀληθὲς εἴποι τις ἂν — παραθεὶς τὰς δοκούσας μεγίστας συμφορὰς γεγονέναι κατὰ τὴν Ἑλλάδα πρὸς τὰ νῦν ὑΦ' ἡμῶν λεγόμενα. Mirum est tam absurdam sententiam neminem eruditorum offendisse. Non perdam multa verba in re evidenti. Lege πρὸς τὰ νῦν 'ΘΦ' ἡμῶν ΓΕΝόμενα. Deinde comparat veteres Graeciae calamitates cum aequalium suorum miseriis.

Post pauca scribit ἐκινδύνευσαν μὲν πάντες, ἔπταισαν δὲ τελέως ὀλίγΙCTOI. Legendum τελέως ὀλίγοι. Vulgata perinde inepta est ac si Latine dixeris *admodum paucissimi*. Deinde scribe εὔκλειαν — τὴν μεγίστην ἀπηνέγκανΤΟ pro ἀπήνεγκαν. *Reportare gloriam* necessario et constanter dicitur εὔκλειαν ἀποφέρεσθαι, non ἀποφέρειν.

Polybius in sqq. de Graeciae malis ita scribit: ἐπέσχεν ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς καιροῖς τὴν Ἑλλάδα πᾶσαν ἀπαιδία καὶ συλλήβδην ὀλιγανθρωπία, δι' ἣν αἵ τε πόλεις ἐξηρημώθησαν καὶ ἀφορίαν εἶναι συνέβαινε καίπερ οὔτε πολέμων συνεχῶν Ἐσχηκότων ἡμᾶς οὔτε λοιμικῶν περισάσεων. Legendum συνεχῶν ΚΑΤεσχηκότων ἡμᾶς. Non ponitur enim in tali re simplex ἔχειν sed ἐπέχειν et usitatius κατέχειν.

Si quis igitur, inquit, *de ea re ad Deos referre et oracula consulere vellet*, ἆρ' οὐκ ἂν (ἀνόητος add.) ἐφαίνετο — τῆς διορθώσεως 'ΕΝ ἡμῖν κειμένης, imo vero ἐΦ' ἡμῖν. *in nostra potestate sita est.*

Deinde continuo haec addit (exhibebo locum ut a Maio

editus est): *τῶν γὰρ ἀνθρώπων εἰς ἀλεξανεμίαν καὶ φιλατρημοσύνην ἔτι δὲ ῥᾳθυμίαν ἐκτετραμμένων καὶ μὴ βουλομένων μήτε ἀναγάμως τὰ γινόμενα τέκνα τρέφειν ἀλλὰ μόλις ἓν τῶν πλείωων ἢ δύο χάριν τοῦ πλουσίους τούτους καταλιπεῖν καὶ σπαταλῶντας θρέψαι ταχέως ἔλαθε τὸ κακὸν αὐξηθέν.* Hoc nomine potissimum Maium reprehendo quod tam absurdas lectiones quales sunt *ἀλεξανεμίαν* et *φιλατρημοσύνην* tamquam ex vetusto Codice descriptas nobis obtrudit. Melius Dubnerus mentis oculis Codicem legens dedit *ἀλαζονείαν καὶ φιλοχρημοσύνην*, neque ulla est dubitatio quin sic in vetere libro sit exaratum. Sed Dubnerus Graece sciebat, Maius non item. In sqq. pro *μήτε ἀναγάμως τὰ γιγνόμενα τέκνα τρέφειν*, Bekkerus dedit *μήτε γαμεῖν μήτε ἀγάμως τὰ γιγνόμενα κτἑ.* et rectissime quidem habet *μήτε γαμεῖν μήτε*, sed quod *ἀγάμως* addidit perversissimum est. Videtur suspicari *ἀγάμως* esse *sine nuptiis* et de liberis *vulgo quaesitis* Polybium dicere. Sed nihil est a Polybii sententia alienius. Quasi vero quereretur Polybius Graecos neque uxores ducere neque liberos *spurios* et vulgo quaesitos alere velle. Natura rei monstrat viam. Legendum est enim *μήτε γαμεῖν μήτε* ΠΑΝΤΑ *τὰ γιγνόμενα τέκνα τρέφειν ἀλλὰ μόλις ἓν ἢ τὸ πλεῖον δύο* (pro *ἓν τῶν πλείωων ἢ δύο*). Nunc omnia plana et perspicua sunt.

Praeclarus Polybii locus est lib. XXXVIII. 1 *c.* pag. 1153. Bekk. in eos a quibus reprehendebatur quod Graecorum aequalium peccata et delicta non occultasset. *συγγραφέα δὲ κοινῶν πράξεων οὐδ' ὅλως ἀποδεκτέον* (inquit) *ἄλλο τι περὶ πλείονος ποιούμενον τῆς ἀληθείας· ὅσῳ γὰρ εἰς πλείους διατείνει — ἡ τῶν ὑπομνημάτων παράδοσις τοσούτῳ χρὴ μᾶλλον καὶ τὸν γράφοντα περὶ πλείονος ποιεῖσθαι τὴν ἀλήθειαν. Nos* (inquit) *in tempore de Graecia bene meriti sumus, τὴν δ' ὑπὲρ τῶν γεγονότων διὰ τῶν ὑπομνημάτων παράδοσιν ἀμιγῆ παντὸς* MICους *ἀπολείπομεν.* Ultima aperte mendosa sunt: non enim de *odio* sermo est sed de *veritatis amore.* Scripserat Polybius *ἀμιγῆ παντὸς* ΨΕΥΔους. Maius qui *παντὸς* *** *ους* videbat et omissas literas non satis expediebat *μίσους* pro *ψεύδους* substituit. Sunt quaedam in Polybio quae aegre feras, sed tantus in eo elucet amor veritatis, ut illis non offendaris. Incalescit animus ad ea quae scribit

XIII. 5. pag. 767. Bekk. καί μοι δοκεῖ μεγίστην θεὸν τοῖς ἀνθρώποις ἡ Φύσις ἀποδεῖξαι τὴν ἀλήθειαν καὶ μεγίστην αὐτῇ προσθεῖναι δύναμιν. πάντων γοῦν αὐτὴν καταγωνιζομένων ἐνίοτε καὶ πασῶν τῶν πιθανοτήτων μετὰ τοῦ ψεύδους ταττομένων οὐκ οἶδ' ὅπως αὐτὴ δι' αὐτῆς εἰς τὰς ψυχὰς εἰσδύεται τῶν ἀνθρώπων καί ποτε μὲν παραχρῆμα δείκνυσι τὴν αὐτῆς δύναμιν, ποτὲ δὲ πολὺν χρόνον ἐπισκοτισθεῖσα (leg. ἐπισκοτΗθεῖσα) τέλος αὐτὴ δι' ἑαυτῆς ἐπικρατεῖ καὶ καταγωνίζεται τὸ ψεῦδος. Quam libero ore Polybius Graecorum temeritatem et consiliorum perversitatem notaverit uno loco ostendam ut grave ex eo mendum tollam. Legitur lib. XXXIX. 2. pag. 1163. Bekk. διὸ καὶ λίαν δοκῶ καλῶς ἡμῖν εἰρῆσθαι διότι προσάτας πραγμάτων ΌΜΟΙΟτέρους τῶν παρὰ τοῖς Ἕλλησι τότε καὶ παρὰ τοῖς Καρχηδονίοις ὑπαρξάντων οὐκ ἂν εὕροι τις ῥᾳδίως. Nihil est ὁμοιοτέρους, sed Polybius non dubitaverat dicere ἡλιθιωτέρους (ἩΛΙΘΙΩτέρους).

Polybius ubi scribit XXXIX. 1. pag. 1159. Bekk. lassum lectoris animum varietate argumentorum refici et recreari oportere, addit: διὸ καὶ τῶν ἀρχαίων συγγραφέων οἱ λογιώτατοι δοκοῦσί μοι προσαναπαῦσθαι τῷ τρόπῳ τούτῳ. Geelius προσαναΠΕπαῦσθαι coniecit, quod Bekkerus recepit. Nollem factum: non enim suum animum historici recreant sed lectorum, quorum satietati occurrunt. Quamobrem suspicor fuisse: δοκοῦσί μοι (τοὺς ἐντυγχάνοντας) προσαναπαῦσαι τῷ τρόπῳ τούτῳ. Deinde de uno, quem non nominat, ita dicit: τὰ κατὰ τὴν Θετταλίαν ἐξηγούμενοι καὶ τὰς Ἀλεξάνδρου τοῦ Φεραίου πράξεις μεταξὺ τὰς κατὰ Πελοπόννησον Λακεδαιμονίων ἐπιβολὰς διηγοῦνται καὶ πάλιν τὰς Ἀθηναίων ἔτι δὲ τὰς κατὰ Μακεδονίαν ἢ τὴν Ἰλλυρίδα, κἄπειτα διατρίψαντες λέγουσι τὴν Ἰφικράτους εἰς Αἴγυπτον στρατείαν καὶ τὰ Κλεάρχῳ πραχθέντα παρανομήματα κατὰ τὸν Πόντον. et post pauca: ἐκεῖνοι μνησθέντες πῶς Βράδυλλις ὁ τῶν Ἰλλυρίων βασιλεὺς καὶ Κερσοβλέπτης ὁ τῶν Θρᾳκῶν κατεκτήσαντο τὰς δυναστείας οὐκέτι προστιθέασι τὸ συνεχές. De quo haec omnia dicuntur? Facile est id reperire namque unus ex omnibus historicus est, apud quem haec omnia luculenter exposita legebantur, nempe THEOPOMPUS. Res est tam perspicua ut verbis non egeat.

Utendum igitur Polybii auctoritate est primum ad constitu-

endum ordinem rerum a Theopompo narratarum, deinde ad colligenda et disponenda omnia Theopompi fragmenta, quae *sine auctoris nomine* passim apud Diodorum Siculum, Iustinum, Cornelium Nepotem et alios circumferuntur. Ἡ Ἰφικράτους εἰς Αἴγυπτον στρατεία, ut hoc utar, multis descripta apud Diodorum XV. 41—43. unde sumta est nisi ex ea parte operis Theopompei, quam Polybius indicat? Τὰ Κλέαρχῳ πραχθέντα παρανομήματα κατὰ τὸν Πόντον narrata Iustino XVI. 4 sq. nonne ex Theopompo descripta sunt? Similiter in permultis aliis imprudentes Theopompum legimus sub aliis atque aliis nominibus latentem.

Verbosa oratione Polybius docet XXXIX. 1 *a*. pag. 1159. Bekk. varietatem in omni re delectare idque primum paullo loquacius in sensibus demonstrat; in his legitur: καὶ τὴν γεῦσιν εὕροι τις ἂν προσηνεςέρΩC ἀποδεχομένην πολλάκις [καὶ] τὰ λιτὰ τῶν ἐδεσμάτων ἢ τὰ πολυτελῆ. Scribendum προσηνέςερON et molestum καί expungendum. Τὰ λιτά est bona Geelii correctio pro τὰ λεῖα. Λιτός in libris antiquis λειτός scribitur. Est apud Suidam v. Αἶψα versiculus Leonidae Tarentini:

Αἶψα τάδε κλειτοῦ δῶρα Λεωνίδεω.

dixerat poëta:

Λιτὰ τάδ' ἐκ λιτοῦ δῶρα Λεωνίδεω.

In sqq. legendum: μάλιςα δὲ (pro καὶ) περὶ τὴν ψυχὴν τοῦτό τις ἂν ἴδοι συμβαῖνον.

καὶ ταῦτα μὲν κατὰ τὸν Πολύβιον μέχρι τοσούτου.

C. G. COBET.

Anecd. Bekk. pag. 104. 4. Καταβιβάσαι φασὶν οὐ δεῖν λέγειν ἀλλὰ καταβῆσαι. Plane contrarium dixerat φασὶ δεῖν λέγειν ἀλλ' ΟΤ καταβῆσαι, et verissime quidem ita dicebant.

C. G. C.

΄Α Τ Α Κ Τ Α.

Thuc. II. κράτιστοι δ' ἂν τὴν ψυχὴν δικαίως κριθεῖεν οἱ τά τε δεινὰ καὶ ἡδέα σαφέστατα γιγνώσκοντες καὶ διὰ ταῦτα μὴ ἀποτρεπόμενοι ἐκ τῶν κινδύνων. Hunc locum diu notaveram propter omissum ante ἡδέα articulum. Nunc demum intellexi καὶ ἡδέα ab aliquo invecta esse, qui quum minus perspiceret coniunctionum hanc esse rationem, — γιγνώσκοντές τε καὶ μὴ ἀποτρεπόμενοι, aliquid excidisse ratus est. Itaque, memor quam saepe δεινὰ καὶ ἡδέα una commemorarentur, hic quoque eandem societatem excogitavit, ubi a sententia plane respuitur. Comparantur enim ii quorum audacia ab incogitantia ducitur cum iis qui periculum vident neque refugiunt. Si quem haec minus movent, idem viderit qua ratione διὰ ταῦτα interpretari possit. Num quis est qui διὰ τὰ ἡδέα ἐκ τῶν κινδύνων ἀποτρέπεται? Alia emblemata, praeter ea quae iam pridem indicavi, a Periclis oratione expellenda sunt, ut in 35, πιστευθῆναι (dixisset saltem πιστεύεσθαι.) ibid. διὰ φθόνον? 37. fortasse διὰ δέος retinendum, sed ea lege ut τε et ἀκροάσει facessant. 41. ἡ ἀληθεια. 42. hodie retinendum censeo ἐλπίδι, et legendum οὔτ' ἐκ πενίας. 43. libenter delerem σημαίνει, et mallem παρ' ἑκάστων τῇ γνώμῃ μᾶλλον ἐνδιαιτᾶται, deletis ἢ τοῦ ἔργου. In cap. 37. pro ὑποψίαν scr. ἀνυποψίαν. 38. L. ἀγῶσι μέν τε καὶ θυσίαις. 39. ἐπὶ τοὺς κινδύνους ἰσοπαλεῖς (nom.) χωροῦμεν. 40. pro ἐν καιρῷ lege καιρῷ. 41. παρ' ἡμῶν aegre concoquo. Pro ἐπὶ πλεῖς' εἴδη καὶ μετὰ χαρίτων, quoniam certarum rerum εἴδη significantur, quid si

legamus ἐπὶ πλεῖς' εἴδη χαρίτων? ibid. κατ' οὐδὲν προσδεόμενοι. 42. ἠβουλήθησαν ἐκ ταὐτοῦ. 43. ἦν τί ἄν τις.

In Philocteta vv. 22—23 sic constituendi videntur:

ἄ μοι προσελθὼν σῖγα σήμαιν' εἴτ' ἔχει
πρόσχωρον αὐτὸν, εἴτε νῦν ἄλλῃ κυρεῖ.

Ibid 830. legendum suspicor: ὄμμασι δ' ἀμβλίσκοις τάνδ' αἴγλαν, ἃ νῦν τέταται.

Aesch. Agamemnon. 674 seqq.

γένοιτο δ' ὡς ἄριστα. Μενέλεων γὰρ οὖν
πρῶτόν τε καὶ μάλιστα προσδόκα μολεῖν.
εἰ δ' οὖν τις ἀκτὶς ἡλίου νιν ἰσορεῖ
καὶ ζῶντα καὶ βλέποντα.
ἐλπίς τις αὐτὸν πρὸς δόμους ἥξειν πάλιν.

Primum Argivos Menelai reditum fidenter exspectare iubet, qua re fretus, haud facile dixeris. Tum subito quasi contrarium dixisset, εἰ δ' οὖν subiungit. *si tamen forte Iupiter eum servaverit, spes est eum rediturum.* Adde quod Graecum non est προσδόκα αὐτὸν μολεῖν, nam ea lege aoristum pro futuro adhibere licet, si ἄν adiicias. Desperat Praeco de Menelai reditu, ut par erat. Lege:

Μενέλεών γ' ἂν οὐ
πρῶτόν τε καὶ μάλιστα προσδοκῶ μολεῖν.

C. BADHAM.

PLATO.

In Timaeo pag. 81. D. ἐπειδὰν — μηκέτι ἀντέχωσι δεσμοὶ τῷ πόνῳ διεϛαμένοι. Imposuit hominibus doctis Parisini A. auctoritas, qui solus διεϛαμένοι dicitur habere caeteris in διϊϛάμενοι consentientibus. Sed διΕϛαμένος vitiosa forma Graeculorum apud Platonem barbara est. In Parisino scriba quum errore διΕϛαμένοι dedisset recte correxit διϊϛάμενοι.

C. G. C.

LOCUS CONSTANTINI PORPHYROGENITI

EX CODICE ARCHETYPO PARISINO DESCRIPTUS.

Qui linguarum inter se comparatione delectantur et veterum linguarum reliquias etiam tenuissimas undique sedulo colligunt, iis me gratum facturum esse existimo si locum ex libro CONSTANTINI *de administrando imperio*, in quo complura vocabula prisca RUSSICA et SLAVONICA servata sunt, quam diligentissime ex Codice Parisino omnium archetypo descriptum ob oculos posuero.

Constantini liber in duobus Codicibus Parisinis continetur.

Alter notatus numero 2009 formae quartae pervetus saeculo XI an XII in membranis pulcherrime scriptus est.

Alter numero 2967 in libro chartaceo formae maximae saeculo XV sine ulla controversia ex illo est descriptus, ut nulla omnino eius ratio habenda sit.

In antiquo Codice folio 13 R. ita scriptum est:

περὶ τῶν ἀπορωσίας ἐρχομένων ῥῶς μετὰ τῶν μονοξύλων ἐν κωνσαντινουπόλη: —

Ὅτι τὰ ἀπὸ τῆς ἔξω ῥωσίας μονόξυλα κατερχόμενα ἐν κωνσαντινουπόλη· εἰσὶ μὲν ἀπὸ τοῦ νεμογαρδὰς· ἐν ᾧ σφενδοσθλάβος ὁ υἱὸς ἴγγωρ τοῦ ἄρχοντος ῥωσίας ἐκαθέζετο. ut leguntur in editione Bekkeri pag. 74. 17.

Post pauca ita pergit fol. 14 recto:

ἡνίκα ἂν ἅ
παντα ἀποσυναχθῶσι τὰ μονόξυ
λα· τότε ἀποκινοῦσιν. καὶ κατέρ
χωνται διὰ τοῦ εἰρημένου δανά

πρεως ποταμοῦ· καὶ πρῶτον μὲν ἔρχωνται εἰς τὸν πρῶτον Φραγμὸν· τὸν ἐπονομαζόμενον ἐσσουπῆ ὃ ἑρμηνεύεται ῥωσιϛῆ καὶ σκλαβινιϛῆ μὴ κοιμᾶσαι. ὁ δὲ τούτου Φραγμὸς τοσοῦτον ἐϛὶν ϛενὸς· ὅσον τὸ πλάτος τοῦ τζυκανιϛηρίου. μέσον δὲ αὐτοῦ πέτραι εἰσὶ ῥιζημαῖαι

Fol. 14. versum.

ὑψηλαὶ νησσίων δίκην ἀποφαινόμεναι· πρὸς αὐτὰς οὖν ἐρχόμενον τὸ ὕδωρ καὶ πλημμυροῦν κακεῖθεν ἀπὸ κρημνιζόμενον πρὸς τὸ κάτω μέρος ἦχον μέγα καὶ φόβον ἀποτελεῖ· καὶ διὰ τοῦτο μέσον αὐτῶν οὐ τολμῶσιν οἱ ῥῶς διελθεῖν· ἀλλὰ πλησίον σκαλόσαντες· καὶ τοὺς μὲν ἄνους ἐκβαλόντες εἰς τὴν ξηρὰν τὰ δὲ λοιπὰ πράγματα ἐάσαντες εἰς τὰ μονόξυλα· εἶθ' οὕτως γυμνοὶ τοῖς ποσὶν αὐτῶν ψηλαφοῦντες ἵνα μή τινι λίθῳ προσκρούσωσιν. τοῦτο δὲ ποιοῦσιν οἱ μὲν πλῶρα· οἱ δὲ μέσον· οἱ δὲ καὶ εἰς τὴν πρείμναν μετὰ κονταρίων κοντοβευόμενοι· καὶ μετὰ τοιαύτης ἀπάσης ἀκριβείας διέρχωνται τὸν τοιοῦτον α Φραγμὸν· διὰ τῆς γωνίας καὶ τῆς ὄχθης τοῦ ποταμοῦ· ἡνίκα δὲ διέλθωσι

Fol. 15 rectum.

τὸν τοιοῦτον Φραγμὸν· πάλιν ἀπὸ τῆς ξηρᾶς· ἀναλαμβανόμενοι τοὺς λοιποὺς ἀπὸ πλέουσι καὶ κατέρχωνται εἰς τὸν ἕτερον Φραγμὸν· τὸν ἐπιλεγόμενον ῥωσιϛὶ μὲν οὐλβορσί· σκλαβινιϛὶ δὲ ὀϛροβου νιπράχ· ὅπερ ἑρμηνεύεται τὸ νησίον τοῦ Φραγμοῦ. ἔϛιν κακεῖνος ὁμοίως τῷ πρώτω. χαλεπῶς τε καὶ δυσδιέξοδος· καὶ πάλιν ἐκβαλόντες τὸν λαὸν διαβιβάζουσι τὰ μονόξυλα καθὼς καὶ πρότε

ρον· ὁμοίως δὲ διέρχονται καὶ τὸν τρί
τον Φραγμὸν τὸν λεγόμενον γελανδρὶ· ὃ ἑρ
μηνεύεται σκλαβηνιστὶ ἦχος Φραγμοῦ. εἰθ' οὕ
τως τὸν Δ Φραγμὸν τὸν μέγα· τὸν ἐπιλεγό
μενον ῥωσιστὶ μὲν· ἀειφὸρ· σκλαβηνιστὶ
δὲ· νεασήτ· διότι φωλεύουσιν οἱ πελεκά
νοι εἰς τὰ λιθάρια τοῦ Φραγμοῦ. ἐν τούτῳ
οὖν τῷ Φραγμῷ σκαλώνουσιν ἅπαντα

Fol 15 versum.

εἰς τὴν γῆν ὀρθόπλωρα· καὶ ἐξέρχων
ται οἱ ὁρισμένοι ἄνδρες Φυλάττειν τὴν
βίγλαν μετ' αὐτῶν καὶ ἀπέρχονται
καὶ τὰς βίγλας οὗτοι διὰ τοὺς πατζι
νακίτας ἀγρύπνως Φυλάττουσιν·
οἱ δὲ λοιποὶ τὰ πράγματα ἅπερ ἔ
χουσιν εἰς τὰ μονόξυλα ἀναλαμβα
νόμενοι τὰ ψυχάρια μετὰ τῶν ἀ
λύσεων διὰ τοῦ ξηροῦ αὐτὰ διαβιβά
ζουσι μήλια ἓξ· ἕως ἂν διέλθωσι τὸν
Φραγμὸν· εἰθ' οὕτως οἱ μὲν σύροντες·
οἱ δὲ καὶ εἰς τοὺς ὤμους βαστάζον
τες τὰ αὐτῶν μονόξυλα· εἰς τὸ τοῦ
Φραγμοῦ ἐκεῖθεν μέρος διαβιβάζουσιν.
καὶ οὕτως ῥίπτοντες αὐτὰ εἰς τὸν
ποταμὸν· καὶ τὰ πετζιμένητα αὐ
τῶν ἐμβλησκόμενοι εἰσέρχονται καὶ
αὖθις ἐναποπλέουσιν· ἀπερχόμε

Fol 16 rectum.

νοι δὲ εἰς τὸν Ϛ Φραγμὸν τὸν ἐπονομα
ζόμενον ῥωσιστὶ μὲν βαρουφορος
σκλαβινιστὶ δὲ· βουλνηπράχ· διότι με
γάλην λίμνην ἀποτελῇ· πάλιν εἰς
τὰς τοῦ ποταμοῦ γωνίας τὰ αὐτῶν
μονόξυλα διαβιβάσαντες· καθὼς καὶ
εἰς τὸν πρῶτον Φραγμὸν καὶ δεύτερον· κα
ταλαμβάνουσι τὸν ἕκτον Φραγμὸν· λε
γόμενον μὲν ῥωσιστὶ λεάντι· σκλαβι
νιστὶ δὲ βερούτζη· ὅ ἐστιν βράσμα νεροῦ·

καὶ διαβαίνουσι καὶ αὐτὸν ὁμοίως· καὶ ἀπὸ τούτου ἀποπλέουσι· καὶ πρὸς τὸν Ζ Φραγμὸν τὸν ἐπιλεγόμενον ῥωσιςὶ μὲν ςρούκουν· σκλαβινιςὶ δὲ ναπρεζή· ὃ ἑρμηνεύεται μικρὸς Φραγμὸς· καὶ διαβαίνουσιν εἰς τὸ λεγόμενον πέραμα τοῦ κραρίου· ἐν ᾧ διαπερῶσιν ἀπὸ ῥωσίας οἱ χερσωνῖται.

Fol. 16 versum.

καὶ οἱ πατζινακῖται ἐπὶ χέρσωνα. ἔχων τὸ αὐτὸ πέραμα· τὸ μὲν πλάτος ὅσον τοῦ ἱπποδρομίου, τὸ δὲ ὕψος ἀποκάτω ἕως ὁτου παρακύπτουσιν οἱ Φίλοι· ὅσον καὶ Φθάζειν σαγίτταν τοῦ τοξεύοντος ἔνθεν ἐκεῖσε. ὅθεν καὶ εἰς τὸν τοιοῦτον τόπον κατέρχωνται οἱ πατζινακῖται καὶ πολεμῶσι τοὺς ῥῶς· μετὰ δὲ τὸ δι ελθεῖν τὸν τοιοῦτον τόπον· τὴν νῆσσον τὴν ἐπιλεγομένην ὁ ἅγιος γρηγόριος καταλαμβάνουσιν· ἐν ᾗ νήσσω καὶ τὰς θυσίας αὐτῶν ἐπιτελοῦσιν. διὰ τὸ ἐκεῖσε ἵςασθαι παμμεγέθη δρῦν.

[aec omnia tam fideliter ex antiquo Codice descripta dedi nihil prorsus aut omitterem aut mutarem. Quidquid igitur ɔse scriptum esse vides, ea omnia sic in archetypo exarata scito. Cavi sedulo ne quid typotheta erraret et nihil ab peccatum esse video. Si quid mendi apparet πόλη, κατέρται, ῥωσιςῆ, σκλαβινιςῆ, σκλαβηνιςὶ, νησσίων, νήσσω, ἀπὸ ινιζόμενον, ἦχον μέγα, σκαλόσαντες, προίμναν, ἀπὸ πλέουσι, ·κρούσωσην, ὅμοιως (ὅμοιος) et sim. sunt illae omnes veteris i lectiones, quibus paucissima tantum quae addam habeo.

s. 9. μὴ κοιμᾶσαι diserte Codex. Editiones μὴ κοιμᾶσθαι. ɜus est *noli dormire, cave dormias*. Labens Graecitas κοιαι pro κοιμᾷ dicebat. Aetate Constantini κοιμᾶσαι imperas est.

ɜ. 45. ἀειΦὸρ Codex. Editiones ἀειΦάρ.

vs. 50. *οἱ ορισμενοι* Codex sine accentu. prima in *ορισμενοι* a correctore est. Editiones *οἱ ὡρισμένοι*.

vs. 55. *ἀναλαμβανόμενοι* Codex. Editiones *ἀναλαβόμενοι*.

vs. 68. *βαρυφορος* Codex sine accentu

vs. 89. *φθάζειν* Codex. Vulgo *φθάνειν*.

C. G. COBET.

GALENUS.

Tom. XVI. p. 819.

Αὐτὸς ὁ Διοσκουρίδης τὰ Στροφώδεα οὖρα λέγεσθαί φησι τὰ ἔχοντά τινα ἐν αὐτοῖς ἐμφερόμενα ΠΕΠΗΓΟΤΑ παρὰ τὸ ΔΙΑΣτρέφεσθαι, ὅ ἐστι πήγνυσθαι, γεγονότος τοῦ ὀνόματος. ἴσμεν γὰρ ὅτι καὶ ὁ ποιητὴς εἶπε τόδε τὸ καὶ περιΣτρέφεται κυκΛΩΔΩC δηλοῦν τὸ περιπήγνυται. Facile est huius loci gliscentem labem animadvertere et deprehenso errore veram lectionem reperire. Homerus dixit E. 903.

μάλα δ' ὦκα περιΤρέφεται κυκόωντι.

et in Odyss. ξ. 477.

καὶ σακέεσσι περιΤρέφετο κρύσαλλος.

Ex illo Homeri loco manifestum est Dioscoridem scripsisse παρὰ τὸ Τρέφεσθαι, ὅ ἐστι πήγνυσθαι, γεγονότος τοῦ ὀνόματος, unde manifestum est praecessisse τὰ Τροφώδεα, non τὰ Στροφώδεα, τὰ ἔχοντά τινα ἐν αὐτοῖς ἐμφερόμενα ΠΕΠΗΓΟΤΑ. Ferebatur in libris scriptura vetus ἐκ στροφωδέων. Dioscorides, Hippocratis Editor sub Traiano, correxit ἐκ τροφωδέων, quod formatum est παρὰ τὸ τρέφεσθαι, id est πήγνυσθαι, idque Homeri testimonio confirmavit. Sic omnia recte et ordine procedunt. In Homeri codicibus quos habemus *omnibus* fertur mendosa lectio περιΣτρέφεται, sed complures veteres grammatici veram servarunt, quibus nunc Galeni testimonium accedit. Hesychius duas Homericas glossas annotaverat, quarum excidit prior. Supplendum: (Περιτρέφεται: περιπήσσεται). Περιτρέφετο: περιεπήσσετο ὅθεν καὶ τροφαλὶς τὸ πεπηγμένον.

C. G. C.

DE FABULIS AESOPICIS.

SCRIPSIT

S. A. NABER.

§ 1. *De Codice Florentino.*

Quamquam ignoratur et fortasse semper ignorabitur, quando Babrius vixerit, nam levia argumenta sunt, quibus in hoc argumento viri docti plerumque utuntur, illud tamen constare arbitror, in Codice Athoo non servatam fuisse genuinam Babrii formam, sed monachum quendam, quum fabulas nescio quomodo nactus esset, multa resecuisse, plura de suo addidisse, denique rescriptis omnibus novam edidisse recensionem, quae sola aetatem tulit. In permultis non est arduum negotium distinguere inter splendidos Babrii choliambos et inficeta monachi supplementa. De hoc argumento infra agam quam potero accuratissime, sed antequam ad Babrium accedam, nonnulla praemittere juvat de pedestribus fabulis, quae in multis Codicibus dispersae inveniuntur, sed imprimis mihi res erit cum Codice Florentino. Nimirum ingruente barbarie etiam illa nova Babrii recensio nimis elegans esse visa est et fabulae conscribi coeptae sunt sermone prosaico et ultra quam credi potest inficeto, ut cum illis collatae Babrii rescriptae fabulae videantur ἀττικώτατα esse. Verissimum est Corais judicium p. 50: σολοικισμοί,

βαρβαρισμοί, ἀκυρολεξίαι, μίξις ἄκριτος τῶν ἀμίκτων καὶ τῶν ἀσυγκλώστων σύγκλωσις, τοιαῦτα εἶναι ἐπὶ τὸ πλεῖστον τὰ χαρακτηριστικὰ σημεῖα τῶν ἀνωνύμων τούτων μυθογράφων. — τοῦτο μόνον εἰκάζεται, ὅτι οἱ περισσότεροι μῦθοι ἐγράφησαν ἀπὸ τὴν ἐννάτην ἕως τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην ἑκατονταετηρίδα. Fabulae illae pedestres non omnes quidem, sed tamen magnam partem ex Babrio fluxere, nec mirum, si huic idem evenit quod Phaedro et Aviano, quorum fabulae quaedam metro solutae nunc quoque supersunt. Jam antea fuerant qui choliambos in heroicos versus converterant, sicuti apud Romanos fuerunt qui ingenium exercerent et Virgilii hexametris pentametros versus interponerent. Ceterum nullus est quidem stultitiae modus ac ratio, sed tamen perfecte stultus fuit, qui postea Babrianis prosaica epimythia addidit. Sunt igitur quatuor quasi aetates, quarum prima ipsum Babrium vidit, ad alteram referemus eam recensionem, quam *Athoam* appellare licebit: *poeta* autem vel monachus *Athous* nobis dicetur, cum eius notitiam Athoo Codici debeamus nec magis idoneum vel perspicuum nomen succurrat. Tertia aetas pedestrium fabularum fuit, quae haud scio an perperam Planudeae dici soleant; denique omnium postremi fuerunt, qui prosaica epimythia addiderunt, nam quae sunt apud Babrium poetica epimythia, de iis infra quaeremus, quid sentiendum sit.

Quae supra perscripsi, satis nota omnibus sunt; minus fortasse notum est quod dicam. Scilicet qui pedestres fabulas composuerunt, initio non sunt usi oratione metro omni soluta, sed iratis Musis senarios condiderunt, in quibus prorsus nihil aliud curarunt, nisi ut singuli versiculi syllabarum forent duodenum. Sic demum quasi per gradus a Babrii choliambis perventum fuit ad prosam orationem et meram barbariem. Consequitur inde, quo quaeque pedestrium fabularum recensio sit antiquior, eo plures in ea reperiri versus δωδεκατυλλάβους. Hoc quoque omnes intelligunt, numeris illis innumeris τῶν δωδεκασυλλαβιζόντων antiquiorem esse Ignatium Magistrum, qui nono saeculo vixit et cui quaterni senarii *iambici* perpetuo ad unumquodque argumentum satis essent. De tetrastichis istis notum est iudicium eius, qui reliquos omnes in hac palaestra multis parasangis superavit:

Mais surtout certain Grec renchérit et se pique
D'une élégance laconique;
Il renferme toujours son conte en quatre vers;
Bien ou mal, je le laisse à juger aux experts.

Animi causa addam Corais versionem Graecam:

Μάλιστα κάποιος Γραικὸς ὑπὲρ τοὺς ἄλλους θέλων
Τοὺς μύθους μὲ κομψότητα Λακωνικὴν νὰ γράφῃ,
Εἰς στίχους μόνους τέσσαρας καθένα περιγράφει·
Καλά, κακά, εἰς τοὺς σοφοὺς νὰ κρίνωσί τ' ἀφίνω.

Excepto fortasse Vaticano quodam Codice, de quo infra dicam, est fere vetustissima pedestrium fabularum collectio, quam ex Florentino Codice primus edidit Franciscus de Furia. Cobetus, qui olim Florentiae nobilem Codicem sedulo versavit, nobilem inquam, nam idem ille liber est, in quo etiam insunt Longi Pastoralia, quorum ineditam particulam Courierius edidit et maculavit, — Cobetus igitur putare videtur, se omnium primum versus illos δωδεκασυλλάβους agnovisse et de suo invento egit in Variis Lectionibus p. 182 et in sexto Mnemosynes volumine p. 450, sed non magis quam Cobetum ea res olim Coraem fugerat. Magis miror quod scribit Cobetus: „Vir doctus et elegans *nescio quis* ad amicum Neophronem de ea literarum et poeseos labe et exitio et omnino de aequalium judicio corrupto queritur in Excerptis, quae Etymologico Gudiano Sturzius subjecit p. 657." Casu quodam jam ante multos annos inveni, cuiusnam illa ad Neophronem exhortatio esset, neque ea res Sturzium ipsum latuerat. Vir doctus ille et elegans, qui exspectatione longe melius scripsit, Maximus Planudes fuit, cuius dialogus de grammatica integer superest et editus fuit in altero volumine Anecdotorum Bachmanni. Hic igitur Maximus Planudes — pagina est in Bachmanni editione 98 — magna cum verborum acerbitate invehitur in aequales, qui *politicis* versibus delectabantur, quales sunt illi Corais versiculi, quos modo attuli. Ἀλλὰ γὰρ αἰσχύνη καὶ γλώττῃ ταυτὶ προφέρειν· πολιτικούς τινας αὐτοῖς καλουμένους στίχους ποιοῦσι, μέτρον μὲν ἅπαν ἐν τοῖςδε λῆρον ἡγούμενοι, τόνους δὲ δύο περί που τὰ μέσα καὶ τὸ τέλος τηροῦντες, καλῶς ἔχειν σφίσι τὸν στίχον φασί. Deinde diligenter ostendit, veteres poetas accentuum nullam prorsus rationem habuisse· ὅπουπερ τῶν συλ-

λαβῶν ὁ τάνος πεσὼν ἐτύγχανεν οὐδ' ἀτιοῦν ἐπεφέρετο, quo loco infra utemur. Καὶ δέος δή, ὦ φίλε Νεόφρων, μήπου προϊάντες καὶ τὸν τάνον ὡς τὸ μηδὲν ὄντα δι' ὀλιγωρίας ποιήσωνται καὶ πᾶν ὁτιοῦν λόγου κῶλον ψηφίσωνται εἶχον εἶναι. Hinc efficitur, uti opinor, versus δωδεκασυλλάβους, in quibus non magis accentuum quam quantitatum ratio habetur, Planudi incognitos fuisse. Describam etiam quae proxime praecedunt: Εἴ γε ἡρῷον μὲν ἔπος καὶ τρίμετρον ἴαμβον ΟΤΠΩ μὴ σὺν μέτρῳ προενεγκεῖν αὐτοῖς ἐτολμήθη, τὰ δὲ ἰαμβεῖα τε καὶ τροχαῖα τετράμετρα οὐδὲν δεινὸν ἔδοξεν, εἰ τοῦ μέτρου ψιλώσαιεν. Quum in Florentino Codice epistulae insint Theodori Ducae Lascaris, qui Byzantii imperium adeptus est anno 1255 tenuitque per annos quatuor, jamdiu intellectum fuit, librum non esse tam vetustum, quam primo obtutu videretur, nec tamen poterunt Aesopicae fabulae δωδεκασύλλαβοι infra Planudis aetatem detrudi, qui circa annum 1327 floruit. Itaque ante eum jam evenerat quod aliquando dixerat eventurum neque metrum agnovit, quum omnia uno tenore perscriberentur, quod non tantum fit in versibus dodecasyllabis, sed etiam in Ignatii tetrastichis, de quibus Millerus retulit p. 18. Leguntur in Parisino Codice 1788, sed, si primum exceperis, in reliquis omnibus librarius continuando metrum occultavit. Fuerunt igitur *οἱ δωδεκασυλλαβίζοντες post* Ignatium qui nono saeculo vixit, *nondum* repertis politicis versibus, quibus Planudis aequales delectabantur. Illud certe apparet, non Planudem ipsum fuisse, qui tam ridiculo metro uteretur.

In Codice Florentino fabulae olim fuerunt ducentae, sed ultima periit et paenultima mutila est. Quum in ea paenultima fabula plurima flagitiose corrupta essent, Furia non dedit eam in contextu, sed abscondidit in adnotationibus p. 67; hodie autem pleraque emendari poterunt ex Codice Parisino 1685, cuius notitiam Millero debemus. Ea igitur fabula in ordinem recepta, incipit autem a vocabulis Ἄν τις, videmus fabulas illas ita secundum literarum ordinem dispositas esse, quod itidem in Athoo Codice observatum fuit, ut tamen non nisi unius literae ratio haberetur. Qui fabulas illas in ordinem redegit, Codice usus est vitioso: videre hoc est in fabula 189, quae incipit a vocabulo Στάσις· postquam enim στάσις in φάσις abiit, fabula

posita fuit post fabulam 188, quae incipit a vocabulo Φιλάργυρος et ante fabulam 190, quae incipit a vocabulo Χελιδών. Inter eas fabulas 199 sunt 38, in quibus Cobetus agnovit versus illos syllabarum duodenum, sed malo dicere esse eas tantum 37 numero, nam fabulam 156, nisi fallor, per errorem eo retulit, in qua equidem nullum metri vestigium deprehendere potui. Verum ante Cobetum Corais jam fabulas 26 in versuum speciem redegerat; sunt eaedem illae, quas Cobetus quoque notarat, praeter ultimam dicam an paenultimam fabulam 199, quam Corais addidit, Cobetus autem omisit, opinor quod casu neglexerat inspicere Furiae adnotationem. Corai metricae fabulae sunt 23, 25, 76, 81, 87, 111, 114, 119—122, 134, 152, 154, 157, 170—175, 187, 189, 196, 198 et praeterea mutila fabula 199. His Cobetus adiecit duodecim novas: 21, 22, 24, 83, 94, 101, 146, 150, 151, 153, 155 et 169. Equidem quum nuper nescio quomodo de ea re quaerere instituissem, mox agnovi metricarum fabularum numerum multo esse maiorem; insunt enim in Florentino Codice non fabulae eius generis 26, quae Corais sententia fuit, neque 38 tantum sunt, quas Cobetus indicavit, sed ex fabulis 199 metricae sunt omnino 72. Accedunt enim fabulae triginta quatuor quas dicam: 26, 41, 50, 56, 72, 75, 77, 82, 85, 86, 89, 95, 97, 102, 112, 117, 118, 135, 136, 138, 139, 140, 141, 142, 145, 158, 159, 160, 162, 181, 186, 191, 194 et 195. Itaque ducentae illae fabulae plus tertia parte metricae sunt et procedente opere deinceps in pluribus metrum certis quibusdam indiciis deprehenditur; quodsi enim universum illud corpus fabularum dividimus in partes quatuor fabularum quinquagenum, prima pars metricas fabulas habebit 8, altera 15, tertia 22, quarta autem 27.

Juvat examinare Corais metricas fabulas 26, ut cognoscamus sub quo corruptelarum genere metrum interdum lateat, deinde quaeremus de Cobeti fabulis metricis 12 atque sic tandem, postquam librariorum incuriam cognoverimus, in novis fabulis 34, quas dixi, experiemur possitne metrum restitui iisdem artificiis, quae alibi necessaria fuerunt.

Neque librarii neque *οἱ δωδεκασυλλαβίζοντες* ullam magno opere curam habuerunt praepositionum, quas fere arbitratu suo vel addunt vel omittunt. Fab. 23 legitur: *καὶ αὖθις τὰ πτερὰ*

τὰ σὰ κατερημώσῃ, sed ἐρημώσῃ requiritur. Fab. 76 συνελήφθης μετ' αὐτῶν καὶ τεθνήξῃ scribitur pro συντεθνήξῃ. Fab. 121 σύνελθε καὶ ἀπολαύσεις πάντων pro συναπολαύσεις ἁπάντων. Fab. 134 τὸν σκέλοπα δάκνων ἐξεῖλε παραυτίκα pro αὐτίκα. Fab. 173 εὐθὺς ὁδεύουσα εἰς τὸν ὄρον ἀνῆλθεν pro ἦλθεν, et alibi similiter. Itidem articuli et pronomina saepe incuria addita vel omissa: fab. 76 legitur: ἐν τῇ ἀρούρῃ γεωργός τις πάγας ἴσῃ pro ἐν ἀρούρῃ. Mox in eadem fabula τὰς ἐσθιούσας τὰ βλασήματα τῆς ἀρούρης pro τὰ βλασήματ' ἀρούρης. Tum supplendum:

σῶσον, ἄνερ, ἀπόλυσον ἐνταῦθά (με),
ἐλέησόν (με) τὸν κατακεκλασμένον.

Deinde Cobetus eleganter emendavit corruptam lectionem, nam Corais coniecturae in hac parte operis tuto neglegi possunt,

τηρῶ καὶ χρείαν οὐχὶ μίαν τούτων,

ostendit enim legendum esse:

τηρῶ καὶ χροιὰν οὐχ ὁμοίαν τῇ τούτων.

Fab. 111 legendum: εἰς μέσον ἀγάγῃ καὶ (αὐτὸς) μοιράσῃ. Contra abundat pronomen fab. 114 συνετάξατο [αὐτῇ] δοῦναι ὃ ἂν αἰτήσῃ et mox: ὦ θεὲ λαμπρὲ καὶ κτισὰ [ἐμοῦ] τῆς μελίσσης. Quod autem in extrema fabula corrupte legitur: ἀλλ' ἐάν τις ἥκῃ λαβεῖν ἀπὸ σοῦ μέλι, σὺ δὲ προσκρούσῃς αὐτῷ καὶ πλήξῃς, αὐτὴ μᾶλλον τεθνήξῃ, ἐκβληθέντος σου τοῦ κέντρου· ζωὴ γὰρ ἐν σοὶ ὑπάρχει τὸ κέντρον, ita emendandum est:

ἀλλ' ἄν τις ἥκῃ λαβεῖν ἀπὸ σοῦ μέλι,
σὺ δὲ προσκρούσῃς αὐτῷ καὶ πλήξῃς, αὐτὴ
μᾶλλον τεθνήξῃ, ἐκβληθέντος τοῦ κέντρου·
ζώσῃ γὰρ ἐν σοὶ κέντρον ὑπάρχει τόδε.

Mirificum illud carminum genus itidem cognosci potest ex fabula 154: ὄντος ποτὲ βατράχου ἐν τῇ λίμνῃ καὶ τοῖς ζῴοις πᾶσιν ἀναβοήσαντος, ἐγὼ ἰατρὸς εἰμὶ Φαρμάκων ἐπισήμων, ἀλώπηξ ἀκούσασα ἔφη· πῶς σὺ ἄλλους σώσεις, αὐτὸν χωλὸν ὄντα μὴ θεραπεύων; haec ita constitui debent:

ὄντος δήποτε βατράχου ἐν τῇ λίμνῃ
καὶ τοῖς ζῴοις πᾶσιν ἀναβοήσαντος·
ἰατρὸς εἰμὶ Φαρμάκων ἐπισήμων,
ἀλώπηξ εἶπε· πῶς σὺ τοὺς ἄλλους σώσεις,
σεαυτὸν χλωρὸν ὄντα μὴ θεραπεύων;

Sunt quoque similia vitia in fabula 170 de vulpecula, quae certe uvas, ut est in alia eiusdem fabulae recensione apud Coraem, non κατάξαι cupiebat, sed κάψαι.

Saepenumero factum est in Florentino Codice, ut quaedam exciderint, quae nunc metri ope facillime arguuntur. Tria huius generis vitia Cobetus notavit in fabula 120: (καὶ) κέρατα δὲ πρὸς ἄμυναν κατέχεις et in extrema fabula:

ἐπὰν δὲ κυνὸς ὑλακῆς (ἐπ)ακούσω,
(εὐθὺς) σκοτοῦμαι καὶ πρὸς Φυγὴν τρέπομαι.

Non minus facilis correctio est fab. 121: οἱ δὲ πάλιν (αὖ) θεατάμενοι τοῦτον. Et in fabula 134, cuius initio quaedam nondum sunt persanata:

καλόν μοί ἐϛι τὸ σοῦ δεῖπνον γενέσθαι
(πολὺ μᾶλλον) ἢ τῶν γυπῶν καὶ κοράκων,

et in eadem fabula paucis interpositis:

λυθεὶς δὲ τοῦ πόνου, χάσκοντος τοῦ λύκου,
τοῦτον (λακτίσας) καὶ τοὺς ὀδόντας θλάσας, κτἑ.

In reliquis nihil peccatur, modo quis scribat:

καὶ ὁ λύκος ἔΦη· δίκαια πέπονθα,

pro πάσχω. In fabula 173 cetera emendavit Cobetus; superest extremus versiculus:

ὅϛις εὗρε τὴν χελώνην ὑπνοῦσαν,

nam ut duodecim syllabae sint, reponam κοιμωμένην. In fabula 175 addendum τάχα: ἤρξαντο κρότων τῶν τοῦ πολέμου (τάχα)· quod statim sequitur: τῶν γὰρ αὐτῶν σαλπίγγων σαλπισασῶν ἐναπήρξαντο πολεμεῖν πρὸς τὰς γαλέας, scribam:

τῶν γὰρ αὐτίκα σαλπίγγων σαλπισασῶν,
ἐναπήρξαντο πολεμεῖν πρὸς τὰς γαλᾶς,

nam poeta utramque formam usurpat γαλέας et γαλᾶς, sicuti ὀϛέον et ὀϛοῦν fab. 94 et 102; praeterea fabulae initio negatio perperam deest, unde scribam:

(οὐ) παραλόγως γαλαῖ ἡμᾶς ἠττῶσιν.

Idem vitium est in epimythio pedestris fabulae 131 et in fab. 146, cuius extrema verba sunt:

ὦ οὗτος, ἔΦη, ἐὰν τοιαύτας πόλεις
κτίζῃς, (οὐ) πολλοὺς ἐνοικοῦντας εὑρήσεις.

In fab. 187 multa minuta corrigenda sunt, ex quibus duo ceteris paulo utiliora indicabo, nam κατεῖχεν αὐτὸν ἡ λύπη πλέον,

ita scribendum est:

κατεῖχεν αὐτὸν ἡ λύπη πλέον πλέον,

et quod sequitur: ἄ τί δέ σοι ἐγὼ ἄρτι ποιήσω; emendabo:

ἄ! ἄ! τί δέ σοι ἐγὼ ἄρτι ποιήσω;

Conferre iuvat in pedestri fab. 46 ὅσον ὅσον ὁ ἰατρὸς ἐπετίθει τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτῆς τὴν ἰατρείαν, κατ' ὀλίγον ὀλίγον τὰ προσόντα αὐτῇ ἔκλεπτε. Eur. Iph. Taur. 1406:

μᾶλλον δὲ μᾶλλον πρὸς πέτρας ἥει σκάφος.

Arist. Nub. 1288: πλέον πλέον τἀργύριον ἀεὶ γίγνεται.

Alex. Ἀτθίδι: πῶς ἐπινέφει τὸ πρῶτον ὁ Ζεὺς ἡσυχῇ, ἔπειτα μᾶλλον μᾶλλον;

Diodor. Sicul. XXXVII. 2. 11: ἐπικρατούντων δ' ἐπὶ μᾶλλον καὶ μᾶλλον τῶν Ῥωμαίων, de qua lectione vid. Bast. Epist. Crit. p. 184. Similia Lobeckius collegit in Aglaopham. p. 385.

Quod in aliis fabularum collectionibus legitur ἀκούουσα, id apparet, cur in Florentino Codice scriptum sit fab. 25:

ἡ δὲ ἀλώπηξ ἀκηκουῖα ταῦτα.

Deinde καὶ ante μὴ ibidem abundat in vulpis verbis ad ursum:

εἶθε τοὺς νεκροὺς ἤσθιες, μὴ τοὺς ζῶντας.

Eadem particula abundat post ὅσις in fab. 76:

ὅσις ἐθλάσθη τὸν ποῦν αὐτοῦ τὸν ἕνα,

in quo versu notabimus ridiculam formam ποῦν, quae recurrit in fab. 155. Corrige ibidem:

ὁ δὲ γεωργὸς μέγα γελάσας ἔφη,

nam editur μεγάλως, sicuti fab. 25 perperam legitur: ἄρκτος δήποτε μεγάλη ἐκαυχᾶτο pro μεγάλως.

Syllaba deest in primo versu fabulae 87: κόραξ νοσῶν τῇ μητρὶ ἐπεφώνει, sed supersunt Babrii choliambi in Athoo Codice, quibus demonstratur rescribendum esse νοσήσας. Alibi quaedam interpolata sunt, veluti in fab. 111 verba plane inutilia εἰς τροφὴν σήν. Semel, quantum memini, librarius vitiosam poetae loquelam correxit; fabula est 157:

ὅμως ἔγειρε καὶ τεύξῃ τῆς ὑγιείας,

sed poeta dederat ὑγείας. Deprehenditur autem sinceri sermonis inscientia prorsus incredibilis: unum dabo exemplum, quod legitur in fab. 198: αὐλῶν καὶ τέρπων ΟΛΟΤΣ τοὺς ὁδοιπόρους, sed de hoc argumento praestat lectores ablegare ad Cobetum.

Quod nemo mirabitur, paulo minus corruptae sunt fabulae 26, in quibus metrum Corais agnovit, quam duodecim novae, quas Cobetus indicavit, nam menda omnis generis effecerant, ut ridiculi versus Corais aciem effugerent. Ac jam statim in media fab. 21 metrum prorsus est pessumdatum; deinde fabulae initio: *ἄνθρωπός τις ξύλινον θεὸν ἔχων καθικέτευεν αὐτὸν τοῦ ἀγαθοποιῆσαι*, scribendum est:

ἄνθρωπός ποτε ξύλινον θεὸν ἔχων
καθικέτευεν τοῦ ἀγαθοποιῆσαι,

sicuti in fab. 10 invenitur: *καθικέτευε τοῦ κρύψαι αὐτήν*. Deinde uno alteroque versu interposito:

καὶ δὴ θυμωθεὶς ἄρας αὐτὸν τῶν σκελῶν,

legendum est, non *ἀπὸ τῶν σκελῶν*. In fab. 22 *παρετοιμάζοντος* invenitur et *κατεπερωτώντων*, quamquam praepositiones *παρὰ* et *κατὰ* abesse debeant; deinde bis terve articulus male insertus fuit; denique in verbis *οὗτος πρὸς αὐτοὺς ὑπογελῶν ἐβόα*, requiro quod toties in his fabulis legitur *ὑπολαβών*.

In fab. 24 absurde legitur *ζήσομεν* pro singulari *ζήσομαι*· tum duo vocabula interpolata sunt in hisce: *οὗτος θρηνῶν ἐβόα· οὐαὶ οἴμοι τῷ παναθλίῳ*, nam vera versus forma est:

οὗτος ἐβόα· οὐαὶ τῷ παναθλίῳ.

Interjectionem *οὐαὶ* monachus itidem usurpavit in fabulis 8 et 132.

In fab. 94 praeter solemnia quaedam vitia, notabimus tantum interpolata verba *ἀντὶ μισθοῦ*. Fabulae 101 initium sic debet constitui:

Λύκος (ποτ') ἄρνα εὑρὼν πεπλανημένον
οὐκ ἀφήρπασε χειρὶ δυνατωτάτῃ
ἀλλ' ἐθέλησε —
μετὰ εὐλόγου αἰτίας τοῦτον φαγεῖν,

non enim eiiciendum esse *χειρὶ δυνατωτάτῃ*, ostendit fab. 362. Deinde scribe:

θρηνῳδῶν ἀνεβόα· ἔγω(γε οὔπω)
ἐν τούτῳ γεγένημαι τῷ χρόνῳ. Καὶ ὅς, κτἑ.

Supervacanea verba sunt in extrema fabula: *καὶ τὸ πόμα μου*. In fab. 146 pauca corrigenda sunt: expungenda *ὁ κορυδαλὸς* et *ὀρνιθοθήρας*, quae praeter ullam necessitatem interpolata sunt; contra simplicia verba leguntur pro compositis *κατεσθίων* et *προσδραμών*. Fabulam 150 Cobetus pertractavit in Variis Lectionibus. In fab. 151 vel puer corrigat quae corrigenda sunt. Brevis

est fab. 153, in qua duo vocabula exciderunt:

σφάξας παρευθὺς εὗρεν αὐτὴν ὥσπερ καὶ
αἱ λοιπαὶ τυγχάνουσιν (οὖσαι) ὄρνιθες.
καὶ πλοῦτον (πολὺν) εὑρηκέναι νομίσας
ἀπεσερήθη καὶ τοῦ μικροῦ τοῦ κέρδους.

In quibus versibus notabimus locutionem parum Graecam: τοῦ μικροῦ τοῦ κέρδους, sicuti fab. 24 μετὰ πολλοῦ τοῦ βάρους et fab. 121 τοῦ πολλοῦ τοῦ φόβου. Eandem locutionem offendi in Furiae fab. 267, quae apud Halmium 114 est. Ibi quoque idem metrum agnosco:

ὁ δ' ὠχριάσας ἐκ (τοῦ πολλοῦ) τοῦ φόβου
καὶ τοὺς ὀδόντας συγκρούων εἶπεν· ἴχνη
μόνα ζητῶ, οὐχὶ αὐτὸν τὸν λέοντα.

Paulo plura emendanda sunt in fab. 155, sed pleraque facilia sunt: transponenda sunt verbi causa vocabula παραχρῆμα τέθνηκε, sed praeterea adhibenda est eiusdem fabulae alia recensio, quae apud Coraem 141 est; eius ope, ut legitimus syllabarum numerus servetur, pro συμφορᾶς reponemus λύπης et addemus ἅλας in hisce:

λαβὼν ἄλευρον ὕδωρ (ἅλας) καὶ μέλι.

Memorabile est in ea fabula securim ξίφος dici.

Ultima fabula, in qua Cobetus primus metrum agnovit, est 169. Quod ibi legitur: εὑρον δὲ ἐν τῇ ὁδῷ πετρίνην σήλην ὁμοίαν ἀνδρὶ ἑτέραν σήλην λέοντος συμπνίγουσαν, ita veram formam recuperabit:

εὗρον δὲ ἐν τῇ ὁδῷ πετρίνην σήλην
ὁμοίαν ἀνδρὶ λέοντα συμπνίγουσαν,

quod qui scripsit, jam satis peccavit, sed omnem fidem superat, σήλην umquam aliam σήλην suffocare potuisse. Quod in fine fabulae legitur γινόμενα καὶ πραττόμενα, equidem scribam:

ὑπολαβὼν δὲ ὁ λέων ἔφη ὧδε·
ὑπὸ ὑμῶν εἰσὶν ταῦτα πλαττόμενα.

Recensitis metricis fabulis Corais et Cobeti, antequam accedam ad reliquas, quae hucusque latuerunt, operae pretium mihi videtur in pedestribus fabulis pauca quaedam vitia notare, quorum cognitio non est prorsus inutilis. Veluti in fab. 30: ἐν δὲ τῇ Ῥόδῳ ἔφασκε πήδημα μέγα πηδῆσαι, ὅπερ οὐδεὶς τῶν ἀνθρώπων δύναται πηδῆσαι καὶ μάρτυρας ἔφασκεν ἔχειν εἰς τοῦτο, requiro τῶν ἐκεῖ ἀνθρώπων. In fab. 34 piscator dicitur ἁλιευ-

τικῆς ἄπειρος, qui contra αὐλητικῆς ἔμπειρος fuit, canebat enim fistula. Balbutientis illa sunt in fab. 55: δέον ἐστὶν, ἵνα ὑπὸ πάντων τῶν ἐν τῇ πόλει κυνῶν δηχθήσωμαι· sed aliquanto melius tamen intelligo δέος. Viator, ut est in fab. 57, videt ursum appropinquantem; ut salvus sit, mortuum se esse simulat; advenit ursus et ὠσφραίνετο διὰ τοῦ ῥύγχους τῶν ἀκοῶν καὶ τῶν φρενῶν. Ὁ δὲ τὰς ἀναπνοὰς αὐτοῦ ἐκράτει εὐτόνως. Credo verum esse τῶν ῥινῶν, nam eo ducit hominem τὰς ἀναπνοὰς κρατῆσαι. Miror quod invenio in fab. 66: ἀλκὴ γὰρ ἐλάφων ἐν τοῖς ποσί, λέοντος δὲ ἐν καρδίᾳ. Malo ἐν κάρᾳ, nam sic *caput* κάρα dicitur in fab. 94, 102 et 134. Possum eius generis alia addere quam plurima, sed taedet fere in his sordibus diutius immorari. Itaque notabimus tantum fab. 127, quae inscribitur ξυλευόμενος καὶ Ἑρμῆς. Quod Mercurius in ea fabula dicitur ὁ τοῦ ποταμοῦ θεός, id ostendit veteres deos monachis illis incognitos fere fuisse. Etiam magis miror, eandem antiquitatis imperitiam deprehendi in Athoa Babrii recensione, in qua fab. 66 sic incipit:

Θεῶν Προμηθεὺς ἦν τις, ἀλλὰ τῶν πρώτων.

Ecquis serio credere potest, scribi sic potuisse circa tempora Alexandri Severi?

Venio nunc ad fabulas illas triginta quatuor, quas omnes hucusque putarunt pedestri sermone compositas esse. Fabula est 26, cuius adscribam versiculos, qui corrigi debent:

vs. 1. ἄνθρωπός τις καὶ σάτυρος (πάλαι ποτέ) —
„ 5. ἐγγενομένου, ὁ ἄνθρωπος προσφέρων —
„ 7. τοῦ δὲ σατύρου (αὐτὸν) ἐρωτήσαντος —
„ 10. μετὰ μικρὸν δὲ [ἐδέσματος] θερμοῦ προσενεχθέντος,
„ 11. ὁ ἄνθρωπος (οὗτος) πάλιν ἐπιφέρων —
„ 15. ἔφη· τὸ ἔδεσμα καταψύχω. [Ὑπολαβὼν] (Ὁ) δέ —
„ 18. ἐκ ταὐτοῦ [στόματος] τὸ ψυχρὸν καὶ [τὸ] θερμὸν ἐξάγεις.

Eiusmodi minutis correctionibus metrum restituetur etiam fabulae 41, in qua memorabiles versus sunt:

νυνὶ δὲ ταῦρόν σοι θύσω, ἂν τὰς χεῖρας
τοῦ κλέπτου ἤγουν τοῦ λέοντος ἐκφύγω,

nam videmus ipsi poetae non interpolatori cuidam deberi illa ἤγουν τοῦ λέοντος. Fab. 50 fere integra superest, modo scribat quis pro τοῦ δὲ θανάτου φανέντος καὶ πυνθανομένου numerosa illa:

θανάτου δὲ φανέντος καὶ πυθομένου.

In fab. 56 scribe vs. 4:

εἷς δέ τις διαβιβάζειν εἰθισμένος
θεασάμενος αὐτὸν διαποροῦντα
προσελθὼν καὶ ἀράμενος φιλοφρόνως —.

Initium fab. 72 sic legendum est:

Ἐν ποίμνῃ προβάτων δέλφαξ ἐνέμετο.
Καὶ δήποτε τοῦ ποιμένος συλλαβόντος, κτέ.

Postrema autem verba sunt:

ἔφη πρὸς ταῦτα· ἀλλὰ οὐχὶ ὁμοία
τῇ ὑμετέρᾳ (ἦν) ἡ ἐμὴ σύλληψις·
ὑμᾶς γὰρ διὰ τὰ ἔρια ἀγρεύει
ἢ τοὺς ἄρνας, ἐμὲ δὲ διὰ τὸ κρέας.

Fab. 75 metrica erit, expunctis interpolationibus ὑψηλοτάτου, ᾧ et ἐν ᾧ ἵζασαι. In fab. 77 adscripta fuerunt verba metro carentia ἵνα τὰ λάχανα ἀρδευθῇ et καὶ λαμπρὸς ἥλιος· in versibus constituendis pauca nos praeterea morari poterunt. Quid sit corruptum in fab. 82, apparet ex collatione Coraeanae fabulae 284; utraque recensio sic nullo negotio poterit corrigi: postrema verba sunt:

ὅτε δὲ πάλιν τοῦς ὀδόντας κινήσω,
(εὐθὺς ἐγείρῃ) καὶ τὴν κέρκον μοι σείεις.

In fab. 85 ultimus versiculus sic corrigi debet:

τούτου, σὺν ἐμοὶ (ὁμοῦ) ἀποθνήσκοντα.

Reliqua facilia sunt. In fab. 86 legam:

(μὴ), μὴ φάγῃς με, ὅτι λεπτός εἰμι καὶ, deinde quibusdam interpositis:

ὁ δὲ ϛαθεὶς κάτωθεν ἐπεκαλεῖτο
ἀνθυπομιμνήσκων αὐτὸν τῶν συνθηκῶν.

In media fab. 89 quaedam turbata, sed sunt tamen metri vestigia satis certa. In fabula 95 lacuna est in versu tertio. Ultimi versus fabulae 97 ita constituendi sunt:

ἀλλὰ ἔγωγε (νῦν) δίκαια πέπονθα,
ὅτιπερ ἀφεὶς (τὴν θήραν) τὴν ἐν χερσί,
βορὰν ἀδήλοις ἐλπίσιν ἐδίωκον.

In fab. 102 facilia omnia: metrum commendat quod sententia flagitat καθεὶς pro καταθείς. Postrema autem verba conveniunt cum fab. 94

ὅτι ἐκ λύκου σόματος καὶ ὀδόντων
ἐξῆξας κάραν σῴαν μηδὲν παθοῦσαν.

Malo autem ἐξῆρας legere. In fab. 112 memorabilis corruptela est ἐπὶ τῆς νηὸς pro ἠϊόνος. et post γεννηθεὶς inserendum est ὅμως. In fab. 117 post ἑαυτὴν insere τοιάδε. Sequentis fabulae initium est:

μύρμηξ διψήσας κατελθὼν εἰς πηγὴν καὶ
βουλόμενος πιεῖν ἀπεπνίγετο·
περισερὰ δὲ καθεζομένη ἐν τῷ
περιεσηκότι δένδρῳ, ἐθεάσατο αὐτὸν
καὶ κόψασα φύλλον ἀπὸ τοῦ δένδρου, κτέ.

Non est Aristarchi acumine opus, ut restituatur ἐναπεπνίγετο, παρεσηκότι et ἐκκόψασα, deinde ut etiam αὐτὸν expungatur. Praeterea συντιθεὶς reponendum est pro συνθεὶς et in fine supplendum:

ῥίψας τοὺς καλάμους ἐποίησε φυγεῖν
τὴν περισερὰν (οὐδὲ θήραν ἔλαβε).

Non opus est dicere quae sint interpolata in fab. 135, sed extrema verba hodie ita scribuntur: αἴτει καὶ τοῦτο λοιπόν, ἐὰν ὄνους ὑπὸ ἀνθρώπων προσκυνεῖσθαι ζητῇ, quae ita emendanda sunt:

ἔτι καὶ τοῦτο λοιπὸν ἦν, ἐὰν ὄνος
ὑπὸ ἀνθρώπων προσκυνεῖσθαι ζητήσεις,

nam ἐὰν cum indicativo in hoc poeta nihil offensionis habet. In fab. 136 idem vitium est quod in fab. 141 et 162, nempe θεασάμενος ibi legitur pro ἰδών. Eodem remedio utendum est in Furiae fab. 312. Reliqua in Codice Florentino vitia et hic et alibi facile arguuntur ex aliorum librorum comparatione: asinus verbi causa felix praedicatur propter σώματος ἐξουσίαν, sed poeta, opinor, εὐεξίαν dederat.

Mitto dicere de minutis quibusdam interpolationibus in fabulis 138, 139, 140, 141 et 142, sed fab. 145 ita apud Furiam legitur:

Ὄρνις ὄφεως ὠὰ εὑρὼν καὶ ταῦτα
ἐπιμελῶς ἐκθερμάνασα ἐξεκάλυψε.
Χελιδὼν δ' αὐτὴν θεασαμένη ἔφη·
ὦ ματαία, τί ταῦτ' ἀνατρέφεις, ἅπερ
ἂν αὐξηθῇ, ἀπὸ σοῦ πρώτης τὸ ἀδικεῖν ἄρξονται;

Concedent omnes rescribendum esse ἐκθερμάνασ' ἐξέλεψε et inducendum id quod est τὸ ἀδικεῖν.

Missa fab. 158, venio ad fab. 159, quae ita pristinam suam formam recuperabit:

Παῖς ἐκ τοῦ διδασκαλείου [τὴν τοῦ] συμφοιτητοῦ
δέλτον κλέψας, τῇ [ἑαυτοῦ] μητρὶ ἐπιδέδωκε·
τῆς δὲ μὴ ἐπιπληξάσης αὐτὸν, ἀλλά
μᾶλλον ὑποδεξαμένης, προϊόντος
τοῦ χρόνου, ὁ παῖς, ὡς νεανίας ἤδη
γέγονεν, ἤρξατο καὶ [τὰ] μείζονα κλέπτειν.
Ληφθεὶς οὖν ποτὲ ἐπὶ αὐτοφώρῳ καὶ
περιαγκωνισθεὶς ἐπὶ τὸν δήμιον
ἀπήγετο. Τῆς μητρὸς δ' ἀκολουθούσης
αὐτῷ καὶ σερνοκτυπούσης, εἶπεν ὁ παῖς
[πρὸς τοὺς δημίους]·
ἐάσατέ με λαλῆσαι τῇ μητρί μου
πρὸς τὸ οὖς λόγον ἕνα. Τῆς δὲ ταχέως
ἐλθούσης καὶ τὸ οὖς αὐτῆς τῷ στόματι [τοῦ υἱοῦ]
αὐτῆς ἐπιθείσης, τοῖς ὀδοῦσιν αὐτοῦ
τὸ ὠτίον [αὐτῆς γενναίως] δραξάμενος ἀπέκοψεν [αὐτό].
Τῆς δὲ βοησάσης καὶ εἰπούσης, ὅτι
ἅλις (Cod. ἤδη) πεπλημμέληκεν, οὐδὲ μὴν ἀλλά
καὶ τοῦ λαοῦ κατηγοροῦντος αὐτοῦ, ὡς
μὴ ἀρκεσθέντος τοῖς προτέροις [κακοῖς], ἀλλὰ καί
εἰς τὴν ἰδίαν μητέρα ἠσέβησεν,
ἔφη ἐκεῖνος· αὕτη μοι ἐγένετο
τῆς ἐμοῦ ἀπωλείας αἰτία· εἰ γάρ,
ἡνίκα τὴν τοῦ συμφοιτητοῦ μου δέλτον,
ἔκλεψα καὶ ἤνεγκα [αὐτῇ], ἐπέπληξέ μοι
οὐκ ἂν μέχρι τούτων (ἐγὼ) ἐχώρησα
οὐδὲ (Cod. καὶ) ἐπὶ τὸν θάνατον (ἀπ)ηγόμην.

Atque huiusmodi minutis correctionibus unusquisque metrum restituere poterit fabularum 160, 162, 181, 186, 191, 194 et 195, sed necessarium interdum est alias fabularum collectiones conferre. Veluti in fab. 195 ultima verba sunt: οὐκοῦν χειμῶνος ὀρχοῦ, sed, ut duodecim syllabarum numerus expleatur, aliunde supplendum est: εἰ θέρους ηὔλεις. Eodem modo interpolationes arguuntur, verbi causa in fab. 162: φασὶ γὰρ μιμητικὸν εἶναι τὸ ζῷον τοῦτο et in fab. 181 tauri verba sunt: ἀλλ' οὐχ ὑμᾶς φοβούμενος ἀνέχομαι, τὸν δὲ πρὸ τοῦ στόματος τοῦ σπηλαίου ἐσῶτα

λέοντα. Excidet ultimum vocabulum, si haec ita scribentur:

ἀλλὰ οὐχ
ὑμᾶς φοβούμενος ἀνέχομαι, τὸν δὲ
πρὸ τοῦ στόματος τοῦ σπηλαίου ἑστῶτα.

Dicerem hoc esse elegantius, si in tali scriptore elegantiam exspectaremus.

§ 2. *De Codice Vaticano.*

Praeter Florentinas fabulas Furia ex Vaticano Codice, qui postea nusquam comparuit, fabulas edidit 36, quae sunt in eius editione 347—382. Ex his fabulis sunt septem, in quibus Corais agnovit disiecti membra Babrii ipsius poetae: 358, 360, 368, 369, 374, 378 et 379. Idem Cobetus ostendit in octo aliis, nempe 351, 355, 363, 364, 365, 366, 367 et 371. Recensio fabularum eadem est quae in Athoo Codice, quod statim apparebit conferentibus

Fur.	351	cum	Babr.	fab.	68,
„	355	„	„	„	27,
„	358	„	„	„	99,
„	360	„	„	„	101,
„	363	„	„	„	117,
„	371	„	„	„	55,
„	374	„	„	„	33,
„	378	„	„	„	28,
„	379	„	„	„	88,

nam novem illae fabulae tantum non ad verbum in utroque Codice conveniunt. Sed de Babrio infra dicemus, nunc addemus in eodem Codice ὑπὸ τοῖν κάππα κρατίστοιν repertos quoque fuisse versus δωδεκασυλλάβους, nimirum in sex fabulis quas indicabo: 348, 349, 350, 352, 362 et 376. Itaque in ea collectione quindecim fabulae supersunt, quae hucusque pedestres habitae sunt: sunt autem revera quinque tantum numero, scil. 347, 353, 354, 372 et 380, nam in reliquis decem planissime agnosco artificium τῶν δωδεκασυλλαβιζόντων. Non omnes ordine percurram, nam lectorum satietati occurrendum est, sed tantum videbo, ecquid hic illic notatu haud indignum sit. Veluti statim monachum agnoscimus in fab. 350 et pulchellus versiculus

est: ὦ ἀνόητοι καὶ βραδεῖς τῇ καρδίᾳ,
εἰς τί βοᾶτε, μεγάλως κεκραγότες;

In extrema fab. 357 aliquid excidit, quod ita suppleri potest:

ὁρᾷς ὅσον ἰσχύος ὁ κώνωψ ἔχει,
ὡς καὶ ἐλέφαντα φοβεῖν (τὸν παμμέγαν).

In fab. 359 poeta Kantianus fuit ante Kantium:

λύκον δὲ γαυρωθέντα καρτερὸς λέων
κατήσθιεν. ὁ δ' ἐβόησε μετανοῦν
οἴησις ἡμῖν πραγμάτων παραιτία.

Fab. 373 post σύνεγγυς excidit βοσκομένων. Brevis est fab. 377, in cuius initio quaedam perierunt; ultimus versiculus ita scribendus est:

ἀλλ' (ὁ) ὄπισθεν σφοδρῶς με τύπτων (ἀνήρ).

Sed integram describam fabulam 356, quae omnium longissima est, ut videant lectores, quam parvis ac saepe nullis mutationibus metrum in integrum possit restitui. Est autem ea fabula in Vaticano Codice mutila, sed pars quae deest suppleri potest e Corais fab. 358. Omnia ex Babrio fluxere, quod, Codice Athoo reperto, intellectum fuit. Non autem sedulo adnotabo Codicis menda, veluti τῇ προσφιλεῖ δὲ ἀλώπεκι, ᾗ προσωμίλει, quae ridicula διττογραφία est, aliaque id genus, nam ex hoc luto quantum possum emergere propero. Utilis est comparatio cum Babrii fab. 95, ut appareat, quomodo haec ex illa fluxerit:

Λέων νοσήσας ἔκειτο ἐν φάραγγι,
τῇ δ' ἀλώπεκι ᾗ προσωμίλει εἶπεν·
εἰ θέλεις ὑγιᾶναί με, τὴν ἔλαφον,
τὴν μεγίστην, τὴν εἰς τὸν δρυμὸν οἰκοῦσαν,
τοῖς γλυκέσι σου λόγοις ἀπατήσασα,
ἄγε εἰς ἐμὰς χεῖρας, ἐπιθυμῶ γάρ
(τῶν) αὐτῆς ἐγκάτων καὶ καρδίας (σφόδρα).
Ἡ δὲ ἀπελθοῦσα εὗρε τὴν ἔλαφον
σκιρτῶσαν ἐν ταῖς ὕλαις. Προσπαίσασα δέ
αὐτῇ καὶ χαίρειν εἰποῦσα ἔφη (τάδε)·
ἀγαθά σοι ἦλθον μηνῦσαι. Οἶδας ὡς
ὁ βασιλεὺς ἡμῶν γείτων μοι ὑπάρχει,
ὁ δε νοσεῖ καὶ ἐγγύς ἐστι τοῦ θνήσκειν.
Ἐβουλεύετο οὖν ποῖον τῶν θηρίων

μετ' αὐτὸν βασιλεύσει· ἔφη δὲ ὅτι
σῦς μέν ἐστιν ἀγνώμων, ἄρκτος δὲ νωθρά,
πάρδαλις δὲ θυμώδης, τίγρις ἀλαζών,
ἡ ἔλαφος ἀξιωτάτη ἐστὶν εἰς
βασιλείαν, ὅτι ὑψηλὴ τὸ εἶδος
πολλὰ δὲ ἔτη ζῇ καὶ τὸ αὐτῆς κέρας
ὄφεσι Φοβερόν. Καὶ τί σοι τὰ πολλά
λέγω; ἐκυρώθης βασιλεύειν· τί μοι
ἔσαι πρώτῃ σοι εἰπούσῃ; ἀλλὰ εὖξαι
ἐμοὶ σπευδούσῃ, μὴ πάλιν με ζητήσῃ·
χρήζει γάρ με σύμβουλον ἐν πᾶσιν. Εἰ δὲ
ἐμοῦ τῆς γραὸς ἀκούσῃς, συμβουλεύω
καί σε ἐλθεῖν καὶ προσμένειν τελευτῶντι.
Οὕτως εἶπεν ἡ ἀλώπηξ· τῆς δὲ ὁ νοῦς
ἐτυφώθη τοῖς λόγοις καὶ ἦλθεν εἰς τό
σπήλαιον μὴ (προ)γιγνώσκουσα τὸ μέλλον
Ὁ λέων δ' ἐφορμήσας αὐτῇ ἐν σπουδῇ,
τὰ ὦτα μόνον ὄνυξιν ἐσπάραξεν.
Ἡ δὲ ταχέως ἔσπευδεν ἐν ταῖς ὕλαις.
Καὶ ἡ μὲν ἀλώπηξ τὰς χεῖρας ἐκρότει,
ὅτι εἰς μάτην ἐκοπίασεν, ὁ δέ
λέων μέγα βρυχώμενος ἐσέναξε·
λιμὸς γὰρ αὐτὸν εἶχε καὶ λύπη (ἅμα)·
καὶ ἱκέτευ' ἐκ δευτέρου τι ποιῆσαι
καὶ δόλῳ πάλιν ταύτην ἀγαγεῖν. Ἡ δέ,
χαλεπὸν καὶ δύσκολον, εἶπ', ἐπιτάττεις
ἐμοὶ πρᾶγμα· ἀλλ' ὅμως ὑπουργήσω σοι.
Καὶ δὴ ὡς ἰχνευτὴς κύων ἠκολούθει
πλέκουσα (τέχνας καὶ) πανουργίας πάσας,
ποιμένων δ' (ἀεὶ ἕκαστον) ἐπηρώτα,
εἰ εἶδεν ἔλαφον ἠμαγμένην. Οἱ δέ
ἔδειξαν ἐν τῇ ὕλῃ, εὗρε δὲ αὐτήν
ἀναψυχομένην καὶ ἔξη ἀναιδῶς.
Ἡ δ' ἔλαφος χολωθεῖσα καὶ φρίξασα
τὴν χαίτην εἶπεν· ὦ κάθαρμ', ἀλλ' οὐκέτι
χειρώσῃ με· εἰ δὲ καὶ πλησιάσεις μοι
οὐ ζήσεις ἔτι. Ἄλλους ἀλωπέκιζε
ἀπειρήτους, (τοὺς) ἄλλους ποίει βασιλεῖς

καὶ αἰρέτιζε· ἡ δὲ εἶπε (τοιάδε)·
οὕτως ἄνανδρος εἶ καὶ δειλή; σὺ ἡμᾶς
τοὺς Φίλους ὑποπτεύεις· ὁ μὲν λέων τῷ
ὠτὸς κρατήσας ἤμελλε συμβουλεύειν
καὶ ἐντολὰς δοῦναι περὶ τηλικαύτης
τῆς βασιλείας ὡς ἀποθνήσκων· σὺ δέ
οὐδὲ κνίσμα χειρὸς ἀρρώστου ὑπέσχης.
Καὶ νῦν ὑπὲρ σὲ πλεῖον κεῖνος θυμοῦται
καὶ βασιλέα λύκον θέλει ποιῆσαι,
οἶμοι πονηρὸν δεσπότην! Ἀλλὰ ἐλθέ
καὶ μηδὲν πτοηθεὶς γενοῦ ὡς πρόβατον.
Ὄμνυμι γάρ σοι Φύλλα πάντα καὶ πηγάς,
μηδὲν κακὸν παθεῖν παρὰ τοῦ λέοντος.
Ἐγὼ δὲ μόνη σοι δουλεύσω. (Εἶθ') οὕτως
ἀπατήσασα τὴν δειλαίαν ἔπεισε
δεύτερον ἐλθεῖν. Ἐπεὶ δ' εἰς τὸ σπήλαιον
εἰσῆλθεν, ὁ μὲν δεῖπνον εἶχεν ὀϛέα
καὶ μυελοὺς καὶ ἔγκατα καταπίνων.
Ἡ δὲ ἀλώπηξ (παρ)εισήκει ὁρῶσα,
καρδίαν δ' ἐκπεσοῦσαν ἁρπάζει λάθρᾳ,
τοῦ (πολλοῦ) κόπου κέρδος ταύτην λαβοῦσα.
Ὁ δὲ λέων ἅπαντ' ἐρευνήσας μόνην
καρδίαν ἐπεζήτει, ἡ ἀλώπηξ δὲ
μηκόθεν ϛᾶσα ἔφη· αὕτη ἀληθῶς
καρδίαν οὐκ εἶχε· (σὺ) μὴ ἔτι ζήτει·
ποίαν γὰρ καρδίαν αὕτη εἶχεν, ἥτις
δὶς εἰς οἶκον καὶ χεῖρας λέοντος ἦλθεν;

Etiam in Schneideri et Corais fabularum collectionibus, multi insunt huiuscemodi versus, qui ut cognoscantur utilis est Parisinus liber, de quo Brunetus egit apud Millerum p. 68. Sed cavebo ne nihil iis supersit, qui post me venient.

§ 3. *De Codice Athoo.*

Redeo nunc ad id quod posui huius disputationis initio, rescriptas fuisse Babrii fabulas, quae in Codice Athoo supersunt. Qui rescripsit, nonnullos Babrii choliambos integros servavit, multa resecuit, quaedam de suo addidit itemque maior pars

metricorum epimythiorum ei debetur. Post eum hominem, quem *poetam Athoum* nominabimus, donec aptius nomen fortasse aliunde prodibit, supervenit alius, qui nova metrica epimythia conscripsit itemque alius longe stultissimus, qui pedestria epimythia consarcinavit. Liber autem Athous non integer superest, nam ex fabulis circiter 160 quas olim habuit, servatae nobis sunt 122 tantum ac praeterea post fabulas 25, 39 et 115 lacunae sunt cum notula *λείπει*. Ut comprobemus id quod modo posui de Athoa Babrii recensione, singulas fabulas examinabimus, sed antequam ad eam disquisitionem accedamus, praemittenda erunt quae nunc dicturus sum.

Quum notum omnibus sit, in Suidae lexico multos Babrii versiculos latere, erunt fortasse qui putent, optimum inde peti posse praesidium ad Athoam recensionem emendandam; sed non est ita. Servata quidem hic illic vera lectio est, quae in Athoo Codice periit librariorum incuria: quod v. c. legitur fab. 82. 8:

κακὴν δὲ μελέτην ἐπ' ἐμὲ τῆς ὁδοῦ τρίβει,

id ex Suida emendandum est:

χαίτην δ' ἔμελλε τὴν ἐμὴν καταισχύνειν.

Itidem a Suida grati accipiemus, quae olim lecta fuerunt in fab. 19:

ὡς δ' οὐκ ἐφικνεῖτ', ἀλλ' ἔκαμνε πηδῶσα,
οὐδὲν κρεμαστῆς σχοῦσα πλεῖον αἰώρας,

quae verba poeta Athous ita rescripsit:

κάμνουσα δ' ἄλλως, οὐ γὰρ ἴσχυε ψαύειν.

Tertium exemplum est in fab. 65, cuius exordium in Codice Athoo corruptum est, sed apud Suidam legitur:

Λίβυσσα γέρανος ἡδὲ ταῶς εὐπήληξ
χλωρὴν ἀεὶ 'βόσκοντο λείμακος ποίην.

Verum non sunt loci eiusmodi magno numero saepeque diserte demonstrari potest, Codicem quem Suidas adhibuit, paulo quidem minus vitiose scriptum fuisse, sed ipsam recensionem ab Athoa non fuisse diversam. Habet v. c. verbum *ἐρωτᾶν* apud sequiores *invitandi* significationem: legitur autem in fab. 42. 3

ἐλθεῖν πρὸς αὐτὸν ἐπὶ τὸ δεῖπνον ἠρώτα,

tum in Athoo Codice, tum apud Suidam. Multi praeterea loci sunt, in quibus Athous Codex solus veram lectionem servavit, verbi causa fab. 103. 3.

Codex Vossianus Dosithei, in quo duae Babrii fabulae servatae sunt, et Codex Vaticanus, quo Furia usus est, itidem in plerisque conspirant cum Athoa recensione. Neque utilior Georgidis Codex, quem etiam epimythia cognovisse videmus. Sequitur omnem fere de Babrio disputationem solo Athoo Codice inniti itemque apparet, si Babrii fabulae rescriptae fuerint, quod probare instituimus, rescribi eas coeptas fuisse ante Suidae aetatem, h. e. ante undecimum saeculum. Codex Dosithei sex tantum versiculos habet, qui cum Athoa recensione comparari possunt.

Infra ostendam, quod nunc nude ponam: I, poeta Athous quinto pede vitavit spondeos. II, ultimam cuiusque versus syllabam producere solet. III, eadem perpetuo caret accentu.

Quod dixi de accentu, id in *antiquo* poeta mirum videri debet atque incredibile. Ὅπουπερ τῶν συλλαβῶν ὁ τόνος πεσὼν ἐτύγχανεν, οὐδ' ὁτιοῦν ἐπεφρέφοντο· verba sunt Maximi Planudis, quae supra descripsimus. Nec magis veteres choliamborum poetae versus ischiorrhogicos oderunt nec curaverunt ut postrema versus syllaba produceretur. In Scholiis ad Hephaestionem legitur p. 169: τὸ δὲ χωλὸν τὴν μὲν κατακλεῖδα, ἤτοι τὴν βάσιν, σπονδειακὴν ἀπαιτεῖ, ἢ τροχαϊκὴν πάντως διὰ τὸ ἀδιάφορον τῆς τελευταίας συλλαβῆς· τὸν δὲ παραλήγοντα πόδα οὐ μόνον δισύλλαβον ἀλλὰ καὶ ἴαμβον πάντως ἢ σπονδεῖον· ἴαμβον μὲν ὡς τόδε·

ἀκούσαθ' Ἱππώνακτος, οὐ γὰρ ἀλλ' ἥκω.

σπονδεῖον δὲ ὡς τοῦτο,

ἐπ' ἄκρον ἕλκων ὥσπερ ἀλλᾶντα ψύχων.

Romani autem in ea re severiores, si Terentiano fides p. 2437:

Quare cavendum est ne licentia sueta
Spondeon, aut qui procreantur ex illo,
Dari putemus posse nunc loco quinto:
Ne deprehensae quatuor simul longae
Parum sonoro fine destruant versum.

Praeterea recensebo veterum aliquot choliambos, ut appareat olim poetas nihil curasse tria illa, quorum poeta Athous inventor potest haberi et primus auctor. Faciamus initium ab Theocriti epitaphio:

Ὁ μουσοποιὸς ἐνθάδ' Ἱππῶναξ κεῖται.
Εἰ μὲν πονηρός, μὴ ποτέρχευ τῷ τύμβῳ.

Εἰ δ' ἐσσὶ κρήγυός τε καὶ παρὰ χρηςῷ,
Θαρσέων καθίζευ κἂν θέλῃς ἀπόβριξον.

Tot vitia sunt, quot versus poeta Athoo iudice: primum enim duo sunt ischiorrhogici versus, tertio versu ultima syllaba accentum habet et quartus desinit in syllabam brevem. Hipponactis choliambi sunt:

fragmt. 1. Ἐβῶσε Μαίας παῖδα, Κυλλήνης πάλμυν.
„ 9. ἴθι διὰ Λυδῶν παρὰ τὸν Ἀλυάττεω τύμβον,

et quod supra ex Hephaestione laudabamus:

fragmt. 39. εἰς ἄκρον ἕλκων, ὥσπερ ἀλλᾶντα ψύχων.

Atque hi quidem versus ischiorrhogici. Ultima syllaba brevis est in

fragmt. 6. ὡς οἱ μὲν ἀγεῖ Βουπάλῳ κατηρῶντο.
„ 7. τί τῷ τάλαντι Βουπάλῳ συνώκησας;
„ 8. ὦ Κλαζομένιοι, Βούπαλος τε κἄθηνις.

Nec cumulare exempla opus est. Quam nihil autem accentus Hipponax curet, itidem tribus exemplis cognoscemus:

fragmt. 11. δὸς χλαῖναν Ἱππώνακτι, κάρτα γὰρ ῥιγῶ.
„ 20. χρόνος δὲ Φευγέτω σε μηδὲ εἷς ἀργός.
„ 37. μεταξὺ Τρηχείης τε καὶ Λέπρης ἀκτῆς.

Quin et vitia interdum cumulantur poeta Athoo iudice, v. c.

fragmt. 4. κράδῃσι καὶ σκίλλῃσιν, ὥσπερ Φαρμακόν.
„ 21. δύ' ἡμέραι γυναικὸς εἰσὶν ἥδισαι,
ὅταν γαμῇ τις κἀκφέρῃ τεθνηκυῖαν.
„ 32. Χρυσὸν λέγει Πύθερμος ὡς οὐδὲν τἄλλα.

Ananius non fuit Hipponacte diligentior, v. c.:

εἴ τις καθεῖρξε χρυσὸν ἐν δόμοις πολλόν
καὶ σῦκα βαιὰ καὶ δύ' ἢ τρεῖς ἀνθρώπους,
γνοίη χ' ὅσῳ τὰ σῦκα τοῦ χρυσοῦ κρέσσω.

Aeque incuriosus circa ultimas syllabas Aeschrio Samius fuit, cuius v. c. illa sunt:

Πολυκράτης δὲ τὴν γονὴν Ἀθηναῖος,
λόγων τι παιπάλημα καὶ κακὴ γλῶσσα,
ἔγραψεν ἄσσ' ἔγραψ'· ἐγὼ γὰρ οὐκ οἶδα.

Id tantum video et hunc Aeschrionem et Phoenicem Colophonium et reliquos choliamborum poetas paulo recentiores sedulo cavisse, ne spondeum ponerent pede quinto, ne versus fieret τραχύτερος, ut Hephaestion scribit p. 31. Sed ne hi

quidem ultimam syllabam perpetuo produxerunt neque ullam in versibus pangendis accentuum habuerunt rationem. Jam oritur suspicio, ipsum Babrium non tam anxie diligentem fuisse, sed fuisse poetam Athoum, qui omnes ischiorrhogicos versus eliminaverit ultimasque syllabas produxerit accentibusque eas carere voluerit. De ea suspicione deinceps videbimus, positne idoneis argumentis comprobari.

Non est quod quis in monacho tam putidam circa metrum diligentiam miretur. Saeculo duodecimo Theodorus Prodromus floruit, qui in hac parte etiam superavit poetam Athoum. Novem libri de amoribus Dosiclis et Rhodanthes constant fere versuum quatuor millibus cum quingentis: singuli autem senarii desinunt in vocabulum παροξύτονον. Etenim hoc artificio delectabantur Byzantini poetae, ut scribit Josephus Rhacendytes, cuius verba Herchero debeo: δεῖ ἕκτῃ χώρᾳ τηρεῖν τὴν παροξύτονον ὡς εὔηχον, εἰ δυνατόν, πάντοτε. Non eo usque poeta Athous processit: id tantum tenuit ne ultima syllaba cuiusque versus corriperetur nec haberet accentum. Itaque plerumque παροξύτονα vocabula in fine ponuntur, sed nihil offensionis est in θυμοῦσθαι, γυμνοῦται, κεῖται, ταῦροι, ἐπιψαῦσαι, aliis. Legebatur olim fab. 22. 12

ἕως φαλακρὸν ἡ νέη τε χὴ γραίη
ἔθηκαν ἑκάςῃ, τῶν τριχῶν ἀποσπῶσα.

Dubitari potest quid pro ἑκάςῃ sit reponendum; aliis ἥκα, aliis ἑκατέρῃ, Eberhardo ἄρδην placuit, sed necessarium est reponere ἀποσπῶσαι. Multa quae eo pertinent, Eberhardus iam correxit, qui cum Bergkio in extremis versibus ubique ἧμιν et ἧμας dedit, quod in ipso Babrio scribere nihil necesse est, sed in Athoa recensione illae formae certum locum habent.

Nunc enumerabo versus omnes qui in Athoo Codice in brevem syllabam desinunt. Faciemus initium a terminatione ON. Versus sunt omnino duodecim: ex his, quod infra videbimus, quatuor nullo negotio corrigi possunt: prooem. 5 γένος χεῖρον, fab. 76. 8 ἄλλοτ' ἀλλοῖον, fab. 106. 21 ὦ φίλη, ψαῦσον, fab. 108. 1 ἀρουραῖον. Unus locus conclamatus est fab. 12. 8 λαλοῦσα μήνυσον. Supersunt loci septem, quorum quinque in ipsis fabulis inveniuntur: fab. 23. 6 ταῦρον, fab. 24. 3 ἦγον, fab. 57. 9 φόρτον, fab. 112. 9 μᾶλλον et fab. 116. 10

οἶμον, duo autem in epimythiis: fab. 64. 11 μᾶλλον et fab. 85. 20 δοῦλον, unde apparet non minorem metri curam in epimythiis cerni quam in fabulis ipsis.

Tres tantum versiculi in AN breve exeunt, fab. 10. 7 καθ' ἡμέρην πᾶσαν, fab. 106. 17 σιγῶσαν et sequenti versu ἀποσχοῦσαν, sed possunt ii versus facillimo modo emendari.

Septem versiculi in ΟΣ desinunt; ex his quatuor in fabulis leguntur, tres in epimythiis. Inter illos duo sunt qui sanari possunt: fab. 67. 5 λήψομαι πρῶτος et fab. 68. 6 ἀφεὶς πρῶτος· duo supersunt, de quibus dubito: fab. 106. 26 εἶτ' ἄλλος et fab. 116. 13 εἶτα κἀκεῖνος. Deinde in genuino epimythio — genuinum autem dico quod poeta Athous adjecit — habemus fab. 47. 16 εἰς ὕψος et in epimythiis, quae certa de causa, quam infra dicam, postmodo accessisse existimo: fab. 10. 14 φρένας πηρός et fab. 81. 5 μὴ φεύγειν ψεῦδος. Nec sane umquam ipse poeta Athous πηρός propter accentum ultimum fecisset choliambi vocabulum.

Septem versus in A breve desinunt: fab. 23. 4 τοῖς πέριξ ἄρνα, fab. 107. 3 ἱκέτευε τὸν θῆρα, fab. 115. 4 αἰετὸς ταῦτα, fab. 116. 2 κἀξανας ᾶσα et seq. vs. τὸν παῖδα· deinde in genuino, h. e. poetae Athoi, epimythio fab. 71. 12 δοκεῖν φαῦλα et in epimythio spurio fab. 107. 19 ἀγρευθέντα. Videbimus autem statim, quomodo inter genuina et spuria epimythia nullo negotio distingui possit.

Quinque loci etiam supersunt: fab. 57. 8 οἱ δ' ὥσπερ, fab. 73. 1 εἶχε κλαγγήν, fab. 99. 4 μεθιέναι πίσιν et fab. 102. 11 ηὐχόμην ἥτις· deinde in genuino epimythio, quod facile emendari poterit, fab. 65. 8 πλουσίᾳ σὺν ἐσθῆτι.

Quum codex Athous vitiosissime scriptus sit, apparet paucissimas inveniri exceptiones: nec tamen tam putide diligens Babrius fuit, sed poeta Athous correxit, si quid Babrius in eam partem peccasse videretur. Supra e Suidae lexico laudavimus:

ὡς δ' οὐκ ἐφικνεῖτ', ἀλλ' ἔκαμνε πηδῶσα.

Jam intelligimus cur poeta Athous versiculum rescripserit. In fab. 127, quae apud Tzetzem et Natalem Comitem servata est, vs. 3 ita audit:

ὅσις φέρει πτωχοῖσι καὶ παντουργοῖσιν.

Denique ex pedestri fabula, quae apud Halmium 122 est,

exsculpserunt viri docti hos duos choliambos:

εἰ μὴ γὰρ ὑμεῖς τέλεα πάντα τίκτοιτε,
οὐκ ἂν γεωργὸς πέλεκυν ἐν δόμοις εἶχεν.

ubi malim tamen ταῦτα τίκτοιτε. Vidimus ultimas syllabas perraro corripi et *unico* loco excepto, qui legitur in spurio epimythio, easdem syllabas perpetuo accentu carere: hoc argumentum fere jam satis est, ut ostendas fabulas esse rescriptas. Lex quam dixi, Cobeto nondum observata fuit, dum in Variis Lectionibus p. 368 minus feliciter tentabat fab. 28. 8. Ut vetus poeta Babrius fuerit, ubique tamen est videre leonem asinina pelle tectum; hoc est longe secus quam fit in fabula. Sed alia quoque consideranda sunt, quae ducunt eodem.

Babrii fragmentis Lachmannus addiderat illa, quae exstant apud Apollonium Sophistam:

ταῦτα δ' Αἴσωπος
ὁ Σαρδιηνὸς εἶπεν, ὄντιν' οἱ Δελφοί
ᾄδοντα μῦθον οὐ καλῶς ἐδέξαντο....
ἔωσαν αὐτὸν μάλ' ἀθέως κατὰ κρημνοῦ.....

Hoc fragmentum, judice Schneidewino, cui Eberhardus aurem praebuit, non esse e fabula Babriana desumtum *accentus* declarant. Satis significavi, cur aliter mihi videretur nihilque prorsus obstare video, quominus Babrio sua reddamus. Utemur potius his versibus et iis quos supra recensui, ad comprobandum Babrium nec vitasse accentus in fine versuum (Δελφοί et κρημνοῦ) nec semper ultimam in choliambo syllabam produxisse (Αἴσωπος et ἐδέξαντο). Non magis Babrius quinto pede spondeos vitasse mihi videtur. Duo exempla supra iam vidimus, alterum e Suida:

Λίβυσσα γέρανος ἡδὲ ταῶς εὐπήληξ, fab. 65,

alterum e Natali Comite,

ὅσις φέρει πτωχοῖσι καὶ παντουργοῖσιν, fab. 127.

Alia exempla imprudens poeta Athous reliquit nec rescripsit, cum syllabarum quantitates non satis accurate teneret. Imprudens reliquit versiculum quem etiam Suidas servavit fab. 22. 9

ἔτιλλεν ἃς εὕρισκε λευκανθιζούσας,

et fab. 45. 3:

τὰς αἶγας ἀδρῇ χιόνι λευκανθιζούσας.

Non autem animadvertit ischiorrhogicum versum esse fab. 18. 5:

ὁ δ' οὐ μεθῆκε μᾶλλον ἀλλὰ ῥιγώσας,

ignorabat enim, quod aliis exemplis infra demonstrabimus, ante P literam breves vocales produci. Itidem putabat ante *medias* cum liquidis vocales corripi posse nec rescripsit:

fab. 71. 6. λαβοῦσα φωνὴν εἶπε· μή με βλασφήμει.
„ 89. 4. σὺ δή με πέρυσι μικρὸς ὢν ἐβλασφήμεις.
„ 93. 5. μωρὴ δὲ ποίμνη καὶ τὰ πάντα βληχᾶδης.
„ 96. 2. ἀρνειὸς αὐτὸν ἔλεγε πολλὰ βλασφήμως.

Nesciebat etiam Z duplicem consonantem esse, opinor quod aequales jam coeperant T Z scribere et pronunciare. Itaque partim servavit, partim ipse scripsit, quos emendaturus fuisset, si quinti pedis spondeum animadvertisset,

fab. 53. 4. ἐγώ σε νὴ τὸν Πᾶνα, φησί, ζωγρήσω,
„ 61. 10. πάλιν δ' ἕκαστος ἃ πρὶν εἶχε ζητήσει,
„ 95. 29. πρὸς τὸν λέοντα, μὴ πάλαι με ζητήσῃ,
„ 107. 16. ἐπάξιον δοὺς μισθὸν ἀντιζωγρήσας.

Esse eam inscitiam poetae Athoi, qui spondeos quinto pede non animadverterit, apparet liquido ex tribus versiculis, in quibus spondeum posuit *quarto* pede, quem tamen errorem nemo tribuet ipsi Babrio poetae:

fab. 14. 4. εἰ νεκρὸν εἶλες, τοῦ δὲ ζῶντος οὐχ ἥπτου,
„ 17 6. οὐδεὶς δ' ὀδόντας εἶχε ζῶντος αἰλούρου,
„ 31. 23. λέγει δ' ὁ μῦθος εἰς τὸ ζῆν ἀκινδύνως.

In aliis non agnovit poeta Athous longarum vocalium productiones nec rescripsit

fab. 94. 7. σοὶ μισθὸς ἀρκεῖ, φησί, τῶν ἰατρείων,
„ 120. 6. ὃς Ὀλυμπον οἰκεῖ καὶ θεοὺς ἰατρεύει,
„ 122. 11. ὁ δ' ἐκλυθεὶς πόνων τε κἀνίης πάσης.

Atque plane constat rescriptum esse versiculum:

fab. 19. 6. κάμνουσα δ' ἄλλως· οὐ γὰρ ἴσχυε ψαύειν.

Factum est quoque ut satis esse putaret augmentum omittere:

fab. 111. 6. καὶ συντακέντων τῶν ἀλῶν ἐλαφρύνθη.

Bis, uti videtur, poetae Athoi scripturam librarii obscurarunt, nempe fab. 70. 6 τὰς ἀνθρώπων et fab. 99. 4 μεθεῖναι τὴν πίσιν· nondum autem habeo quid dicam de varia lectione εἰρηνεύοι, quae in margine adscripta est ad decurtatam fab. 39. 4.

Satis nunc, opinor, vidimus non Babrium ipsum sed Athoum poetam spondeos quinto pede vitavisse: itaque eadem diligentia apparet in *genuinis* epimythiis, quia sunt eiusdem foetus ingenii

possuntque adeo spondei quinto pede in illis epimythiis etiam minus bene ferri quam in rescriptis Babrii verbis, quibus probabilis medicina interdum non suppetebat, quod videmus de fab. 22. 9 et 45. 3, ubi poeta Athous servavit λευκανθιζούσας. Qui tamen post venit addiditque *spuria* epimythia, minus fuit diligens: hinc scripsit ille, quod non tulisset Athous poeta, in extremis versibus fab. 13. 3 ἐκεῖνον μισήσῃ, fab. 72. 3 οἰκεῖον κόσμει, fab. 81. 5 φεύγειν ψεῦδος et fab. 82. 11 εἶναι τοῖς φαύλοις.

Nunc dicam quomodo inter genuina et spuria epimythia distingui possit. Nimirum poeta Athous simile consilium secutus est ei, quod Ignatio Magistro placuisse novimus. Hic fabulas omnes τετραστίχους fecit, poeta Athous in rescribendis Babrii fabulis curavit, ut omnes essent versuum sive IV, sive VIII, sive XII, sive XVI atque sic deinceps, sed a quaternario versuum numero numquam recessit. Itaque ut expleretur legitimus versuum numerus, interdum epimythia addidit, sed saepius fiebat, ut hoc artificium supervacaneum esset. Supervenit postea alius qui hic illic nova epimythia metrica adscripsit, quae supra *spuria* vocavimus; atque sic explicatur quomodo fab. 98 duplex epimythium habere possit alterum genuinum, alterum spurium. Sed ea res paulo curiosius nobis pertractanda est.

Supersunt in Athoo Codice praeter duo prooemia fabulae CXXII, quarum L epimythiis instructae sunt; reliquae LXXII epimythiis carent. Inter eas fabulas LXXII, in quibus nulla epimythia, versus habent IV fab. 8, 39, 54, 73, 80, 90, 109, 110, 113 et 121; versus VIII fab. 19, 20, 42, 48, 53, 66, 91, 101, 104 et 120; versus XII fab. 22, 26, 37, 63, 77, 89, 97 et 102; versus XVI fab. 1, 2, 7 et 122 cum altero prooemio; versus XX prooemium prius et fab. 75, nam vs. 4 aperte spurius est; versus XXXII fabula habet 108; denique fab. 95, quae omnium longissima est, versus habet centum.

Eundem quaternarium versuum numerum observavi in multis aliis fabulis, quibus tamen epimythia adscripta sunt, quae quo sensu *genuina* dicenda sint, jam apparet. Fab. 41 est duorum versuum cum epimythio versuum totidem. Versus VIII habent fab. 4, 35, 44, 52, 65, 70, 79, 83 et 84; versus XII fab.

5, 11, 21, 64 et 71; versus XVI fab. 18, 47 et 116; versus XX fab. 43, 50 et 85; versus XXIV fab. 31 et 72; versus denique XXVIII fab. 12 habet, sed de fab. 12 et 43 etiam infra videndum erit.

Nunc recensebo fabulas, quarum *spuriis* epimythiis factum est, ut ne quaternarius versuum numerus appareret. Incipiam a fabulis tetrastichis. In fab. 14 epimythium spurium est:

ὁ ζῶντα βλάπτων μὴ νεκρόν με θρηνείτω,

in quo senario spondeus est pede secundo. In fab. 29 epimythium ita audit:

μὴ λίαν ἐπαίρου πρὸς τὸ τῆς ἀκμῆς γαῦρον·
πολλοῖς τὸ γῆρας εἰς πόνους ἀνηλώθη.

Praeter molossum in primo pede, nam alibi λίην spondeus est fab. 21. 4, 36. 6, 100. 1 et 116. 4, offendor brevi syllaba in extremo versu priore. Sequitur fab. 40 cum epimythio:

πόλις ἄν τις εἶποι τὸν λόγον τὸν Αἰσώπου,
ἧς ἔσχατοι κρατοῦσιν ἀντὶ τῶν πρώτων.

Non minus absurda fabella ipsa est quam bellum hoc epimythium. Fabulae 60 adscriptum est:

τότ' ἂν λίχνος γένοιο μῦς ἐν ἀνθρώποις,
ἂν τὸ καταβλάπτον ἡδὺ μὴ παραιτήσῃ.

Illud ἐν ἀνθρώποις misere languet, nec versus conveniunt cum fabulae argumento; nam *casu* mus in pultem inciderat. Offensioni quoque est spondeus pede secundo alterius versus. Non minus displicet epimythium fab. 81:

κακοῦ πρὸς ἀνδρός ἐςι μὴ Φεύγειν ψεῦδος,
ἂν λανθάνειν ψευδόμενος εὐχερῶς μέλλῃ.

Nihil enim ea sententia commune habet cum fabulae argumento et in priore versu, quod supra ostendimus, bis peccatur in metricas leges poetae Athoi. Denique adscriptum est fabulae 96:

ὁ μῦθος ὀρθῶς πᾶσι τοῦτο μηνύει,
μηδεὶς διὰ καιρὸν ἰσχύων τι γαυρούσθω.

Priore versu otiosum est adverbium ὀρθῶς et alter versus quarto pede spondeum habet. Atque hae quidem fabulae versuum fuerant IV, quibus epimythia adscripta erant; sequuntur fabulae versuum VIII. Epimythium est fabulae 23:

ἐντεῦθεν ἡμᾶς τοῦτ' ἔοικε γιγνώσκειν,
ἄβουλον εὐχὴν τοῖς θεοῖσι μὴ πέμπειν,

ἐκ τῆς πρὸς ὥραν ἐκφορουμένης λύπης,

quae absurde omnia dicta sunt et sensu carent. Idem ille composuit, qui fab. 24 adscripsit:

χαίρουσι πολλοὶ τῶν ὑπερβολῇ κούφων
ἐφ' οἷς ἄγαν μέλλουσιν οὐχὶ χαιρήσειν,

quae Athoo poeta, quantumvis ille interdum ineptiat, tamen indigna sunt, cf. Cobet. Orat. Inaug. pag. paenult. Venio ad fab. 67:

μέτρει σεαυτόν· πρᾶγμα μηδὲν ἀνθρώπῳ
δυνατωτέρῳ σύναπτε μηδὲ κοινώνει.

Quam fatuum est τὴν μετριότητα ita commendare velle: μέτρει σεαυτόν. Deinde ecquid interest inter σύναπτε et κοινώνει? Fabulae 82 epimythium est:

ἀρχόμενον ἄρτι τὸ θρασὺ τῶν ὑβριζόντων,
κἂν μικρὸν ᾖ, κώλυε μηδὲ συγχώρει
εὐκαταφρόνητον σαυτὸν εἶναι τοῖς φαύλοις.

Spondeum vide pede quinto, qui ab Athoo poeta alienus est; deinde quis poeta non pessimus tam contorte loquatur? Denique post fab. 94 adscribitur:

κακοῖς βοηθῶν μισθὸν ἀγαθὸν οὐ λήψῃ,
ἀλλ' ἀρκέσει σοι μή τι καὶ κακὸν πάσχειν.

Quam est hoc eleganter dictum μισθὸν ἀγαθὸν λαμβάνειν! Hae igitur fabulae quas percensui, resectis epimythiis, versuum sunt VIII. Sequuntur fabulae versuum XII. Ad fab. 10 adscriptum est:

ἅπας ὁ τοῖς αἰσχροῖσιν ὡς καλοῖς χαίρων
θεσβλαβής τις ἐστι καὶ φρένας πηρός.

Interpolationem planissime arguit accentus in ultima syllaba. Itidem metro utemur ut interpolatorem teneamus in fab. 13:

κακοῖς ὁμιλῶν ὡς ἐκεῖνοι μισήσῃ,
κἂν μηδὲν αὐτὸς τοὺς πέλας καταβλάψῃς.

Post fab. 36 ita legitur:

κάλαμος μὲν οὕτως· ὁ δέ γε μῦθος ἐμφαίνει
μὴ δεῖν μάχεσθαι τοῖς κρατοῦσιν, ἀλλ' εἴκειν,

in quibus nemo dixerit quid sibi velit particula γε. Fab. 107 erit versuum XVI, modo deleas:

σαφὴς ὁ μῦθος εὖ νοοῦσιν ἀνθρώποις,
σώζειν πένητας μηδέ τ ω ν ἀπελπίζειν,

εἰ καὶ λέοντα μῦς ἔσωσ' ἀγρευθέντα.

Diductae literae satis indicant quid in iis displiceat. Duabus fabulis versuum XX epimythia addita sunt. Prior est fab. 98, quae duobus metricis epimythiis ornata est; alterum genuinum est, alterum spurium:

αὐτός τις αὐτὸν λανθάνει κακῶς δράσας,
ὧν οὐ πέφυκε μεταλαβεῖν, ὅταν σπεύδῃ,

quae mera est barbaries. Altera fabula est 111, cui adscriptum fuit:

πολλάκις ἐν οἷς τις ηὐτύχησε καὶ πταίει,

quod non minus inutiliter adhaeret, quam epimythium fab. 33, quae versuum XXIV erit, deleto versu, qui legitur quidem in Codice Athoo, sed in Vaticano Codice deest:

δεινὸν τὸ φῦλον τῶν δόλῳ τι πραττόντων.

Hoc modo jam in fabulis 77 quaternarium versuum numerum haud difficulter agnovimus; superest ut videamus, num eadem ratio etiam in fabulis 45 observetur, quas solas habemus reliquas. Harum sunt septem, in quibus versus spurius eliminandus est, qua de re infra dicam, nempe fab. 6, 9, 46, 74, 78, 99 et 115. Unus versiculus excidit in fabulis 27, 34, 38, 56, 59, 76, 87, 88, 103, 117 et 118; duo videntur excidisse in fabulis 30, 62 et 119; fabulae sunt viginti duae, quarum epimythia, quae omnia duorum versuum fuerunt, perierunt, nempe: 3, 15, 16, 17, 25, 28, 32, 45, 51, 55, 57, 58, 61, 68, 69, 86, 92, 100, 105, 106, 112: his igitur fabulis eliminatis, de quibus infra dicere dabitur, remanent fabulae tres tantum, nempe 49, 93 et 114, de quibus nondum affirmare ausim, quomodo poeta Athous quaternarium versuum numerum expleverit. Haec autem si vere disputavimus, jam liquido efficitur non sane vetustissimam esse Athoam Babrii fabularum recensionem, nam inepta illa circa tetrastichos diligentia cadere potest in Ignatii saeculum; minime cadit in tempora Babrii, qui multis saeculis ante vixit quam eiusmodi lusus mortalibus placere potuerunt.

Syllabarum quantitates saepe a poeta Athoo negliguntur et utile est de hoc argumento quaedam in unum componere. Cum poeta ita Ionice scribat, ut tamen plurima ex Attica dialecto admixta habeat, minime mirum est, in his fabulis breves vocales ante mutas cum liquidis modo corripi modo produci. Non

est cur hoc improbemus; quod autem breves vocales interdum ante *medias* cum liquidis uti et ante Z corripiuntur, sicuti supra ostendimus, in ea certe re poeta Athous exemplum ducis sui secutus non est. Non magis Babrium ipsum ignorasse crediderim, quod poeta Athous ignoravit, breves vocales ante P literam produci debere. Ecce exempla neglectae positionis:

fab. 18. 6. ὁ δ' οὐ μεθῆκε μᾶλλον ἀλλὰ ῥιγώσας.
13. αὐτὸς δὲ ῥίψας τὴν σίσυραν ἐγυμνώθη.
36. 1. δρῦν αὐτόριζον ἄνεμος ἐξ ὄρους ἄρας.
8. αὐτὴ δὲ τόσση φηγὸς ἐξεριζώθη.
42. 5. ὁ μάγειρος ἐκτὸς ἐξέριψε τοῦ τοίχου.
44. 6. ἕκαστον αὐτῶν ἔσχε ῥᾳδίην θοίνην.
86. 1. κοίλωμα ῥίζης φηγὸς εἶχεν ἀρχαίη.
116. 14. ἄμφω θελόντων δρᾶν τι, τῇδ' ἐρᾳθύμει.
117. 9. Ἑρμῆς δ' ἐπισὰς τῷ τε ῥαβδίῳ παίων.

Habet tamen διαρρήσσει fab. 38. 7 et διαρραγῆναι fab. 41. 1.

Imprimis in vocalibus ancipitibus poeta titubare solet. Cum Atheniensibus in eo quod est καλός paenultimam corripit fab. 22. 6, 43. 5 et 56. 3. Itidem ἴσος invenitur paenultima brevi fab. 35. 2, 41. 2 et 67. 7; contra cum Ionibus ἶσος pronunciavit fab. 15. 11 et 106. 16. Etiam comparativorum in ἰων paenultima syllaba secundum Atticorum consuetudinem perpetuo producitur, sicuti fab. 31. 24, 56. 7 et 61, 7. In verbo τίνω poeta sibi non constat; modo enim scripsit Ionice:

fab. 27. 3. τῆς δ' αὖ λεγούσης ὡς κακὴν χάριν τίνεις,

modo cum Atheniensibus correpta paenultima:

fab. 34. 13. ἔπειτα ταύτην ἐκτίνων ἀποιμώζῃ.

Etiam in aliis incertus haeret, utrum syllabas producere an corripere debeat. Fab. 25. 2 in eo quod est ὕδωρ paenultima longa est, brevis autem fab. 36. 5 et 72. 6. Itidem praeter reliquorum consuetudinem paenultima longa est:

fab. 95. 87. τοιαῦτα κωτίλλουσα τὴν ἀχαίνην.

Sed omnium est turpissimum:

fab. 47. 9. πειρᾶσθ' ἑκάσης δ' εὐχερῶς καταγέσης

et 119. 5. χρυσὸς δὲ κεφαλῆς ἐρρύη καταγέσης.

Nunc redeo ad illud, quod supra magis suspicati sumus quam demonstrare potuimus, Suidam Athoam recensionem usurpavisse.

Est enim ea vetustior non tantum Suida qui circa undecimum saeculum floruit, sed etiam Ignatio Magistro, qui duobus saeculis ante Suidam vixit. In tetrastichis Ignatius, quod nemo dubitat, sequitur Babrium; unam fabulam non rescripsit, sed, servatis choliambis, ridiculis suis senariis inseruit; est ea fabula in Athoo Codice 12, sed Ignatius tredecim versus tantum descripsit; in Athoo Codice fabula est versuum 24 cum epimythio versuum quatuor. Multum quidem praestat brevior Ignatii recensio, sed in versibus illis tredecim poetam Athoum haud aegre agnoscimus; sunt, ut hoc unum afferam, eaedem metri leges, quas poetam Athoum observare docuimus. Et de fab. 12 infra dicetur; lubet nunc aliud argumentum afferre, quod aliquanto firmius mihi videtur esse.

Nempe nono saeculo Ignatii aequales jam plane ἐξεβαρβάρωντο minimeque probabile est existere potuisse poetam, qui Athoam recensionem componeret. Ut sit illa recensio admodum vitiosa si ad puram Graecitatem exigas, elegantissima tamen reperietur, si contenderis cum Ignatii sordibus et ineptiis. Sermo est in Ignatii tetrastichis supra quam credi potest vitiis obsitus; scatet omni genere soloecismorum, ita ut unum alterumque saeculum inter poetam Athoum et Ignatium interfuerit necesse sit. In tetrastichis illis 53 – utar autem numeris qui sunt in Corais editione – juvat quaedam turpia menda notare, ut appareat Imperatoris Michaelis filium quovis Polonorum fuisse indoctiorem in syllabarum quantitatibus distinguendis.

Fab. 65. 1. Ἔλαφον ἐξήλαυνον οἱ κυνηγέται.
4. κυνηγετοῦσιν ἐνδίκως ἐθηράθη.
133. 1. βέλει τὸ ϛῆθος ἀετὸς τρώθη πάλαι.
139. 3. ἄνω δὲ βλέψας φησίν· οὐ σκώπτεις σύ με.
141. 3. πλήττειν πέτραν τ' ἔσχισε καὶ φιλεῖν θέλεν.
143. 1. δρῦν ἦγε ῥεῖθρον πνεύμασιν βεβλημένην.
144. 2. μισθῷ δ' ἐλὼν γέρανος ᾔτει τὴν χάριν.
156. 4. μὴ κάμνε· ῥᾶγες ὀμφακίζουσιν μάλα.
162. 1. ἐρωμένας δύ' εἶχεν ἀνὴρ μιξόθριξ.
172. 1. ἔθνει γεράνων πῆξέ τις σπορεὺς πάγην.
188. 3. πρώτη δὲ πτερὸν ἡ χελιδὼν ἡρπάκει.
197. 2. ἣν ἐξεμυκτήρισε τῆς ἀβουλίας.
209. 1. φέρων ποταμοῦ πλησίον κύων κρέας.

Fab. 213. 3. ἤκουσε δ' ὥσπερ οὐκ ἔγνω καθήμενον.
254. 1. περῶν ποταμὸν Φόρτον ἤγ' ἀλῶν ὄνος.
295. 4. κἀγὼ βλέπων ἔψομαι πρὸς τὰς σὰς τρίβους.
352. 1. ἤτει λαβεῖν ἀγροῖκον λαγὼν ἱππότης.

Talia pudenda vitia quum incredibili numero in Ignatii senariis inesse videam, minime dubitandum videtur quin poeta Athous, qui laudabilem industriam adhibuerit ut pure scriberet, diu ante vixerit eiusque rescripta carmina tum Ignatio tum Suidae tum Tzetzi lecta sint, cum genuina Babrii carmina jamdiu oblivioni essent tradita. Alia quae huc faciunt afferentur in adnotatione ad singulas quas habemus fabulas. Prorsus autem nihil obstat, quominus credamus in Dosithei Codice, qui saeculo undecimo perhibetur scriptus esse, itidem rescriptam Athoi poetae recensionem esse servatam. De ipso Babrio antiquissimum est testimonium in Apollonii Lexico Homerico, quem vidimus tres laudasse choliambos, cuius tamen poetam non nominavit. Sed de aliis suspicionibus, quas nondum satis confirmare possumus, infra agam. Nunc dicendum est de varietate dialecti, qua poetam Athoum deprehendimus usum esse.

Scilicet poeta Athous tum ex Ionia quaedam arripuit, tum multa cum Atheniensium usu communia habet, tum saepe delabitur ad vitiosam sequiorum loquelam. Habet v. c. prooem. 2 χρυσείη, 3 χαλκείη· fab. 7. 13 ὀνείη, 30. 1 Ἑρμείης, Ἀθηναίη, 80. 2 χαλκείοις, 100. 6 σιδηρείη· sed prooem. 5 σιδηρῆ et fab. 48. 1 Ἑρμῆς. Exstat μοῦνος fab. 1. 4 et 106. 24 et οὖλος 115. 10, sed οἰσός 1. 9 et ἠών 6. 1. Ionibus est proprium fures φῶρας dicere fab. 2. 15, sed in eadem fabula primo versu ἀμπελών est, non ἀμπελεών. Θαλασσαῖος est fab. 6. 10 et ἐρημαῖος 1. 11, 91. 1 et 95, 19; poeticae eae formae parum respondent noviciae formae εὕρεμα in altero prooemio. Qui judices magnifice δικασῆρας appellavit 118. 3, non debuit ἕλην scribere 18. 11, cum sincera forma sit εἵλη. Turpiora sunt ἐπεικείης fab. 104. 7 et ταμείοις 108. 2, quae formae imprimis sunt ridiculae, si contuleris cum τόξοιο 68. 6 et οὐρανοῖο 72. 1. Sed in hoc quoque genere, ut semper est alius alio stultior, palma est penes Ignatium, qui pro ζημιοῦν scripsit ζημοῦν in fab. 197. Ποσὶν invenitur 67. 2 et 75. 10, sed ποσσὶν est 19. 4 et 45. 11, uti et τόσση 36. 8 et πόσσον 124. 14. Accusativus

est κερδοῦν de Ionum more 95. 47, sed κερδώ 106. 9. Sunt quoque accusativi τοὺς βασιλεῖς 95. 65 et τὸν βασιλῆ 95. 78, quae formae non magis contrahi debuerant quam οἱ βότρυς 19. 1. Paenultima syllaba producta est in εὐρείης fab. 25. 5, παχείης 50. 13, βαθείῃ 93. 7, sed Ioniam redolet ὀξέῃ 6. 15, βαθέην 25. 7 et ὀξέην 73. 1 et 77. 4. Recte δύο legitur 22. 5, sed epicum est δύω 35. 1 et 66. 3. Invenio ὀρεινόμοις 23. 3, ὀρειφοίτων 91. 2 et 95. 25, sed ὀροτρόφων 106. 3. Epicum vocabulum δαιτή est fab. 32. 9. Annus est χρόνος 74. 10, cet.

Possunt huius generis alia nullo negotio addi. Συγγέρων, quod legitur 22. 7, alibi raro invenitur; conferri possunt λίην γέρων 21. 4, πιμελὴς λίην 100. 1, καλὸς λίην 116. 4 et καλὸς ἄγαν 43. 5, quae locutiones non debebant pro superlativis usurpari. *Olim* est ἐν τοῖς παλαιοῖς fab. 47. 1. Piscium mentio fit ἁλιπλώων fab. 61. 4. Dubito etiam an secundum morem veterum dictum sit ἐν μέσαις ὥραις 63. 6 et ἐν ἐσχάταις ὥραις 95. 35. Certe Graecum non est ῥῆμα τῆς ἀληθείης 57. 14, quod Palaestinam redolet. Mirum quantum poeta sibi placeat creberrime usurpando casu secundo, v. c. prooem. 6. τὰ λοιπὰ τῶν ζώων, fab. 8. 4 ὀρθὴ τῶν ὁδῶν, 4. 3 τῶν ἰχθύων ὁ λεπτός, 45. 2 ἄντρον τῶν ἀοικήτων, 95. 53 ἕκαστον ποιμένων, 95. 96 ἕκαστον ἐγκάτων, 33. 22 τις κολοιῶν, 99. 1 αἰετῶν τις, 102. 3 ὥς τις ἀνθρώπων. Causa fuit nimia cura poetae circa duos postremos choliambi pedes; hinc in Codice Vaticano metro resoluto, reditur fab. 33. 22 ad τις κολοιός et αἰετός τις legitur 5. 7. Indidem fit quod poeta tanto opere delectatur plurali numero: καθ' ὕπνους 10. 10, ἐς οἴκους 34. 6, 45. 12 et 95. 102, εἰς δόμους 116. 12, κατ' οἴκους 63. 1; adde πασσάλων ἀπηρτήθη 17. 2, σέφων τε βωμούς 63. 3, ἐκ νόσων ἀνασφήλας 75. 9, ταῖς ἀληθείαις 75 20 et 83. 4. Recte se habent 74. 2 οἰκίην ἐς ἀνθρώπου et 108. 15 εἰς οἶκον ἀνθρώπου, sed displicet πρὸς οἶκον ἀνθρώπων 12. 11, alibi. Sed metrum poetam cogebat: fab. 78. 3 scripsit νόσου με δεινῆς καὶ πόνων ἀνασφήλας, sed 75. 9 ἐκ νόσων ἀνασφήλας.

Neutrum πλεῖον est fab. 5. 11, 68. 2, 92. 9 et 95. 76; sed considerandi etiam sunt loci sequentes: ἔλαβεν ἰχθύας πλείους 9. 6, ἠλόησε τὰς πλείους 26. 8, συνεπάτησε τοὺς πλείους 117. 8; quae tamen tolerabiliora quam δούλης ἰδίης ἑαυτοῦ 10. 2 vel

adiectivum *εὐρίνοις* 43. 8, cum tamen recte legatur *ἀγκυλογλώχιν* 17. 3.

Missis nominibus venio ad verba. Ac primum me advertit abusus participiorum aoristi, v. c. *θαρσήσας* 1. 4, 25. 8 et 31. 12; *παύσας* 24. 4; *ὑπνώσας* 30. 7; *φωνήσας* 33. 10, 37. 9 et 95. 47; *διψήσας* 43. 1; *ναρκήσας* 46. 1; *πεινήσας* 46. 3; *χρεμετίσαντος* 73. 2; *βομβήσας* 84. 2; *νοσήσας* 95. 1 et *ἀποσχοῦσαν* 106. 18, quibus locis omnibus nulla inest perfecti temporis significatio. Admirabile quoque est quam saepe plusquamperfectum tempus recurrat, v. c. *προειρήκει* 7. 9; *συνειλήφει* 13. 2; *ἠλώκει* 13. 4 et 32. 5; *εἰώθης* (sic Codex) 16. 9 et 106. 20; *ηὑρήκει* 22. 10; *ἐτεθνήκει* 30. 3; *λέλυτο* 32. 9; *ἥττηκει* 33. 8; *ὑπεσρώκει* 34. 2; *ἐπεπτώκει* 36. 7; *κατεσκλήκει* 46. 7; *γεγηράκει* 46. 9; *ἐκεκμήκει* 50. 2; *εἰσήκη* 50. 17; *ἐτετρίγει* 52. 2; *κατειλήφει* 58. 7 et 87. 2; *συνηντήκεις* 53. 5; *ὑπηντήκεις* 53. 6; *συνεισήκει* 85. 1; *ἐκεκμήκει* 95. 95; *ἐγεγόνει* 102. 5; *πεποιήκει* 104. 3; *ἐκεκράγει* 105. 4; *εἰλήφει* 106. 9; *συνεζήκει* 106. 10; *μεμισήκει* 111. 16; *ᾔδειν* 119. 10, al. Ceterum deprehenditur eadem inconstantia, quam in nominibus observavimus. Legitur v. c. *οἶσθα* 124. 19, sed *οἶδας* 63. 12 et 95. 14 et *εἰσῄεις* 86. 10; *ἁρπάξων* est 89. 2, sed *ἁρπάσασα* 69. 5 et 95. 94; *ἐπεσάθησαν* 25. 8, *ἐπισαθῆναι* 57. 8, *σαθεῖσα* 103. 12 et 105. 3, sed *σάς* 97. 5 et 132. 8 et *ἐπισάσης* 49. 2; recte legitur *ἐπισκοπούντων* 46. 5, sed improbandae sunt formae *σκόπησον* 98. 10, *ἐπισκοπήσων* 103. 8 et *σκέπτῃ* 103. 14. Ferri possunt *ἐξεπωτήθη* 12. 1 et *προσέπτησαν* 12. 6, sed novicia forma est *ἵπταμαι* 65. 4. Ἀποθνήσκω legitur 75. 5, 95. 71, 98. 17 et 121. 4, sed simplex verbum *θνήσκω* invenitur 7. 6, 25. 9, 60. 4, 95. 15, 115. 11 et 117. 4. Inaudita forma est *τεθνώσας* 45. 9, nec melior *τεθνήξομαι*, quae exstat 27. 7 in Vaticano Codice, nam in Codice Athoo versiculus casu deest.

Quod in eodem versu *ἀνέῳγα* activam significationem habet, bene est, sed improbo formas *κατῆξε* 3. 5, *ᾄσεις* 12. 13, *ἦλως* 13. 12 juxta *ἐᾶλον* 31. 20, *χωρίσσης* 12. 21 et *εἰρύσσας* 122. 7. Recte se habent verba Ionica *ἠμείφθη* 12. 19 et *λέλογχεν* 15. 9, uti et *ἀλεῖν* 29. 2 et 132. 5; ferri fortasse possunt *ὀμνύω* 50. 6 et *δεικνύω* 50. 10, sed aliunde mihi non est notum verbum *ἀχθίζω* 50. 1. Nec magis ferendum in vetere scriptore *ἀρο-*

τρεύειν 21. 5, ἀροτριᾶν 55. 2, αἱρετίζω 61. 5 et 95. 65, συνηβόλησαν 61. 3, κλείζων 3. 1, ἐχθραίνειν 59. 7, πρὸς τὸν ἵππον ὠμίλει 7. 4, προσωμίλουν 12. 6; prooem. 11 ϛρουθοὶ δὲ συνετὰ πρὸς γεωργὸν ὠμίλουν et ὠμίλει = *colloquebatur* 15. 2 vel ἐρωτᾶν = *precari*, *invitare* 10. 2 et 97. 3, vel λαλεῖν = λέγειν 33. 24. Denique parum placent periphrases δεῖπνόν τις εἶχε θύσας et ἦν πεσών 111. 11 et ἡμερώσας εἶχεν et σωθέντες ἦσαν 31. 17 et εἶχε θρέψας 88. 3; duo loci postremi itidem a Suida laudantur.

De particulis pauca addam. Veluti quod τάχιον ter legitur, semel θᾶσσον invenitur 130. 10 et adiectivum τάχιϛον 28. 5. Particula γε interdum inepte abundat, v. c. εἰ λάβοι γε τὸν κλέπτην 23. 5 et 23. 8. Sed gravior est confusio adverbiorum οὐ et μή. Locos describam:

fab. 6. 16 ὁ μὴ τὰ μικρὰ πλὴν βέβαια τηρήσας,
μάταιός ἐϛιν ἠδ' ἄδηλα θηρεύει.
38. 5 πῶϛ ἂν, εἶπε, μεμφοίμην
τὸν πέλεκυν, ὅϛ μου μὴ προσῆκε τῇ ῥίζῃ.
46. 8 ὁ δὲ τάλαϛ κατεσκλήκει,
μήπω κορώνην δευτέρην ἀναπλήσας.
68. 10 τόξου δὲ νίκην ἔλαβε μηδὲ τοξεύσας.
120. 8 ἄλλον ἰήσῃ,
ὃϛ σαυτὸν οὕτω χλωρὸν ὄντα μὴ σώζεις;

Satis ostendimus omne vitiorum genus *per omnes propemodum Babrii fabulas* magno numero pullulare; nunc superest, ut de singulis fabulis dicamus. Videbimus, uti opinor, in plerisque nos monachi figmenta tenere, qui pulchros Babrii choliambos tantum non omnes rescripserit. Deinde tentabimus num quas corruptas lectiones emendare possimus, sed imprimis experiemur, num forte hic illic ex sordibus emergere possimus et remeare ad genuinos Babrii versiculos. Quod si opus interdum videbitur incertitudinis plenissimum, non est negligendum, coniuncta interdum vim aliquam obtinere, quae, si seorsum spectes, debilia videantur.

§ 4. *Adnotatio ad Babrii fabulas.*

Prooemium foede corruptum est; videmus tamen eadem ob-

servari, quae supra de metri legibus in reliquis fabulis disputavimus. Quarto versu:

μεθ' ἣν γενέσθαι φασὶ θείαν ἡρώων,

Fixius rectissime intellexit, poetam Athoum dedisse δῖαν ἡρώων, ne spondeus sit quinto pede. Non magis ferri poterit vs. 5:

πέμπτης σιδηρῆ ῥίζα καὶ γένος χεῖρον,

sed emendatio incerta est. Codex πέμπτη habet, quod Lachmannus correxit; si vere correxit, γένος corruptum est et nomen requiritur masculini vel feminini generis, ne versus desinat in brevem syllabam nec poeta dixisse videatur γενεῆς γένος, quae mira est locutio. Possis, ut in incerta re,

πέμπτης σιδηρῆ ῥίζα καὶ βίος χείρων.

Nono versu:

ἐλάλει δὲ πέτρα καὶ τὰ φύλλα τῆς πεύκης,

requiro πρὸς τὰ φύλλα, sicuti statim sequitur:

ἐλάλει δὲ πόντος, Βράγχε, νηὶ καὶ ναύτῃ,
τρουθοὶ δὲ συνετὰ πρὸς γεωργὸν ὠμίλουν.

Deinde vs. 12 quo tempore nondum alimenta debita dives poscebatur humus,

ἐφύετ' ἐκ γῆς πάντα μηδὲν αἰτούσης.,

sed haec scriptura videtur poetae Athoi, nam ipsum Babrium dedisse suspicor αἰτοῦσιν. Vs. 15 inepta est verborum traiectio et tres postremi versus nondum persanari potuere. Placet tamen: ὧν νῦν ἀκοῦσαι ἂν θέλῃς, nam ἕκαστον sensu vacuum est.

In prima fabula legimus vs. 3:

φυγή τε πάντων καὶ φόβου δρόμος πλήρης.

Codex φυγῆς habet itaque emendavit Bergkius:

φυγῆς τε πάντων καὶ φόβου δρυμὸς πλήρης.

Habet δρυμὸς paenultimam longam, uti est videre in fab. 95. 6. Itaque Bergkius ischiorrhogicum versum fecit nec restituit poetae Athoi manum, sed perita manu reduxit ipsa Babrii verba. Praeterea vs. 9 malim εἶτα τοξεύει - μακρὸν διαῤῥάς, non μικρόν et vs. 13 eleganter scribetur:

οὐ μὴ πλανήσεις, φησίν, οὐδ' ἐνεδρεύσεις,

nam in vulgata lectione οὔ με πλανήσεις pronomen personale sine ullo detrimento abesse poterit. Ceterum Bergkii illud δρυμός poeta Athous propter ignorationem quantitatis paenultimae syllabae fortasse retinere potuit.

Neque pessima est fabula prima et idem potest de secundo affirmari, satis pure eam conscriptam esse. Advertunt me tamen illa:

τῶν γὰρ θεῶν δοκοῦσι τοὺς μὲν εὐήθεις
ἀγροὺς κατοικεῖν, τοὺς δ' ἐσωτέρω τείχους
εἶναί τ' ἀληθεῖς καὶ τὰ πάντ' ἐποπτεύειν.

Adiecti versus sunt, ut expleretur quaternarius versuum numerus; absurda et ridicula ratio est, cur rusticus ille vicinos in urbem duxerit ad jusjurandum exigendum; agnosco autem eundem monachum, quem audimus interstrepentem in fab. 63 et 66, nec dubitandum est quin poeta Athous Christianus fuerit. Ut autem spurii versus sint, ἀληθεῖς tamen ferri non debet et equidem requiro adverbium ἀληθές.

Sunt indicia satis certa rescriptam esse tertiam fabulam, verbi causa in his:

Αἴγας ποτ' εἰς ἔπαυλιν αἰπόλος κλείζων,
μιᾶς ἀπειθοῦς ἐν φάραγγι τρωγούσης,

deinde sequitur versiculus, quem omnes viderunt esse spurium, sed vs. 4 ipsius Babrii est: κόμην γλυκεῖαν αἰγίλου τε καὶ σχίνου. Vs. 5 illud κατῆξε iam supra notavimus. Denique in ultimis verbis:

καὶ πῶς ἔργον ἐκφανὲς κρύψω;
τὸ κέρας κέκραγε, κἂν ἐγὼ σιωπήσω,

cum pedestri fabula, quae apud Halmium 17 est, malim:

κεκράξεται γὰρ κἂν ἐγὼ σιωπήσω.

Quarta fabula decurtata est, est enim quinque tantum versuum, quibus accedit epimythium versuum trium. Veterem Babrium agnosco vs. 4:

ὑπεξέδυνε δικτύου πολυτρήτου.

In quinta fabula, cuius tres versiculos Suidas servavit, ubique fere ipsum Babrium agnosco, dummodo tres postremos versus excipias, nam, quod supra ostendimus, epimythia post demum accessere. Nec pessima est fabula sexta, cuius tamen postremi versus sunt aliquanto deteriores. Versum 6 laudavit Suidas:

τί σοι τὸ κέρδος; ἢ τίν' ὦνον εὑρήσεις;

legitur autem in Athoo Codice:

τί σοι τὸ κέρδος; ἢ πόσου με πωλήσεις;

Fuerunt qui suspicarentur scripsisse Babrium: ἢ τίν' ὦνον ἀλφήσω; Est hoc quidem rectissime dictum, sed multo lenius

emendabitur: ἦ τίν' ὦνον εὑρήσω; Quid sit εὑρίσκειν, Cobetus ostendit in Mnem. VII. 137, 188 et XIII. 184. Pisces imprimis et olim et nunc quoque saepe τιμὴν εὑρίσκουσιν et veneunt τοῦ εὑρόντος, postquam ὁ κώδων ὁ κατὰ τὴν ὀψοπωλίαν ἐψόφησε, ut est apud Strabonem noto loco. Spurius videtur vs. 13, quo expuncto legitimus versuum numerus exibit.

In septima fabula quaedam in deterius mutavit Athous poeta, v. c. vs. 4 πρὸς τὸν ἵππον ἀμίλει. Quod legitur vs. 5:

ἄν μοι θελήσῃς συλλαβεῖν τι τοῦ Φόρτου,

quia pronomen τι abundat, suspicor Babrium dedisse συλλαβέσθαι τοῦ Φόρτου, sed ischiorrhogicum versum Athoo poetae displicuisse. Versum 7 cum Halmio scribam:

ὁ δ' οὐ προάξεις, εἶπε, μηδ' ἐνοχλήσεις.

Misere decurtata est τετράστιχος fab. 8. Nona fabula incipit sic:

ἁλιεύς τις αὐλοὺς εἶχε καὶ σοφῶς ηὔλει
καὶ δήποτ' ὄψον ἐλπίσας ἀμοχθήτως
πολὺ πρὸς αὐλῶν ἡδυφωνίην ἕλξειν,

ut rotundus sit versuum numerus, legemus cum nescio quo docto viro, duobus versiculis conflatis in unum:

ἁλιεύς τις ὄψον ἐλπίσας ἀμοχθήτως
πολὺ πρὸς αὐλῶν ἡδυφωνίην ἕλξειν.

Quod sequitur vs. 5:

ἐπεὶ δὲ φυσῶν ἔκαμε καὶ μάτην ηὔλει,
βαλὼν σαγήνην ἔλαβεν ἰχθύας πλείστους.

Babrius dederat, nisi fallor, αὐλῶν et πολλούς· Athoo poetae displicuerunt accentus in ultimis syllabis. Βάλλει rete qui resumit, τίθησι qui ponit; βάλλειν σαγήνην eodem modo dicitur fab. 4. 1.

In fabula decima notabilis est varia lectio, nam Codices quidam Suidae — non omnes — σαπρᾶς habent pro αἰσχρᾶς, quod literarum serie commendatur. Poeta Athous haud pauca rescripsit; Babrium tamen hic illic agnosco v. c. vs. 4. Imprimis displicent δούλης ἰδίης ἑαυτοῦ vs. 2 et ἠρώτα vs. 8. Epimythium spurium est. Vs. 7:

λύχνοις ἐτίμα καὶ καθ' ἡμέραν πάσῃ
ἔθυεν,

non corrigam καθ' ἡμέραν πᾶσαν, ne ultima syllaba brevis sit, sed καθ' ἡμέρας πάσας, cum praesertim noverimus quam

saepe citra necessitatem poeta Athous metro coactus pluralem numerum usurpet.

Etiam in undecima fabula multa insunt ipsius Babrii. Rescribendum cum Orellio:

ἐς τὰς ἀρούρας τοῦ λαβόντος ὡδήγει,

nam quod in Codice legitur βαλόντος, id certe non cum Eberhardo βλαβόντος rescriptum oportuit. Pulcri versus sunt 6—9; nunc est videre quid distent aera lupinis. Quod memorabile est, fab. 12 duplex exstat recensio; in Athoo Codice versus sunt 28; multo brevior recensio, quae versuum tredecim est, servata est in Codice Gudiano et apud Ignatium in tetrastichis. Atque haec quidem multo est praestantior, nam quae in Athoo Codice interpolata sunt, nimium inepta sunt vitiisque sermonis refertissima. Sed ne in breviore quidem recensione integra omnia: veluti vs. 11:

ἀλλ' ἔλθ' ἐς ἀγρὸν καὶ πρὸς οἶκον ἀνθρώπων·
σύσκηνος ἡμῖν καὶ φίλη κατοικήσεις,
ὅπου γεωργοῖς οὐχὶ θηρίοις ἄσεις.

Primum elegantius erit:

σύσκηνος ἡμῖν ἵνα, φίλη, κατοικήσεις.

Deinde ex collatione fab. 108. 15:

εἰς οἶκον ἐλθεῖν ὑπό τε τοῖχον ἀνθρώπου,

sequitur dedisse poetam πρὸς οἶκον ἀνθρώπου, non ἀνθρώπων. Denique spurius est ultimus versiculus, in quo etiam displicet futurum ᾄσεις atque sic fabulam habebimus versuum duodecim. In supplementis multa supersunt emendanda.

In fab. 13 numerus versuum ostendit epimythium spurium esse, sed poeta ut fabula fieret versuum duodecim, quaedam resecuisse videtur, non enim apparet qui factum sit ut ciconia claudicaret, cuius rei rationem Babrium reddidisse suspicor, sicuti revera fit in pedestri fabula apud Furiam 76. Languet versus quartus et id quod est πελαργὸς intra breve spatium quinquies recurrit: pleraque enim rescripta fuerunt et raro agnosco ipsius Babrii vestigia, v. c. in duobus versibus prioribus. In ciconiae verbis:

πελαργός εἰμι (χὴ χρόη με σημαίνει),
πτηνῶν πελαργὸς εὐσεβέστατον ζῴων.
τὸν ἐμὸν τιθηνῶ πατέρα καὶ νοσηλεύω,

malim fere τιθηνῶν et νοσηλεύων.

Fab. 14 τετράστιχος est et decurtata. In fab. 15 excidit epimythium et quaedam corrupta sunt. Vs. 3:

ῥέων δ' ὁ μῦθος ἦλθε μέχρις ἡρώων,

non intelligo ῥέων et praestat φέρων scribere, cf. fab. 127. 9. Vs. 5. τέλος δ' ὁ μὲν Θηβαῖος υἱὸν Ἀλκμήνης
μέγιστον ἀνδρῶν, σὺν δὲ καὶ θεῶν ὕμνει.

Hercherus σὺν correxit, nam in Codice νῦν est; malim equidem: ἐν δὲ καὶ θεῶν ὕμνει. Sequitur:

ὁ δ' ἐξ Ἀθηνῶν ἔλεγεν ὡς πολὺ κρείσσων
Θησεὺς γένοιτο καὶ τύχης ὁ μὲν θείης
ὄντως λέλογχεν, Ἡρακλῆς δὲ δουλείης.

Sicuti λέλογχεν indicativus modus est, sic ἐγένετο quoque requiro.

In fab. 16. 6 respicitur proverbium λύκος χανὼν, quod Photius interpretatus est. Reliqua facilia, tum in fine legitur:

πῶς οὐδὲν ἄρας ἦλθες ὥνπερ εἰώθης;
ὁ δ' εἶπε· πῶς γάρ ὃς γυναικὶ πιστεύω;

Emenda: πῶς γὰρ οὔ, γυναικὶ πιστεύσας;

Fab. 17 ostendere poterit, quam vetus poeta Babrius fuerit: non enim in ea felis muribus insidiatur, sed *mustelam* legimus insidiatam fuisse *gallinis*. Jam apud Phaedrum fabula 4. 2 de mustela et *muribus* est. Pariter in fab. 27 mustela memoratur et felem Babrius non novit, cuius ne in fabula quidem 108 mentionem facit, quum narrat ut mus urbanus et rusticus nocturno tempore trepidaverint. Etiam apud Horatium in eadem fabula feli domesticae locus non est, Satir. II. 6. 79. Mustela autem promiscue dicitur γαλῆ et αἴλουρος, cf. fab. 31 et quod in fab. 27 mustela *mansueta* describitur, sciendum est ex Palladio IV. 9. 4 constare, revera mustelas mansuetas fuisse, quo tempore domesticae feles extra Aegyptum raro reperirentur; vid. Victoris Hehnii liber p. 342 sq. Ceterum poeta Athous Babrii fabulam rescripsit, nam Graece certe non dicitur ὄρνεις ἐνεδρεύων, quod vitium recurrit fab. 44. 2, nec πασσάλων ἀπηρτήθη recte dictum est et sexto versu spondeus est pede quarto. In neutram partem memorabilis est fab. 18, nam neque optima est neque pessima. Quod vs. 4 invenitur:

βορέης δ' ἐφύσα πρῶτος οἷος ἐκ Θρᾴκης.

rectior scriptura erit πρότερος et vs. 9 malim πρῶτον μὲν quam τὸ πρῶτον. Denique Dubnerus vs. 13 recte coniecit: εὐθὺς δὲ ῥίψας, quod apud Athoum poetam ferri poterit. Vs. 6 est spondeus quinto pede, quod poeta Athous non animadvertit: ἀλλὰ ῥιγώσας· itidem vs. 11 Athous poeta dedit:

ἔπειτα δ' αὖ προσῆγε τὴν ἕλην πλείω,

sed Babrius εἴλην scripserat. Pessumdedit Athous poeta vs. 10 et 14.

Notandum est Suidam in voce αἰώρα servasse Babrii versiculos:

ὡς δ' οὐκ ἐφικνεῖτ', ἀλλ' ἔκαμνε πηδῶσα,
οὐδὲν κρεμαστῆς σχοῦσα πλεῖον αἰώρας.

Rescripsit poeta Athous fab. 19. 6:

κάμνουσα δ' ἄλλως, οὐ γὰρ ἴσχυε ψαύειν,

in quibus imprudens admisit spondeum quinto pede. Quod de vulpecula fabulae initio legitur:

βότρυς μελαίνης ἀμπέλου παρ' αἰώρῃ
ἀπεκρέμαντο,

est ea Boissonadii scriptura, nam in Codice παρωρείῃ legitur, quod emendabo παρ' ὡραίαν et ὡραία dictum est, sicuti alibi Ἑρμείης et Ἀθηναίη leguntur et σεληναία apud Aristophanem est. Vulpecula uvas non inveniebat, nondum enim tempus adventarat, οὐδὲ καιρὸς βοτρύων ἦν· quas uvas eo auctumno primas conspexit, eas appetiit, sed frustra, οὐ γὰρ ἴσχυε ψαύειν. Vitis non χαμῖτις intelligitur, sed quam κάμακες s. pali sustentabant. Fabulae 20 disjecta membra inveniuntur apud Photium in lexico. Habet eam Patriarcha verisimiliter e Pausania, quem aequalem fuisse coniicio Aelii Dionysii, qui tempore floruit Antoninorum. Hinc aut fallax conjectura est, quae tamen speciem habet, aut Babrius fuit Hadriano vetustior. Eodem redibimus infra ad fabulam 69. Nunc autem poeta Athous nihil peccavit, nam tantum non ad verbum ei cum Photio convenit. Nihil obstat quominus credamus, Babrium forte fortuna argumentum *octo* versibus conclusisse, quibus metricae leges observarentur, de quibus supra satis diximus. Scripsit tamen poeta Athous vs. 4:

τῷ δ' Ἡρακλεῖ προσηύχεθ', ὃν μόνον πάντων,

sed ipsius Babrii, opinor, manus fuit μοῦνον cf. 1. 4 et 25. 4.

Aliquanto plura rescripta sunt in fabula 21. Unicum scripturae vitium remanet:

οὗτοι μὲν ἡμᾶς, εἶπε, χερσὶν ἐμπείροις
σφάζουσι καὶ κτείνουσι χωρὶς αἰκίης.

Requiro κἀκτείνουσι, qua non est ulla alia emendatio lenior. Quis ex Euripide non meminit versiculi:

ἤδη γὰρ ὡς νεκρόν νιν ἐκτείνουσι δή.

Hinc ἐκτάδην κεῖσθαι de mortuis dicitur et apud alios et apud Alciphronem III. 22, de catulo: κεῖταί σοι ἐκτάδην νεκρὸν ἤδη μυδῶσαν, in quibus νεκρὸν male additum est, quod ostendet III 72. Vs. 11 ferri non potest, praesertim in genuino epimythio:

ὁ τὴν παροῦσαν πημονὴν φεύγειν σπεύδων.,

sed cum Fixio φυγεῖν corrigendum est.

In fabula 22 pleraque rescripta sunt; ipsum tamen Babrium agnosco vss. 1. 3. 8 et 9, quorum postremus, quem Suidas quoque servavit, spondeum habet quinto pede. Diu post accessere stulti vs. 13—16, de quibus Cobetum vide in Orat. Inaug. p. 158. Bonas quasdam lectiones jam olim repertas Eberhardus in hac fabula inconsideranter sprevit.

Graece balbutiebat, qui composuit ineptam fab. 23, cuius pleraque vitia supra notavimus: supersunt et alia et illud: ΕΙΣ μακρὴν ὕλην ταῦρον ἀπολέσας ἀνεζήτει. Imprimis bellum est: εἰ λάβοι ΓΕ et εἰ φύγοι ΓΕ τὸν κλέπτην. Non est melior fab. 24, quamquam ex octo versibus, quibus ea fabula constat, non minus quinque totidem verbis apud Suidam legantur. Displicet tertius versiculus qui in brevem syllabam desinit; displicet participium aoristi παύσας· deinde in οὐχὶ παιάνων τοῦτ' ἐστίν, non omissum oportuit id quod est ἄξιον; denique ἐὰν γήμας ὅμοιον αὑτῷ παιδίον ΤΙ γεννήσῃ, velim scire, quid sit pronomen indefinitum, quod prorsus inutiliter adhaeret. Sed ut reliqua inepta sint, sunt tamen utriusque fabulae epimythia etiam stultiora. Abjectae Graecitatis illa sunt:

χαίρουσι πολλοὶ τῶν ὑπερβολῇ κούφων,
ἐφ' οἷς ἄγαν μέλλουσιν οὔτι χαιρήσειν,

sed verba non sunt poetae Athoi, nam versuum numerus arguit epimythium spurium esse. Utemur autem nostra fabula, ut intelligamus, exiguam esse fidem Suidae in Babrio emendando. Idem commonstrabit fab. 25, quae paulo melior est. Quod ibi legitur:

βαθέην ἐς ἰλὺν ὀκλαδισὶ πηδώντων,

rectius mihi videtur esse quam quod apud Suidam est:

βαθεῖαν εἰς ἰλὺν ὀκλασὶ πηδώντων.

Supersunt alia in poeta Athoo castiganda, nec sinceram lectionem esse puto vs. 9 ἄψ νῦν ἴωμεν· legam enim αἶψ' ἐπανίωμεν vel simile quid et ultimo versu fuit fortasse olim ἀδρανεσέρους scriptum, non ἀσθενεσέρους.

Multa rescripta sunt in fab. 26; languet verbi causa vs. 6 ipsoque Babrio prorsus indignus est. Sed fab. 27 est versuum septem; bene factum quod itidem servata est in Furiae Codice Florentino, ex quo lucramur octavum versum, qui in Athoo Codice deest:

ἀλλὰ καὶ πάσας
ἔπνιγες ὄρνεις, πάντα δ' οἶκον ἠρήμους,
κρεῶν ἀνέψγα· ἄγγος ὥσε τεθνήξῃ,
βλάπτουσα μᾶλλον ἤπερ ὠφελοῦσ' ἡμᾶς.

Corrigam κρεῶν ἀνεῳγυῖ' ἄγγος, sed hoc certe intelligo, Florentino versu carere nos non posse et Eberhardum miror, qui in textum non intulerit. Nunc quoque mustela intelligitur, quae etiam praedam κατὰ τρώγλην ἐρεείνει, ut est ἐν τῇ βατραχομυομαχίᾳ.

In fab. 28 poeta Athous nihil magno opere peccavit. Quod scribit Cobetus in Variis Lectionibus p. 368 versum 8 sic:

τὸ ζῷον. Οἱ δὲ, παῦε μὴ πρίου, μῆτερ,

fieri potest ut Babrii manum restituerit, poetae Athoi certe non restituit. Ranunculorum vox „non assequeris τὴν ἐκείνου ποιότητα," prodit Athoum poetam, nam novicium vocabulum est ποιότης, nec tamen cum Corae πιότητα scribam.

Fab. 29 decurtata est et τετράσιχος· agnosco tamen veterem poetam in vss. 3 et 4. Epimythium recentissimum est. Plura improbanda sunt in fab. 30 et quaedam intercidisse videntur post versum 5; indicio est vocabulum λιθουργός post duorum versuum spatium iteratum. Notanda est lacuna duorum versuum, ut fabula fiat versuum duodecim.

In fab. 31 de pugna mustelarum et murium ubique fere agnosco Babrii poeticam facultatem. Vs. 5 scribam ἔχουσιν et vs. 20 notabilis est forma ἐᾶλον, quae addenda est Conti copiis ἐν τῷ λογίῳ Ἑρμῇ p. 323. Superest vs. 9:

εἰ σφᾶς ἐκίσμουν καὶ διεῖλον εἰς ἴλας

λόχους τε καὶ φάλαγγας, ὡς παρ' ἀνθρώποις.

rescribam enim Suidae ope, qui versum laudauit: φρήτρας τε καὶ φάλαγγας· habebat poeta in animo Iliad. B. 363 atque hinc confirmatur acuta Seidleri emendatio vs. 14:

κάρφη μετώποις ἁρμόσαντες Ἀτρείδαις
ἰσοῦντο.

Reliqua satis bene dicta sunt, sed dubito tamen possitne ferri vs. 17:

ἄλλοι μὲν οὖν σωθέντες ἦσαν ἐν τρώγλαις.

Fab. 32 unum versum Julianus servavit, tres Suidas; raro tamen ipsius Babrii satis perspicua indicia supersunt, nam pleraque ut non pessime, ita nec elegantissime scripta sunt. Poeta Athous multa omisit, si quidem recte capio quid dicatur ultimo versiculo; deinde multa rescripsit, cuius inficeti laboris documento est vs. 4.

Multo melior est fab. 33, in qua pauca tantum rescripta sunt. Itidem servata est in Codice Vaticano cum exigua varietate lectionis, sed sine ullo sententiae detrimento deest versus ultimus, qui 25 est: hoc quoque argumentum non negligendum in quaestione de quaternario versuum numero. Vs. 9 cum Codice Vaticano βαλεῖν malim, non λαβεῖν et contulerim Aristoph. Av. 1187. Vs. 4:

καὶ γὰρ ἄκριτον πλήθει
μέλαν κολοιῶν ἔθνος ἦλθε δυσφώνων,

recte dicitur vs. 12 ὀρνέων σοφὸν φῦλον et vs. 22 ἀνθρώπων γένος πονηρόν· haec enim ad *indolem* referuntur; nec tamen probo μέλαν κολοιῶν ἔθνος, cum praesertim additum sit ἄκριτον πλήθει· corrigam: μελάνων. Supra jam dixi vs. 22 veram lectionem servatam esse in Codice Vaticano: καί τις κολοιός pro κολοιῶν.

Stulta in paucis fabula est 34; duos tamen versus Suidas inde laudavit, ne quis putet Suidam Codicem fuisse nactum meliorem eo qui hodie superest. Imprimis risum movent ista:

κἀπῆλθ' ἐς οἴκους γαστρὸς ὄγκον ἀλγήσας,
πεσὼν δ' ἐν ὑγραῖς μητρὸς ἀγκάλαις, οἴμοι
τι ταῦτ' ἐξώνει.

Ἀγκάλας illas ὑγρὰς rustica mulier Euripidi acceptas debet, qui idem haud parum convenientius dixerat in alio argumento.

Versus tertius in Codice excidit, ut tabula, resecto epimythio, versuum fuerit 12. Superesse video librarii vitium, nam quod puer dicit:

τὰ σπλάγχνα γάρ, τεκοῦσα, πάντα μου κύπτει,

collatis versibus:

fab. 50. 13 κερδὼ παχείης ἐξέκυπτεν αἰγείρου,
96. 1 λύκος παρῇει θριγκόν, ἔνθεν ἐκκύψας,
108. 24 μικρὸν δ' ἐπισχὼν εἶτ' ἔσωθεν ἐκκύψας.,

his igitur versibus collatis, rescribam, quod etiam sine iis rescribi potuerat:

τὰ σπλάγχνα γάρ, τεκοῦσα, πάντα μοὐκκύπτει.

Absurda quoque fab. 35 est; malim ἀγρίης ὑπ' εὐνοίης et ἀϑλίως ἀποπνίγει, adiectivis commutatis; sed ex longiore fabula omnia decurtata et nusquam Babrium agnosco. Multo melior est fab. 36, a qua poeta Athous manus fere abstinuit. Quod est vs. 8:

αὐτὴ δὲ τόσση φηγὸς ἐξεριζώθη,

nisi supra frustra fuimus, Babrius ipse scripsit ἐξερριζώϑη. Initio legitur:

Δρῦν αὐτόριζον ἄνεμος ἐξ ὄρους ἄρας
ἔδωκε ποταμῷ.

Scribitur hodie ἐνῶτε vel ἐνῆκε· facilius poteris ἐνέδικε. Deinde pro αὐτόριζον, ipse Babrius dederat fortasse αὐτόπρεμνον, quod difficilius intellectu visum est, quo tempore fabula rescripta est. Paulo peior est fab. 37, nec certe Babrius ipse dedit vs 10:

εἰς ταῦτα μέντοι μὴ πονῶν ἐτηρήϑης.

Nec probo βωμὸν αἵματος πλήσων. Babrius fortasse dederat αἵματι ῥανῶν, in quo poeta Athous inesse putabat triplex vitium, quum rectissime dictum sit.

Fab. 38, demto epimythio, septem versuum erit itaque post vs. 2 versiculum excidisse apparet. Quod autem legitur:

δρυτόμοι τινὲς σχίσαντες ἀγρίην πεύκην
ἐνεῖραν αὐτῇ σφῆνας, ὡς διασαίη.,

malo equidem σχίσοντες. Itidem in fab. 39, quae τετράστιχος est,

δελφῖνες ἀεὶ διεφέροντο φαλαίναις.
τούτοις παρῆλθε καρκίνος μεσιτεύων,

arridet μεσιτεύτων. Decurtatae quoque sunt fabulae τετρά-

λόχους τε καὶ φάλαγγας, ὡς παρ' ἀνθρώποις.

rescribam enim Suidae ope, qui versum laudauit: φρήτρας τε καὶ φάλαγγας· habebat poeta in animo Iliad. B. 363 atque hinc confirmatur acuta Seidleri emendatio vs. 14:

κάρφη μετώποις ἁρμόσαντες Ἀτρείδαις
ἰσοῦντο.

Reliqua satis bene dicta sunt, sed dubito tamen possitne ferri vs. 17:

ἄλλοι μὲν οὖν σωθέντες ἦσαν ἐν τρώγλαις.

Fab. 32 unum versum Julianus servavit, tres Suidas; raro tamen ipsius Babrii satis perspicua indicia supersunt, nam pleraque ut non pessime, ita nec elegantissime scripta sunt. Poeta Athous multa omisit, si quidem recte capio quid dicatur ultimo versiculo; deinde multa rescripsit, cuius inficeti laboris documento est vs. 4.

Multo melior est fab. 33, in qua pauca tantum rescripta sunt. Itidem servata est in Codice Vaticano cum exigua varietate lectionis, sed sine ullo sententiae detrimento deest versus ultimus, qui 25 est: hoc quoque argumentum non negligendum in quaestione de quaternario versuum numero. Vs. 9 cum Codice Vaticano βαλεῖν malim, non λαβεῖν et contulerim Aristoph. Av. 1187. Vs. 4:

καὶ γὰρ ἄκριτον πλήθει
μέλαν κολοιῶν ἔθνος ἦλθε δυσφώνων,

recte dicitur vs. 12 ὀρνέων σοφὸν φῦλον et vs. 22 ἀνθρώπων γένος πονηρόν· haec enim ad *indolem* referuntur; nec tamen probo μέλαν κολοιῶν ἔθνος, cum praesertim additum sit ἄκριτον πλήθει· corrigam: μελάνων. Supra jam dixi vs. 22 veram lectionem servatam esse in Codice Vaticano: καί τις κολοιός pro κολοιῶν.

Stulta in paucis fabula est 34; duos tamen versus Suidas inde laudavit, ne quis putet Suidam Codicem fuisse nactum meliorem eo qui hodie superest. Imprimis risum movent ista:

κἀπῆλθ' ἐς οἴκους γαστρὸς ὄγκον ἀλγήσας,
πεσὼν δ' ἐν ὑγραῖς μητρὸς ἀγκάλαις, οἴμοι
τί ταῦτ'; ἐφώνει.

Ἀγκάλας illas ὑγρὰς rustica mulier Euripidi acceptas debet, qui idem haud parum convenientius dixerat in alio argumento.

Versus tertius in Codice excidit, ut tabula, resecto epimythio, versuum fuerit 12. Superesse video librarii vitium, nam quod puer dicit:

τὰ σπλάγχνα γάρ, τεκοῦσα, πάντα μου κύπτει,

collatis versibus:

fab. 50. 13 κερδὼ παχείης ἐξέκυπτεν αἰγείρου,
96. 1 λύκος παρῆει θριγκόν, ἔνθεν ἐκκύψας,
108. 24 μικρὸν δ' ἐπισχὼν εἶτ' ἔσωθεν ἐκκύψας.,

his igitur versibus collatis, rescribam, quod etiam sine iis rescribi potuerat:

τὰ σπλάγχνα γάρ, τεκοῦσα, πάντα μοὐκκύπτει.

Absurda quoque fab. 35 est; malim ἀγρίης ὑπ' εὐνοίης et ἀθλίως ἀποπνίγει, adiectivis commutatis; sed ex longiore fabula omnia decurtata et nusquam Babrium agnosco. Multo melior est fab. 36, a qua poeta Athous manus fere abstinuit. Quod est vs. 8:

αὐτὴ δὲ τόσση φηγὸς ἐξεριζώθη,

nisi supra frustra fuimus, Babrius ipse scripsit ἐξερριζώθη. Initio legitur:

Δρῦν αὐτόριζον ἄνεμος ἐξ ὄρους ἄρας
ἔδωκε ποταμῷ.

Scribitur hodie ἐνῶσε vel ἐνῆκε· facilius poteris ἐνέδικε. Deinde pro αὐτόριζον, ipse Babrius dederat fortasse αὐτόπρεμνον, quod difficilius intellectu visum est, quo tempore fabula rescripta est. Paulo peior est fab. 37, nec certe Babrius ipse dedit vs 10:

εἰς ταῦτα μέντοι μὴ πονῶν ἐτηρήθης.

Nec probo βωμὸν αἵματος πλήσων. Babrius fortasse dederat αἵματι ῥανῶν, in quo poeta Athous inesse putabat triplex vitium, quum rectissime dictum sit.

Fab. 38, demto epimythio, septem versuum erit itaque post vs. 2 versiculum excidisse apparet. Quod autem legitur:

δρυτόμοι τινὲς σχίσαντες ἀγρίην πεύκην
ἐνεῖραν αὐτῇ σφῆνας, ὡς διασαίη.,

malo equidem σχίσοντες. Itidem in fab. 39, quae τετράστιχος est,

δελφῖνες ἀεὶ διεφέροντο φαλαίναις.
τούτοις παρῆλθε καρκίνος μεσιτεύων,

arridet μεσιτεύτων. Decurtatae quoque sunt fabulae τετρά-

λόχους τε καὶ Φάλαγγας, ὡς παρ' ἀνθρώποις.

rescribam enim Suidae ope, qui versum laudauit: Φρήτρας τε καὶ Φάλαγγας· habebat poeta in animo Iliad. B. 363 atque hinc confirmatur acuta Seidleri emendatio vs. 14:

κάρφη μετώποις ἁρμόσαντες Ἀτρείδαις
ἴσοῦντο.

Reliqua satis bene dicta sunt, sed dubito tamen possitne ferri vs. 17:

ἄλλοι μὲν οὖν σωθέντες ἦσαν ἐν τρώγλαις.

Fab. 32 unum versum Julianus servavit, tres Suidas; raro tamen ipsius Babrii satis perspicua indicia supersunt, nam pleraque ut non pessime, ita nec elegantissime scripta sunt. Poeta Athous multa omisit, si quidem recte capio quid dicatur ultimo versiculo; deinde multa rescripsit, cuius inficeti laboris documento est vs. 4.

Multo melior est fab. 33, in qua pauca tantum rescripta sunt. Itidem servata est in Codice Vaticano cum exigua varietate lectionis, sed sine ullo sententiae detrimento deest versus ultimus, qui 25 est: hoc quoque argumentum non negligendum in quaestione de quaternario versuum numero. Vs. 9 cum Codice Vaticano βαλεῖν malim, non λαβεῖν et contulerim Aristoph. Av. 1187. Vs. 4:

καὶ γὰρ ἄκριτον πλήθει
μέλαν κολοιῶν ἔθνος ἦλθε δυσφώνων,

recte dicitur vs. 12 ὀρνέων σοφὸν φῦλον et vs. 22 ἀνθρώπων γένος πονηρόν· haec enim ad *indolem* referuntur; nec tamen probo μέλαν κολοιῶν ἔθνος, cum praesertim additum sit ἄκριτον πλήθει· corrigam: μελάνων. Supra jam dixi vs. 22 veram lectionem servatam esse in Codice Vaticano: καί τις κολοιός pro κολοιῶν.

Stulta in paucis fabula est 34; duos tamen versus Suidas inde laudavit, ne quis putet Suidam Codicem fuisse nactum meliorem eo qui hodie superest. Imprimis risum movent ista:

κἀπῆλθ' ἐς οἴκους γαστρὸς ὄγκον ἀλγήσας,
πεσὼν δ' ἐν ὑγραῖς μητρὸς ἀγκάλαις, οἴμοι
τί ταῦτ'; ἐφώνει.

Ἀγκάλας illas ὑγρὰς rustica mulier Euripidi acceptas debet, qui idem haud parum convenientius dixerat in alio argumento.

Versus tertius in Codice excidit, ut tabula, resecto epimythio, versuum fuerit 12. Superesse video librarii vitium, nam quod puer dicit:

τὰ σπλάγχνα γάρ, τεκοῦσα, πάντα μου κύπτει,

collatis versibus:

fab. 50. 13 κερδὼ παχείης ἐξέκυπτεν αἰγείρου,
96. 1 λύκος παρῆει θριγκόν, ἔνθεν ἐκκύψας,
108. 24 μικρὸν δ' ἐπισχὼν εἶτ' ἔσωθεν ἐκκύψας.,

his igitur versibus collatis, rescribam, quod etiam sine iis rescribi potuerat:

τὰ σπλάγχνα γάρ, τεκοῦσα, πάντα μοὐκκύπτει.

Absurda quoque fab. 35 est; malim ἀγρίης ὑπ' εὐνοίης et ἀθλίως ἀποπνίγει, adiectivis commutatis; sed ex longiore fabula omnia decurtata et nusquam Babrium agnosco. Multo melior est fab. 36, a qua poeta Athous manus fere abstinuit. Quod est vs. 8:

αὐτὴ δὲ τόσση φηγὸς ἐξεριζώθη,

nisi supra frustra fuimus, Babrius ipse scripsit ἐξερριζώθη. Initio legitur:

Δρῦν αὐτόριζον ἄνεμος ἐξ ὄρους ἄρας
ἔδωκε ποταμῷ.

Scribitur hodie ἐνῶσε vel ἐνῆκε· facilius poteris ἐνέδικε. Deinde pro αὐτόριζον, ipse Babrius dederat fortasse αὐτόπρεμνον, quod difficilius intellectu visum est, quo tempore fabula rescripta est. Paulo peior est fab. 37, nec certe Babrius ipse dedit vs 10:

εἰς ταῦτα μέντοι μὴ πονῶν ἐτηρήθης.

Nec probo βωμὸν αἵματος πλήσων. Babrius fortasse dederat αἵματι ῥανῶν, in quo poeta Athous inesse putabat triplex vitium, quum rectissime dictum sit.

Fab. 38, demto epimythio, septem versuum erit itaque post vs. 2 versiculum excidisse apparet. Quod autem legitur:

δρυτόμοι τινὲς σχίσαντες ἀγρίην πεύκην
ἐνεῖραν αὐτῇ σφῆνας, ὡς διασαίη.,

malo equidem σχίσοντες. Itidem in fab. 39, quae τετράστιχος est,

δελφῖνες ἀεὶ διεφέροντο φαλαίναις.
τούτοις παρῆλθε καρκίνος μεσιτεύων,

arridet μεσιτεύτων. Decurtatae quoque sunt fabulae τετρά-

στίχοι 40 et 41; deinde octo versuum est fab. 42, itidem rescripta, cuius ultimus versiculus conclamatus est. Sequitur fab. 43, cuius in sermone vitia Cobetus notavit in Orat. Inaugur. p. 155. Sciendum est autem, post vs. 4 unum choliambum excidisse, ut fabula fuerit versuum sedecim. Etiam fabula 44 notatu digna est propter elumbem compositionem; Babrii artificium nusquam agnosco et Cobetus pudenda sermonis vitia diligenter notavit. Quod legitur vs. 4:

λόγοις δ' ὑπούλοις διχβολαῖς τε συγκρούων
ἐχθροὺς ἐποίει, χωρίσας δ' ἀπ' ἀλλήλων
ἕκαστον αὐτῶν ἔσχε ῥᾳδίην θοίνην.

Malim συγκρούσας, coll. fab. 92. 8 et χωρίσχς τ' ἀπ' ἀλλήλων.

Turpior etiam est fab. 45, cuius sordes partim Cobetus exagitavit, partim quaedam imperite dicta ipse supra indicavi. Multa quoque me offendunt in fab. 46, aoristi participium ναρκήσας ἔκειτο, pluralis πεδίων ἐν χλόῃ, aoristi alterum participium χιλὸν εἶχε πεινήσας, imperfectum ἤρχοντο, praesens ἐπισκοπούντων pro ἐπισκεψομένων, adiectivum ἀβλαβὴς γείτων, praesens ἀποτρώγων pro ἀποτραγών, pluralis πρὸς ὕλας, adverbium μήπω ἀναπλήσας, quae notasse satis est in carmine praesertim tam brevi. Ultimus versiculus, nisi fallor, expungendus est.

Similia vitia nullo labore quivis notabit in fab. 47, v. c. vs. 7 δεδεμένας σὺν ἀλλήλαις et vs. 9 violatam quantitatem in καταγείσης. Paulo melior est fab. 48, in qua id tantum miror qui editores ferre potuerint: ἄν μοι τοῦτο μὴ 'πιλιχμήσῃς τοὔλαιον, cum requiratur unius literulae mutatione μὴ 'πολιχμήσῃς.

Mutila videtur fab. 49, quae septem versuum est. Offendor autem hisce:

οὗτος, οὐκ ἐγερθήσῃ;
μή σου πεσόντος αἰτίη παρ' ἀνθρώποις
ἐγὼ λέγωμαι καὶ κακὴν λάβω φήμην.

nam multo rectius dictum erit γένωμαι. Λέγωμαι Latinum magis est quam Graecum. Neque pessima est fab. 50, in qua vs. 10:

τὸν τόπον ἐδείκνυ', οὗ πανοῦργος ἐκρύφθη,

ostendet in hoc scriptore non opus esse articulo, quem Cobetus inseruit fab. 132. 24. Deinde quod legitur vs. 13:

κερδὼ παχείης ἐξέκυπτεν αἰγείρου,

malim βαθείης, ita tamen ut nemini molestus sim, qui παχείης praeferat. Pariter fab. 76. 7 Corais cum pedestri fabula pro παχεῖς correxit βαρεῖς. Itidem de melioribus est fab. 51, in qua tamen displicet initium:

ἐν τῷ ποτ' οἴκῳ πρόβατον εἶχέ τις χήρη,

nam verum esse arbitror:

πάλαι ποτ' οἶκοι πρόβατον εἶχέ τις χήρη.

Antiquum vitium esse ostendit literarum series. Dubito etiam de ultimo versu:

πάλιν ἔρι κουρεύς, ὃς κερεῖ με καὶ σώσει.,

verius enim judico κοὐ τρώσει, licet ea correctio paulo violentior possit videri. Digna est quae conferatur Corais fab. 288.

Non est opus dicere, cur absurda et male Graeca fab. 52 sit, nam tota quanta est de ineptissimis est, neque hoc latuit amicum meum quem luxi et lugebo, Kiehlium dico, qui Babrii quaedam haud incuriose perscrutatus est in Mnem. V. 55. Sed memorabilis est versus primus. Apud Coraem fabula est 168, quae ita incipit:

βόες ἅμαξαν εἵλκον μεγίστην πολλοί·

eadem quoque fabula legitur in Codice Parisino 1685, cuius notitiam Millero debemus. Versus sunt δωδεκασύλλαβοι, quorum hic primus est:

βόες ἅμαξαν εἵλκον μεγίστῃ πόλει.

Corruptela apparet; ex ea tamen profecit, qui iratis Musis scripsit:

Εἰς ΑΣΤΤ τετράκυκλον ἄρρενες ταῦροι
ἅμαξαν ὦμοις εἵλκον.

Itaque mathematica evidentia sequitur, esse quasdam inter Babrii fabulas adeo non vetustas, ut conscriptae sint ad exemplum τῶν δωδεκασυλλαβιζόντων. Nec tamen istiusmodi sordes poetae Athoo reddam, sed scripsisse videtur idem qui spuria epimythia addidit: metrica dico, nam prosaica epimythia, quod satis nobis apparuit, post demum accessere.

In fab. 53 ne mica quidem salis inest et τετράστιχος est decurtata fab. 54. In brevi fab. 55 quae sex versuum est, nam genuinum epimythium excidit, pellucent hic illic vestigia Babrianae elegantiae. Idem valet de fab. 56, in qua tamen unus versiculus excidit, fortasse post vs. 2. Ultimus versus

epimythii, quod spurium esse videmus, nondum persanatus est: in codice Athoo legitur:

τὸν αὐτὸς αὐτοῦ πᾶς τις εὐπρεπῆ κρίνει.

Eberhardus scribit: αὐτὸς τὸν αὐτοῦ, qua correctione nihil admodum proficitur. Legendum est:

γόνον τὸν αὐτοῦ πᾶς τις εὐπρεπῆ κρίνει.

Ceterum Athous poeta, ut ultima syllaba produceretur, usus est comparativo, nam κάλλιος dicere vitabat in his:

ἐμοὶ δὲ πάντων οὗτός ἐστι καλλίων.

In fab. 57 multa corrupta sunt et imprimis me advertit quod vs. 14 parum Graece dictum est ῥῆμα τῆς ἀληθείης. Paulo melior est fab. 58, quae ex Harleiano Codice jam olim prodierat. In fab. 59 notabilis est coniunctio ἵνα, quam Cobetus bis reposuit pro ὡς ἄν, vs. 10 et 12. Prima verba sunt:

Ζεὺς καὶ Ποσειδῶν, φασὶ, καὶ τρίτη τούτοις
ἤριζ' Ἀθηνᾷ, τίς καλόν τι ποιήσει.

Mirum est illud καλόν τι· malim praeterea, ut tolerabilis constructio sit, τρίτη 'ν τούτοις. Vs. 10:

τοῦ δέ γ' ἀνθρώπου
μὴ σχεῖν θυρωτὰ μηδ' ἀνοικτὰ τὰ ςήθη,
ἵνα βλέπει τις τὸν πέλας τί βουλεύει.,

ut vitetur molestus genetivus, malim: τοὺς δέ γ' ἀνθρώπους. Fortasse etiam praestat μὴχειν reponere pro μὴ σχεῖν. Versus sextus: ἔτι γὰρ ἐν θεοῖς ᾤκει demonstrat fabulam mutilam esse; hinc minime mirandum, fabulam esse versuum 15 cum epimythio versuum trium nec numerum esse quaternarium.

Fab. 60 est quatuor versuum tantum. Babrius idem argumentum, uti opinor, paulo elegantius et copiosius tractarat; sed tamen non insunt sermonis vitia, qualia pullulant in stulta fab. 61. Unum vitium etiamnunc tollere potero:

ἀλλὰ καὶ τούτων
τὸ χρηςὸν ἐξολεῖτε τῇ συνηθείᾳ.

Scripsit poeta ἐξελεῖτε, non optime quidem Graece, sed quod intelligi potest. Futurum ἑλῶ nihil miramur in eo, qui vs. 5 αἱρετίζειν usurpavit.

Fab. 62 satis bona est ipsiusque Babrii quaedam servavit, sed lacuna est duorum versuum post versum quartum, quam lacunam viri docti nondum observarunt. Ultimus versiculus:

ὄνου γὰρ εὐθὺς πατρὸς ὢν ἀνεμνήσθη.,

elegantius scribetur:

ὄνος γὰρ εὐθὺς πατρόθεν ὢν ἀνεμνήσθη.

fab. 63 omitto dicere, quae dicta sint contra veram et inrruptam Graecitatem: ipsum argumentum satis indicat, quam erit sero natus qui excogitaverit. Quod heros dicit:

ἀγαθὸν μέν, εἶπεν, οὐδ' ἂν εἷς τις ἡρώων
ὤτᾶν παράσχοι· ταῦτα τοὺς θεοὺς αἴτει·
κακῶν δὲ πάντων, ἅτε σύνεσιν ἀνθρώποις,
δοτῆρες ἡμεῖς.,

is umquam legit apud veteres, omnes heroas *κακῶν δοτῆρας* se? Monachus hoc scribere potuit; veteribus ipsis erat:

δικαιότερον καὶ ἄρειον
ἀνδρῶν ἡρώων θεῖον γένος, οἳ καλέονται
ἡμίθεοι προτέρῃ γενεῇ κατ' ἀπείρονα γαῖαν.,

d poeta heroas cum diabolo habet eodem loco. Similis est rca paganorum deos ignorantia in fab. 2 et 66. Frustra certe ovocabitur ad Zenobium 460, Scholiast. Arist. Av. 1482 vel esych. v. *κρείττονες*. Quis punctum temporis dubitabit, quin teres heroibus suis divinos honores tribuerint?

Longe praestat fab. 64, in qua solum fere displicet vs. 4 *ὠ* dictum pro *πέφυκα*. Sed memorabilis est fab. 65, cuius ios versiculos Suidas servavit:

Λίβυσσα γέρανος ἡδὲ ταῶς εὐπήληξ
χλωρὴν ἀεὶ 'βόσκοντο λείμακος ποίην.

x quibus versibus supra jam effecimus, non vitavisse Babrium chiorrhogicos versus. In Codice Athoo rescriptus versiculus rruptus est. Vs. 8 scribendum est *ἐσθήσει*, non *ἐσθῆτι*, ne in timae syllabae quantitatem peccetur.

Absurda fab. est 66:

θεῶν Προμηθεὺς ἦν τις, ἀλλὰ τῶν πρώτων.

sum imperfectum tempus, quod itidem servatur vs. 6, Chrianum hominem prodit. Praeterea qui sunt illi *πρῶτοι θεοί*? uam ridiculum etiam est vs. 6 *ἥτις ἦν μείζων*! Magis placet b. 67, modo vs. 5 *πρώτην* rescribas; sed ex ipso Babrio fluxit b. 68 et abstinuit certe poeta Athous manus ab istis:

ὁ Ζεὺς δὲ παίζων ἠρίδαινε τῷ Φοίβῳ.
Ἑρμῆς δ' ἔσειεν Ἄρεος ἐν κυνῇ κλήρους, κτἑ.

Miror tamen scripseritne Babrius Χρυσέην τε κυκλώσας τέξιν νευρήν, nam quid est νευρὴν κυκλῶσαι? Quid legendum sit, ostendere fortasse poterit Codex Vaticanus, in quo sunt disiecti membra Babrii poetae. Ultimo versu non fero μηδὲ et rescribam: τόξου δὲ νίκην ἔλαβεν οὐδὲ τοξεύσας.

Fab. 69 duo postremi versus itidem servati sunt in scholio ad Thuc. IV. 92; atque sic optime confirmatur quod supra vidimus ad fab. 20, nam admodum verisimile est Scholiastam distichon Pausaniae debere. Quod habet ἀγρεῦσαι θέλων, cum in Athoo Codice sit ἁρπάσαι σπεύδων, novo argumento confirmat, Babrium non fugisse spondeos quinto pede. Modo corruptas lectiones excipias, reliqua quoque in ea fabula decurtata quidem sunt, sed bene dicta.

In fab. 70 pleraque sordent; quam languet verbi gratia quartus versiculus: ταύτης περισσῶς, ὡς λέγουσιν, ἠράσθη. Paulo melior est fab. 71, in qua vs. 9 rectius fortasse scribetur:

τούτων δὲ χωρὶς ἄν μ' ἰδὼν ἐπιπλεύσῃς,

sed est hoc leve. Optima est fab. 72, in qua poeta Athous nihil admodum commisisse videtur, sed supersunt errores librariorum, qui nondum corrigi potuerunt. Quod initio legitur:

Ἶρις ποτ' οὐρανοῖο πορφυρῇ κήρυξ
πτηνοῖσι κάλλους εἶπεν ἐν θεῶν οἴκοις
ἀγῶνα κεῖσθαι,

aut fallor aut verum est ἀγῶν' ἔσεσθαι. Neque εἰςήκει placet vs. 6. Deinde vs. 8:

πρόσωπα δ' αὐτῶν ἐξέλουε καὶ κνήμας,
ἔσειε τερσοὺς, ἐκτένιζε τὰς χαίτας.,

requiro ἐξελοῦτο et ἔσαιρε, quod melius certe convenit quam ἔσειε, cf. fab. 124. 18, etiamsi non ab omni parte ea mutatio textus certa sit. Vs. 13 haesit apud omnes: μόνος τὰ πάντων pro μόνος τε πάντων. Reliqua emendata quidem sunt necdum omnes emendationes in ipso textu locum suum nactae sunt. Utilissima est ea fabula, ut tandem Babrii poeticam facultatem cognoscamus, quae alibi toties sub aliorum sordibus latet.

Fab. 73 non nisi lacerae quaedam reliquiae supersunt et de fab. 74 non habeo quid dicam: adeo mihi incerta omnia videntur. Hoc video insiticium esse ultimum versiculum, qui ad fabulae argumentum minime pertinet atque sic de more habe-

bimus versus sedecim. Itidem sequenti fabula spurius est vs. 4, quo eliminato versus habebimus viginti; sed plura supersunt quae emendare nequeo: id tantum intelligo vs. 14 *πιόντες* requiri, quod recte legitur apud Halmium in pedestri fab. 168 et vs. 4 *οὐκ ἐξαπατῶ σε φησίν οὐδ' ἐνεδρεύω*, reponam *οὐκέτ' ἀπατῶ*, sicuti simplex *ἀπατᾶν* legitur fab. 77. 3. Multa sunt in ea fabula rescripta, quae vitiosa dialecto arguuntur. *Δέδιθι* est paenultima producta vs. 2; vs. 16 anapaestus est in secundo pede; displicet pluralis numerus vs. 19 *τῶν σκήπτρων* et vs. 20 *ταῖς ἀληθείαις* cf. fab. 83. 4, al.

In fab. 76, quae satis bona est, ut viginti versus sint, sequitur unum excidisse, fortasse inter vs. 2 et 3. Deinde Athous poeta non scripsit certe:

μισθῷ τε Φόρτον ἔφερεν ἄλλοτ' ἀλλοῖον,

sed *Φόρτους ἄλλοτ' ἀλλοίους*. Vs. 12:

σάλπιγξ τ' ἐφώνει πᾶσιν ἀσπίδα σμήχειν,

quanto elegantius erit *πᾶσαν*! Sic legitur fab. 29. 2 *πᾶσαν ἐσπέρην*, fab. 95. 72 *πᾶσαν ἐντολήν* et fab. 95. 98 *πᾶσαν εὐνήν*.

Itidem de melioribus est fab. 77, in qua vitium odoror statim ab initio:

κόραξ δεδηχὼς σόματι τυρὸν εἰσήκει.

Decurtavit fabulam Athous poeta, ut fieret versuum duodecim itaque omisit quod Babrius omittere non potuit, corvum illum celsa resedisse arbore, ut apud Phaedrum est, *sur un arbre perché*, nec tamen credo eum scribere potuisse *εἰσήκει*, cf. fab. 95. 58, 110. 1 et 122. 1, neque *δεδηχὼς* recte se habet. Scripserim: *κόρακ σεσηρὼς σόματι τυρὸν ἐσχήκει*

et supra vidimus plusquamperfectum tempus Athoo poetae in deliciis esse.

Fab. 78, quae quinque versuum est, in brevius contracta fuit; etiam in fine fab. 79 aliquid turbatum est. Deinde *τετράστιχοι* sunt decurtatae fab. 80 et 81. Venimus ad fab. 82, quae octo versuum est, ex quibus sex Suidas. laudavit cum notabili varietate lectionis, necdum tamen omnia persanata; nam, ut omittam importunum participium *φεύγων* vs. 7, legitur sic:

Κοιμωμένου λέοντος ἀγρίης χαίτης
διέδραμεν μῦς· ὁ δὲ λέων ἐθυμώθη,
φρίξας δὲ χαίτην ἔθορε φωλάδος κοίτης.

Primum displicet id quod est χαίτῃ bis positum; deinde non video, qui θορεῖν cum secundo casu iungi possit. Versiculum Suidas laudat in vv. φριξότριχα, ἔκθορεν et φωλάδι· tribus locis semper habet ἔκθορεν, nec tamen Babrius augmentum omittere solet. Ἔκθορε fluxit fortasse e dactylica fabula et reponam:

φρίξας δὲ τρίχας ἐξέθορε φωλάδος κοίτης.

Sic demum apparet, cur Suidas in voce φριξότριχα versiculum laudaverit. In stulto epimythio κόλουε legam pro κώλυε. Neque illa negligam:

ὁ δ' οὐχὶ τὸν μῦν, εἶπεν, ὦ παλαμναίη,
δέδοικα μή μου τὴν δορὰν κνίσῃ φεύγων.

Codicis scriptura ita fuerat expedienda: οὐχὶ — δέδοικα μή μ' οὐ. Haec quoque fabula decurtata est, ut octo versuum fieret.

Utraque fabula quae sequitur cum epimythio versuum octonum est, sed prior est lacera, ita ut sine ope pedestris fabulae ne intelligi quidem possit; altera paulo melior est itidemque legitur in Dosithei Codice. Primo versu:

κώνωψ ἐπισὰς καμπύλῳ κέρᾳ ταύρου,

cum Tyrwhitto malim ἐπιπτάς, cf. 99. 1.

Longe optima est fab. 85, cui, ut expleretur viginti versuum numerus, poeta Athous epimythium tantum addidit. Nihil corrigam nisi vs. 6 τοῦ χάριν. Peius est habita fab. 86, eadem tamen melius quam fab. 87, quae miserum in modum dilacerata est; quid est v. c. illud δάκνων εἰ κατειλήφει? Et quis canem non miretur, qui ψαύων leporem φιλεῖ? Longe longeque praestat fab. 88 de cassita, in qua reponam vs. 10 ποῖ σφέας μεταστήσει, cf. fab. 68. 9, et vs. 18 ἐκποδὼν φεύγειν. Sicuti in superiore fabula, sic hic quoque versiculus alicubi excidit, nam versus sunt numero undeviginti. Est quoque de melioribus fab. 89, quamquam quaedam insunt minus probanda. Vs. 9 certe non feram:

θηλὴ μεθύσκει μέχρι νῦν με μητρώη.

Emenda πιπίσκει. Calamitosum verbum hoc est. Scholiasta ad Iliad. Υ 9 scribit τὸ πεῖσαι significare ποτίσαι· at voluit πῖσαι dicere. Apud Plutarchum πῶς ἂν τις διακρ. p. 55a legitur: ἔστι δ' ὅπου ταῦτ' ἐάσας καστόριον ἐνέσεισεν ..... ἢ τινα ἐλλέβορον ἐμπιεῖν τρίψας ἠνάγκασεν. Itane ΕΝΕΣΕΙΣΕΝ? Tu repone ἐνέπισεν, quod etiam Pindarus alicubi usurpavisse

dicitur, ne credas vocabulum auctore destitutum esse.

Fab. 89. 12 malim praeterea *μοι* quam *μου*. In fab. 90 91 nihil est admodum memorabile, nisi forte vs. 8:

πόσον τράγου μεταξὺ καὶ πόσον ταύρου;

quem versum non optimum conferemus cum fab. 115. 12:

τίς γὰρ νεφῶν μοι καὶ τίς ἦν πτερῶν χρείη;

Satis bona est fab. 92, in qua duo sunt parvula vitia, na vs. 8 cum Suida *συγκρούσας* malim quam *συγκρούων* et vs. 10

τὸ δ' ἴχνος εἰπέ, τὸν λέοντα μὴ δείξῃς,

praestare arbitror *δείξας*. Contra vitiis scatet fab. 93. Qu enim est *λαμβάνειν πρὸς αἰκίην* et quo pertinet coniunctiv *λάβωσι* et potestne probari genetivus *καινῆς* ΓΕ *ταύτης τ μεσιτείης*? Accedit paenultimo versu *μηδὲ* pro *οὐδέ*

Missa fab. 94, in qua cum Meinekio vs. 4 *θείη* legam, ver ad fab. 95 omnium longissimam, in qua videmus quantu ingenii ad hoc scriptionis genus Babrius attulerit; nam quaedam poeta Athous mutaverit, cuius rei fidem faciet cu qua effectum est, ut ultimae syllabae omnes producantur accentu careant, in plerisque tamen video, parvas mutation fuisse, quae artificiosae compositioni non officerent. Versu decin cum Fixio *πεύκαις* requiro pro *ὑπ' ἀγρίαις ὕλαις*. Οἶδας vs. ferri non potest, sed certa medicina non succurrit. Vs. 22:

κέρας δὲ φοβερὸν πᾶσιν ἑρπετοῖς φύει,

et *φύει* intelligo et tamen convenientius judico *φαίνει* propter fa 77. 5 *ςέρνον αἰετοῦ φαίνεις* sicuti etiam fab. 98. 8 *ἡλίκους δ' ἡμ φέρεις ὀδόντας* certe minime ferri debet; si umquam emendat satis certa fuit, hic requiritur *φαίνεις ὀδόντας*. Vs. 59 fa ut Sophoclis recorder. Scribitur sic:

ἐλάφου δὲ φρὶξ ἐπέσχε νῶτα καὶ κνήμας,

et hoc quidem recte, sed in Codice legitur *ἐπέσχεν ὦτ* Idem vitium, nisi fallor, in Hesychio latet, qui in *κυλλαίν κάτω* ex Sophoclis Phaedra laudat, quod verisimiliter de Min tauro dictum fuit:

ἔςαι ἐπουρανῶτικυϑλάννων καὶ τό.

Quae verba ita edi solent:

ἔσαιν' ἐπ' οὐρὰν ὦτα κυλλαίνων κάτω.

Sensit Herwerdenus, quam hoc esset sensu vacuum; itaq scripsit, quod multo melius debet videri:

ἔσαινεν οὐρᾷ τῶτε κυλλαίνων κάτω.

Sed facilius poterimus sic:

ἔσαινεν οὐρᾷ νῶτα κυλλαίνων κάτω,

atque sic quantum satis erit de immani monstri cauda amputatum erit. Vides in Babrii et Hesychii Codicibus vitium tantum non planissime idem. De versibus qui apud Babrium proxime sequuntur, luculenter Cobetus egit in Orat. Inaug. Denique vs. 94:

καρδίην δὲ νεβρείην
λάπτει πεσοῦσαν ἁρπάσασα λαθραίως,

videmus perperam legi ἁρπάξων fab. 89. 2; deinde corrigam κάπτει, nam vulpeculae μέλαν ὕδωρ λάπτουσιν, sed quod dentibus corripuerunt et comminuunt κάπτουσιν. Res nota est et insuper in pedestri fabula exemplum offendimus huius scriptionis initio. Tenebimus autem quod dixi, esse quaedam in nostra fabula rescripta, quae perita manu facile arguuntur, v. c. vs. 34 et 35, ubique tamen Babrianam elegantiam pellucere. Quae sunt reliquae corruptelae interdum satis manifestae, non sum emendando.

Decurtata fabula est 96, sed in fab. 97 multa sunt quae Babrii ingenium referunt, quaedam poeta Athous corrupit, ut fabula fieret versuum duodecim. Vs. 2 malim προσποιηθεὶς θύσειν quam θύειν. Contra absurda fabella 98 est. Qui vs. 3 scripsit: οὐδέν τι δύσνουν οὐδ' ὕπουλον ἐμφήνας, nescivisse videtur quid esset ὕπουλον. Vs. 8:

τίς κόρη σε τολμήσει
ἀφόβως περιλαβεῖν; τίς δ' ἰδοῦσα μὴ κλαύσῃ;
πρὸς ταῦτα δὴ σκόπησον εἰ γάμου χρῄζεις.,

cum Boissonadio corrigi potest περιβαλεῖν, sed quid est κλαύσῃ juxta τολμήσει positum? Futurum est certe κλαύσομαι et turpe vitium est in σκόπησον. Continuo sequitur:

ὁ δὲ πτερωθεὶς τῇ δόσει τε πιεύσας
ἐξεῖλε τοὺς ὀδόντας,

scripsit poeta quisquis ille fuit, ἐξεῖρε· dentes non *exemit*, sed *exseruit*. Recte lupus in fab. 122. 10 ὀδοῦσι σκόλοπα ἐξῄρει. Duplex epimythium est, alterum altero ineptius.

Fab. 99 lacerum fragmentum est, sed fab. 100 paulo plenius servata est. Legitur vs. 5

ὁ δέ σοι τράχηλος, εἰπέ, πῶς ἐλευκώθη;
κλοιῷ τέτριπται σάρκα τῷ σιδηρείῳ,

malim tamen τέτριμμαι, nam ὁ τράχηλος τέτριπται σάρκα mire dictum est. Probabilis etiam est fab. 101, in qua vulpis sunt ad lupum verba:

σὺ γὰρ ὡς ἀληθῶς ἐν λύκοις λέων φαίνῃ,
ἐν δ' αὖ λεόντων συγκρίσει λύκος γίγνῃ.

Requiro λέουσι. Multo minus purus sermo est in fab. 102; quam est v. c. ridiculum:

πρᾷος δὲ καὶ δίκαιος ὥς τις ἀνθρώπων,

sed sic poeta Athous amat dicere. Supervacanea est paricula γε vs. 8, cet. Sunt etiam multa sermonis vitia in fab. 103, quae notare supersedeo: in fine versiculus excidisse videtur, ut fabula fuerit viginti versuum. Itaque spurium est epimythium, in quo malim:

μακάριος ὅστις οὐ προμανθάνει πταίσας,
ἀλλ' αὐτὸς ἄλλων συμφοραῖς ἐπαιδεύθη.,

nam in Codice est προλαμβάνει. Rescriptam esse fab. 104 vel solum illud ἐπεικείης monstrare potuit pessime dictum pro ἐπιεικείης, cf. ταμείοις fab. 108. 2. In fab. 105 ϛαθεὶς displicet pro ϛὰς dictum et illud quoque:

λέων δὲ τερφθεὶς εἶπε τὸν λύκον σκώπτων·
σοὶ γὰρ δικαίως ὑπὸ φίλων ἐδωρήθη.

Recte quidem legitur fab. 106. 29:

ὁ λέων δὲ τερφθεὶς ὡς λέων τε μειδήσας,

recte quoque fab. 109. 19:

ὁ δ' ὡς ἐτέρφθη πᾶσι καὶ παρωρμήθη,

sed cum videam in Athoo Codice legi fab. 95. 66:

τῆς δ' οὐκ ἐτέρφθη θυμός,

pro quo tamen rectissime correctum fuit ἐτρέφθη, sic hic quoque malim:

λέων δὲ τρεφθεὶς εἶπε τὸν λύκον σκώπτων.

In fab. 106 multa satis bene dicta erant, sed fragmentum est et narratiunculae finis desideratur. Vs. 17 et 18, ut ultimae syllabae producantur, utemur Herzbergii correctione; deinde vs. 20:

κερδοῖ σοφή, λάλησον, ὥσπερ εἰώθης,
φαιδρῷ προσώπῳ δεῖτος, ὦ φίλη, ψαῦσον.,

improbabimus sane usum verbi λαλεῖν, sed animadvertendum est in Athoo Codice a prima manu εἰώθης esse, non εἰώθεις· metrum praeterea suadet ut ψαύσας reponatur. Si vere suspicati sumus, Babrium versus ischiorrhogicos admisisse, credibile potest videri eum vs. 1 dedisse:

λέων ποτ' ἀνδρῶν βίον ἀρίστων ἐζήλου,

Athoum poetam rescripsisse ἄριστον. Quod si probabitur, ne scripserit quidem vs. 8:

λιήν τιθεὶς ἅπασι δαῖτα θυμήρη.,

nam melior verborum ordo erit:

τιθεὶς ἅπασι δαῖτα λίην θυμήρη.

Versum 26 nondum leni medicina sanare potui. In fab. 107 multa bene, pauca quaedam pessime dicta sunt eo modo, quem supra toties iam cognovimus. Jam venio ad alterum prooemium, cuius secundus versus hodie ita scribitur:

Σύρων παλαιῶν ἐστιν εὕρεμ' ἀνθρώπων.

Haec est scilicet correctio Athoi poetae, nam Babrius non fugerat spondeum quinto pede scripseratque εὕρημ' ἀνθρώπων. Deinde:

ἀλλ' ἐγὼ νέῃ μούσῃ
δίδωμι Φαλάρῳ χρυσέῳ χαλινώσας
τὸν μυθίαμβον ὥσπερ ἵππον ὁπλίτην,

requiro ὁπλίτης. Quod sequitur

ὑπ' ἐμοῦ δὲ πρώτου τῆς θύρης ἀνοιχθείσης
εἰσῆλθον ἄλλοι καὶ σοφωτέρης μούσης
γρίφοις ὁμοίας ἐκφέρουσι ποιήσεις,
μαθόντες οὐδὲν πλεῖον ἢ γεγωνίσκειν.

Ferri non potest σοφωτέρης· quas vidi virorum doctorum conjecturas, eae nondum mihi satisfecerunt, Schneideri κοὐ σοφωτέρας, Bergkii κἀκ τορωτέρας· mihi placet κἀσαφεστέρης. Omnium minime Schneidewinus audiendus est, qui ψοφωτέρας reposuit, nam nullibi legimus ab eo quod est ψόφος comparativum derivatum fuisse. Ostendere tamen poterit Schneidewini commentum, quae sit genuina scriptura in Plinii Epistulis II. 14. Contendit Plinius centumvirales causas ab adulescentulis profanari, cum olim maxima veneratione pulcherrimum opus coleretur. *Sequuntur*, inquit, *auditores actoribus similes, conducti et redemti: manceps convenitur in media basilica, ubi tam palam sportulae quam in triclinio dantur.* Sunt igitur, quos hodie *la claque* appellamus, Graeci τὸν χορόν.

Inde iam non inurbane Σοφοκλεῖς vocantur: *iisdem Latinum nomen impositum est* laudicoeni. Causa Latini nominis apparet, cum praesertim nos eodem nomine in alia re per jocum uti solemus, sed quid Sophocli cum Laodicenis? Scilicet Ψοφοκλεῖς eos appellabant.

Vs. 15 hodie ita scribitur:

ἀλλ' εὖ πυρώσας, εὖ δὲ κέντρα πρηύνας,

Dubnerus corrigere voluit πτερώσας· ego de participio τορεύσας cogitaveram et vs. 13 in μυθιάζομαι latere crediderim ψιμυθιάζομαι, sed nondum mihi contigit versum restituere.

Nemo hodie non offendetur novicia forma ταμεῖον, quam condonabimus poetae Athoo, ipsi Babrio non obtrudemus. Nempe hic scripserat fab. 108. 2:

ὁ δὲ ταμιείοις πλουσίοις ἐμφωλεύων,

poeta Athous non tulit spondeum quinto pede et rescripsit:

ὁ δ' ἐν ταμείοις πλουσίοισι φωλεύων.

Deinde in sequentibus plerumque servata ipsa Babrii verba; rescribendum tamen vs. 12 ἤν μοι συνέλθῃς pro εἴ μοι συνέλθοις, quod cum futuro coniungi non potest. Vs. 17 πίθος rescriptum oportuit, quae est Suidae lectio. Ultimo versu, quem Suidas quoque habet:

ἐγὼ δὲ λιτῆς οὐκ ἀφέξομαι βώλου,
ὑφ' ἣν τὰ κρῖμνα μὴ φοβούμενος τρώγω.,

ipse Babrius sic errare non potuit deditque sine dubio τὰ κρῖμν' οὐκ ἐκφοβούμενος. De forma verbi ἐκρύβοντο vs. 27 ἐπέχω.

Sequuntur duae fabulae τετράστιχοι, deinde fabula 111, quae scatet vitiis, vix ut possit intelligi ipsaque narratio inde fiat obscura. Vs. 2 perperam omissum est verbum εἶναι. Vs. 4 et 15 de itinere in mediterraneam regionem verbum est κατάγειν. Vs. 6 ἐλαφρύνθη caret augmento. Vs. 8 nescias utrum de viatore an de asino sermo fiat. Vs. 11 ἤν πεσών pro ἔπεσεν displicet. Quod legitur vs. 14 πλείους σπόγγους κατῆγεν, poeta Athous superlativum pro πολλοὺς reposuit, ne ultima versus syllaba accentum haberet. Vs. 16 μεμισήκει ratione caret. Denique vs. 20:

βάρος δὲ διπλοῦν ἦλθε βασάσας νώτοις,

rescripsit poeta Athous propter causam quam saepe dixi, nam Babrii fuit βασάζων.

Mediocris est fab. 112, in qua vs. 9 πλεῖον malim quam μᾶλλον et vs. 3:

ὦρυσσεν ἐςὼς τοῖς κέρασι τοὺς τοίχους,

tauro magis convenit ἐκύρισσεν, Ex Hephaestione notum est:

ὁ ταῦρος δ' ἔοικεν κυρίξειν τιν' ἀρχάν.

Fab. 113 quatuor versuum est; in fab. 114 malim λάμπει vs. 3 et sequenti versu haud scio, an non perperam dictum sit συρίσαντος, cum aoristus non satis bene hic locum suum tenere possit; sed Babrius, uti suspicor, argumentum copiosius tractaverat magisque exornarat. Non magis est integra fab. 115, cuius duo ultimi versus misere languent et turpe est χαμᾶζε pro χαμαί dictum. Vs. 7

τὰ τῆς ἐρυθρῆς πάντα δῶρά σοι δώσω,

agnosco Athoum poetam, nam Babrius elegantius dederat δῶρον, quod vides cur commutatum sit.

Summa inest spurcities in fab. 116. Abjudicanda videtur poetae Athoo, — nam de Babrio ne cogitari quidem potest — cum passim violatas videas metri leges, quae in Athoo Codice tantum non semper observantur; ex sedecim versibus sunt v. c. quatuor, qui in brevem syllabam desinunt. Vs. 9 εἶσω pro ἔνδον propter metrum dictum est. Vs. 14 sic scribam:

εἶτα κἀκεῖνος
ἄμφω θελόντων δρᾷ τι χἤδ' ἐρᾳθύμει.,

nisi mavis ἐρρᾳθύμει, nam mihi perinde est, quomodo ista scribantur, quae melius una litura delebuntur.

Fab. 117 hodie est undecim versuum, sed vs. 7 ostendit aliquid excidisse, nam non intelligitur, unde repente illae ἄχνι πύριναι. Quaedam recte dicta sunt, sed notari debet vs. 4 ταῦτ' ὀμοῦ λέγοντος et vs. 8 συνεπάτησε τοὺς πλείους pro πολλούς dictum. Est praeterea spondeus *quarto* pede vs. 9:

Ἑρμῆς δ' ἐπιςάς τῷ ΤΕ ῥαβδίῳ παίων.

Nec solet Mercurii ῥαβδίον dici: praeferam:

Ἑρμῆς δ' ἐπιςὰς αὐτίκα ῥάβδῳ παίων.

Satis purus sermo est fab. 118, sed versuum numerus impar ostendit unum versum excidisse post vs. 4 et absurdum praeterea est:

κἀκεῖ νεοσσῶν ἑπτὰ γίγνεται μήτηρ
οὔπω πτερίσκοις πορφυροῖς ἐπανθούντων.,

quasi umquam alias mater adultos pullos parere soleat. Praeterea vs 7:

ἅπαντας ἐξῆς ἔφαγεν· ἡ δὲ δειλαίη,

rectius erit κατέφαγ'. Neque aliter Homerus eo loco, qui Babrio obversabatur. Quod epimythium post fab. 119 legitur, aperte spurium est; deinde ut fiant duodecim versus, lacuna mihi esse videtur duorum choliamborum post vs. 4. Turpe vitium est vs. 5 in καταγείσης et vs. 7 cum aliis malim εἴ σὺ quam ἐσσι. Reliqua mihi vitio carere videntur. Pleraque autem intacta praetermisit poeta Athous in fab. 120, excepto postremo versu:

καὶ πῶς, ἀλώπηξ εἶπεν, ἄλλον ἰήσῃ,
ὃς σαυτὸν οὕτω χλωρὸν ὄντα ΜΗ σώζεις.,

suspicor dedisse Babrium: χλωρὸν ὄντ' οὐκ ἴησαι, poetam autem Athoum non tulisse spondeum quinto pede itaque perfectum ἴησαι mutasse eo modo, quem vidimus. Non attendit autem ad versum qui proxime praecedit nec minus ischiorrhogicus est:

ὃς Ὀλυμπον οἰκεῖ καὶ θεοὺς ἰατρεύει.

Credidit fortasse in ἰατρεύει primam syllabam corripi posse, idem in ἴησαι propter reduplicationem neutiquam licere.

Fab. 121 τετράσιχος est; lepidum est Lachmannum videre, qui ex pedestri fabula egregium choliambum suppleverit:

χρονιώτερον γὰρ δορκάδος βίον ΖΗΣΩ.

Multa Babrii vestigia supersunt in fab. 122. Vs. 2 participium παρόντα otiosum est:

λύκον δ' ἰδὼν παρόντα καὶ σαφῆ δείξας.

Simplicissimum fuerit corrigere πάραντα. Deinde vs. 5:

σὺ μᾶλλον ἢ γὺψ ἢ κόραξ με δειπνήσεις,

malim πολὺ μᾶλλον. Vs. 7 participium εἰρύσσας displicet, cf. 12. 21 χωρίσσῃς. Deinde vs. 10 non intelligo quid sit σκόλοπα θερμὸν nihilque prodest cum Lachmanno θερμός scribere. Atque haec est postrema fabula, quae in Athoo Codice servata est, nam fab. 123 unus tantum versiculus superest. De Babrii fragmentis nunc quidem tacere certum est.

Amstelodami,
Ips. Id. Jun. 1876.

PLATONICA.

MENO.

Menon. p. 70. a *προτοῦ μὲν Θετταλοὶ εὐδόκιμοι ἦσαν — ἐφ' ἱππικῇ τε καὶ πλούτῳ, νῦν δὲ καὶ ἐπὶ σοφίᾳ. — ἐνθάδε δὲ τὸ ἐναντίον περιέσχηκεν· ὥσπερ αὐχμός τις τῆς σοφίας γέγονε καὶ κινδυνεύει ἐκ τῶνδε τῶν τόπων παρ' ὑμᾶς οἴχεσθαι [ἡ σοφία]*. Facile est emblema fatuum et auri molestum removere. Sed contra supplendum est aliquid in verbis *τὸ ἐναντίον περιέσχηκεν*, quod sensu vacuum est. Quia frequens admodum locutio est facile ex aliis locis prorsus similibus suppleas: *ἐνθάδε δὲ (τὸ πρᾶγμα εἰς) τοὐναντίον περιέσχηκεν*, *apud nos*, inquit, *res in contrarium vertit*, ut apud Demosthenem XXV. pag. 773, 9: *φοβοῦμαι μὴ τὸ πρᾶγμα εἰς τοὐναντίον περισχῇ*. Plato *de Rep.* pag. 343. A. *ὁ τοῦ δικαίου λόγος εἰς τοὐναντίον περιεισήκει*, et apud alios. Saepe dicitur *εἰς τοῦτο*, *εἰς ἐκεῖνο*, *ἐνταῦθα περιεσάναι τὰ πράγματα de conversione rerum*, sed *τοὐναντίον περιέσχη* etiamsi hic illic legitur, apud Thucyd. VI. 24. Lysiam pag. 126, 4. perinde est ac si Latine dixeris *contrarium vertit* pro *in contrarium*, et *ἐς* addendum.

Pag. 71. a. *ἐγὼ δὲ τοσοῦτον δέω εἴτε διδακτὸν εἴτε μὴ διδακτὸν εἰδέναι*. Certo et perpetuo omnium Atheniensium usu dicebatur *τοσοῦτον ἀπέχω* et *τοσούτου δέω*, *δεῖς*, *δεῖ*, et *πολλοῦ*, *πλείονι*, *μικροῦ*, *ὀλίγου δέω*, *ὀλίγου δεῖν* et similia sine ulla exceptione, quam natura verbi *δεῖν* non admittit. At

citerioris aetatis Graeculi temere haec inter se miscere coeperunt et hac contagione scripta veterum impleta sunt. Sed audi nunc Stallbaumium: „*apte comparavit Ullricus Axioch.* p. 372 B. τοσοῦτον ἀποδέω τοῦ δεδοικέναι. Chariton p. 152. τοσοῦτον ἀποδέω τοῦ σε κωλύειν. — *itaque non est quod* τοσούτου *invitis libris corrigamus.*"

Quod inepti Graeculi vitiose dicebant eo utitur ad mendum librorum Platonis occultandum. Quot verba tot errores sunt in τοσοῦτον ἀποδέω τοῦ δεδοικέναι. Saepe miratus sum quo pacto *Axiochus* in Platonis Dialogos irrepere potuerit, quum scriptus sit tam absurda oratione et stilo scateatque erroribus contra certam Platonis et Atticorum omnium consuetudinem commissis, ut alio loco de industria ostendam.

Emendate legitur apud Demosthenem pag. 107. 10. τοσούτου δέω ζηλοῦν. p. 744. ὅσοι μῆνες μικροῦ δέουσι νομοθετεῖν. p. 1479. τοσούτου γὰρ δέω τοῦτο ποιεῖν. p. 1015. τοσούτου ἐδέησε περιγενέσθαι τι, sed vitiose in S p. 115. 1. ἐγὼ δὲ τοσούτῳ δέω. p. 263. 24. τοσούτῳ γὰρ δέω et p. 849. 26. τοσοῦτο τοῦ (pro τοσούτου) ποιῆσαι ἐδέησεν.

Sine mendo apud Platonem legitur in *Menone* 91. a. πολλοῦ γε δέουσι μαίνεσθαι, et passim πολλοῦ δέω, πολλοῦ γε δέω. sed mendose in *Apologia* 35 d. ἀλλὰ πολλοῦ ΔΕΙ οὕτως ἔχειν pro πολλοῦ ΔΕΩ.

Gravius etiam peccatur in secunda persona πολλοῦ ΔΕΙC. Apud Demosthenem S exhibet p. 980. 25 καίτοι τοσούτ' οὐδεὶς ἐλέου τινὸς ἄξιος εἶναι pro τοσούτου δεῖς. Apud Platonem in *Menone* 79. b πολλοῦ δεῖς εἰπεῖν, Codd. δεῖ σ' εἰπεῖν. *Lysis* 204. e. πολλοῦ δεῖς τὸ εἶδος ἀγνοεῖν τοῦ παιδός. Codd. δεῖς σε aut δεῖ σε. *Io* 541. e. ἐξαπατᾷς με καὶ πολλοῦ δεῖς ἐπιδεῖξαι. Codd. δεῖ σ' ἐπιδεῖξαι. Eodem modo apud Isocratem errari vide in *Nov. Lectt.* pag. 528.

Pag. 71. d. ἐκεῖνον μέντοι νῦν ἐῶμεν. Quia νῦν incongruum est scribe: ἐκεῖνον μὲν τοίνυν ἐῶμεν ἐπειδὴ καὶ ἄπεσιν. Simillimus huic locus est in *Hippia minore* 365. c. τὸν μὲν Ὅμηρον τοίνυν ἐάσωμεν ἐπειδὴ καὶ ἀδύνατον ἐπανερέσθαι τί ποτε νοῶν ταῦτα ἐποίησεν.

Pag. 71. d. *τί φὴς ἀρετὴν εἶναι; εἶπον καὶ μὴ φθονήσῃς.* Numquam Plato aoristo *εἶπα*, *εἶπαι*, *εἶπας* usus est. Etiam nunc ut sexcentiens alibi dixit *εἰπέ*.

Menon. pag. 72. a. *μίαν ζητῶν ἀρετὴν σμῆνός τι ἀνεύρηκα ἀρετῶν παρὰ σοὶ κειμένΩΝ.* Verum est ex ipsa rei natura *κείμενΟΝ*. De more *κείμενον* ad proximum *ἀρετῶν* praepostere est accommodatum, qui uberrimus et apud alios et apud Platonem mendorum fons est.

Menon. pag. 72. a. *ἄλλη ἐστὶ παιδὸς ἀρετὴ — καὶ πρεσβυτέρου ἀνδρὸς, εἰ μὲν βούλει ἐλευθέρου, εἰ δὲ* [*βούλει*] *δούλου.* Laesa auris admonet ut alterum *βούλει* expungas, idque perpetua Platonis consuetudo confirmat. *Sympos.* pag. 212. c. *εἰ μὲν βούλει — εἰ δέ. Alcib.* I. pag. 114. D. *εἰ μὲν βούλει — εἰ δέ*, et sic in *Cratylo* pag. 407. D. In *Euthydemo* pag. 285. c. *εἰ μὲν βούλεται — εἰ δέ. de Legg.* pag. 688. B. *εἰ μὲν βούλεσθε παίζων, εἰ δὲ σπουδάζων.* Tolle idem mendum ex libro *de Rep.* pag. 432. A. *εἰ μὲν βούλει φρονήσει, εἰ δὲ* [*βούλει*] *ἰσχύϊ, εἰ δὲ καὶ πλήθει ἢ χρήμασιν.*

Menon. pag. 76. a. *ὑβριστής γ'εἶ, ὦ Μένων· ἀνδρὶ πρεσβύτῃ πράγματα προστάττεις ἀποκρίνεσθαι, αὐτὸς δὲ οὐκ ἐθέλεις — εἰπεῖν.* Mendosum est *πράγματα προστάττεις ἀποκρίνεσθαι.* De sententia autem nulla est controversia quin haec sit: *respondendi molestiam imponis* vel *exhibes*. idque *ἀττικιστί* non aliter quam sic dicitur *πράγματα* ΠΑΡΕΧ*εις ἀποκρίνεσθαι.* Huius locutionis paucissima tantum sed certa et indubitata exempla apud scriptores Atticos reperiuntur, quae omnia protuli in *Nov. Lectt.* pag. 393 et 620.

Pag. 76. d. *ξύνες ὅ τοι λέγω.* In aliis est: *ὅ τι λέγω.* Verum est *ὅ* TIN *λέγω*, *ὅ τιν λέγω.* Doricum est *τίν* pro *σοί*, ut *ἐμίν* pro *ἐμοί*.

Menon. pag. 77. D. *οὔκουν δῆλον ὅτι οὗτοι μὲν οὐ τῶν κακῶν ἐπιθυμοῦσιν* [*οἱ ἀγνοοῦντες αὐτά*] *ἀλλ' ἐκείνων ἃ ὤοντο ἀγαθὰ εἶναι, ἔστι δὲ ταῦτα κακά. ὥστε οἱ ἀγνοοῦντες αὐτὰ καὶ οἰόμενοι*

ἀγαθὰ εἶναι δῆλον ὅτι τῶν ἀγαθῶν ἐπιθυμοῦσιν. Perspicuum est Platonem non bis sed semel posuisse verba: οἱ ἀγνοοῦντες αὐτά, quae quia priore loco et frigide abundent et oppositionem inter τῶν κακῶν et ἀλλ' ἐκείνων debilitent una litura delenda sunt.

Pag. 78. d. πότερον προστίθης τι; Alii, ut in his formis solet, προστιθείς et προστιθεῖς dederunt. Satis demonstravimus et alibi et ad Demosthenem Atticos constanter dixisse προστιθεῖς, ξυνιεῖς, ἀφιεῖς et sim. omnia.

Pag. 80. a. καὶ γὰρ αὕτη (ἡ νάρκη) τὸν ἀεὶ πλησιάζοντα καὶ ἁπτόμενον ναρκᾶν ποιεῖ, καὶ σὺ δοκεῖς μοι νῦν ἐμὲ τοιοῦτόν τι πεποιηκέναι [ναρκᾶν]. Ipsa verborum compositio emblema arguit.

Pag. 89. e. in libris est: εἰς καλὸν ἡμῖν αὐτὸς ὅδε παρεκαθέζετο. Pro αὐτός Platonem scripsisse Ἄνυτος intellexit Struvius et diu ante corrector Codicis Florentini. Res est perspicua. Sequitur in Bodleiano: εἰκότως δ' ἂν μεταδοῖμεν ΑΝ. ΑΝΤΤΟC γάρ κτἑ. Resecandum est alterum ἄν, ex sq. syllaba natum. In tam paucis verbis ἄν iterari non potuit.

In iis quae de Anyto scribit pag. 90 b, ubique sunt aculei in hominem, quem Plato pessime oderat, nam nulla esse potest controversia quin haec post Socratis mortem scripta fuerint. Quod igitur Anyti patrem Anthemionem laudat (οὐχ ὑπερήφανος πολίτης οὐδὲ ὀγκώδης τε καὶ ἐπαχθής) his omnibus tecte filio superbia et arrogantia exprobratur. Leniter etiam deridetur pater, quem coriarium (βυρσοδέψην) constat fuisse vid. *Nov. Lectt.* pag. 671. Si talis homo a Platone, qui summo loco natus erat, laudatur ob modestiam et omni fastu et arrogantia vacare dicitur ἡ εἰρωνεία est manifesta. Graphice depingit Anyti asperitatem et saevitiam et acerbissimum in Sophistas odium, corruptores iuventutis, quo et Socratem insectabatur pag. 91. c. 92. a et b. ut futurum Socratis accusatorem facile agnoscas, cui oblique malum minatur pag. 94. c.

Paullo ante ubi Ἰσμηνίας ὁ Θηβαῖος narratur repente dives esse factus εἰλῆφὼς τὰ Πολυκράτους χρήματα pauci, credo, Stallbaumio credent Polycratem esse veterem Samiorum tyrannum.

Polycrates Thebanus nescio quis Ismeniam heredem scripserat.

Pag. 91. b. postquam dixerat: *παρὰ τοὺς ἰατροὺς πέμποντες τόνδε καλῶς ἂν ἐπέμπομεν βουλόμενοι ἰατρὸν γενέσθαι.* Nunc autem, inquit, *ἐπιθυμεῖ ταύτης τῆς σοφίας καὶ ἀρετῆς, ᾗ οἱ ἄνθρωποι τάς τε οἰκίας καὶ τὰς πόλεις καλῶς διοικοῦσιν. — ταύτην οὖν τὴν ἀρετὴν σκόπει παρὰ τίνας ἂν πέμποντες αὐτὸν ὀρθῶς πέμποιμεν.* Manifesto aliquid excidit unde accusativus *ταύτην τὴν ἀρετὴν* pendebat. Quis enim aequo animo feret quod Stallbaumius annotavit: *„accusativus aut absolute positus est aut ex structurae mutatione explicandus."* Hae sunt enim illae argutiae malesanae, quas in Gothofredo Hermanno tam acriter Madvigius summo iure exagitat. Loci sententia, quae planissima est, affert lucem. Manifesto enim requiritur: *hanc igitur virtutem* UT DISCAT, *ad quos eum mittere debemus?* Ergo Plato dixisse potest: *ταύτην οὖν τὴν ἀρετὴν (μαθησόμενον) παρὰ τίνας κτέ.* Usu tritum est *μαθησόμενον πέμπειν* et *μαθησόμενος ἰέναι*, si quis cui aut alium aut semet ipsum in disciplinam tradere dicitur, ut in *Symposio* 206. b. *ἐφοίτων παρὰ σὲ αὐτὰ ταῦτα μαθησόμενος.* Potest etiam alio modo verborum et sententiae labes sarciri, veluti: *ταύτην οὖν τὴν ἀρετὴν (βουλόμενοι αὐτὸν σοφὸν γενέσθαι) παρὰ τίνας κτέ.* ut supra 90. c. *εἰ βουλοίμεθα Μένωνα τόνδε ἀγαθὸν ἰατρὸν γενέσθαι παρὰ τίνας ἂν αὐτὸν πέμποιμεν*; et post pauca: *παρὰ τοὺς ἰατροὺς πέμποντες τόνδε καλῶς ἂν ἐπέμπομεν βουλόμενοι ἰατρὸν γενέσθαι.* Sententia certa est, verba ipsa quis praestabit?

Menon. pag. 91. B. ΑΝΥΤΟC. *καὶ τίνας λέγεις τούτους, ὦ Σώκρατες*; ΣΩ. *οἶσθα δήπου καὶ σὺ ὅτι οὗτοί εἰσιν* OIOTC *οἱ ἄνθρωποι καλοῦσι σοφιστάς.* Manifestum mendum vides, sed vera lectio ad manum est, nempe quod quisque in tali re dixisset: *οὗτοί εἰσιν* OTC *οἱ ἄνθρωποι κτέ.* Simplicissime poterat dicere: *οὗτοί εἰσιν οἱ καλούμενοι σοφισταί.*

Excandescit ad horum mentionem Anytus et in haec verba erumpit: *Ἡράκλεις, εὐφήμει, ὦ Σώκρατες. μηδένα τῶν συγγενῶν μήτε φίλων μήτε ἀστῶν μήτε ξένων* TOIαύτη *μανία λάβοι ὥστε παρὰ τούτους ἐλθόντα λωβηθῆναι. Insania, vecordia, dementia* non *qualis* sit spectatur, sed *quanta.* Itaque verum est *μηδένα*

TOC*αὐτη μανία λάβοι*, qua confusione nihil est in libris frequentius.

In *Menon.* pag. 92 c. haereo in verbis: *πῶς οὖν ἄν, ὦ μακάριε, εἰδείης περὶ τούτου τοῦ πράγματος, εἴτε τι ἀγαθὸν ἔχει ἐν ἑαυτῷ εἴτε φλαῦρον, οὗ παντάπασιν ἄπειρος* ΘΙΗC. Nempe si *περὶ* TOTTOT *τοῦ πράγματος* sanum est, requiritur *οὗ ἄπειρος* (ΘΙ) *εἶ*, non *εἴης*. Contra si *εἴης* vitio vacat, sententia est generalis et requiritur *περὶ ὁτουοῦν πράγματος*, idque magis est ex Socratica consuetudine.

Respondet Anytus: *ῥᾳδίως. τούτους γοῦν οἶδα* OI *εἰσιν, εἶτ' οὖν ἄπειρος αὐτῶν εἰμὶ εἴτε μή.* Rectissime Wolfius *οἶοί εἰσιν.* Non assentitur Stallbaumius *„siquidem ὅς indicat naturam atque indolem eius de quo sermo est."* Multum vereor ne confundat *ὅς ἐστιν* et *ὅ ἐστιν*, quum afferat *περὶ ἀρετῆς ὃ ἔστιν ἐγὼ μὲν οὐκ οἶδα*, et *δικαιοσύνην ὃ τυγχάνει ὂν οὐ φαμὲν εὑρηκέναι*, et similia. Est aliquid inter *ἡ ἀρετὴ τί ἐστιν*; et *τίς ἐστιν ὑμῶν ὁ Σωκράτης*; Est aliquid inter *οἶδά σε ὃς εἶ*, nempe *ὁ Σωκράτης*, et *οἶδα σε ὃ εἶ*, nempe *φιλόσοφος*. et *οἶδά σε οἷος εἶ*, nempe *ὅσιος καὶ δίκαιος ἀνήρ.* Iracunde igitur et aspere Anytus dixit: *τούτους γοῦν οἶδα οἵ οἱ εἰσιν*, id est *ὅτι μοχθηροί τινές εἰσι καὶ παμπόνηροι.*

Post pauca scribe: *ἀλλὰ γὰρ οὐ τούτους Ζητοῦμεν, τίνες εἰσί*, pro *Ἐζητοῦμεν.*

Postquam sic Anytus magna asperitate verborum Sophistas insectatus est *ὁ εἴρων* ad eum ita dicit: *πῶς λέγεις, ὦ Ἄνυτε; οὗτοι ἄρα – οὐ μόνον οὐκ ὠφελοῦσιν ὥσπερ οἱ ἄλλοι ὅ, τι ἄν τις αὐτοῖς παραδῷ, ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον διαφθείρουσιν*; deinde usus erat lepida comparatione, quae nunc fatuis additamentis vitiata magnam partem venustatis ac leporis amisit. Iuvat primum proponere locum qualem a Platone scriptum fuisse existimo, deinde emblemata redarguam. A Platonis manu haec profecta arbitror: *καίτοι τέρας λέγεις, εἰ οἱ μὲν τὰ ὑποδήματα τὰ παλαιὰ καὶ τὰ ἱμάτια ἐξακούμενοι οὐκ ἂν δύναιντο λαθεῖν τριάκοντ' ἡμέρας μοχθηρότερα ἀποδιδόντες ἢ παρέλαβον, ἀλλὰ ταχὺ ἂν τῷ λιμῷ ἀποθάνοιεν, Πρωταγόρας δ' ἄρα ὅλην τὴν Ἑλλάδα ἐλάνθανε διαφθείρων τοὺς συγγιγνομένους καὶ μοχθηροτέρους ἀποπέμπων ἢ*

παρελάμβανε πλεῖν ἢ τετταράκοντ' ἔτη. Nunc in sententiae compositione perelegans est partium συμμετρία. Homines liberos suos Sophistis instituendos committunt quemadmodum calceos detritos et scissas vestes *sarciendas* dare solent. Quid futurum est si illi τὰ παλαιὰ ὑποδήματα μοχθηρότερα 'ΑΠεδίδοσαν ἢ παρέλαβον; οὐκ ἂν δύναιντο λαθεῖν τριάκονθ' ἡμέρας ἀλλὰ ταχὺ ἂν τῷ λιμῷ ἀποθάνοιεν. Itaque incredibile est et *portenti instar* (τέρας) Protagoram potuisse πλεῖν ἢ τετταράκοντ' ἔτη λανθάνειν εἰ τοὺς συγγιγνομένους μοχθηροτέρους ἀπέπεμπεν ἢ παρελάμβανεν. Comparat Sophistas cum iis qui calceos *veteres* sarciunt *reddunique* deteriores quam acceperint, non cum iis qui *novos* calceos faciunt aut vestes *novas*. Vide nunc quid sit in libris: οἱ μὲν τὰ ὑποδήματα [ἐργαζόμενοι] τὰ παλαιὰ καὶ τὰ ἱμάτια ἐξακούμενοι. At nemo potest ἐργάζεσθαι, opinor, ὑποδήματα παλαιά, multoque etiam minus ΤΑ ὑποδήματα ΤΑ παλαιά. Praeterea ἐργαζόμενοι moleste interpositum quae arcte coniuncta sunt disiungit. Pendet aperte τὰ ὑποδήματα, ut τὰ ἱμάτια, a participio ἐξακούμενοι. Sequitur in libris: οὐκ ἂν δύναιντο λαθεῖν τριάκονθ' ἡμέρας μοχθηρότερα ἀποδιδόντες ἢ παρέλαβον [τὰ ἱμάτιά τε καὶ τὰ ὑποδήματα]. Non arbitror fore multos qui admoniti praesertim non sentiant pannum hunc inepte esse assutum. Metuit forte sciolus ne oblivisceremur. Denique libri exhibent omnes: ἀλλὰ [εἰ τοιαῦτα ποιοῖεν] ταχὺ ἂν τῷ λιμῷ ἀποθάνοιεν, manifesto errore: ποιεῖν enim et ἐργάζεσθαι in tali re nihil discrepant ponunturque promiscue de calceis palliisque *novis* faciendis, quod pugnat cum verbis μοχθηρότερα 'ΑΠΟδιδόντες ἢ παρέλαβον, in quibus ipsis est lepor comparationis cum Sophistis, qui τοὺς συγγιγνομένους μοχθηροτέρους 'ΑΠέπεμπον ἢ παρελάμβανον. Si quis haec lecta et perpensa probaverit secum existimato quales sint nostri Platonis Codices Mss. quibus tamen nonnulli tantum non ubique credendum esse opinantur.

Menon. pag. 99. D. καὶ τοὺς πολιτικοὺς φαῖμεν ἂν – ἐνθουσιάζειν ἐπίπνους ὄντας καὶ κατεχομένους ἐκ τοῦ θεοῦ. Difficile erit dicere quis sit in tali quidem re ὁ θεός. Non sic Graeci in talibus loquebantur, sed ἔκ του θεῶν dicebant et θεῶν τις et similia.

Menon. pag. 99. D. οἱ Λάκωνες ὅταν τινὰ ἐγκωμιάζωσιν ἀγαθὸν ἄνδρα Θεῖος ἀνήρ, φασίν, οὗτος. Receptam olim oportuit Casauboni emendationem Aristotelis testimonio confirmatam Cεῖος ἀνήρ et Spartanos inducere sua lingua loquentes, in qua re quam scite et venuste naturae veritas cernatur perinde Plato sentiebat atque Aristophanes.

Recipitur ab omnibus propter fidem, credo, veterum membranarum in *Menone* pag. 100. a. λέγων περὶ αὐτοῦ ὅτι

οἷος πέπνυται, AI δὲ σκιαὶ ἀΐσσουσιν.

sed quod cum bona membranarum venia dictum esto, *αἱ* et versum depravat et sententiam verborum perimit. Accipiamus igitur ab Homero: TOI δὲ σκιαὶ ἀΐσσουσιν. Cicero *de Divinat.* I. 40. *quorum de altero* (Tiresia) *etiam apud inferos Homerus ait*, solum sapere, CETEROS *umbrarum vagari modo.* Quum Scipio in Africa rem praeclare gereret πυνθανόμενον τὸν Κάτωνά φασιν εἰπεῖν·

οἷος πέπνυται, τοὶ δὲ σκιαὶ ἀΐσσουσιν,

apud Plutarchum in *Cat. Maiore* cap. 27.

C. G. COBET.

Anecd. Bekk. pag. 102. 18. Καταλλαγῆναι: φασὶ διαλλαγῆναι. Θουκυδίδης τετάρτῳ δίς. Excidit aliquid sic supplendum: (οὔ) φασι (δεῖν λέγειν ἀλλὰ) ΔΙαλλαγῆναι. Thucyd. IV. 59. τό τε πρῶτον ἐπολεμήσαμεν καὶ νῦν πρὸς ἀλλήλους πειρώμεθα καταλλαγῆναι. et iterum cap. 61. ἰδιώτην ἰδιώτῃ καταλλαγῆναι καὶ πόλιν πόλει. Idem in re eadem cap. 60. καὶ διαλλακτὰς — Ἀθηναίους νομίσαι. ut appareat διαλλαγῆναι et καταλλαγῆναι esse prorsus idem, sed καταλλαγῆναι rarum est et exquisitum, διαλλαγῆναι contra κατημαξευμένον et omnium usu tritum.

Anecd. Bekk. pag. 91. 29. Ἐλελήθεισαν: μετὰ τῆς θα. Εὔπολις Αἰξίν. Scriptum erat μετὰ τῆς δΦ id est διφθόγγου nempe ἐλελήθΕΙσαν pro ἐλελήθΕσαν, si quid Antiatticistae credimus, quod nemini suaserim.

C. G. C.

MENANDRI FRAGMENTUM.

Legitur apud Gellium N. A. II. 23. lepidus Menandri locus, sed misere depravatus in hunc modum:

ἐπ' ἀμφότερα NIN ἐπίκληρος HK
μέλλει καθευδЄCЄI κατειργασασα μέγα
καὶ περιβόητον ἔργον· ἐκ τῆς οἰκίας
ἐξέβαλε τὴν λυποῦσαν ἣν ἐβούλετο.

Quid sit legendum in primo versu ostendit Donatus ad Terentii *Heautont.* II. 3. 101.

in aurem utramvis otiose dormias,

annotans: „*talis sententia et apud Menandrum, quae Latine sic exprimitur: in aurem utramvis quum quidem dotata est cubet.*"

Ergo corrigendum:

ἐπ' ἀμφότερον ΟΤC ἠπίκληρος Ἡ Καλή
μέλλει καθευδήσειν. κατείργασαι μέγα
καὶ περιβόητον ἔργον.

et in sq. versu:

ἐξέβαλε τὴν λυποῦσαν ΩC ἐβούλετο.

Securi enim et omni cura vacui ut Latine dicuntur *in aurem utramvis dormire* sic Graece ἐπ' ἀμφότερον οὖς καθεύδειν. Usus erat ea locutione Libanius Tom. IV. pag. 872. 7. sed nunc in vitiosa scriptura delitescit. Editur: τοιοῦτο καὶ τὸ τῶν ἐμπόρων. οὐ γὰρ ἐπ' ἀμφόδοις καθεύδουσιν οὔτε (οὐδὲ) οἴκοι καθημένοις ἄνευ πραγμάτων ὁ πλοῦτος παραγίγνεται. Luce clarius est Libanium dedisse οὐ γὰρ ἐπ' ἀμφότερον οὖς καθεύδουσιν, quod manifesto a Menandro sumserat.

Quae apud Menandrum sequuntur partim flagitiose corrupta partim lacunis hiantia nemo adhuc restituere potuit. Vexantur levibus et futilibus coniecturis a Scaligero usque ad Madvigium. Meineke edidit IV. pag. 189.

ἔνος ἐν πιθήκοις ἐϛὶ δὴ τὸ λεγόμενον
τοῦτο σιωπᾶν βούλομαι τὴν νύκτα τήν
πολλῶν κακῶν ἀρχηγόν· οἴμοι Κρωβύλην
λαβεῖν ἔμ' ἐκκαιδεκατάλαντον.

in quibus et alia vitiosa sunt et τήν in extremo senario collocatum. Similiter peccatur in sqq.

γύναιον οὖσαν πήχεως. εἶτ' ἐϛὶ ΤΟ
Φρύαγμά πως ὑπόϛατον; μὰ τὸν Δία
τὸν Ὀλύμπιον καὶ τὴν Ἀθηνᾶν οὐδαμῶς.

Ex scripturis Codicum apud Hertzium et rationibus metricis haec elicias:

ἔνος ἐν πιθήκοις τοῦτο δὴ τὸ λεγόμενον.
** σιωπᾶν βούλομαι ****
**** τὴν νύκτα τὴν πολλῶν κακῶν
ἀρχηγόν. οἴμοι. Κρωβύλην λαβεῖν ἐμέ
καὶ δέκα τάλαντα *******

Lacunas metrum perspicue arguit, quarum una est in sqq. ubi saltem poëtae sententiam excogitare possis. Editur:

παιδισκάριον θεραπευτικὸν δὲ καὶ λόγου
ταχιον απαγεσθωδετισαρανπισαγαγοι.

Excidisse suspicor aliquid in hanc ferme sententiam:

παιδισκάριον (δ' ἀϛεῖον οὕτω καὶ καλόν)
θεραπευτικόν τε ***

Suggeruntur enim haec verbis Gellii: „*senex — querebatur quod ancillam suam non inscito puellam ministerio et facie haud illiberali coactus erat venumdare.*" Querebatur enim:

οἴμοι. Κρωβύλην λαβεῖν ἐμέ —
παιδισκάριον δ' ἀϛεῖον (ἀποδόσθαι).

In tertio fragmento apud Gellium editur:

ἀλλ' ἐν ἀκαλύπτῳ καὶ ταλαιπώρῳ βίῳ
χειμαζόμενος ζῇ τῶν μὲν ἀνιαρῶν ἔχων
τὸ μέρος ἁπάντων, τῶν δ' ἀγαθῶν ΟΤΔΙΝΑΜΕΝΟC.
ὑπὲρ γὰρ ἑνὸς ἀλ(ε)γῶν ἅπαντας νουθετῶ.

Olim reperta est vera lectio τῶν δ' ἀγαθῶν οὐδϵΝ μέΡος, ut frustra sit Madvigius reponens τῶν δ' ἀγαθῶν οὐδ' ὀνάμενος (*Advers. Crit.* II. pag. 591) neque enim ὀνάμενος in usu est et aoristus a loci sententia abhorret.

In ultimo versu ἀλέγων dant libri, Grotius ἀλγῶν reposuit idque ab omnibus receptum. Equidem λέγων requiro et correxerim:

περὶ γὰρ ἑνὸς λέγων ἅπαντας νουθετῶ,

dum loquor *de uno*, inquit, *admoneo omnes.*

Utilissimus est Gellii locus ad cognoscendum quantum sibi licentiae sumserint Comici Romani quum Graecorum fabulas *vorterent barbare.*

„ *Quae Menander praeclare et apposite et facete scripsit ea Caecilius — quasi minime probanda praetermisit et alia nescio quae mimica inculcavit.*" substituitque facetiis Atticis urbanissimis Romanas rusticiores et spurciores, qualis haec est:

ubi domum adveni, assedi, extemplo savium
dat ieiuna anima. B. *nil peccat de savio.*
ut devomas vult quod foris potaveris.

nihil horum apud Menandrum legebatur neque Menandri spectatoribus talia placere poterant. Caeterum una literula expuncta scribendum;

ut Evomas vult quod foris potaveris.

Menander in Monostichis vs. 439

οὐδεὶς πῦρ εἰς χρήματα δίδους ἐπαύσατο.

lege:

οὐδεὶς πυρέττων χρήματα δοὺς ἐπαύσατο.

non omnia possunt nummi. Ibid. vs. 446.

πολλοὺς ὁ καιρὸς οὐκ ὄντας ποιεῖ φίλους.

verum est sed metrum non patitur. Leg.

πολλοὺς ὁ καιρὸς οἰκέτας ποιεῖ φίλους.

Saepe faciunt tempora ut ex servis amici fiant. Hoc quoque verum est.

C. G. C.

INDEX SCRIPTORUM

in vol. III et IV.

Additus numerus II indicat vol. IV.

ALES TATIUS II. 324—352.
ATYLUS 30—33. 401. II. 98. 190. 377.
CI fabulae II. 385 sqq.
CREONTICA II. 190.
CANDRIDAS 6.
CODOTA BEKKERI 335. II. 230. 243. 375. 449.
ANTONINUS II. 292.
E II. 78.
ANUS 362.
CLONII vita AESCHINIS 222.
CIDES 222.
COPHANES 19. 20. 277. 309—323.
CNAEUS II. 294—323.
CIUS 207.
CLIUS II. 452.
CERO *de Finibus* 92—103.
ANTHES 334.
CENS ALEXANDRINUS II. 86.
CMELLA 81.
CONSTANTINUS PORPHYROGENITUS II. 387—382.
CRINA II. 283.
CRINUS 294.
CRIUS II. 60—73.
DEMOCRITUS 290. II. 86.
DEMOSTHENES 120—140. 210. 255—262. 290. 349—358. 410—
438. II. 1—47. 223.

Dinarchus 380.
Diodorus Siculus 223. II. 98. 360. 371.
Diogenianus 222. 223.
Dionysius Halic. 330.
Epicharmus 330.
Erotianus 69.
Eunapius 251. 252.
Eupolis II. 263. 278.
Euphorion II. 278.
Euripides 209. II. 28. 323.
Flavius Iosephus 335. II. 59.
Gaii *Institutiones* II. 113—134.
Galenus 17. 29. 82. 91. 119. 213. 221. 223. 233. 234. 245. 254. 262. 274. 290. 297. 308. 331—334. 358. 377. II. 134. 230. 352. 382.
Gellius 78.
Harpocration II. 34.
Herodotus 104.
Hesiodus II. 260. 283.
Hesychius 291—297. 330. II. 382.
Hippocrates 68. 223. 409. II. 47.
Homerus 82—91. 106—108. 263—274. 359—373. II. 233—277.
Iamblichus II. 230.
Isocrates 118.
Iulianus 424. II. 1. 191.
Iustinus 75.
Libanius 141—156. 226. 246—254. II. 450.
declamationes ineditae 1—17.
Livius II. 365.
Lucanus 76.
Lysias 33. 142. 390. 391.
Marmor Parium 345.
Menander 29. 382. II. 189. 281. 285—293. 450—452.
Mimnermus II. 199.
Nicander 224.
Oppianus 207.
Ovidius 80.
Pauli *Epist. ad Corinth.* 112.
Pindarus 140.
Plato 19. 112. 155. 157—209. 279. 280.—290. 335. II. 268. 323. 377. II. 442—448.
Plato comicus 13.
Plautus II. 263.
Rudens 34—65.

Poenulus 146—175.
Poliorcetica 224.
Polyaenus II. 109.
Polybius 353—375.
Porphyrii *Quaestiones Hom.* 266.
Plutarchi *vita Catonis minoris* II. 74—78.
Quintilianus 77.
Sallustius 73.
Sappho 329.
Scholia ad Iliadem II. 277—284.
Scholia ad Odysseam 104. 112. 113—119. II. 231—232.
Scholium Platonis II. 284.
Seneca 81.
Sophocles II. 377.
Stephanus Byzantinus 276. II. 220.
Strabo II. 48—57. 79—112. 176—230.
Themistius 209. 298—308. 337—348.
Theophrastus II. 292.
Thucydides 18—29. 227. 228. 235—245. 374—377. II. 135—145. 376 sq.
Tyrtaeus II. 181.
Xenophon 155. 214—221.
Epilogus Cyropaediae 66—72.
Cyropaedia 378—409.
Zenobius 223.
Zoïlus 275.

INDEX GRAECUS.

A.

ἀγείρω — ἐγείρω confusa 152.
ἀγκάλαις (ἐν ταῖς) περιφέρειν 341.
ἀεί (ὁ) 400.
ἀέρων — ὠρῶν 253.
ἄϜελπτος, ἀϜελπτέοντες II. 252.
ἀθάνατος ἕνεκ' ἀσφαλείας 2. II. 2.
Ἀθηναῖοι — θεοί 148.
ἀκούειν — ὑπακούειν 460. II. 10.
ἀκριβολογία — μικρολογία 245.
ἀκτάζειν II. 209.
ἁλικρὰς οἶνος 291.
ἀλλά, δέ, at increpantis et imprecantis 272.
ἄλλος ἕτερος II. 36
ἄλυπος — ἄτιμος 33.
ἀμαθῶς — ἀπαθῶς II. 279.
ἄμπνυο 364.
ἀμφιχυθείς — ἀμφιβαλών II 273.
ἀναγνῶσαι — ἀναγνῶναι 323.
ἀναίρεσιν διδόναι 441.
ἀναισιμοῦν apud Xenophontem 220.
ἀναλκίη paenultima longa et sim. II. 261.
ἀναρπάζειν — ἁρπάζειν 150.
ἀνῆιθον — ἀνῆλθον 32.
ἄξιος — ἀνάξιος II. 243.
ἀοιδός = εὐνοῦχος 109.
ἀπίθανον — πιθανόν II. 59.

ἀπιθανότης — πιθανότης II. 111.
ἀπιθάνως — πιθανῶς II. 111.
ἀποδαρθεῖν — ἀποθαρρεῖν 308.
ἀπρόχανος = ἀπροφάσιστος 292.
ἀργός τινος, ἀργεῖν τινος 202.
ἀρίσαρχος -- ἀριστοφάνης 111. II. 280.
ἀσυμμετρία — συμμετρία II. 134.
ἀττικισί — ἀττικῶς II. 38.

B.

βλῇο — βλεῖο 263.
βούλομαι — ᾗ II. 241.

Γ.

γαμέσσεται — γε μάσσεται II. 254.
ΓΑΡ — ΤΑΡ 89.
γάρ (ἀπὸ τοῦ) ἄρχεσθαι 83. sqq.
γαστὴρ (ἡ) καὶ τὰ ὑπὸ τὴν γαστέρα 254.
γῆν πρὸ γῆς 285.

Δ.

δείλετο II. 269.
δεῖνα (ὁ) — δεινά 8.
δέον — δέ 149.
δέω, δεῖς (τοσούτου) et sim. II. 342.
δίδημι 366.
ΔΗ, πεπόνθασιν ἃ δὴ πεπόνθασιν et sim. II. 4.
διαβαίνειν εἴς τινα 153.
διάζωμα 227.
διειρημένον — διειρημένου et sim. II. 47.
διοσκέειν 293.
διφθέραις — διαφόροις 233.
διωκαθεῖν non διωκάθειν 281.
δοκεῖς — δοκοῖς, δοκοίης 434.
δόξαι — δεῖξαι II. 33.
δρῶν — ὁρῶν 3.
δυνάμεις virtutes herbarum 67.
δυνατά — ἀδύνατα II. 59.
δωροφορεῖν — δορυφορεῖν 304.

E.

ἐάκν, ἐόωσιν II. 264.

ἐγκαλέσω vitiosum II 47.
ἐγκολπίζεσθαι — ἐγκαλλωπίζεσθαι 330.
ἕζωμαι. διέζωμαι 227.
εἰ cum futuro, εἰ δὴ ὁμοῦ πόλεμός τε δαμῇ et sim. 372.
εἰ δέ omisso βούλει II. 444.
εἴς γε apud Homerum 337.
εἰσέφρηκα 393.
ЄIСπλουν — Єκπλουν 205.
εἰς τάχος γράφειν 335.
ἐμμελετᾶν τινι 153.
ἐμοῦ — ἐμεῦ, σοῖο — σεῖο 115.
ἐναγκαλίζεσθαι — ἀναγκάζεσθαι 330.
ἐνηντίωμαι — ἠναντίωμαι 297.
ἐν τρισὶν οὐχ ὅλοις ἐνιαυτοῖς et sim. 303.
ἔξοδος — ἐξοδεία 295.
ἔοιγμεν 30. sq.
ἐπαμμένον — πεπαμένον 219.
ἐπέτειος — ἐπαίτιος 4.
ἔργον. σὸν ἔργον 383.
Ἑρμᾶς — ὁρμάς 154.
ἔσχατα — αἴσχιστα 8. 151.
εὔβρωτα — ἄβρωτα II. 298.
εὐεπίφορος II. 277.
εὖ παθών — εὐπαθῶν 114.
εὐθὺς γενόμενος 298.
εὔπλοια — εὐπάθεια 307.
εὑρεῖν — εἰπεῖν 126.
ἐφοδεύειν 296. II. 23.
ἐχιδεύς 224.
ἕως — τέως 274.

F.

ϝάγνυμι. καυάξαις 369.
ϝείδεται II. 265.
ϝέϝοικα II. 266.
ϝελεόθρεπτον II. 252.
ϝέλεος II. 252.
ϝέϝοργα II. 250.
ϝέλπομαι, ἐϝέλπετο II. 271.
ϝίδηις — ϝιδέηις II. 253.
ϝίδον 337.
Ϝῖρις II. 260.

Z.

ζώϊον — ζῷον 326.
ζώννυμι, ἕζωμαι, διέζωμαι 227.

H.

ἠγάμην — ἠγοίμην 1.
ἤγρετο — ἔγρετο II. 262.
ἤιειν tertia persona ante vocalem et sim. 196.
ἠρόμην non ἠράμην apud Homerum II. 248.

O.

θριπήδεος 297.
θρόνος — φόρος — φθόνος — φόβος 246.

I.

Ἰάονες II. 281.
ἰδύους Solon *testes* appellat II. 283.
ἱμαντελίκται II. 86.
ἵνα cum indicativo 112.

K.

κακὸν ἔχειν = νοσεῖν II. 290.
κάλην herniam — καλήν II. 263.
καλῶ futurum et sim. 404.
καθίξομαι — καθέζομαι 224.
κατά — μετά II. 246.
κατηχεῖσθαι, κατήχησις, προκατηχεῖσθαι 109.
κεφαλήν — κόμην 33.
κηλεῖ — καλεῖ II. 284.
Κικονίαι — κοινωνίαι 116.
κλάοντας καθίζειν. 385.
κτανέω, κατακτανέω barbara 270.

Λ.

λάλλαι, λαλλάζειν 335.
λόγιος — λόγος 114.
λόγον ἔχειν = εὔλογον εἶναι 201.

M.

μάλιστα δὲ ὅσῳ καί 424. II. 13.
μέμονα cum futuro II. 275.
μὲν — μόνον II. 30.
μενοίην futurum et sim. 396.

μετά τι ἰέναι 116.
μή, μηδαμῶς 322.
μηδαμοί — μηδένες 104.
μήτε νεῖν μήτε γράμματα ἐπίστασθαι 252.
μονόφθαλμος — ἑτερόφθαλμος 106.

N.

N apud Homerum non additur ante duas consonantes *κε τλαίη* 26
νεῖν — νοῦν 252.
νίζω — νίπτω II. 273.
NTN *νῦν — νυν* II. 241.

Ξ.

ξυμβλήεαι 264.
ξύνδρομα — ξύναρμα 209.

O.

ὁδός cum compositis et derivatis 296.
οἷος. ἑλοιδόρουν εἰς οἷον κίνδυνον ἦλθεν et sim. 379.
ὀκτώκνημα, ὀκτώπους — ὀκτάκνημα, ὀκτάπους et sim. II. 260.
ὀλιγοδρανεῖν — λιποδρανεῖν 72.
ὀλολύζω. ὀλολυγή. ὀλολυγών paenultima longa II. 276.
ὁμοίαν (τὴν) ἀποδιδόναι II. 41.
ὅπως iubentis et *ὅπως μή* vetantis cum futuro 403.
ὅπως. ἔπλευσ' ὅπως ἔπλευσα et sim. II. 4.
ὁρᾷ — ὁρᾷ II. 277.
ὁτέοισι — τοῖσι II. 271.
οὐδαμοί — οὐδένες 104.
οὐδὲν ὄντες — οὐδένες ὄντες 104.
οὐκ interpolatum 224. 248. II. 352.
οὐκ εἶδ' ἂν εἰ 127. 155.
οὐρά — θύρα 222.
οὖς (ἐπ' ἀμφότερον) καθεύδειν, in utramvis aurem dormire. II. 45
οὔτε νεῖν οὔτε γράμματα εἰδέναι 252.

Π.

παῖσαι — παῖξαι 359.
παλαιοί — πολλοί 116.
παροιμιάζομαι — παρρησιάζομαι 222.
πεπᾶσθαι 216.
περίζωμα, περιεζῶσθαι de coquis 226.
περιπατεῖν - ἀποπατεῖν 29.

Πηλεΐδης, Τυδεΐδης et sim. tetrasyllaba II. 242.
πίμπλημι. πίμπρημι II. 266.
πόλεμος — πολιτεία 222.
πολλοῦ δέω — πολλοῦ δεῖ 283.
πράγματα παρέχειν cum infinitivo II. 444.
πόρρωθεν ἀσπάζεσθαι 305.
Ποτειδαία 121.
πρός compendio scriptum 384.
πρὸς πυγήν — πρὸς τὴν γῆν 224.
προσείειν τὴν γλῶτταν 91.
προστάττω — πράττω. 384.
πρῶιρα — πρώρα 325.
πρῶτον (α) excidit II. 268.
πῶς quanti II. 289.

P.

ῥαψῳδούς — τραγῳδούς 109.
ῥιψοκινδύνους — ἰσοκινδύνους 23.

Σ.

σκηνή = δεῖπνον Laconice 220.
σκηνοῦν. συσκηνοῦν = δειπνεῖν. συνδειπνεῖν Laconice 388.
Σουβούρας (οἱ ἐκ τῆς) κέρκωπες 274.
συνδοκεῖν — εὐδοκεῖν II. 15.
σχεθεῖν aoristus et sim. 281.
σώζω. σέσωται, διασέσωται 196.
σεσωμένων apud Demosthenem II. 46.

T.

ταχύ γ' ἄν ironicum 145. 310.
τεταγμένος τῆς πρώτης, τῆς ὑστέρας 200.
τέτηκα. προστέτηκα. ἐντέτηκα 338.
-τήρ (nomina in) αὐλητήρ et sim. Ionica 219.
τοσούτου δέω 283.
τρέφεσθαι = πήγνυσθαι II. 382.
Τρωικά, δμωικά 325.
τυπτήσω. τυπτήσομαι 313.

Y.

ὑπονοεῖν — ἐπινοεῖν

Φ.

Φίλιος — *Φίλος* 72.
Φιλοπαίσμων — *Φιλοπαίγμων* 361.
Φιτύω 205.
Φιτύω — *Φυτεύω* 206.

X.

χάρακας — *θρᾶκας* confusa apud Thucydidem 240.

Ω.

ὠραῖον in margine II. 228.
ὠΦέλησις pro *ὠΦέλεια* et sim. 67.

INDEX LATINUS.

Achillis Tatii vitiosa oratio II. 327.
Apollonius Rhodius vitiose scribit II. 236. 258.
Athenaei gravis error 292.
Athenienses quotannis unum *τρατηγὸν* creabant II. 284.
Axiochus vitiose scriptus 284.
Babrii fragmenta apud Suidam II. 401.
Bella Messeniaca II. 179.
Cephali Oratores duo: *ὁ παλαιὸς ἐκεῖνος*, *ὁ Κολυττεύς* 15 sqq.
Codices vetusti detriti et perrosi 300.
Constantius scriptorum veterum Codices renovavit 300.
Correctorum veterum felices coniecturae 282. 284. 288. 312.
Demosthenis Codex S 410.
διασκευαί librorum veterum sub Ptolemaeis 72.
Diphthongus *οι* elisa in *οὐδὲ σ' δῖω* et sim. 363.
διττογραφίαι antiquissimae 348.
Errores orthographici omnibus codicibus communes. 213—230.
Fabularum Aesopicarum Codex Florentinus II. 385.
Fabularum Aesopicarum Codex Vaticanus II. 399.
Fabularum Aesopicarum Codex Athous II. 402.
Glossemata pervetusta 348.
γλωσσηματικά apud Xenophontem 214—221.
Hemsterhusii emendationes ineditae 225. II. 201. 209.
importunitas Medicorum Romae 333.
Καῖσαρ ὁ θεός Divus Caesar II. 206.
λέξεις Aristarchi II. 237.
λέξεις ῥητορικαί apud Suidam 277.
Libanius historiae ignarus et incuriosus 17.
Libanius ut in Iuliani notitiam venerit 250.

Libri spurii aetate Ptolemaeorum 72.
Maximus Iuliani adulator 251 sq.
Maximi Planudis dialogus de Grammatica II. 387.
Medici artis imperiti Romae 332.
μεταγραμματισμός 279.
Optativi usus in oratione indirecta 288.
Platonis Codex Parisinus A 156 sqq.
Polybii Codex rescriptus περὶ γνωμῶν II. 353.
Polycratis κατηγορία Σωκράτους 141. 148. 156.
Polyphemus ἑτερόφθαλμος 106.
Positionem non faciunt apud Homerum Z, CK, ΠT II. 261.
προγραφαί et προεκθέσεις apud Polybium II. 355.
Proverbium οὐκ ἔχεις ὅποι χέσῃς ὑπὸ τῶν ἀγαθῶν II. 253.
Pronomina possessiva inter se confusa apud poëtas Alexandrinos II. 237. 257.
Solonis ἐλεγεῖα 223.
Solonis lex apud Galenum 290.
Strabonis Codex rescriptus II. 48.
Theagenis cynici mors 333.
Themistius imitatur Platonem 340. 343.
Thrasylli τετραλογίαι 160.
ὑποχορισικά iocose cumulata II. 263.
Versus miselli ab eruditis ex soluta oratione ficti II. 185.
Versus politici II 387.
Vitia antiqua in libris veterum 234.
Vitia in Demosthenis codice S 434.
Vocativi mendose pro nominativis 273.
Xenophontis verecundia in dicendo 68
Zenonis dictum 119.

FEB 7 1938

FEB 7 1938